[6] Lycophro Lycurgi filius natu maximus (erant autem præterea Abro et Lycurgus) honores postulat sibi concedi, quos P. A. natu maximo ex posteris Lycurgi perpetuo haberi decrevit, et ad jus suum consequendum rogationem ipsam, quæ hic adducitur, disertissimis verbis allegat. Interea tamen, quid Βουτάδης? Demusne ille et ex Populis Atticis unus? An, cum dicit Plutarchus in Vita Auctoris, *τῶν δήμων Βουτάδης, γένους δὲ τῶν Ἐτεοβουταδῶν*, idcirco existimare fas sit, eum fuisse *pago* Butadem, *genere* autem Eteobutadem? Id profecto ambigo, vel potius constanter pernego, fuisse *δῆμον*, unde populares Βουτάδαι dicerentur. Silent profecto in ea re Inscriptiones Veterum, quæ si non solæ, attamen optimæ ejus causæ testes esse possunt. Contigisse aliquoties arbitror, et ab Antiquorum etiam nonnullis admissum video, ut *Familiæ* sive *Stirpes* sacræ, *γένη* ista *ἱερατικὰ*, quibus adeo erat referta Attica, pro *Demo*, i.e. Pago, Populo, vel Curia imperite recenserentur. Et in ea causa Βουτάδας, sive, quod perinde est, Ἐτεοβουτάδας habeo. Dum Remp. Atheniensium percenseo, et de ejus moribus, legibus et institutis Commentarium mecum paro, video multas gentes, sacrorum peculiarium antistitites, quarum nonnullæ ignorantur penitus, nonnullæ incuriosius in Pagos detruduntur. Leguntur autem inter alias, Κυνίδαι, Εὐνεῖδαι, Εὐμολπίδαι, Κήρυκες, Βρυτιάδαι, Γέραιραι, Κροκωνίδαι, Χιμαρίδαι, Κοιρωνίδαι, Φιλιεῖς, Σαβοὶ, Ὑακινθίδες, Δαιδαλίδαι, Σημαχίδαι, Εὐδάνεμοι, Φαλαρεῖς, Φοίνικες, Ὁμηρίδαι, Λυκομῆδαι, Ἡσυχίδαι, Παλλαντίδαι, Ἀλκμαιωνίδαι, Χοννίδαι, Φυταλίδαι, Πραξιεργίδαι, Χαρίδαι, Ἐτεοβουτάδαι. De quibus omnibus loquitur Æschines c. Ctesiph. §. θ'. *τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι, κελεύει ὁ νόμος — οὐ μόνον ἰδίᾳ, ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὰ γένη, Εὐμολπίδας καὶ Κήρυκας, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας.* Item Ælian. apud Suid. v. Εὐμολπίδαι. *Παρ' οὐδὲν θέμενος τὰ σεμνὰ Εὐμολπιδῶν, καὶ Κηρύκων, καὶ τῶν ἄλλων γένων ἱερῶν τε ὄντων καὶ θεοφιλῶν.* Porphyr. de Abstin. II. 30. *Ἀεὶ τοῖς Διοσπολίοις Ἀθήνησιν ἐν ἀκροπόλει οἱ εἰρημένοι τὸν αὐτὸν τρόπον ποιοῦνται τὴν τοῦ βοὸς θυσίαν. θέντες γὰρ* et quæ sequuntur — *καὶ γένη τῶν ταῦτα δρώντων ἐστὶ νῦν.* Inscriptio vetus:

ΔΗΜΗΤΡΙ. ΚΑΙ. ΚΟΡΗΙ.
Η. ΙΕΡΑ. ΓΕΡΟΥΣΙΑ. Μ. ΑΥ
ΡΗΛΙΟΝ. ΛΙΘΟΦΟΡΟΝ. ΠΡΟ
ΣΔΕΚΤΟΝ. ΠΙΣΤΟΚΡΑ
ΤΟΥΣ. ΚΕΦΑΛΗΘΕΝ. ΠΡΕΣ
ΒΕΥΣΑΝΤΑ. ΠΡΟΙΚΑ. ΤΙΜΗ
ΘΕΝΤΑ. ΔΕ. ΥΠΟ. ΘΕΟΥ.
ΚΟΜΜΟΔΟΥ. ΤΗΙ. ΡΩΜΑ
ΙΩΝ. ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ. ΑΡΞΑΝ
ΤΑ. ΤΟΥ. ΚΗΡΥΚΩΝ. ΓΕ
ΝΟΥΣ. ΑΡΞΑΝΤΑ. ΤΗΣ. ΙΕ
ΡΑΣ. ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ. ΕΥΣΕΒΕ
ΙΑΣ. ΕΝΕΚΑ.
ΑΤΤΙΚΟΣ. ΕΥΔΟΞΟΥ. ΣΦΗΤ
ΤΙΟΣ. ΕΠΟΙΗΣΕ.

In his Gens erat illustrissima Ἐτεοβουτάδαι. *Ἐτεοβουτάδαι, γένος Ἀθήνησι πάνυ λαμπρόν.* Hesych. Id quod Suidas habet *πολὺ καὶ λαμπρόν.* Quod itidem verum esse potest. *Ἐξ Ἐτεοβουταδῶν ἕλκει τὸ γένος] Ἐπὶ τῶν εὐγενῶν. γένος γὰρ πολὺ καὶ λαμπρὸν ἀπὸ Βούτου, ἀφ' οὗ οἱ ἱερεῖς καθίσταντο Ἀθήνησι.* Apostol. VIII. 62. Quali genere sacrorum Gens ea distingueretur, haud facile erit post tot sæculorum intervalla luculente definire. Constat tamen ex ea perpetuo fuisse desumptam, quæ Minervae Poliadi sacra faceret, cujusmodi memoratur a Plutarcho *περὶ δυσωπίας* p. 323. Bas. Lysimache quædam *Ἀθήνησι, ἡ τῆς Πολιάδος ἱέρεια.* Ait enim Æschines de F. Leg. §. μς'. patrem suum fuisse ex *φρατρίας τὸ γένος, ἣ τῶν αὐτῶν βωμῶν Ἐτεοβουτάδαις μετέχει, ὅθεν ἡ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος ἐστὶν ἱέρεια.* Et similiter Nicephor. Gregor. in Schol. ad Synes. Orat. de Insomniis: *Ἐτεοβουτάδαι, γένος τι ἀρχαῖον ἐπίσημον ἐν Ἀθήναις· καὶ περιφανὲς, ἀφ' οὗ αὐτῆς Ἀθηνᾶς ἐξελέγοντο ἱέρειαι.* Constat enim, si qua fides habenda sit Schol. Aristophanis ad Eccles. v. 18. quod in Scirophoriis, quod festum erat Athenis solenne, *τὸ Σκίρον*, *Umbella*, unde ea Religio cognominaretur, circumferri deberet vel ab Erechthei sacerdote, vel ab aliquo ex sacra familia Butadarum. Promiscue enim dicuntur Butadæ et Eteobutadæ. Porro autem, insigne quoque fuisse hujus familiæ ministerium in Neptuni sacris liquebit ex iis, quæ a Plutarcho de Lycurgi genere dicuntur: *Ἔστιν αὐτὴ ἡ καταγωγὴ τοῦ γένους, τῶν ἱερασαμένων τοῦ Ποσειδῶνος, ἐν πίνακι τελείῳ — τὸν δὲ πίνακα ἀνέθηκεν Ἄβρων, ὁ παῖς αὐτοῦ* (Lycurgi), *λαχὼν ἐκ τοῦ γένους τὴν ἱερωσύνην, καὶ παραχωρήσας τῷ ἀδελφῷ Λυκόφρονι, καὶ διὰ τοῦτο πεποίηται ὁ Ἄβρων προσδιδοὺς αὐτῷ τὴν τρίαιναν.* Similiter inter Lycurgi posteros ibidem memorantur Medeus quidam, *ὃς τὴν ἱερωσύνην Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως εἶχε, καὶ Φιλίππη, ἥτις ἱεράσατο τῆς Ἀθηνᾶς.* Butes enim, unde hæc familia et appellatur et

ΣΤΡΑΤΟΚΛΗΣ ΕΥΘΥΔΗΜΟΥ ΔΙΟΜΙΕΥΣ ΕΙΠΕΝ.

Ἐπειδὴ Λυκοῦργος Λυκόφρονος Βουτάδης παραλαβὼν παρὰ τ|ῶν ἑαυτοῦ προγόνων οἰκείαν ἐκ παλαιοῦ τὴν πρὸς τὸν Δῆμον εὔνοιαν, καὶ οἱ πρόγονοι οἱ Λυκούργου, Διομήδης[8] τε καὶ Λυκοῦργος, καὶ ζῶντες ἐτιμῶντο ὑπὸ τοῦ Δήμου, καὶ τετελευτηκόσιν αὐτοῖς δι' ἀνδραγαθίαν ἔδωκεν ὁ Δῆμος δημοσίας ταφὰς ἐν Κεραμεικῷ. Καὶ Λυκοῦργος αὐτὸς πολιτευόμενος, νόμους τε πολλοὺς[9] καὶ καλοὺς ἔθηκε τῇ πατρίδι, καὶ γενόμενος τῆς κοινῆς προσόδου ταμίας τῇ πόλει, ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας,[1]

deducitur, et Erechtheus Pandionis erant filii. Quo mortuo Erechtheus a patre accepto imperio regnat: Butæ sacerdotium Minervae et Neptuni sortito obtigit, ut scribit Apollodorus III. c. 15. [Heyne Not. ad Apoll. p. 845. sq.] Cui simile factum in re Romana contigisse legimus apud Dionys. Halicarn. I. 71. cum de imperio Silvius et Iulus ex fratre nepos inter se disceptarent; adeo ut ex eo tempore in Iulia gente perpetuum sacerdotium mansisse crederetur.

[7] Anaxicrates quidam, ut ex Fast. Atticis docemur, Prætor erat Athenis Ol. CXVIII. 2. Iterumque ejusdem nominis Prætor eos signabat Ol. CXXV. 2. In priori Prætura latam hanc rogationem intelligo, circiter XX. annos ab excessu Lycurgi.

[8] Inter majores Lycurgi memorantur a Plutarcho in vita, Lycomedes et Lycurgus, οὓς ὁ δῆμος ταφαῖς ἐτίμησε δημοσίᾳ.

[9] Recensentur a Plutarcho. Quarum prima

I.

ΤΟΥΣ ΚΩΜΩΙΔΟΥΣ ΑΓΩΝΑ ΤΟΙΣ ΧΥΤΡΟΙΣ ΕΠΙΤΕΛΕΙΝ ΕΦΑΜΙΛΛΟΝ ΕΝ ΤΩΙ ΘΕΑΤΡΩΙ ΚΑΙ ΤΟΝ ΝΙΚΗΣΑΝΤΑ ΕΙΣ ΑΣΤΥ ΚΑΤΑΛΕΓΕΣΘΑΙ.

II.

ΧΑΛΚΑΣ ΕΙΚΟΝΑΣ ΑΝΑΘΕΙΝΑΙ ΤΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΚΑΙ ΤΑΣ ΤΡΑΓΩΙΔΙΑΣ ΑΥΤΩΝ ΕΝ ΚΟΙΝΩΙ ΓΡΑΨΑΜΕΝΟΥΣ ΦΥΛΑΤΤΕΙΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ ΠΑΡΑΝΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ.

III.

ΜΗΔΕΝΙ ΕΞΕΙΝΑΙ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΜΗΔΕ ΤΩΝ ΟΙΚΟΥΝΤΩΝ ΑΘΗΝΗΙΣΙΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΣΩΜΑ ΠΡΙΑΣΘΑΙ ΕΠΙ ΔΟΥΛΕΙΑΙ ΕΚ ΤΩΝ ΑΛΙΣΚΟΜΕΝΩΝ ΑΝΕΥ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΡΟΤΕΡΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΓΝΩΜΗΣ.

IV.

ΤΟΥ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΑΓΩΝΑ ΠΟΙΕΙΝ ΕΝ ΠΕΙΡΑΙΕΙ ΚΥΚΛΙΩΝ ΧΟΡΩΝ ΟΥΚ ΕΛΑΤΤΟΝ ΤΡΙΩΝ ΔΙΔΟΣΘΑΙ ΜΕΝ ΤΟΙΣ ΝΙΚΩΣΙΝ ΟΥΚ ΕΛΑΤΤΟΝ ΔΕΚΑ ΜΝΑΣ ΤΟΙΣ ΔΕ ΔΕΥΤΕΡΟΙΣ ΟΚΤΩ ΕΞ ΔΕ ΤΟΙΣ ΤΡΙΤΟΙΣ ΚΡΙΘΕΙΣΙΝ.

V.

ΕΠΙ ΖΕΥΓΟΥΣ ΜΗ ΑΠΙΕΝΑΙ ΓΥΝΑΙΚΑ ΕΛΕΥΣΙΝΑΔΕ ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ ΦΩΡΑΘΕΙΗ ΑΠΟΤΙΝΕΙΝ ΔΡΑΧΜΑΣ ΕΞΑΚΙΣΧΙΛΙΑΣ.

[1] Corrige ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας, ut clare legitur in vita. Diodorus tamen Siculus in hac ipsa re, Δώδεκα ἔτη τὰς προσόδους τῆς πόλεως διοικήσας. Quod pariter verum esse potest. Cum non necesse sit, si ea recte se habeant, quæ dixi ad Marmor Sandvicense p. 15. ut Pentaeteris exactum quinquennium complectatur. [cf.

καὶ διανείμας ἐκ τῆς κοινῆς προσόδου μύρια καὶ ὀκτακισχίλια[2] καὶ ἐνακόσια τάλαντα· πολλὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν διὰ πίστεως λαβὼν, καὶ προδανείσας καὶ εἰς τοὺς τῆς πόλεως καιρούς· καὶ τοῦ Δήμου τὰ πάντα ἑξακόσια καὶ πεντήκοντα[3] τάλαντα. δόξας δὲ ἅπαντα ταῦτα δικαίως διῳκηκέναι, πολλάκις ἐστεφανώθη ὑπὸ τῆς πόλεως· ἔτι δὲ αἱρεθεὶς ὑπὸ τοῦ Δήμου, χρήματα πολλὰ συνήγαγεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ παρασκευάσας τῇ Θεῷ κόσμον, νίκας τε ὁλοχρύσους,[4] πομπεῖά τε χρυσᾶ καὶ ἀργύρεα, καὶ κόσμον χρυσοῦν εἰς ἑκατὸν Κανηφόρους·[5] χειροτονηθεὶς δὲ ἐπὶ τῆς τοῦ πολέμου παρασκευῆς, ὅπλα[6] μὲν πολλὰ καὶ βελῶν μυριάδας πέντε ἀνήνεγκεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν· τετρακοσίας [δὲ] τριήρεις πλωΐμους κατεσκεύασε, τὰς μὲν ἐπισκευάσας, τὰς δὲ ἐξ ἀρχῆς ναυπηγησάμενος· πρὸς δὲ τούτοις, ἡμίεργα παραλαβὼν τοὺς δὲ νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην,[7] καὶ τὸ θέατρον τὸ Διονυσιακὸν ἐξειργάσατο, καὶ ἐπετέλεσε τό τε στάδιον τὸ Παναθηναϊκὸν, καὶ τὸ γυμνάσιον, καὶ τὸ Λύκειον κατεσκεύασεν, καὶ ἄλλαις πολλαῖς κατασκευαῖς ἐκόσμησε τὴν πόλιν. Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ βασιλέως ἅπασαν μὲν τὴν Ἀσίαν κατεστραμμένου, κοινῇ δὲ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἐπιτάττειν ἀξιοῦντος, ἐξαιτήσαντος[8] Λυκοῦργον, ὡς ἐναντία πράττοντος αὐτοῦ, οὐκ ἐξέδωκεν ὁ Δῆμος παρ' Ἀλεξάνδρου φόβον.[9] καὶ διδοὺς εὐθύνας πολλάκις τῶν πεπολιτευμένων ἐν ἐλευθέρᾳ καὶ δημοκρατουμένῃ τῇ πόλει, διετέλεσεν ἀνεξέλεγκτος καὶ ἀδωροδόκητος τὸν ἅπαντα χρόνον, ὅπως ἂν εἰδῶσι πάντες, διότι τοὺς προαιρουμένους ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας καὶ τῆς ἐλευθερίας δικαίως πολιτεύεσθαι, καὶ

Boeckh. Staatsh. d. Athen. II. p. 244. sq. BECKER. Subesse in his numeris aliquid vitii aut difficultatis notat Wyttenbach.]

[2] Variatum est in argenti ratione. Vide quæ habet Plutarchus in vita. Dicitur Lycurgus in fisco publico procurando Periclem superasse talentis sexies mille et quingentis. Λυκούργῳ ἐπορίσθη τάλαντα εἰς τὸ δημόσιον, πεντακοσίοις πλείονα καὶ ἑξακισχιλίοις, ἢ ὅσα Περικλῆς ὁ Ξανθίππου συνήγαγε. Pausan. Attic. c. 29.

[3] In vita Lycurgi opes privatorum hominum administrasse dicitur solummodo ad CCL. talenta.

[4] Icunculæ erant, *Victoriæ alatæ*, quas Dea in manibus gestare solebat. Καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἡ Φειδίου, ἅπαξ ἐκτείνασα τὴν χεῖρα, καὶ τὴν Νίκην ἐπ' αὐτῆς δεξαμένη, ἕστηκεν οὕτως ὅλῳ τῷ αἰῶνι. Arrian. ad Epictetum II. 8. Vide, quæ ad h. l. annotavit. Uptonus.

[5] Explicat hæc Pausanias: κατεσκεύασε πομπεῖα τῇ θεῷ, καὶ νίκας χρυσᾶς, καὶ παρθένοις κόσμον ἑκατόν. Virgines erant, quæ in Minervæ pompis cistas ferebant.

[6] Pausan. l. c. ὅπλα, καὶ βέλη, καὶ τετρακοσίας ναυμαχοῦσιν εἶναι τριήρεις.

[7] Iterum Pausanias: οἰκοδομήματα δὲ ἐπετέλεσε μὲν τὸ θέατρον, ἑτέρων ὑπαρξαμένων· τὰ δὲ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ πολιτείας, ἃ ᾠκοδόμησεν, ἐν Πειραιεῖ νεώς εἰσιν οἶκοι, καὶ τὸ πρὸς τῷ Λυκίῳ καλουμένῳ γυμνάσιον. Monstrant hodie Athenis non procul a fano Minervæ turrim quandam, sive locum munitum, quem Lycurgi armamentarium, *l' Arsenal de Lycurgue*, cognominant. Vid. Spon. et Wheler.

[8] Ἐξαιτήσας] Lege ἐξαιτήσαντος.

[9] [Διὰ τὸν παρ' Ἀλ. φόβον legi vult Wyttenbach.]

ζῶντας μὲν περὶ πλείστου ποιεῖται,[1] καὶ τελευτήσασι δὲ ἀποδίδωσι χάριτας ἀειμνήστους· ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι τῷ Δήμῳ ἐπαινέσαι μὲν Λυκοῦργον Λυκόφρονος Βουτάδην ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης, καὶ στῆσαι αὐτοῦ τὸν Δῆμον χαλκῆν εἰκόνα ἐν ἀγορᾷ, πλὴν εἰ ποῦ ὁ νόμος ἀπαγορεύει μὴ ἱστάναι, δοῦναι δὲ σίτησιν ἐν Πρυτανείῳ τῶν ἐγγόνων[2] ἀεὶ τῶν Λυκούργου τῷ πρεσβυτάτῳ εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον, ἀναθεῖναι δ' αὐτοῦ, καὶ εἶναι κύρια πάντα τὰ ψηφίσματα τὸν γραμματέα τοῦ Δήμου ἐν στήλαις λιθίναις, καὶ στῆσαι ἐν ἀκροπόλει πλησίον τῶν ἀναθημάτων· εἰς δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῶν στηλῶν δοῦναι τὸν ταμίαν τοῦ Δήμου πεντήκοντα δραχμὰς ἐκ τῶν εἰς τὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ Δήμῳ.

Atque hæc de Lycurgi vita e me dicta sunto. Genus porro Orationis, et characterem dicendi lector meus ex iis, quæ hodie exstant, optime intelliget. Dicitur ab extemporali usu omnino abhorruisse, et Periclis ad instar, nunquam cum populo nisi meditatus egisse. Istius autem studii et meditationis præclarissima leguntur monumenta apud Vitæ Scriptores.[3] Formam dicendi ita exprimit Dionysius Halicarnassensis [de Vett. Script. Censura Vol. V. p. 433. Reisk.] Ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐστὶ διαπαντὸς αὐξητικὸς, καὶ διηρμένος, καὶ σεμνὸς, καὶ ὅλος κατηγορικὸς, καὶ φιλαλήθης, καὶ παῤῥησιαστικὸς, οὐ μὴν ἀστεῖος, οὐδὲ ἡδὺς, ἀλλ' ἀναγκαῖος· τούτου χρὴ ζηλοῦν μάλιστα τὰς δεινώσεις. Porro Hermogenes [de form. Orat. II. p. 500. ed. Laur.] Ὁ τοίνυν Λυκοῦργος πολιτικὸς μέν ἐστιν, εἴπερ τις ἕτερος, πλὴν ἴσως τοῦ κατὰ τὴν ἀφέλειαν ἤθους ἕνεκα. πολὺ δὲ τὸ τραχὺ καὶ σκληρὸν ἔχει χωρὶς ἐπιμελείας. ἢ γὰρ ἂν ὁ αὐτὸς ἦν πως τῷ Δεινάρχῳ. τῇ δὲ λέξει καὶ πολὺ τραχύτερός ἐστιν, ὅθεν φημὶ καὶ τοῦτον τὴν φαινομένην, οὐ μὲν οὖσαν ὡς ὄντως, δεινότητα ἔχειν. τροπικώτεροι γάρ εἰσιν οἱ λόγοι μᾶλλον αὐτοῦ, καὶ καταδρομὴν ἔχοντες ἔστιν οὗ κατὰ τῶν ἀποδεδειγμένων πραγμάτων. χρῆται δὲ πολλαῖς πολλάκις καὶ ταῖς παρεκβάσεσιν ἐπὶ μύθους, καὶ ἱστορίας, καὶ ποιήματα φερόμενος. ἃ δὴ τῆς φαινομένης ἐστὶ καὶ αὐτὰ δεινότητος.[4]

Orationum, quas scripsit Lycurgus (scripsisse autem perhibetur XV.),[5] una tantum hodie superest, quam legere incipis: reliquarum enim omne fere interiit præter nomina[6] et desiderium. Eam utique,

[1] Atticus scriptor daret περὶ πλείστου. Quod hic reponendum. Est enim Librarii hallucinatio. [Et sic quoque censet Wyttenbach.]

[2] [ἐγγόνων] L. ἐκγόνων. OSANN.]

[3] Ἐμελέτα δὲ καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας οὐκ εὖ πρὸς τὰ αὐτοσχέδια πεφυκώς. Κλινδίου δὲ αὐτῷ ὑποκειμένου, ἐφ' ᾧ μόνον ἦν κώδιον καὶ προσκεφάλαιον, ὅπως ἐγείροιτο ῥᾳδίως καὶ μελετῴη. Plutarch. V. Lyc. p. 842. C.

[4] [Quæ judicia veterum Criticorum, si cum Lycurgi oratione superstite comparamus, verissima et æquissima esse reperiemus. At liceat ad ea illustranda pauca addere, quæ, sicut omnino Oratoris artem, sic hujus virtutes et vitia exemplis repræsentabunt lectoribus. Dionysius vocat L. αὐξητικὸν, i. e. oratorem, qui argumentis vim addit ut sentiantur, vel immorando roborat id, quod jam argumentis firmatum est. (Longin. XII. 1.) Talis igitur Orator efficit, ut attente audiatur, et auditoris animum ita afficit, ut cupidus fiat rerum sequentium: quæ magna omnino est laus dicentis. Porro διηρμένον (sic enim legendum, non διῃρημένος) qui utitur *elocutione elata, μέγεθος ἐχούσῃ*. Et vere Lycurgus sæpius in rebus et verbis ad sublimitatem adscendit (cf. cap. 11. 12. 37.). Dein laudatur ob σεμνότητα orationis i. e. *gravitatem*, qua fit ampla et magna elocutio, v. c. si quis docet de rebus divinis, de virtutibus et vitiis, de præclare hominum factis, et quidem hæc omnia cum certa asseveratione, quæ omnem dubitationem excludit. Talem fuisse Lycurgum tota docet Oratio; qua quidem gravitate conjuncta esse solet παῤῥησία, quam ob rem Dionys. παῤῥησιαστικὸν vocat Lycurgum. Ea oratoris virtus oritur maxime e spiritu et vehementia, nec minus e conscientia recti, animi vitæque integritate. Hanc *vocem liberam* ut Cic. ad Herenn. IV. 37. eam appellat oratoris dotem, Lycurgus et Demosthenes, viri integerrimi, præ se ferunt insigni modo. Quibus laudibus aliquam vituperationem admiscet, dum dicit, οὐ μὴν ἀστ. οὐδὲ ἡδὺς, ἀλλ' ἀναγκαῖος, i. e. fuit Orator *nec urbanus, nec suavis, sed in necessariis solum occupatus*. Nempe, qui urbano et suavi genere utuntur, orationem ornant, habentque quandam abundantiam et copiam; Lycurgus autem non ultra necessaria procedit, magis rebus quam verbis intentus. Sic expl. Ernesti (Lexic. Technol. Rhet. Gr. v. Ἀναγκαῖος) Dionysii dictum. Id judicium quam verum sit, cognoscitur e comparatione Nostræ cum Demosthenis orationibus, v. c. Timocratea vel omnium præstantissima de Corona. Quæ Lycurgo desunt condimenta orationis urbanæ, ibi quavis earum parte ultro lectoris animo se ostendunt. Hermogenem minus delectatum esse Orationibus Nostri, apparet ex ejus censura acerbiore. Inter Oratores Civiles Lycurgo solummodo tribuit locum propter ἀφελείαν ἤθους, i. e. *ob simplicitatem, qua hominum mores oratione delineaverit*. cf. Hermog. de form. Or. II. p. 208. Dionys. Halic. Art. Rhet. c. II. 2. Sed compositione τραχύτερον esse ipso Dinarcho statuit. Τραχὺν καὶ σκληρὸν vocat, i. e. *durum et asperum*, imprimis propter immodicum metaphorarum usum; quam compositionem *præfractam et asperam* vocat Seneca Epist. 114. (Lyc. 10. 5. 11. 8. Porro ἐπιμέλειαν ei defuisse contendit Rhetor. Hæc Oratoris virtus, quæ imprimis Isocrati tribuitur (Hermog. περὶ δειν. p. 364.) cernitur *in accurata dicendi forma*; si quis sententias commode jungit, res gestas et facta non nude exponit, sed cum censura loci, temporum notatione, etc. enuntiat. (Lyc. c. 23.) Ad incuriam quoque in compositione ipsa referri potest τὸ χωρὶς ἐπιμελείας, ad quam c. 11. 11. c. 9. 1. etc. spectant, et cui sine dubio Hermogenes annumerabat periodos sæpissime voc. Καίτοι incipientes; quibus nævis in structura orationis Lycurgus similior fit Dinarcho, quam Demostheni vel Lysiæ. Mox τροπικωτέρους vocat, i. e. *metaphoris nimiæ sunt ejus orationes*, sive figuratam locutionem quam maxime amat. Id ipsum profecto agnoscimus in una superstite Oratione, ex qua Hauptmannus sedulo collegit τρόπους, quibus scriptor usus sit. Demosthenem vero orationis vim et gravitatem ex his figuris non quæsivisse constat, dum natura sua alienior fuit ab hac poetica compositione. Porro graviter et merito vituperat Lycurgum, ὡς καταδρομὴν ἔχοντα τῶν ἀποδεδειγμένων πραγμάτων, i. e. *quod interdum revertat ad res jam demonstratas*. Quod item in Oratione nostra lectori displicebit, et interdum nauseam excitabit. Denique improbare videtur Rhetor, quod Lycurgus multis digressionibus ad fabulas et historias, ad versus quoque poeticos sit delatus, quod quidem speciem quandam eloquentiæ præbeat, sed vere nullam orationi vim et gravitatem (δεινότητα) afferat. Quod verissimum est: nam quid in Nostro Homeri, Euripidis, Tyrtæi poemata, recitata ab Oratore, quid tandem fabulæ de Codro, de filia Erechthei etc. ad rem probandam faciant, equidem non video. Quid? Si Demosthenem inspicis: Poetæ versus semel tantum, fabulæ ex antiquitate depromptæ nunquam, historiæ vero tibi tum modo occurrunt, quum Orator rerum præteritarum meminisse auditores volebat. Tanta enim erat in summo viro copia sententiarum, tanta argumentorum, quibus sua probavit, aliorum confutavit consilia, abundantia, ut ejusmodi delectamentis tempus orationi præfinitum perdere nec vellet nec posset. —Jam si complectimur omnia, Lycurgus quidem est probabilis Orator, sed multum distat a Demosthene; verum, quæ ingenii dotes ei deerant, has compensavit φιλαληθείᾳ, σεμνότητι et παῤῥησίᾳ, virtutibus, quæ vel maxime commendabunt publice loquentem, sic ut hi, qui hodie ad Populum docendum prodeunt, si his modo virtutibus ornati sunt, certissime cum fructu et plausu auditorum verba sint facturi. BECKER.]

[5] Plutarch. p. 843. C. Photius Cod. CCLXVIII. Suidas contra voc. Λυκοῦργος XIV. Oratt. memorat.

[6] [Vide Fragmenta Lycurgi huic editioni Lycurgearum annexa. BECKER.]

quæ et causæ in se habet tractationem gravissimam, est enim tota civilis, quæ et orationis flumine et vi verborum animos nostrum omnium, qui antiquæ et veræ Eloquentiæ imagine excitamur, semper percelluit, non indignam esse judicavi, quam Demosthenicarum omnium fere optimæ [Midianæ] comitem adjungerem. Verumtamen profecto ea laude cum floreat, et tanta gratia sit conscripta, quantam modo prædicavi, et Tu perinde proxime experiendo senties, non aliter tamen aut dissimili conditione hodie evulgasse mihi videor, quam Aldus Manutius, qui jampridem ex bibliothecarum solitudine eruit et typis descripsit primus. Licet enim mos semper fuerit, ut non sine invidia desideraremus, quæ diuturnitatis inclementia nobis eripuit, aliquando tamen accidit, ut non minus studiose negligeremus, quæ reliquerit.

Eam fuisse hujusce Orationis fortunam, quis est, qui nesciat? Nemo sane, præter eos, qui hujusmodi Orationem omnino exstare nescieverunt. Quorum quidem numerus non est contemnendus. Ille autem, ne ultra modum excresceret, curavi, ut neque Exemplarium paucitatem amplius causari potuerint, neque, si fas sit hoc etiam adjicere, eorum mendosam, ut olim, et neglectam conditionem.

Lecturus itaque orationem, fere ultra sortem hujusmodi literarum, quæ tamen diu gravissima fuit, obrutam et sepultam, prius ejus historiolam paucis a me accipe. Laudatur aliquoties ea ipsa oratio, qua hodie utimur in Lexicis Rhetoricis, imprimis in illo Harpocrationis, v. Αὐτόλυκος, Εὐρυμέδων, Ἵππαρχος, Κατάγειν τὰ πλοῖα, et Τυρταῖος. Et, contra quam reliquorum Rhetorum monumentis usu venire solet, ita ab eodem laudatur, qui tamen judex morosior fuisse videtur, una cum cæteris Auctoris nostri Orationibus XIV. ut nullam ei vel levissimam νοθεύσεως suspicionem inureret. Constare enim posse arbitror ex iis, quæ leguntur in Photio Cod. CCLXVIII. et Suida in voce Λυκοῦργος, fuisse olim et alias porro Orationes, quæ huic scriptori, verum mala fide, adscriberentur; accedente autem priscorum hominum Crisi, quæ ambiguorum opusculorum sortem dirimere solebat, jampridem intercidisse vel ipsam memoriam earum omnium, οὐχ εὑρισκομένων ἔτι τῶν ὑπὸ διαβολὴν πεσόντων, ἅπαξ γὰρ ἀποκριθέντες παρεωράθησαν (ut loquitur idem Photius Cod. CCLXII. in causa non dissimili), his tamen XV exceptis. Illæ enim solæ, propter γνησιότητα, ætatem diuturniorem, nam in Vett. monumentis sæpissime adducuntur, idcirco tulere. Verba autem Suidæ sunt: λόγοι δὲ αὐτοῦ εἰσὶν οἱ σωζόμενοι γνήσιοι, sc. εæ, quæ ibi sequuntur. Legebatur porro non minus studiose a Rhetoribus, sive iis, qui artem dicendi literis tradebant; neque ad aliam fortasse alludit Orationem Hermogenes in Judicio, quod de scriptore nostro tulit de forma dic. II. p. 500. ed. Laur. χρῆται δὲ (Lycurgus) πολλαῖς πολλάκις καὶ ταῖς παρεκβάσεσιν ἐπὶ μύθους, καὶ ἱστορίας, καὶ

ποιήματα φερόμενος. cf. Lyc. c. 20. 23. 24. 26. 28. Citatur deinde disertissime a Strabone l. XIII. p. 601. (Vide Lycurg. c. 15.) ab Athenæo l. XIII. p. 290. (Lycurg. c. 6.) ab Eustathio p. 259. ed. Bas. (Lycurg. c. 15.) a Schol. Aristophan. in Pluto v. 282. (Lycurg. c. 20.) aliisque quam plurimis.

Sub ipsis literis renascentibus A. sc. MDXIII. Græce excudit Aldus Fol. una cum iis, quæ supersunt, Lysiæ, Æschinis etc.[7] — Græce iterum Philippus Melanthon cum præfatione Vitemb. MDXLV. 8. iterumque Lips. MDLXVIII. 8. Latine autem Francof. MDLXVIII. 8. ex officina Petri Brubachii.[8] Eodem tempore, quo Melanthon operam Lycurgo impendit, impendebat etiam literarum studio conjunctissimus Joach. Camerarius Papebergensis, qui et Latinitate donavit, notisque insuper illustravit. Cujus tamen, neque Interpretatio, neque Animadversiones, in hunc usque diem, quod sciam, prodiere. Versio deinde est Ioann. Loniceri Offerani, utrique, tam Melanthoni, quam Camerario, amicissimi, quo Marburgi Cattorum literas Græcas per multos annos docuit, et quam plurimos auctores Latine exposuit, Lycurgum nempe inter alios, et Demosthenem de Pace, quæ Orationes ab illo versæ prodierunt Basil. MDXLVIII. 8. — Græce denique publicavit, inter Oratores, quos ab Aldo expressit Henricus Stephanus Paris. MDLXXV. fol. adjectis margini conjecturis, iis vero paucissimis.[9] Postremo cum

[7] [Aldina, Venetiis a 1513. impressa, constat tribus singulis partibus, sed uno editis anno et mense. Volum. I. continet dedicationem ad Baptist. Egnatium Venetum, subscr. M. Aprili 1513; tum Isocratis Vitam e Plutarcho et Philostrato cum censura Dionysii Halicarnassensis. Sequuntur ejusdem Oratt. XXI. inde a p. 1 — 197. — A pag. 98. (nam pagg. 1 — 97. desunt) Gorgiæ Helenæ encom. Aristides Panathenaicus, et ejusd. Romæ encomium. — Vol. II. cum novo titulo et dedicatione ad Francisc. Faseolum, in qua Aldus enarrat: Oratores Græcos minores latuisse in monte Atho, inde a Lascari doctissimo homine, Regis Galliæ apud Venetos legato, in Italiam esse advectos. Miserat scilicet ipsum Laurentius Medices in Græciam, ad inquirendos simul, et quantovis emendos pretio, bonos libros. — Id factum est a. 1508, ut Aldus præf. ad Rhetores Græc. Venet. 1508. fol. tradit. Quæ quidem ed. Rhetorum Græcorum perrara, de qua Wolfius V. III. existimabat, in Germania unicum servari Heidelbergæ exemplar (v. Analect. IV. 525.), ea quoque, (ut obiter hoc moneam) et plena, exstat in Biblioth. Hamburgensi Gymn. Ioannei, ni fallor e Biblioth. I. Alb. Fabricii. — Sed revertimur ad Nostram. Continet vero Vol. II. Æschinis vitam, Apollonii εἰς Αἰσχ. ἐξήγεσ. ejusd. Orat. III. et Lysiæ XXVIII. Vol. III. novo insignitum titulo, sed sine præf. exhibet Andocidem, Isæum, Dinarchum, Antiphontem, Lycurgum, Gorgiæ ὑπὲρ Παλαμ. Lesbonactis II. et Herodis περὶ πολιτείας Orationes. Becker.]

[8] [De Melancthonianis edd. Vitemb. 1545. et Lips. 1568. nihil statuo; sed Taylorum ed. Francof. nunquam vidisse propterea mihi credibile est, quod ex Officina P. Brubachii non solum Latine, sed etiam Græce exierit Lycurgi Oratio a. 1548. mense Sept. Utor hac editione, cujus inscriptio est: Or. Lyc. contra Leocr. desertorem patriæ, dulcissime de officiis patriæ debitis disserens. Cum præf. Phil. Melancthonis. Eadem oratio conversa in Latinum sermonem a Phil. Melancth. — Igitur erravit I. Alb. Fabricius, quum in Bibl. Gr. I. p. 916. negaret, Mel. interpretationem exstare, et Loniceri primam omnium fuisse. Idem.]

[9] [Henric. Stephanus, in Lycurgo, auxilio veterum Codd. plane destitutus, sequebatur Aldinam, sed ita, ut apertos istius errores typographicos tacite emendaret, et suspectis locis conjecturas suas margini apponeret, lectorum judicio eas relinquens. Præf. p. 7. — Latina, quam

Loniceri interpretatione edidit Hanoviæ MDCXIX. 1. typis Wechelianis adjunctis Dinarcho, Lesbonacte, Herode et Demade, Ianus Gruterus,[1] Vir de optimis literis optime meritus.[2]

Causa autem, quam peroravit noster, erat ea, quam proxime sum expositurus. Profligatis ad Chæroneam a Philippo Atheniensibus, allatoque ad urbem fatali illo nuncio, ibi in summa civium trepidatione tulit Populus plebiscitum, rogante Hyperide, quod verbis fere legitimis laudat Lycurgus c. 6.

ΠΑΙΔΑΣ ΚΑΙ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΕΚ ΤΩΝ ΑΓΡΩΝ
ΕΙΣ ΤΑ ΤΕΙΧΗ ΚΑΤΑΚΟΜΙΖΕΙΝ ΤΟΥΣ ΔΕ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣ ΤΑΤΤΕΙΝ ΕΙΣ ΤΑΣ ΦΥΛΑΚΑΣ
ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΤΩΝ
ΟΙΚΟΥΝΤΩΝ ΑΘΗΝΗΙΣΙ ΚΑΘ' Ο ΤΙ ΑΝ ΑΥΤΟΙΣ
ΔΟΚΗΙ. —

Eidem plebiscito adjungas quoque et illa, quæ leguntur c. 11.

ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ ΤΟΥΣ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΟΥΣ ΚΑΤΑΒΑΙΝΕΙΝ
ΕΙΣ ΠΕΙΡΑΙΑ ΧΡΗΜΑΤΙΟΥΣΑΝ ΠΕΡΙ ΦΥΛΑΚΗΣ
ΤΟΥ ΠΕΙΡΑΙΩΣ ΚΑΙ ΠΡΑΤΤΕΙΝ ΔΙΕΣΚΕΥΑΣΜΕΝΗΝ
Ο ΤΙ ΑΝ ΔΟΚΗΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΣΥΜΦΕΡΟΝ ΕΙΝΑΙ.

et similiter cap. eodem

ΤΟΥΣ ΜΕΝ ΔΟΥΛΟΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣ (ΕΙΝΑΙ) ΤΟΥΣ
ΔΕ ΞΕΝΟΥΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ ΤΟΥΣ Δ' ΑΤΙΜΟΥΣ ΕΝΤΙΜΟΥΣ.

Nam in una rogatione complectitur Plutarchus in Hyperide,[3] si auctor sit fide dignus, *γράψαι μετὰ Χαιρώνειαν· τοὺς μετοίκους πολίτας ποιήσασθαι, τοὺς δὲ δούλους ἐλευθέρους, ἱερὰ δὲ καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας εἰς τὸν Πειραιᾶ ἀποθέσθαι.* Licet profecto aliquid istiusmodi diserte seipsum tulisse profiteatur Demosthenes de Corona:[4] *Μετὰ τὴν μάχην εὐθὺς ὁ Δῆμος — περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως τὰς ἐμὰς γνώμας ἐχειροτόνει, καὶ πάνθ' ὅσα τῆς φυλακῆς ἕνεκ' ἐπράττετο, ἡ διάταξις τῶν φυλάκων, αἱ τάφροι, τὰ εἰς τὰ τείχη χρήματα, διὰ τῶν ἐμῶν ψηφισμάτων ἐγίγνετο.* Erat interea ex Atheniensibus Leocrates quidam, qui metu tantæ calamitatis perterritus, adeo non patriæ periclitanti suppetias tulerit, ut rebus suis convasatis seipsum una subduceret. Et primo quidem ille Rhodum appellebat, deinde laribus in urbe Megara constitutis octavo demum anno, omni sopito periculo, domum revertitur. Visa est ea causa dignissima, ubi Eloquentiæ nervos intenderet Lycurgus patriæ amantissimus, hominique diem dicit. Cujus judicii eventum nobis conservavit Æschin. contra Ctesiph. c. 39. *Ἕτερος δ' ἰδιώτης ἐκπλεύσας εἰς Ῥόδον, ὅτι τὸν φόβον ἀνάνδρως ἤνεγκε, πρώην ποτ' εἰσηγγέλθη, καὶ ἴσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο. εἰ δὲ μιᾷ μόνον μετέπεσεν, ὑπώριστ' ἂν ἢ ἀπέθανεν.* Et ne dubitari possis, discimus ab ejus scholiaste inedito,[5] hunc fuisse Leocratem, quem accusavit Lycurgus.

idem vir doctus promisit, interpretatio, et Annotationes ipsi subjungendæ, quod sciam, nunquam prodierunt. Continet vero Steph. ed. eos tantum Oratores, quos exhibent Vol. II. et III. Aldinæ. IDEM.]

[1] [Henr. Stephani modo vestigia pressit Gruterus; ad calcem sunt additæ emendationes ejusdem Viri doctissimi, ita ut is, qui Steph. possidet, facile careat hac editione. IDEM.]

[2] [Jam sequitur ipsa Tayloriana: Orationes duæ, una Demosthenis contra Midiam, altera Lycurgi contra Leocratem, Gr. et Lat. Recens. emendavit notasque addidit Io. Taylor. Cantabr. 1743. 8. — Post Anglum et ad edit. Taylori ed. in Germania Io. Gottfr. Hauptmann. Lips. 1751. et iterum Lips. 1753. 8. cf. Harles. p. 431. — Reiskius Oratoribus Græc. in eo Vol. quod inscriptum est: Orat. Græcor. Volum. IV. Æschinis Secundum. Lips. 1771. p. 105—242. Repetiit Taylori animadversiones; et locis obscuris suis emendationibus subvenire conatus est. Cæterum Editor Codd. MSS. et in hoc Oratore nullis est usus. — Græce et cum animadvers. Germanicis (potissimum e Tayloro et Reiskio petitis), ed. J. H. Schulze Brunsvic. 1789. 8. min. Postrema fuit ed. Lycurgi Oratio in Leocratem, quam in usum auditorum imprimi curavit B. Thorlacius. Hafn. 1804. 8. In linguam nostram semel modo, et quidem notante Harlesio p. 221. ex Latina Melanthonis versione translata, exstat in Lauterbecks Regentenbuch 1556. 1567. et 1581. fol. — Gallice Lycurgum cum Isæo, Andocide, Dinarcho et Demadis fragmento vertit Augerius, interpres ille et editor Demosthenis, Paris. 1783. 8. IDEM.]

[3] P. 849. A.

[4] Cap. 74.

In eadem causa, dissimili licet fortuna, videtur fuisse Autolycus quidam. Cujus accusationis memoriam conservavit Harpocratio, aliique. Quibus adde antiquam Hypothesin hujus Orationis. Et Autolycus quidem, ut discimus infra c. 13. capite plectitur, licet urbem non quidem ipse deseruisset, liberis solummodo et uxore, quorum opera in obsidione esset inutilior, extra Atticam in tuto collocatis.

Erat itidem tertius, qui eodem crimine teneretur, Lycurgo accusante, nomine Aristogiton. Quod priusquam lectori meo probare possim, emendanda sunt veterum scripta. Plutarchus in Lycurgi vita:[6] *Εὐθύνας* (i. e. Lycurgus) *Ἀριστογείτονα, καὶ Κλεωκράτην, καὶ Αὐτόλυκον δουλείας.* Qui criminis societate Autolyco conjungebatur, erat *Leocrates* noster, non Cleocrates. Porro autem *δουλείας γραφὴν* in Attico foro intentatam esse unquam nemo dixerit, nemo est omnium, qui tradiderit: neque, si tradiderint maxime, tractata est ea de his hominibus quæstio. Rescribe itaque: *Εὐθύνας Ἀριστογείτονα, καὶ Λεωκράτην, καὶ Αὐτόλυκον δειλίας.* Nam ut laudem Æschinem c. Ctesiph. c. 58. *Εἰσὶ γὰρ καὶ δειλίας γραφαί. Καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις ὑμῶν, εἴ εἰσί φύσεως γραφαί. Εἰσί. Τίνος ἕνεκα; Ἵν' ἕκαστος ἡμῶν τὰς ἐκ τῶν νόμων ζημίας φοβούμενος μᾶλλον ἢ τοὺς πολεμίους, ἀμείνων ἀγωνιστὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὑπάρχῃ.*

Quod restat, acta est octavo circiter anno post res Chæroneæ infeliciter gestas, Olymp. sc. CXII. 3. (a. Chr. 330.) ut liquet ex cap. 11. fine; eodem anno, quo Demosthenes Orationum splendidissimam de Corona peroravit.

[5] [Jam edito ab Im. Bekkero, p. 269. BECKER.] τὸν Λεωκράτην νοεῖ, οὗ κατηγόρησε Λυκοῦργος. διαμένει δὲ καὶ ὁ λόγος ἐνταῦθα κείμενος.

[6] P. 843. D.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΥ

ΒΙΟΣ

ΚΑΤΑ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΝ.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ πατρὸς μὲν ἦν Λυκόφρονος τοῦ Λυκούργου — ὃν οἱ τριάκοντα τύραννοι ἀπέκτειναν, αἰτίου αὐτῷ τῆς ἀναιρέσεως γενομένου Ἀριστοδήμου Βατῆθεν, ὃς καὶ Ἑλληνοταμίας γενόμενος ἔφυγεν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ —, τὸν δῆμον δὲ Βουτάδης, γένους τοῦ τῶν Ἐτεοβουταδῶν. ἀκροατὴς δὲ γενόμενος Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου, ταπρῶτα ἐφιλοσόφησεν· εἶτα καὶ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος γνώριμος γενόμενος, ἐπολιτεύσατο ἐπιφανῶς, καὶ λέγων καὶ πράττων, καὶ δὴ πιστευσάμενος τὴν διοίκησιν τῶν χρημάτων· ταμίας γὰρ ἐγένετο ἐπὶ τρεῖς πενταετηρίδας ταλάντων μυρίων τετρακισχιλίων, ἢ ὥς τινες, μυρίων ὀκτακισχιλίων ἑξακοσίων πεντήκοντα, [καὶ ὁ τὲς τιμὰς αὐτῷ ψηφιζόμενος Στρατοκλῆς ὁ ῥήτωρ] τὸ μὲν πρῶτον αἱρεθεὶς αὐτὸς, ἔπειτα τῶν φίλων ἐπιγραψάμενός τινα αὐτὸς ἐποιεῖτο τὴν διοίκησιν διὰ τὸ φθάσαι νόμον εἰσενεγκεῖν, μὴ πλείω πέντε ἐτῶν διέπειν τὸν χειροτονηθέντα ἐπὶ τὰ δημόσια χρήματα, ἀεί τ' ἐφεστὼς τοῖς ἔργοις διετέλεσε καὶ θέρους καὶ χειμῶνος· καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ πολέμου παρασκευὴν χειροτονηθεὶς, πολλὰ τῆς πόλεως ἐπηνώρθωσε· καὶ τριήρεις παρεσκεύασε τῷ δήμῳ τετρακοσίας· καὶ τὸ ἐν Λυκείῳ γυμνάσιον ἐποίησε καὶ ἐφύτευσε, καὶ τὴν πάλαιστραν ᾠκοδόμησε, καὶ τὸ ἐν Διονύσου θέατρον ἐπιστατῶν ἐτελεύτησε· πιστευσάμενος δ' ἐν παρακαταθήκῃ παρὰ τῶν ἰδιωτῶν διακόσια πεντήκοντα τάλαντα ἐφύλαξε, πομπεῖά τε χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ τῇ πόλει κατεσκεύασε καὶ νίκας χρυσᾶς· πολλὰ δὲ ἡμίεργα παραλαβὼν ἐξετέλεσε, καὶ νεωσοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην· καὶ τῷ σταδίῳ τῷ Παναθηναϊκῷ τὴν κρηπῖδα περιέθηκεν, ἐξεργασάμενος τοῦτό τε καὶ τὴν χαράδραν ὁμάλην ποιήσας, Δινίου τινὸς, ὃς ἐκέκτητο τοῦτο τὸ χωρίον, ἀνέντος τῇ πόλει περὶ παντὸς αὐτοῦ χαρίσασθαι Λυκούργῳ· ἔσχε δὲ καὶ τοῦ ἄστεος τὴν φυλακὴν, καὶ τῶν κακούρ-

Βατῆθεν] Βατίηθεν. SALMAS.

Καὶ ὁ - - - ῥήτωρ] Uncis hæc includendo secutus sum Wyttenb. qui ea perperam huc invecta censet e Psephismate tertio. Reiskius pro καὶ legendum conjecit ἦν δὲ. HUTTEN.

Φθάσαι] Reiskius nomen ejus, qui legem illam tulerat, excidisse suspicatur, nisi Lycurgus ipse legis auctor fuerit. IDEM.

Τὸ ἐν Δ. θέατρον ἐπιστατῶν] L. τοῦ ἐν Δ. θεάτρου ἐπιστατεύων. REISK.

Τε καὶ] F. ἔτι δὲ καὶ. IDEM.

Περὶ παντὸς αὐτοῦ χαρίσασθαι] L. καὶ προειπόντος, αὐτὸ χαρίσασθαι. IDEM. L. προσειπόντος, αὐτὸ χαρίσασθαι. WYTTENB. Cum Turnebo legendum χαρισαμένου. OSANN.

γων τὴν σύλληψιν, οὓς ἐξήλασεν ἅπαντας, ὡς καὶ τῶν σοφιστῶν ἐνίους λέγειν, Λυκοῦργον οὐ μέλανι, ἀλλὰ θανάτῳ χρίοντα τὸν κάλαμον κατὰ τῶν πονηρῶν, οὕτω συγγράφειν· ὅθεν ἐξαιτηθέντα αὐτὸν ὑπ' Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως ὁ δῆμος οὐ προήκατο· καθ' ὃν δὲ χρόνον ἐπολέμει Φίλιππος πρὸς Ἀθηναίους τὸν δεύτερον πόλεμον, ἐπρέσβευε μετὰ Πολυεύκτου καὶ Δημοσθένους εἴς τε Πελοπόννησον καί τινας ἑτέρας πόλεις. διετέλεσέ τε τὸν ἅπαντα χρόνον εὐδοκιμῶν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ δίκαιος εἶναι νομιζόμενος, ὥστε καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις τὸ φῆσαι Λυκοῦργον ἐδόκει βοήθημα εἶναι τῷ συναγορευομένῳ· εἰσήνεγκε δὲ καὶ νόμους, τὸν περὶ τῶν κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς Χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι, πρότερον οὐκ ἐξὸν, ἀναλαμβάνων τὸν ἀγῶνα ἐκλελοιπότα· τὸν δὲ, ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν, Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου, καὶ τὰς τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραψαμένους φυλάττειν, καὶ τὸν τῆς πόλεως γραμματέα παραναγινώσκειν τοῖς ὑποκρινομένοις· οὐκ ἐξεῖναι γὰρ αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι· καὶ τρίτον, μηδένι ἐξεῖναι Ἀθηναίων, μηδὲ τῶν οἰκούντων Ἀθήνησιν, ἐλεύθερον σῶμα πρίασθαι ἐπὶ δουλείᾳ ἐκ τῶν ἁλισκομένων ἄνευ τῆς τοῦ προτέρου δεσπότου γνώμης. ἔτι δὲ, ὡς τοῦ Ποσειδῶνος ἀγῶνα ποιεῖν ἐν Πειραιεῖ, κυκλίων χόρων οὐκ ἔλαττον τριῶν, διδόσθαι μὲν τοῖς νικῶσιν οὐκ ἔλαττον δέκα μνᾶς, τοῖς δὲ δευτέροις ὀκτὼ, ἓξ δὲ τοῖς τρίτοις κριθεῖσιν· ἐπὶ ζεύγους μὴ ἀπεῖναι γυναῖκα Ἐλευσίναδε, ὅπως μὴ ἐλαττῶνται ὑπὸ τῶν πλουσίων· εἰ δέ τις φωραθείη, ἀποτίνειν δραχμὰς ἑξακισχιλίας· τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ μὴ πεισθείσης, τῶν συκοφαντῶν φωρασάντων, τάλαντον αὐτοῖς ἔδωκε. κατηγορούμενος δ' ἐν ὑστέρῳ ἐν τῷ δήμῳ ἔφη· ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν διδοὺς, οὐ λαμβάνων ἑώραμαι. τελώνου δέ ποτ' ἐπιβαλόντος Ξενοκράτει τῷ φιλοσόφῳ τὰς χεῖρας, καὶ πρὸς τὸ μετοίκιον αὐτὸν ἀπαγαγόντος, ἀπαντήσας ῥάβδῳ τε κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ τελώνου κατήνεγκε, καὶ τὸν μὲν Ξενοκράτην ἀπέλυσε, τὸν δὲ ὡς οὐ τὰ πρέποντα δράσαντα εἰς τὸ δεσμωτήριον κατέκλεισεν. ἐπαινουμένου δ' ἐπὶ τῇ πράξει, μεθ' ἡμέρας τινὰς συντυχὼν ὁ Ξενοκράτης τοῖς παισὶ τοῦ Λυκούργου ἔφη· ταχέως γε τῷ πατρὶ ὑμῶν ἀπέδωκα, ὦ παῖδες, τὴν χάριν· ἐπαινεῖται γὰρ ὑπὸ πολλῶν ἐπὶ τῷ βοηθῆσαί μοι. εἰσήνεγκε δὲ

Λυκοῦργον οὐ μέλανι, ἀλλὰ θανάτῳ χρίοντα τὸν κάλαμον] Simile Demadis dictum de Dracone Tzetzes Chil. 5. 347. refert:

> Ἔοικεν, ἄνδρες δικασταὶ, Δράκων ὁ νομογράφος
> Οὐ μέλανι, δι' αἵματος τοὺς νόμους δὲ χαράξαι. OSANN.

Συγγράφειν] Scil. τὰς καταδίκας. REISK.

Τὸν περὶ] F. τὸν μὲν τὸν παρὰ —. IDEM.

Χύτροις] Χύτροι tertia dies festi, Anthesteria dicti. HUTTEN.

Καταλέγεσθαι] Καθιέναι corrigit Vales. ad Harpocr. p. 116. WYTTENB.

Ἀναθεῖναι] Reiskius mavult inseri δεῖ, addens tamen, sæpius ὡς cum infin. junctum reperiri. HUTTEN.

Αὐτὰς] Reiskius mavult αὐτοὺς, ipsos *scribas, vel tabularum custodes*. Wyttenb. susp. καὶ οὐκ ἐξεῖναι παρ' αὐτὰς —. IDEM.

Διδόσθαι] F. ὧν διδόσθαι. REISK.

Ὅπως μὴ - - - πλουσίων] Xyland. vertit: *ne a divitibus pauperes superentur*. Ad eundem sensum Kaltw. Aliter explicat Perizon. ad Æl. V. H. l. xiii. 24., ut ἐλαττῶνται ad ipsos viros referatur, non ad feminas. HUTTEN.

Ἑώραμαι] Wyttenbachius πεφώραμαι suspicatur: si quid mutandum, legerim ἑάλωκα. OSANN.

καὶ ψηφίσματα Εὐκλείδῃ τινὶ Ὀλυνθίῳ χρώμενος ἱκανωτάτῳ περὶ τὰ ψηφίσματα. εὔπορος δ' ὢν, ἱμάτιον ἓν καὶ ταὐτὸ ἐφόρει τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ θέρους, καὶ ὑπεδέδετο ταῖς ἀναγκαίαις ἡμέραις. ἐμελέτα δὲ καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, οὐκ εὖ πρὸς τὰ αὐτοσχέδια πεφυκὼς, κλινιδίου δ' αὐτῷ ὑποκειμένου, ἐφ' ᾧ μόνον ἦν κώδιον καὶ προσκεφάλαιον, ὅπως ἐγείροιτο ῥᾳδίως καὶ μελετῴη. ἐγκαλοῦντος δ' αὐτῷ τινὸς, ὅτι μίσθους σοφισταῖς δίδωσι περὶ λόγους διατρίβων· ἀλλ' εἴ τίς γε ἐπαγγέλλοιτο, ἔφη, τοὺς υἱοὺς ἀμείνους αὐτῷ ποιήσειν, οὐ χιλίας ἀλλὰ τὰ ἡμίση τῆς οὐσίας προΐεσθαι. ἦν δὲ καὶ παῤῥησιαστὴς διὰ τὴν εὐγένειαν· Ἀθηναίων γέ τοί ποτε οὐκ ἀνεχομένων αὐτοῦ δημηγοροῦντος, ἀνέκραγεν ἐκβαλλόμενος· ὦ Κερκυραία μάστιξ, ὡς πολλῶν ταλάντων εἶ ἀξία. πάλιν δὲ θεὸν ἀναγορευόντων Ἀλέξανδρον· καὶ ποδαπὸς ἂν, εἶπεν, ὁ θεὸς, οὗ τὸ ἱερὸν ἐξιόντας δεήσει περιῤῥάνασθαι; ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ παρέδωκαν τοὺς παῖδας τοῖς ἕνδεκα, Μενεσαίχμου μὲν κατηγορήσαντος, γραψαμένου δέ Θρασυκλέους. Δημοσθένους δὲ, καθ' ὃν ἔφυγε χρόνον, ἐπιστείλαντος τοῖς Ἀθηναίοις, ὡς κακῶς ἀκούοιεν ἐπὶ τοῖς Λυκούργου παιδίοις, μετενόησαν, καὶ ἀφῆκαν αὐτοὺς, Δημοκλέους, τοῦ Θεοφράστου μαθητοῦ, ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογησαμένου. ἐτάφη δ' αὐτὸς καὶ τῶν ἐκγόνων τινὲς δημοσίᾳ· καὶ ἔστιν αὐτῶν τὰ μνήματα ἄντικρυς τῆς Παιωνίας Ἀθηνᾶς ἐν τῷ Μελανθίου τοῦ φιλοσόφου κήπῳ, τράπεζαι πεποιημέναι, αὐτοῦ τε τοῦ Λυκούργου καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἐπιγεγραμμέναι, καὶ εἰς ἡμᾶς ἔτι σωζόμεναι. τὸ μέγιστον χίλια διακόσια τάλαντα προσόδου τῇ πόλει κατέστησε, πρότερον ἑξήκοντα προσιόντων. μέλλων δὲ τελευτήσειν, εἰς τὸ μητρῷον καὶ τὸ βουλευτήριον ἐκέλευσεν αὐτὸν κομισθῆναι, βουλόμενος εὐθύνας δοῦναι τῶν πεπολιτευμένων· οὐδενὸς δὲ κατηγορῆσαι τολμήσαντος πλὴν Μενεσαίχμου, τὰς διαβολὰς ἀπολυσάμενος, εἰς τὴν οἰκίαν ἀπεκομίσθη, καὶ ἐτελεύτησεν, ἐπιεικὴς νομισθεὶς παρὰ πάντα τὸν βίον, καὶ ἐν λόγοις ἐπαινεθεὶς, καὶ μηδένα ἀγῶνα ἁλοὺς, καίτοι πολλῶν κατηγορησάντων. ἔσχε δὲ τρεῖς παῖδας ἐκ Καλλιστοῦς, τῆς Ἄβρωνος μὲν θυγατρὸς, Καλαιοῦ δὲ τοῦ Ἄβρωνος Βατῆθεν ἀδελφῆς, τοῦ ταμιεύσαντος στρατιωτικῶν ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος.

Ψηφίσματα] Suspectum est hoc vocabulum Reisk. Quærit, num περὶ τὰ χρήματα vel δανείσματα. HUTTEN.

Ἀναγκαίαις ἡμ.] F. ἀναγκαίαν μόνον ἡμ. REISK. WYTTENB. *Necessarii dies*, auctore Casaub. ad Theophr. Char. 10., sunt illi, in quibus facere nequis, quin calceos gestes, per itineris scil. causam, aut frigoris, aut viæ lutosæ aut asperæ. HUTTEN.

Τὰ ἡμίση] Legendum esse τὸ ἥμισυ, alii viderunt. OSANN.

Προΐεσθαι] F. προήσεσθαι. REISK.

Ὦ Κερκ. μάστιξ] Locutio proverbialis, de qua cf. Erasm. adag. p. 315. HUTTEN.

Περιῤῥάνασθαι] Quia scil. Alexander erat parricida et alias sceleratus, latro totius generis humani. REISK.

Θρασυκλέους] Probabilis est Ruhnkenii Hist. crit. orator. p. LXXX. conjectura Μοιροκλέους. OSANN.

Τράπεζαι πεποιημέναι] Apposite Cicero de legg. 2. 26. 75. "nam super terræ tumulum noluit [Demetrius Phal.] quid statui nisi columellam, tribus cubitis ne altiorem, aut mensam, aut labellum." IDEM.

Τὸ μέγιστον] Reiskio judice videtur hic aliquid deesse, e. c. τῶν ἔργων αὐτοῦ τὸ μέγιστον, ὅτι χίλια — idem deinde legendum censet πρόσοδον et ἑξακοσίων. Wyttenb. monente hoc est et numeris vitiosum et perperam e superioribus repetitum. HUTTEN.

Καλαιοῦ] L. Καλλίου. SALMAS. REISK.

Στρατιωτικῶν] L. τὸ στρατιωτικὸν, scil. ἀργύριον. SALMAS.

περὶ δὲ τῆς κηδείας ταύτης λέγει ὁ Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Παστίου. κατέλιπε δὲ παῖδας Ἄβρωνα, Λυκοῦργον, Λυκόφρονα, ὧν ὁ Ἄβρων καὶ ὁ Λυκοῦργος ἄπαιδες μετήλλαξαν· ἀλλ' ὅ γε Ἄβρων καὶ πολιτευσάμενος ἐπιφανῶς μετήλλαξε, Λυκόφρων δὲ, γήμας Καλλιστομάχην Φιλίππου Αἰξωνέως ἐγέννησε Καλλιστώ. ταύτην δὲ γήμας Κλεόμβροτος Δεινοκράτους Ἀχαρνεὺς, ἐγέννησε Λυκόφρονα· τοῦτον δὲ ὁ πάππος εἰσεποιήσατο Λυκόφρων· οὗτος δ' ἐτελεύτησε ἄπαις. μετὰ δὲ τὴν Λυκόφρονος τελευτὴν ἔγημε τὴν Καλλιστὼ Σωκράτης, καὶ ἔσχεν υἱὸν Σύμμαχον· τοῦ δ' ἐγένετο Ἀριστώνυμος· τοῦ δὲ Φιλίππη· ταύτης δὲ καὶ Λυσάνδρου Μήδειος, ὁ καὶ ἐξηγητὴς ἐξ Εὐμολπιδῶν γενόμενος· τούτου δὲ καὶ Τιμοθέας τῆς Γλαύκου παῖδες, Λαοδάμεια καὶ Μήδειος, ὃς τὴν ἱερωσύνην Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως εἶχε, καὶ Φιλίππη, ἥτις ἱεράσατο τῆς Ἀθηνᾶς ὕστερον· πρότερον δ' αὐτὴν γήμας Διοκλῆς ὁ Μελιττεὺς, ἐγέννησε Διοκλέα, τὸν ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας στρατηγήσαντα· γήμας δ' οὗτος Ἡδίστην Ἄβρωνος, Φιλιππίδην καὶ Νικοστράτην ἐγέννησε· γήμας δὲ τὴν Νικοστράτην Θεμιστοκλῆς ὁ Θεοφράστου, ὁ δᾳδοῦχος, ἐγέννησε Θεόφραστον καὶ Διοκλέα. διετάξατο δὲ καὶ τὴν ἱερωσύνην τοῦ Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως. φέρονται δὲ τοῦ ῥήτορος λόγοι δεκαπέντε. ἐστεφανώθη δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου πολλάκις, καὶ εἰκόνων ἔτυχεν· ἀνάκειται δ' αὐτοῦ χαλκῆ εἰκὼν ἐν κεραμεικῷ κατὰ ψήφισμα ἐπ' Ἀναξικράτους ἄρχοντος· ἐφ' οὗ ἔλαβε καὶ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ αὐτός τε καὶ ὁ Λυκοῦργος καὶ ὁ πρεσβύτατος αὐτοῦ τῶν ἐκγόνων κατὰ τὸ αὐτὸ ψήφισμα. ἀποθανόντος τε Λυκούργου ὁ πρεσβύτατος τῶν παίδων, Λυκόφρων, ἠμφισβήτησε τῆς δωρεᾶς. εἶπε δὲ καὶ περὶ ἱερῶν πολλάκις, γραψάμενος Αὐτόλυκον τὸν Ἀρεοπαγίτην, καὶ Λυσικλέα τὸν στρατηγὸν, καὶ Δημάδη τὸν Δημίου, καὶ Μενέσαιχμον, ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ πάντας εἷλεν. ἔκρινε δὲ καὶ Δίφιλον ἐκ τῶν ἀργυρίων μετάλλων τοὺς μεσοκρινεῖς, οἳ ἐβάσταζον τὰ ὑπερκείμενα βάρη, ὑφελόντα, καὶ ἐξ αὐτῶν πεπλουτηκότα παρὰ τοὺς νόμους· καὶ θανάτου ὄντος ἐπιτιμίου, ἁλῶναι ἐποίησε, καὶ πεντήκοντα δραχμὰς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν διένειμε, τῶν πάντων συναχθέντων ταλάντων ἑκατὸν ἑξήκοντα, ἢ (ὥς τινες) μνᾶν. ὁ δὲ εὐθύνας Ἀριστογείτονα καὶ Λε-

Παστίου] Reisk. susp. Πασίου. Wyttenb. [Osann.] judice, Πιστίου recte corrigunt Meurs. lect. Att. iii. 5. et Vales. Harpocr. p. 15. HUTTEN.

Ὁπλίτας] Reisk. hoc nomen suspectum. Quærit, num Φασηλίτας, addens ex his genealogiis colligi posse, auctorem hujus libelli non Bœotum, sed Atheniensem fuisse. IDEM.

Καὶ ὁ] Reiskius delendum censet; Wyttenbachius solum καί. IDEM.

Περὶ ἱερῶν] Non debebat hunc titulum Reiskius in suspicionem vocare: de Lycurgi oratione περὶ ἱερείας, sive ἱερατείας, sive ἱερωσύνης inscripta v. Schulzii *Einleitung zu Lykurgs Rede* p. 33. Adde Zonaræ Lex. T. I. p. 880. Photii Lex. v. νίκη p. 220. v. προτέλεια p. 343. (cf. Phavorin. h. v. p. 1585. 8. ed. Basil.) v. τραπεζοφόρος p. 439. et Priscian. 18. p. 1198. 48. Vide denique Beckerum ad Lycurg. fragm. XII. OSANN.

Ἢ (ὥς τινες) μνᾶν] Wyttenb. judice, videntur posita fuisse ab auctore proxime post διένειμε. HUTTEN.

Ὁ δὲ εὐθύνας] L. ὅδε ὁ εὐθ. *hic est ille, qui controversiam liberi status movit.* REISK. Wyttenb. judice, vitiosum est. HUTTEN.

Λεωκράτην καὶ Αὐτόλυκον δειλίας] Ita scite Taylorus Præfat. ad Lycurg. p. 373.

ωκράτην καὶ Αὐτόλυκον δειλίας. ἐπεκαλεῖτο δὲ ὁ Λυκοῦργος·

ἶβις Λυκούργῳ, Ξενοφῶντι νυκτερίς.

κατῆγον δὲ τὸ γένος ἀπὸ τούτων, καὶ Ἐρεχθέως τοῦ Γῆς καὶ Ἡφαίστου· τὰ δ' ἐγγυτάτω ἀπὸ Λυκομήδους καὶ Λυκούργου, οὓς ὁ δῆμος ταφαῖς ἐτίμησε δημοσίᾳ· καὶ ἔστιν αὕτη ἡ καταγωγὴ τοῦ γένους τῶν ἱερασαμένων τοῦ Ποσειδῶνος ἐν πίνακι τελείῳ, ὃς ἀνάκειται ἐν Ἐρεχθείῳ, γεγραμμένος ὑπ' Ἰσμηνίου τοῦ Χαλκιδέως· καὶ εἰκόνες ξύλινοι τοῦ τε Λυκούργου καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, Ἄβρωνος, Λυκούργου, Λυκόφρονος, ἃς εἰργάσαντο Τίμαρχος καὶ Κηφισόδοτος, οἱ Πραξιτέλους υἱεῖς· τὸν δὲ πίνακα ἀνέθηκεν Ἄβρων, ὁ παῖς αὐτοῦ, λαχὼν ἐκ τοῦ γένους τὴν ἱερωσύνην, καὶ παραχωρήσας τῷ ἀδελφῷ Λυκόφρονι· καὶ διὰ τοῦτο πεποίηται ὁ Ἄβρων προσδιδοὺς αὐτῷ τὴν τρίαιναν. πάντων δὲ, ὧν διῴκησεν, ἀναγραφὴν ποιησάμενος, ἀνέθηκεν ἐν στήλῃ, πρὸ τῆς ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθείσης παλαίστρας, σκοπεῖν τοῖς βουλομένοις· οὐδεὶς μέντοι ἐδυνήθη ἐλέγξαι τὸν ἄνδρα νοσφισμοῦ. ἔγραψε δὲ καὶ Νεοπτόλεμον Ἀντικλέους στεφανῶσαι, καὶ εἰκόνα ἀναθεῖναι, ὅτι ἐπηγγείλατο χρυσώσειν τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν ἀγορᾷ κατὰ τὴν μαντείαν τοῦ θεοῦ. ἐψηφίσατο δὲ καὶ Διοτίμου Διοπείθους Εὐωνυμεῖ τιμὰς ἐπὶ Κτησικλέους ἄρχοντος.

pro vulg. Κλεωκράτην — δουλείας vidit legendum esse. OSANN.

Ἶβις Λυκούργῳ, Ξενοφῶντι νυκτερίς] Est Aristophanis versus ex Avibus 1297., ubi v. interpp. et Taylor. l. c. p. 359. IDEM.

Ἀπὸ τούτων, καὶ Ἐρεχθ.] Reisk. susp. ἀπωτέρω μὲν ἀπ' Ἐρεχθ. vel, si κατῆγον pro primo sing. sumere liceat, quod ipsi probabile videtur, ἀπὸ τούτων, καὶ πόῤῥωθεν μὲν ἀπ' Ἐρεχθ. *duco ab his genus.* Kaltw. monente, Erechtheus non fuit filius Terræ et Vulcani, sed Pandionis, et auctor de Erechtheo temere dixisse videtur, quæ Erichthonio tribui solent. HUTTEN.

Πλείῳ] Num Πεντελικῷ? Celebrabatur Pentelicum marmor, in solo Attico effossum. REISK.

Ἐρεχθείῳ] Erechtheum templum Neptuni. HUTTEN.

Προσδιδοὺς] F. παραδιδοὺς, vel ἐπιδιδούς. REISK.

Εὐωνυμεῖ] Xyland. monente, scribendum Εὐωνυμιέως. Εὐωνυμία tribus Pandionidis δῆμος. HUTTEN.

A. G. BECKERI

SUMMARIUM

ORATIONIS LYCURGI CONTRA LEOCRATEM.

DE dispositione, sive de partibus Orationis civilis earumque natura et ordine, copiose et docte disputatum est ab antiquis Rhetoribus.[1] Omnes autem poscunt *exordium* (προοίμιον), *aditum ad narrationem* (προδιήγησιν), et *narrationem ipsam* (διήγησιν); tum *præparationem confirmationis* et *confirmationem narrationis* (προκατασκευὴν et κεφάλαια); porro *refutationem argumentorum adversarii* (λύσιν τῶν κεφαλαίων); *epilogum* denique seu *perorationem* (ἐπίλογον). In his singulis viam solent indicare et rationem, quam ingredi et persequi debent, qui auditores docere vel delectari cupiant, nec non exemplis e scriptis Oratorum, qui in Arte præcipui habebantur, demonstrare, quo modo illi auditorum assensum et persuasionem sint assecuti. Imprimis vero uberius disserunt de argumentandi ratione, vel ad confirmandum sua ipsius argumenta, vel ad refellendum sententias adversariorum, indicantes loca maxime idonea, ubi hæc sint tractanda. Sed quum experientia et assidua meditatio hos, qui artem exercebant, doceret, quo modo et loco optime secundum rerum naturam ista sint ponenda, non semel factum est, ut optimus quisque Orator, Artis præcepta relinquens, suum sibi eligeret ordinem. Quod imprimis conspicuum est in Demosthene, omnium principe, qui et subtili meditatione, et artificiosa repertorum collocatione, longe cæteros

[1] Romanorum Artis scriptoribus i. e. Cicerone et Quintiliano in his, quæ ad artem oratoriam Veterum spectant, dijudicandis, hodie unice fere utuntur, neglectis magis, quam par erat, fontibus Græcis: Aristotele, et propter ætatem et propter subtilitatem in definiendo omnium principe, tum Dionysio Halicarnassensi, Aristide, Hermogene cæterisque Rhetoribus serioris ætatis. Postremus eorum, quos nominavimus, Rhetoricen Aristotelis in formam artis redegit, excoluit, exemplis denique summorum Oratorum Græciæ, qui, dum viveret Aristoteles, Oratione excellebant, illustravit. In his omnibus utilissimus est scriptor, quanquam in eo inferior est Philosopho, quod in notionibus definiendis sæpe infeliciter agat, nec *formas Orationis*, quas appellat, ita secernat, ut ab aliis satis dignosci possint; quin interdum etiam lectoribus relinquat operam notionis constituendæ. Nihilo secius dignissimus est, qui a studiosis Artis et legentibus Oratores Græcos — nam hos modo tanquam Græcus tractat — evolvatur: ad intelligentiam enim Artis et istorum scriptorum plus prodest, quam Scholiastæ, qui cæcutientes de his disputare solent.

superat; quam mirificam dispositionis inventionem, præsertim in ejus Orationibus judicialibus, quisque, qui diligenter ejus causas exploraverit, admirabitur.[2]

Quæ artificia Lycurgus vel ignoravit, vel contempsit. Et in hac gravissima Leocratis accusatione judicum animos ad suam sententiam pertrahere speravit vi veritatis, sensu recti, et Orationis gravitate. Integritati vitæ et auctoritati, qua in civitate fruebatur, confidens, hujus causæ periculum suscepit.

Sed paucis litis occasionem declarabimus.

Leocrates, civis Atheniensis, opulentus et illustris, patre honestissimo natus (c. 35.), statim post pugnam ad Chæroneam infeliciter gestam, in qua sine dubio ipse cum cæteris pugnaverat civibus, calamitate Reipublicæ perterritus, ejusque saluti diffidens, Athenas relinquere constituit. Navem igitur e portu jam exeuntem noctu conscendit, rebusque suis clam in eam comportatis Rhodum navigavit. Hic, quum aliquid temporis commoratus esset, reditum in patriam veritus, Megara se contulit. In ea civitate, postquam Athenis domum, servos, cæterasque possessiones vendiderat, sex annos vixit. Tandem octavo in patriam rediit anno, sive spe ductus, fore, ut nemo recordetur fugæ suæ: sive, quod magis probabile est, fretus auctoritate eorum civium, qui tum, quum absente Alexandro Antipater Græcorum res administraret, Macedonibus favebant.[3] Sed exstitit Lycurgus, et quidem solus, qui eum sine causæ subscriptoribus accusabat: ille vero in hac causa capitali patronos illustres nactus est et potentes (c. 35.), qui reum graviter defendebant, quorumque auxilio, sed ægre, ut videtur,[4] absolutus est. Hic autem rei eventus signum est clarissimum morum corruptionis in civitate Atheniensium, quæ intra paucos annos mirum in modum creverat: nam paulo ante cives, qui nostri similes tempore isto calamitoso urbem deseruerant, retracti, a judicibus proditionis damnati, et morte erant mulctati. Quæ quidem omnia tanto cariorem nobis faciunt Orationem senis optimi: est enim ultima fere omnium, quæ supersunt e civitate Atheniensium libera, in qua vocem audimus viri integerrimi, civium animos ad sensum recti et honesti erigentem; quo sensu retento res publica servari, et e calamitatibus, quibus erat depressa, denuo emergere potuisset. Isto contra animo magis magisque evanescente, et penitus demum exstincto—quod tale judicium de convicto patriæ desertore manifeste prodit—haud amplius cives rempublicam liberam tueri valebant.

[2] Talia monet idem Hermogenes Inv. III. 1. super oratione Demosthenis de falsa legatione; in qua præscriptum ordinem e consilio mutaverit callidissimus Orator. Nec minus artificiose composita est Oratio de Corona.

[3] Cf. quæ monuimus in Demosth. als Staatsmann u. Redner I. p. 109. sqq.

[4] Æschin. c. Ctesiph. p. 643. ed. Reisk.

Exordium Orationis (c. 1—5.) incipit a precatione deorum,[5] ut certamen hocce salutare sit Reipublicæ. Tum transit Orator ad deprecationem invidiæ; cum enim omnis accusatio odiosa sit, imprimis studiose exornat sententiam: "accusatorem non minus munimentum esse R. P. quam leges et judices; quare, cum cognovisset, Leocratem desertorem esse patriæ et pœnis obnoxium gravissimis, se sine ira et studio privato instituisse causam publicam, si quidem hujus viri scelus non unam R. P. partem, sed totam complectatur, et propterea universæ posteritati in eo puniendo exemplum proponi debeat. Quum vero tanti sceleris pœna legitima nondum sit constituta, et extremum supplicium levius videatur, quam Leocratis facinus, adhortatur judices, ut novæ legis conditores fiant sententiam suam pronunciaturi: si enim Leocratem condemnaverint, non solum hic justa affectus fuerit pœna, sed quoque reliqui cives et posteri ad pietatem erga patriam revocarentur. Fiat igitur accusatio justa, et judicium justum. In accusatione nil extra præsens negotium dicatur, ut multi facere solent; imo omnes imitari debeant Areopagum in quo cuncta juste, ut omnes fatentur, pertractari solent."—Nec obscura manebunt judicum suffragia, quum Leocrates multis et ubique fere notus est. Ejus causam pœnamque tota intuebitur Græcia; proptereaque tanto gravius de isto statuendum. Benevole autem Orationem judices audiant, nec graviter ferant, si calamitatum istarum memoriam renovare hac ipsa causa cogatur Orator.

Narratio, quam testimoniis immistis confirmat (c. 6—13.), in tres singulas divisa est partes, quarum

1. Enarrat, Leocratem post Hyperidis decretum, quo sit statutum, ut pueri mulieresque ex agris intra murum adducantur, duces vero præsidia disponant, omnesque ducibus pareant cives, clam noctu per parvam portam medio in litore egressum, suaque omnia navi imposuisse, Rhodumque aufugisse, ubi famam sparserit, Athenas captas esse ab hostibus, Piræeum vero oppugnari, seque unum feliciter evasisse. Quo nuncio adducti erant Nautæ ac Mercatores, qui inde Athenas navigare vellent, frumentum Rhodi exponere.

Testes provocat vicinos accusati, eosque, qui tunc Rhodi vixerant, tum Phyrcini cujusdam invocat testimonium. Ibi statim, ὡς ἐν παρόδῳ, præmonet de testium solita tergiversatione, quæ frustra fiat, si judices serio postulent, ut isti adscendant; sin id nihilominus recusent, in jus se vocaturum, actor affirmat. (c. 7.)

2. Jam altera Narrationis parte evincit: Leocratem, relicta Rhodo, Megara se contulisse, ubi amplius quinquennio vixerit, pa-

[5] Præter Lycurgum modo Demosthenes, et hic semel tantum, Orationem incipit a precibus deorum, sc. Orationem de Corona.

tronum illic nactus; domum vero, servos, reliquaque Athenis vendidisse ope Amyntæ sororis mariti, sibique perpetuum exsilium indixisse. Quæ singula iterum testimoniis confirmantur; ab Oratore vero vehementius accusato exprobrantur. (c. 8.)

3. Tertia vero Narrationis parte ostendit: Leocratem, dum in civitate Megarensium viveret, opes suas ex urbe avectas impendisse, ut frumentum emeret ex Epiro, idque lucri causa cæteris vendidisse Græcis. At lex prohibet, civem Atticum frumentum alio, nisi Athenas, vehere. Igitur Leocrates triplicis convictus sceleris severissime puniatur.

Accedit porro Lycurgus ad expositionem argumentorum, quibus docet, justissimam se instituisse Leocratis accusationem. (cf. c. 1.) Hinc 1. exponit: 'per denunciationem a Leocrate flagitasse, ut traderet servos ancillasque ad quæstionem;' cui denunciationi ille nequaquam paruisset, male sibi conscius, metuensque, ne ex eadem familia reus et testes producantur. Nam si quis negat, accusationem piam esse, hunc oportet servos postulanti ad quæstionem tradere, nec ullo modo defugere certissimum innocentiæ argumentum; quod cum faciat Leocrates, ipse fatetur se patriam prodidisse. (c. 9.) — Deinde 2. enarrat, 'Leocratem maxima R. P. calamitate et ingenti ejus periculo patriam turpiter deseruisse,' quod pulcre et oratorie exornat, ostendens, hunc nihil tum eorum fecisse, quæ cæteri omnes paratissimo animo ad defendendam urbem et conservandam R. P. exegerint; nec interfuisse funeri fortissimorum virorum, qui pro patriæ libertate dimicantes occubuerint, ita, ut quantum in isto fuerit, interfecti sepultura sint privati. Quo loco digreditur ad laudationem honestissimorum civium, qui ad Chæronæam pugnantes interfecti sint; qua digressione, persimili epitaphiis Lysiæ, Platonis, Thucydidis vel Demosthenis, splendorem eloquentiæ ostendit Lycurgus; is vero locus terminatur illustri Atheniensium laude, quod insignibus soleant ornare honoribus eos, qui virtute inclaruerint. Igitur non minus justum esse, proditores patriæ extremis afficere suppliciis. (c. 11. 12.)

Denique 3. accusationis justitiam demonstrat exemplis *a senatu Areopagitico* petitis, qui tum temporis cives nonnullos fugientes et retractos, tanquam hostes R. P. interfici jussit; *a populo*, qui per judicium publicum Autolycum, reum multo minoris criminis, capitis damnavit; *a decreto* denique *populi*, quo definitum, ut discedentes et commune periculum fugientes proditionis convicti ducerentur, et ultimis afficerentur pœnis retracti. His igitur ostendit, Leocratis accusationem et justam esse, et legitimam; (c. 13.) illum vero læsæ majestatis populi reum, et pœna gravissima dignum.

Quibus peractis Orator ad refutationem argumentorum transit,[1] quibus Leocrates et ejus patroni ad excusandum facinus in defensione uti poterant. (c. 14—17.)

1. 'Mercaturæ causa navigavit, et propter hoc negotium in Rhodo ut hospes commoratus est.'— At mercatores palam in portu, et in conspectu omnium navem conscendunt. Deinde, cujus negotii causa per totos quinque annos habitavit ille Megaris? Quamobrem vendidit quam hic habuit domum cæteraque? — Nec audiendus: nam præsente periculo patriæ, omnes, qui forte absunt cives, redire debent ad opem ferendam. Ille aderat, at discessit quæstus causa, tempore, quo solum præsentia erant defendenda. Cæterum mendacium reus excogitavit; nunquam enim antea mercaturam fecerat. Itaque et propter mendacium huic irasci convenit. (c. 14.)

2. 'Nemo absens, cui non mandata est aliqua pars urbis custodienda, veluti armamentarium, portæ, castra, proditionis accusari potest.' Scilicet non partem aliquam R. P. sed universam, discedens ex urbe, hostibus prodidit. Nam si publica calamitate omnes idem facere velint, civitas fit solitudo: manentibus vero civibus, quassari quidem potest R. P. salus, sed aliquando in meliorem statum reversuram esse spes remanet: quod exemplis domesticis et externis probat Orator. (c. 15.) — At dicat aliquis:

3. 'In uno homine tantum momenti non est, ut unius fuga patriæ exitio esse possit.' Quæ quidem facinoris excusatio impudentissima est. Ego contra sentio, in singulis plurimum esse momentum. Nam incolumis est civitas, in qua quisque suo loco eam tuetur; contra unius errato tota sæpe respublica in periculum venit. Ita quidem judicabant majores. Sacrilegos et fures capitali supplicio afficiebant, seu multa, seu pauca furati essent: homicidas vero, sive hominem liberum, sive servum occidissent, morte mulctabant. Si quis vero, in templum Matris Deorum irrumpens, unam modo legem deleverit, ac deinde hoc factum excusare conetur, quod non multum momenti sit in una lege, is certe audiendus non est. Igitur magnitudo criminis in Leocratis facto teneatur: nam solum deorum beneficio factum est, quod unus iste erat ex omni civium numero, qui in calamitate publica peculiarem receptum quæsivit. (c. 16.)

4. 'Et majores nostri olim, relicta urbe, navigabant Salamina, pugnaturi cum Xerxis classe!" Igitur gloriossisimum civitatis factum cum hac turpissima Leocratis fuga conferre volumus? Scilicet illi patriam non deseruerunt, sed locum pugnæ idoneum sapientissimo consilio elegerunt. — Hic opportune Orator in memoriam audi-

[1] Quo modo hanc adversarii confutationem instituat Orator, docet Hermogen. de Meth. Eloquent. c. 23. p. 547. ed. Laur.

torum revocat præclara majorum facta, cladem Xerxis, victoriam ad Eurymedontem, pacem honorificam cum Persis factam. (c. 17.)

His adversarii objectionibus, quibus uti poterat, accurate refutatis, Lycurgus revertitur ad demonstrationem: quod Leocrates desertor sit patriæ, quod variis argumentis ita collocatis, ut unum alterum adjuvet, evincere magnopere studet.

Jusjurandum, quod omnes ex ephebis egressi cives jurare solent: 'sacra nunquam dedecorabo arma, nec aciem deseram, patriam contra defendam eamque meliorem reddam.' — id jusjurandum Leocrates vel nunquam juravit, vel fefellit civitatem; nam contrarium omnium exegit. Itaque ad honorem deorum pertinet, ut puniatur perjurus: nec minus propter homines; jusjurandum enim est nervus totius publici status, quo sanctissime devinciuntur magistratus, judices et privati. (c. 18.)

Præterea turpissimum est partam majorum gloriam nolle tueri, quæ talibus sceleribus obscuretur necesse est. Ita enim olim excelluit civitas nostra, ut honesta cæteris exempla daret: quam sententiam imprimis illustrat exemplo Codri, sponte pro patria mortem oppetentis. (c. 19. 20.)

At fortasse dicet Leocrates: se in judicium non venturum, si tanti sceleris sibi esset conscius. Hæc vero est excusatio non integri sed impudentis hominis. Quod redierit, id divinitus factum esse videtur, ut eo, quo deliquit loco, ignominiosa puniretur morte. (c. 21.) Hæc illustrat exemplo Callistrati, qui, quum absens a Populo capitis damnatus esset, postea vero spe veniæ impetrandæ ad aram deorum, Athenas revertens, confugisset, debita affectus sit pœna. (c. 22.) Dii enim cernunt actiones omnium, et maxime curant pietatem erga patriam et parentes. In Sicilia juvenis quidam, eruptione Ætnæ montis, patrem senem, vitam ejus servaturus, in humeros sustulit; deus vero præsens ambos servavit, dum cæteri, qui parentes impie reliquerant, peribant. (c. 23.) Sic Erechtheus, cujus uxor erat Praxithea Cephisi filia, cum Eumolpus exercitum e Thracia adduxisset, ut Atticam occuparet, consuluit oraculum, quo modo victoria potiretur? responsum tulit, victorem fore, si filiam vellet immolare. Euripides vero matrem in scenam profert, permittentem filiam, civitati ut fiat victima. (c. 24.) Pari modo Homerus ad patriæ amorem hortatur, qui poeta nobilissimus, quem majores nostri admirabantur, hos incitabat, ut non modo pro sua, sed etiam pro salute totius Græciæ, tanquam pro communi patria, mortem oppetere non dubitarent. Igitur in Marathonio campo dimicantes hostes deleverunt, et universam terrore liberarunt Græciam. (c. 26. 27.) Tanta autem, et tam nota fuit illorum virtus, ut bello Messeniaco oraculum Spartanis responderet: victores fore Lacedæmonios, si ab Atheniensibus ducem peterent.

Hi mittunt Tyrtæum, qui sua cohortatione ita confirmavit illorum animos, ut victoriam reportarent; quare Lacedæmonii, qui cæteros poetas non legunt, adhuc in castris convenire solent audituri Tyrtæi poemata. (c. 28.) Et recte sic agunt: nam ex eo tempore ita ad fortitudinem impulsi sunt Spartani, ut de imperio cum nostra civitate certare auderent. Nec temere. Athenienses enim exercitum Medorum ad Marathona profligarunt; Lacedæmonii contra in Thermopylis virtute longe omnibus antecelluerunt. (c. 29.)

Majores nostri proditores morte mulctabant. Phrynichus ab Apollodoro et Thrasybulo noctu interfectus est. Hi quum ab amicis interfecti comprehensi essent, populusque re quæsita comperisset, Phrynichum proditorem fuisse, statuebat, ossa interempti extra terram Atticam exportarentur, et, qui eum defenderent, eadem teneantur pœna. Hoc modo peribant Aristarchus et Alexicles. (c. 30.) Hipparchi vero statuam, quum ipse defensionis diem reliquisset, conflarunt, ex ære columnam fecerunt, et decreverunt, in ea scribenda esse omnium damnatorum et proditorum nomina. Idem statuebant de civibus, qui ad hostes in Deceleam transfugerant: si quis eorum rediret, cuilibet licere ad magistratus hos adducere, ut trucidarentur. Sic post interfectos triginta Tyrannos jurabant: si quis imposterum urbem prodat, vel popularem statum concutiat, hunc licite interfici ab omnibus, quicunque id providerint. Hanc igitur majorum severitatem imitentur judices in causa Leocratis, memores, se in Demophanti decretum jurasse, in quo est: capitali supplicio affecturos esse judices quemcunque, patriam verbis seu factis prodere conantem. (c. 30. 31.)

Idem Lacedæmonii statuere de proditoribus patriæ. Pausaniam, qui Mardonii exercitum profligaverat, quum postea regnum affectaret, et Græciam Persis prodere vellet, in templo Palladis, foribus ejus obstructis, fame occiderunt: nam ne deorum quidem templa proditores, qui violarunt numina, possunt tueri. Simul legem tulerunt, quæ cives, qui pugnare pro patria nolint, interfici jubet. (c. 32.)

Et vere is, qui patriam prodit, jura omnium projicit, quorum sensus etiam in cæteris animantibus ratione carentibus inesse deprehenditur. Quare omnes Leocratem detestantur: nulla civitas huic domicilium præbere voluit. Quid igitur? Deprehensum et convictum, nonne occidetis? (c. 33. 34.)

Patronos autem rei monet Orator: animo reputent, propter amiciciam Leocratem se non posse defendere; nam scelerati cujusque amicus morum similitudinem prodere videtur. Immo et pater ipsius, cujus monumentum exstat in æde Jovis, si quis rerum nostrarum sensus est in mortuis, filii durissimus judex erit. Sin alii, mercede conducti, accusatum defendere velint, hi extremo sup-

plicio digni sunt; at certe similium consiliorum suspicionem non effugient, qui ista defendere conentur facinora. Qui autem condonari sibi reum putant propterea, quod liberalitate ipsorum usa sit Respublica, hi demum honoribus contenti sint, quibus a civitate ornabantur, nec postulent, ut propterea R. P. detrimento afficiatur. (c. 35.)

Judices vero, memores mulierum et infantum, tueantur suffragio suo istarum salutem. Pro his, et legibus, et forma civitatis servanda, mille apud Chæroneam cives sunt interfecti, quorum monumenta hic ferreus non reveritus est, sed sibi concedi postulat, ut in conspectu vivat eorum, qui propter amissos filios, maritos, fratres et propinquos magno in mœrore fuerant, eorumque interitum adhuc lugent. (c. 36.)

In Epilogo (c. 37.), amplificatione et congerie Leocratis scelerum judicum animos excitare studet, simulque ab iis flagitat, ostendant exemplum, ut omnes intelligant, in hoc certamine misericordiam non plus valere, quam legum et Reipublicæ defensionem.

Accusatio vero, in qua tota hæc versatur Oratio, ut id tironum causa breviter moneamus, erat *εἰσαγγελία*, *denunciatio*. Sic ipse actionem appellat Lycurgus c. 2. Tria autem erant harum *denunciationum* genera in Foro Attico, ut Harpocratio h. v. notavit, quorum primum, — cæteris h. l. omissis, — *τέτακται ἐπὶ τῶν ἀγράφων δημοσίων ἀδικημάτων*, i. e. *accusatio non certi criminis, sed cujusque delicti nomine carentis*, atque eorum *ἀδικημάτων*, quæ Latini Rhetores *inscripta maleficia* appellarunt. Sic Pollux VIII. 6. p. 188. — Clarius adhuc Harpocratio h. v. de primo genere *τῆς εἰσαγγελίας* ita monet: *δημοσίας δίκης ὄνομα ἐστί. ἡ μὲν γὰρ, ἐπὶ δημοσίοις ἀδικήμασι μεγίστοις, καὶ ἀναβολὴν μὴ ἐπιδεχομένοις, καὶ ἐφ' οἷς μήτε ἀρχὴ καθέστηκε, μήτε νόμοι κεῖνται τοῖς ἄρχουσι, καθ' οὓς εἰσάξουσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον ἡ πρώτη κατάστασις ἔστω, καὶ ἐφ' οἷς τῷ μὲν φεύγοντι, ἐὰν ἁλῷ, μέγισται ζήμιαι ἐπίκεινται.* (cf. Lyc. c. 3.) Quæ *denunciationes* fiebant contra hos, qui delictum patraverant, v. c. cædem; istorum nomen deferebatur ad senatum. Demosth. c. Mid. p. 554. Reisk. deinde, ut Pollux l. c. e libro Theophrasti de legibus refert, contra Oratores, qui populi imperium concuterent, nec optima Populo suassisent;[1] contra duces ad bellum, non missi a populo, profectos;[2] aut contra proditores præsidiorum, exercitus et navium.[3] His annumerabantur, qui in prœlio arma turpiter abjecerant. Lys. c. Theomn. p. 342. l. 1. Reisk.

[1] Exemplum est ap. Demosth. de Cor. p. 310. I. 4. ed. Reisk.

[2] Demosth. de Chers. p. 27. l. 1. Reisk.

[3] Et tum quoque, quum duces, infeliciter re gesta, horum criminum suspecti fierent, quod patet e Demosth. Lept. p. 487. R. cf. Nep. Timoth. 3. Iphicr. 3.

Igitur cum *δειλία* quoque accusaretur *denunciatione*, et Leocratis fuga simile delictum esse videretur, non mirum est, quod Plutarch. p. 843. D. diserte tradit, Lycurgum denunciasse Leocratem *δειλίας*.

Cæterum, quanquam Harpocratio hanc *εἰσαγγελίαν* factam esse vel *apud senatum* vel *apud populum* animadvertit, tamen prior modus denunciandi sæpius Oratoribus notatus est, quam posterior. Legibus enim præscriptis (*νόμοις εἰσαγγελτικοῖς* v. Demosth. c. Timocr. p. 720. Poll. l. c.) erat cautum, ut senatus prius scrutinio facto quæreret, denunciationi locus sit, nec ne. Id si definitum erat a prytanis, denunciatus, quum mediocriter deliquisse senatui videretur, statim mulcta afficiebatur, quæ XXV. drachmar. summam nunquam excedebat (Demosth. c. Everg. et Mnesib. p. 1151. R.): sin gravius erat peccatum, foro committebatur judicium. Jam denunciatus comprehensus et in custodiam deductus, intra XXX. dies Heliææ tradebatur, quæ, re disceptata, vel absolvit reum, vel mulctam majorem imposuit denunciato, vel capite eum damnavit: condemnationem vero pœna illico sequebatur.[4] Hinc conspicuum est, quanto in periculo versaretur Leocrates, a Lycurgo, acerbissimo omnium accusatorum, *εἰσαγγελίᾳ* exagitatus. — In hoc vero genere denunciationis (nam erant adhuc duo alia ab hoc paullo diversa), actor, monente Theophrasto ap. Polluc. l. c., nisi quintam suffragiorum nancisceretur, non quidem, ut in cæteris causis publicis, infamiæ sibi notam contraxit, attamen mille drachmarum mulctam persolvere debebat: quare et accusator, hac causa publica semel instituta, studiose, ut istud incommodum evitaret, elaboravit. — Plura de *εἰσαγγελίᾳ* dabunt Salmas. de modo usur. p. 589. sqq., Heraldus ad J. Att. et Rom. p. 221., Auct. Miscell. defens. pro Salmasio, p. 291. sqq., Matthiae Miscell. Philol. p. 232. sqq.

[4] Demosth. c. Timocr. p. 720. Reisk.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΥ

ΚΑΤΑ ΛΕΩΚΡΑΤΟΥΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Pag. ed. H.Steph. 147. 32 ΜΕΤΑ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ δεινὰ ψήφισμα ποιεῖ ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος, ὥστε μήτε τινὰ ἔξω Pag. ed. Reisk. 135
γενέσθαι τῆς πόλεως μήτε μὴν ἐκθέσθαι παῖδας καὶ γυναῖκας. Λεωκράτης οὖν τις ἐξελθὼν τῆς πόλεως, καὶ ἀφικόμενος ἐν Ῥόδῳ καὶ πάλιν ἐν Μεγάροις, ἦλθεν ἐν Ἀθήναις· καὶ παῤῥησιαζομένου αὐτοῦ, κατηγορίαν ποιεῖται ὁ Λυκοῦργος αὐτοῦ ὡς προδότου. Ἡ δὲ στάσις ὅρος ἀντονομάζων· ὁμολογεῖ γὰρ καὶ Λεωκράτης ἀπολιπεῖν [1] τὴν πόλιν, οὐ μέντοι προδιδόναι. ἄλλοι στοχασμὸν ἀπὸ γνώμης, ὡς τοῦ μὲν ἐξελθεῖν ὁμολογουμένου, ἀμφιβαλλομένης δὲ τῆς προαιρέσεως, ποίᾳ γνώμῃ ἐξῆλθεν, εἴτ' ἐπὶ προδοσίᾳ εἴτ' ἐπὶ ἐμπορίᾳ. [2] ἄλλοι δὲ ἀντίστασιν· λέγει γὰρ οὐκ ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς πόλεως ἐξελθεῖν, ἀλλ' ἐπὶ ἐμπορίᾳ. ἔοικε δὲ ἡ τοῦ λόγου ὑπόθεσις τῇ [3] τοῦ κατὰ Αὐτολύκου.

α΄. [1] ΔΙΚΑΙΑΝ, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ εὐσεβῆ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν τὴν ἀρχὴν τῆς κατηγορίας Λεωκράτους

[1] τὴν πόλιν om. Taylor. Reisk.
[2] ἄλλοι δὲ - - - ἐμπορίᾳ om. T. R.
[3] τοῦ om. T. R.
[4] Δίκαιον, ὦ ἄνδρες Ἀθ. T. R.

Μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ δεινὰ — ὁ τῶν Ἀθ. δῆμος] Plebiscitum, quod Populus Atheniensis rogante Hyperide tulit, exhibet Plutarch. Hyper. II. p. 849. A. his verbis: Κριθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀριστογείτονος παρανόμων ἐπὶ τῷ γράψαι μετὰ Χαιρώνειαν (Fort. leg. μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ)· Τοὺς μετοίκους πολίτας ποιήσασθαι, τοὺς δὲ δούλους ἐλευθέρους, ἱερὰ δὲ καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας εἰς τὸν Πειραιᾶ ἀποθέσθαι, ἀπέφυγεν. Αἰτιωμένων δέ τινων αὐτὸν, ὡς παριδόντα πολλοὺς νόμους ἐν τῷ ψηφίσματι, Εἰ μὴ ἐπεσκότει, ἔφη, μοι τὰ Μακεδόνων ὅπλα! Οὐκ ἐγὼ τὸ ψήφισμα ἔγραψα, ἡ δ' ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη. Longin. c. XV. 10. eandem Hyperidis sententiam citat: Τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐχ ὁ ῥήτωρ ἔγραψεν, ἀλλ' ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη. Quod dictum Demadi adscribit Demetr. de Eloc. 284. Narrationem confirmat ipse Demosth. c. Aristogit. II. p. 803. 26. ed. Reisk. etsi eadem fere de se gloriatur Orator de Cor. p. 309. Ad historiam temporis, quo versatur Lycurgi oratio, utiliter tirones conferent, opinor, librum: *Demosthenes als Straatsmann und Redner. Hal.* 1815. II. Voll. a me editum. Becker.

Πάλιν ἐν Μεγάροις] Ἐν Μεγάροις, πάλιν. Heinrich.

Ἡ δὲ στάσις ὅρος ἀντονομάζων] Στάσις, i. e. *status causæ* s. *ratio quæstionis*, vocatur in scholis Rhetorum id, in quo vel accusatio vel defensio in re judicali nititur (der Standpunkt, auf welchem sich der Litigirende hält). Præter Hermogenem, qui singulari libro περὶ τῶν στάσεων egit, v. Cicer. Partition. c. 39. Top. 25. Quintil. III. 6. squ. Porro ὅρος ἀντονομάζων explicat Hermog. II. στάσ. p. 42. ed. Laur. ὅταν ὄνομα ὀνόματι ὁ φεύγων ἀντιτιθῇ, *nominum vel appellationum conflictio.* Hæc enim *constitutio definitiva* habet contentionem et conflictionem duorum nominum, quod e. c. in hanc contra Leocratem causam cadit; dubium enim erat, utrum is ἔφυγε τὴν πόλιν ὡς δειλὸς, an ὡς ἔμπορος ἐξέπλευσε (c. 14.), sive, ut ait scriptor argumenti, ἀπολιπεῖν an προδιδόναι Leocratis factum sit appellandum. Prius voluit accusator: posterius accusatus. Ita oriebatur, στάσις, quam *appellationum conflictionem* vocabant. Becker.

Ἄλλοι στοχασμὸν ἀπὸ γνώμης] Στοχασμὸς, (*conjecturalis status*) est interpr. Hermogene Part. p. 18. ἀδήλου πράγματος ἔλεγχος οὐσιωδής. Subtilissime de hoc statu egit Rhetor l. c. p. 20. sqq. Cæterum στοχασμὸς ἀπὸ γνώμης, cum quæritur *de animi affectione et voluntate*, est modus, in quo quidem et de persona et de facto constat, sed de voluntate est controversia: v. c. si quis dicitur in dementia alterum occidisse, quæstio fit

τοῦ κρινομένου ποιήσομαι. εὔχομαι γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τοῖς
136 ἄλλοις θεοῖς καὶ τοῖς ἥρωσι τοῖς κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὴν
χώραν ἱδρυμένοις, εἰ μὲν εἰσήγγελκα Λεωκράτη δικαίως,
καὶ κρίνω [1] τὸν προδόντα αὐτὸν καὶ τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἕδη
καὶ τὰ τεμένη καὶ τὰς ἐν τοῖς νόμοις θυσίας τὰς ὑπὸ τῶν
ὑμετέρων προγόνων παραδεδομένας, ἐμὲ μὲν ἄξιον ἐν τῇ τή- 148. 1
μερον ἡμέρᾳ τῶν Λεωκράτους ἀδικημάτων κατήγορον ποιῆ-
σαι, [2] ὃ καὶ τῷ δήμῳ καὶ τῇ πόλει συμφέρει, ὑμᾶς δὲ ὡς
ὑπὲρ πατέρων καὶ παίδων καὶ γυναικῶν καὶ πατρίδος
καὶ ἱερῶν βουλευομένους, καὶ ἔχοντας ὑπὸ τῇ ψήφῳ τὸν
προδότην ἁπάντων τούτων, ἀπαραιτήτους δικαστὰς [3] [μὴ

[1] τὸν om. T. R. [2] ὡς T. R. [3] uncos om. T. R.

conjecturalis, an vere demens fuerit, nec ne. Quare γνώμη hic significat τὴν προαίρησιν. Cf. Sopat. διαιρ. ζητ. p. 318. Ald. Qui status conjecturalis ἀπὸ γνώμης iterum in causam Leocratis cadit. Disceptandum enim erat, num is timore perculsus aufugerit, an, ut volebat, negotii causa profectus sit. — In his multi sunt Rhetores antiqui, imprimis Hermogenes omnium fere acutissimus, et propterea studiose consulendi ab his, qui in interiores Artis recessus penetrare velint. Idem.

Ἀντίστασιν] Quid ἡ ἀντίστασις in re judiciali sit, exponit Quintilianus vii. 4. 13. ibique v. Spaldingium. Osann.

Τῇ κατὰ Αὐτολύκου] Cf. Nostr. Or. §. ιγ'. et Fragm. III. Becker.

Δίκαιον] In primo statim hujus orationis vocabulo impingo. Potest utique δίκαιος pro adjectivo duarum terminationum haberi. Sed in usu magis est, ut sit trium. quare malim δικαίαν. redit enim ad ἀρχήν. v. 149. 11. et 17. ed. Steph. Reisk. Edd. vett. præter Melanth. exhibent δίκαιον, nec non recentt. omnes præter Schulzium, Thorlacium [Osannum, Heinrichium, et Pinzgerum], qui Reiskium addubitantem sequi non debuissent. Schol. ad Aristoph. Nub. v. 53. Ἀττικοὶ δὲ ἐπὶ τῶν θηλυκῶν, ἀρσενικῶν ὀνομάτων κέχρηνται λέξεις. Idem addit exempla ex Homero et Euripidis Hec. v. 150. Alia dedit Bach. ad Xenophont. Œcon. 4. 8. Ipsum vero δίκαιον γῆν legimus apud poetas, et Alciphronem Ep. 3. 23. Sæpius autem Lycurgus adjectiva in masculino pro feminino ponit. v. p. 152. 38. 153. 1. 158. 10. ed. Steph. ubi et Reiskius non iterum impingebat. Becker. Si quidem δίκαιον scripsit Lycurgus, propter orationis initium scripsit. Osann.

Ἡμῶν] Corrige ὑμῶν omnino. Nihil verius. Vid. p. 390. l. 8. et paragraphum exeuntem: δίκαιον ὑπὲρ ὑμῶν (i. e. judicibus) ut εὐσεβῆ ὑπὲρ τῶν θεῶν. Taylor. Vulgatam retinuimus: recte enim monuit Morus: 'Loquitur Lycurgus de se et judicibus, omninoque homines et deos comparat.' Becker. Vulgatam bene defendit Schulzius, oratorem in appellatione ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν monens simul comprehendi: quam ob causam idem infra §. ιη'. καὶ οὐ μόνον ἡμᾶς ἠδίκηκεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ θεῖον ἠσέβηκεν. Sæpius tamen, monente F. A. Wolfio ad Leptin. utra persona præstet, dubitaveris. Osann.

Καὶ τοῖς ἥρωσι — ἱδρυμένοις] Herodot. V. 66. vocat ἥρωες ἐπιχώριοι. Fuere decem. Morus. Item Dinarch. c. Demosth. p. 17. R. De verbo ἵδρυσθαι, quod proprium est de *sacris ædificiis* et *templis* v. Wyttenb. ad Julian. p. 193. ed. Lips. Becker.

Ἕδη] *statuæ*. Lex. Bekk. Anecd. Gr. t. i. p. 246. Ἕδος αὐτὸ τὸ ἄγαλμα. Dionys. Hal. Antiq. i. 47. τοὺς δὲ ἄλλους παῖδας Αἰνείας παραλαβὼν καὶ τὸν πατέρα καὶ ἕδη θεῶν. Cfr. Pausan. viii. 46. Osann.

Προδότην ἁπάντων τούτων, ἀπαραιτήτους] *proditorem horum omnium*, patrum puta, liberorum, uxorum, deorum, legum etc. ἀπαραιτήτους etc. quod cohæret cum γενέσθαι — *rogo deos, ut jubeant esse* (vel *fieri*) *hodie, me quidem idoneum accusatorem — vos autem judices inexorabiles.* Reisk.

Ἀπαραιτήτους] "Inexorabilis judex." Cic. Tusc. i. 5. Idem in partitionib. c. 4. quale nobis hac Oratione Lycurgus exhibet dicendi genus accusatoribus commendat, quibus propositum sit, ut iratum efficiant judicem. Hauptmann.

Μὴ παρέχοντας συγγνώμην] Atqui hoc illud est ipsissimum, quod statim dixerat,

παρέχοντας συγγνώμην] καὶ νῦν καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον 137
γενέσθαι τοῖς τὰ τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα παρανομοῦσιν·
εἰ δὲ μήτε τὸν προδόντα τὴν πατρίδα μήτε τὸν ἐγκαταλι-
πόντα τὴν πόλιν καὶ τὰ ἱερὰ εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα καθί-
στημι, σωθῆναι αὐτὸν ἐκ τοῦ κινδύνου καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν
καὶ ὑφ' ὑμῶν τῶν δικαστῶν.
ϛ'. Ἐβουλόμην δ' ἄν, ὦ ἄνδρες, ὥσπερ ὠφέλιμόν ἐστι τῇ
πόλει εἶναι τοὺς κρίνοντας ἐν ταύτῃ τοὺς παρανομοῦντας, 138
οὕτω καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸ παρὰ τοῖς πολλοῖς ὑπειλῆ-
φθαι· νῦν δὲ περιέστηκεν εἰς τοῦτο, ὥστε τὸν ἰδίᾳ κινδυνεύ-
οντα καὶ ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἀπεχθανόμενον οὐ φιλόπολιν ἀλ-
λὰ φιλοπράγμονα δοκεῖν εἶναι, οὐ δικαίως οὐδὲ συμφερόντως
τῇ πόλει. τρία γάρ ἐστι τὰ μέγιστα, ἃ διαφυλάττει καὶ
διασῴζει [1] τὴν δημοκρατίαν καὶ τὴν τῆς πόλεως εὐδαιμονίαν·
πρῶτον μὲν ἡ τῶν νόμων τάξις, δεύτερον δ' ἡ τῶν δικαστῶν

[1] τὴν om. T. R.

ἀπαραιτήτους δικαστάς. Ἀπαραιτήτους autem, vocem, ut videbatur, insolentiorem, ut nemo non intelligeret, annotator aliquis curiosus hæc vulgaria assuit, quæ ego primus tollenda esse censeo, et quidem jure optimo. Taylor. Ego nil offendor ista superenarratione. Sed offendor dictionis novitate, non παρέχειν συγγνώμην dicitur, sed ἔχειν. Num dedit Lycurgus μηδεμίαν ἔχοντας. Reisk. Osannus et Pinzgerus vulgatæ patrocinantur.

Τοὺς κρίνοντας] Lonicerus, bonus homo, hæc non recte cepit. Neque enim in hoc loco agitur de officio Judicis, uti ille interpretatur, verum Accusatoris, de quo etiam Κρίνειν æque solenniter dicitur. Ita noster hac ipsa oratione incipiente: Κρίνω προδόντα αὐτόν. Quem locum produxit magnus Budæus ad hanc proprietatem vocis vindicandam, sed memoria nimium fretus pro Lycurgo laudavit Antiphontem, cujus profecto Orationes in Editt. antiquis eadem pagina desinunt, ubi incipit Lycurgi. Et eodem errore non uno duntaxat in loco teneri deprehendi H. Stephanum, Thes. Gr. Linguæ. Notavi T. I. col. 976. T. III. col. 585. T. IV. col. 191. Verum in eo, quem volui, usu vox ista sæpe occurrit. Ita proxime: πρῶτον μὲν ἡ τῶν νόμων τάξις, δεύτερον δ' ἡ τῶν δικαστῶν ψῆφος, τρίτον δὲ ἡ τούτοις τἀδικήματα παραδοῦσα κρίσις. Hoc autem postremum de Accusatore dici, profitentur ea, quæ mox subjunguntur: ὁ μὲν γὰρ, νόμος πέφυκε προλέγειν, ἃ μὴ δεῖ πράττειν, ὁ δὲ κατήγορος μηνύειν — ὁ δὲ δικαστὴς κολάζειν. Ita exeunte fere oratione §. με'. περὶ προδοσίας τοῦτον κρίνων. Eadem locutione usus est non semel Demosthenes: Ἃ γὰρ ὡρίσω σὺ δίκαια, ὅτε Τίμαρχον ἔκρινες — τότε δὲ ἡνίκα ἐκεῖνον ἔκρινες, ἐξῆν σοι κατηγορεῖν καὶ λέγειν ὅ, τι ἐβούλου. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐπὶ τοῖς δικασταῖς ἔλεγες, οὐδένα μάρτυρα ἔχων, ἐφ' οἷς ἔκρινες τὸν ἄνθρωπον, παραχέσθαι. c. Æsch. π. παραπρεσβ. §. ξθ'. Οἴδαμεν Μειδίαν τὸν κρινόμενον ὑπὸ Δημοσθενους. c. Midiam §. κ'. Εἰ τοὺς ἄλλους ῥᾳδίως κρίνων ἐμὲ μηδὲν ἔχεις, ἐφ' ὅτῳ τοῦτο ποιήσεις. Ibid. §. λγ'. fin. Iterum: κρίνων ἄνθρωπον καὶ δοκοῦντα καὶ ὄντα βίαιον. §. λε'. Ita Julius Pollux, VIII. 7. Λέγεται δὲ ὁ κατήγορος, καὶ διώκων, ὁ κρίνων, ὁ κατηγορῶν κ. τ. λ. Minus ergo recte Interpres ejusdem Pollucis VIII. 6. Συνισταμένης δὲ δίκης, τὸ παρὰ τοῦ κρίνοντος ἔργον ἀπωμοσία καλεῖται. *oriente autem judicio, Judicantis opus detestatio nominatur.* Debuit scripsisse, Accusantis. Taylor. De utilitate accusatorum in republica copiose agit Cic. pro Rosc. Amer. c. 20. Hauptm.

Ἐν ταύτῃ] Malim ἐν αὐτῇ. Reisk. Quod Schulzius et Beckerus susceperunt. Osann.

Αὐτὸ] Τὸ κρίνειν puta τοὺς παρανομοῦντας, *in judicium adducere violatores legum.* Reisk.

Τάξις] Id est h. l. τοῦτο, ὅ τι περ τάττουσιν (ἐπιτάττουσιν, διατάττουσιν) οἱ νόμοι. *constitutiones, præcepta, edicta legum.*

ψῆφος, τρίτον δ' ἡ τούτοις τἀδικήματα παραδοῦσα κρίσις. ὁ μὲν γὰρ νόμος πέφυκε προλέγειν ἃ μὴ δεῖ πράττειν, ὁ δὲ
139 κατήγορος μηνύειν τοὺς ἐνόχους τοῖς ἐκ τῶν νόμων ἐπιτιμίοις καθεστῶτας, ὁ δὲ δικαστὴς κολάζειν τοὺς [1]ὑπ' ἀμφοτέρων τούτων ἀποδειχθέντας αὐτῷ, ὥστ' οὔθ' ὁ νόμος οὔθ' ἡ τῶν δικαστῶν ψῆφος ἄνευ τοῦ παραδώσοντος αὐτοῖς τοὺς ἀδικοῦντας ἰσχύει. ἐγὼ δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰδὼς Λεωκράτην φυγόντα μὲν τοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος κινδύνους, ἐγκαταλιπόντα δὲ τοὺς αὑτοῦ πολίτας, προδεδωκότα δὲ πᾶσαν τὴν ὑμετέραν δύναμιν, ἅπασι δὲ τοῖς γεγραμμένοις ἔνοχον ὄντα, ταύτην τὴν εἰσαγγελίαν ἐποιησάμην, οὔτε δι' ἔχθραν οὐδεμίαν οὔτε διὰ φιλονεικίαν οὐδ' ἡντινοῦν τοῦτον τὸν ἀγῶνα προελόμενος, ἀλλ' αἰσχρὸν εἶναι νομίσας τοῦτον περιορᾶν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλοντα καὶ τῶν κοινῶν ἱερῶν μετέχοντα, τῆς τε πατρίδος ὄνειδος καὶ πάντων ὑμῶν γεγενημένον. πολίτου γάρ ἐστι δικαίου μὴ διὰ τὰς ἰδίας ἔχθρας εἰς τὰς κοινὰς κρίσεις καθιστάναι τοὺς τὴν πόλιν μηδὲν ἀδικοῦντας, ἀλλὰ τοὺς εἰς τὴν πατρίδα τι παρανομοῦντας ἰδίους ἐχθροὺς εἶναι νομίζειν, καὶ τὰ κοινὰ τῶν ἀδικημάτων κοινὰς καὶ τὰς προφάσεις ἔχειν τῆς πρὸς αὐτοὺς διαφορᾶς.

γ'. Ἅπαντας μὲν οὖν χρὴ νομίζειν μεγάλους εἶναι τοὺς

[1] ἐπ' T. R.

Pro composito ἐπίταξις, vel διάταξις. Idem.

Ἐπ' ἀμφοτέρων] Potius ἀπ' ἀμφοτέρων. Taylor. Ego malim ὑπ' ἀμφοτέρων. Reisk. ἀπ' Beckerus in textum suscepit: at ὑπ' [quod dederunt Heinrich. et Pinzger.] firmavit Hamb. Defensorem tamen reperit vulgata interpretem orationis vernaculum, F. A. Simonum, F. A. Wolfii ad Leptin. §. ιγ'. nota abusum, quæ longe diversa attinet. Osann.

Τοῖς γεγραμμένοις] Νόμοι γεγρ. sunt leges quæ adhuc valent, quibusque obtemperare debet ὁ πολίτης. Sæpissime apud Oratores νόμοι κείμενοι. Contrarium est ἄγραφοι νόμοι, *leges abrogatæ*, ἄκυροι. Andocid. de Myster. p. 41. et 42. ed. R. Becker.

Τοῦτον περιορᾶν κ. τ. λ.] Similiter Andocides de Myst. p. 42. ed. Reisk. καὶ σὺ ζῇς καὶ περιέρχῃ τὴν πόλιν ταύτην, οὐκ ἄξιος ὤν. Adde Lycurgi Fragm. Or. in Lysicl. ap. Diod. Sic. l. xvi. 88. τολμᾷς ζῆν καὶ τοῦ ἡλίου φῶς ὁρᾶν καὶ εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσβάλλειν. Osann.

Τῆς τε πατρίδος] Immo τῆς γε πατρίδος. Multum utique interest, hoc an illo modo legas. Lonicerus (casu an consilio?) mecum interpretatur. Taylor. Inconsulte approbante Simono. Osann.

Καθεστάναι] Π. καθιστάναι. H. Stephan. Correctionem receperunt omnes. Sensus vero hujus loci obscurioris est: *neminem propter inimicitias privatas justus civis publice accusabit, quum iste nulla affecerit rempubl. injuria: si quis vero contra patriam peccaverit, cum hoc inimicitiæ sunt suscipiendæ propter rempubl., et, si delicta sunt publica, publice profiteri debemus causas, quare odio persequimur qui talia patraverint.* Cic. de off. 1. 25. "Nec vero (justus) criminibus falsis in odium aut invidiam quenquam vocabit: omniaque ita justitiæ honestatique adhærescet, ut, dum ea conservet, quamvis graviter offendat, mortemque oppetat potius, quam deserat illa, quæ dixi. — Adhibeatur reipublicæ causa severitas, sine qua administrari civitas non potest." Becker.

[1]δημοσίους ἀγῶνας, μάλιστα δὲ τοῦτον ὑπὲρ οὗ νῦν μέλλετε 140
τὴν ψῆφον φέρειν. ὅταν μὲν γὰρ τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς δικάζητε, τοῦτο μόνον ἐπανορθοῦτε καὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν κωλύετε, καθ' ὅσον ἂν τὸ ψήφισμα [2]μέλλῃ βλάπτειν τὴν πόλιν· ὁ δὲ νῦν ἐνεστηκὼς ἀγὼν οὐ [3]μικρόν τι μέρος συνέχει τῶν τῆς πόλεως οὐδ' ἐπ' ὀλίγον χρόνον, ἀλλ' ὑπὲρ ὅλης τῆς πατρίδος καὶ κατὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ἀείμνηστον καταλείψει τοῖς ἐπιγινομένοις τὴν κρίσιν. οὕτω γάρ ἐστι δεινὸν τὸ γεγενημένον ἀδίκημα καὶ τηλικοῦτον ἔχει τὸ μέγεθος, ὥστε μήτε κατηγορίαν μήτε τιμωρίαν ἐνδέχεσθαι εὑρεῖν ἀξίαν, μηδὲ ἐν τοῖς νόμοις ὡρίσθαι τιμωρίαν ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων. τί γὰρ χρὴ παθεῖν τὸν ἐκλιπόντα μὲν τὴν 141
πατρίδα, μὴ βοηθήσαντα δὲ τοῖς πατρῴοις ἱεροῖς, ἐγκαταλιπόντα δὲ τὰς τῶν προγόνων θήκας, ἅπασαν δὲ τὴν πόλιν ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις [4]παραδόντα; τὸ μὲν γὰρ μέγι-

[1] δημίους T. [2] μέλλει T. R. [3] κατὰ μικρόν T. R. [4] παραδιδόντα T. R.

Δημίους] Poetarum vocabulum esse credo: ut apud Homerum Odyss. B. 32.

Ἠέ τι δήμιον ἄλλο πιφαύσκεται.

Fortasse dedit δημοσίους. Ita in sequentibus, §. ιβ'. μὴ νομίζειν ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς τοιούτους τῶν δημοσίων ἀγώνας. Erat tamen Noster Poetis addictior. Taylor. E compendio scripturæ ortum esse δημίους nullus dubito, nec alibi prosaicis legitur scriptoribus. Igitur probante id quoque Dorvillio ad Charit. p. 376. dedi cum Reiskio [Osanno, Heinrichio, et Pinzgero] δημοσίους. Becker.

Ὅταν μὲν γὰρ — — τὴν κρίσιν] Καθ' ὅσον referatur ad τοῦτο μόνον, et post ψήφισμα subaud. παράνομον. Πρᾶξις autem significat, quod detrimenti sequatur, quum lex rogata servabitur. Jam sic procedit Oratio: *in judiciis de his, qui* παράνομα *scripserunt, modo id emendandum, quantum plebiscitum, si tanquam lex valeret, R. P. detrimentum afferet; hæc contra causa non partem aliquam patriæ, sed totam complectitur Rempublicam.* — σμικρόν τι μέρος. Legeb. κατὰ quod delevimus. Morus conjec. τὰ τῶν τ. πόλεως. Becker. Omittunt quoque Osannus, Heinrichius, et Pinzgerus.

Καὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν κωλύετε] Hæc e glossa Schulzio videntur orta esse, cui etiam statim sequentia τὸ ψήφισμα displicent. Antea Gurlittus, uti Simonus annotavit, legendum censuerat: τὸν νόμον μόνον ἐπανορθοῦτε, καὶ ταύτην —. Osann.

Καθ' ὅσον] Redit ad remotius τοῦτο vers. 3. ad non propius πρᾶξιν, quod potius καθ' ὅσην postularet. ut ὅτος, ὅτη, dicitur, ita nullus dubito καθότος quoque et καθότη dici. Sed eo h. l. nil opus est. Reisk.

Κατὰ μικρόν τι μέρος συνέχει τῶν τῆς πόλεως] Aut κατὰ est delendum, aut μετέχει leg., aut denique manentibus reliquis leg. συνέχει τὴν τῆς πόλεως ἰσχύν. Idem.

Πατρίδος] Post πατρίδος videtur συνέστηκε deesse. Idem.

Μηδὲ ἐν τοῖς νόμοις - - - ἁμαρτημάτων] Videtur h. l. ita esse legendum: τῷ [id est, διὰ τὸ] μηδὲ ἐν τοῖς νόμοις ὡρίσθαι τιμωρίαν ἀξίαν τούτου μόνου ἁπάντων τῶν ἁμαρτημάτων. *quia criminum omnium hoc unicum est, cui ne in legibus quidem constituta est pœna condigna.* Idem. Spuria hæc esse pronuntiat F. A. Wolfius ad Leptin. §. κζ'. cui si in aliis, in his haud assentior. Uncis more suo Beckerus a contextu coercuit. Osann. μήτε - - - εὑρεῖν ἀξίαν inclusit Pinzgerus, μηδὲ - - - τιμωρίαν ἀξίαν Heinrichius.

Θήκας] Ælian. V. H. vi. 8. Morus.

Παραδιδόντα] Bene est, παραδιδόντα ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις, ut §. ιζ'. τὸν ἔργῳ παραδόντα τὴν πόλιν ὑποχείριον τοῖς πολεμίοις, et §. κ'. ἔκδοτον τὴν θρεψαμένην — τοῖς πολεμίοις παρέδοσαν. Novi tamen, ubi pro παραδιδόναι legere oporteat προδιδόναι. Verbi gratia, §. ια'. παραδόντα τὴν τοῦ δήμου σωτηρίαν. Corrige προδόντα, ut supra legitur, §. β'. προδεδωκότα πᾶσαν τὴν ὑμε-

στον καὶ ἔσχατον τῶν τιμημάτων, θάνατος, ἀναγκαῖον μὲν ἐκ τῶν νόμων ἐπιτίμιον, ἔλαττον δὲ τῶν Λεωκράτους ἀδικημάτων καθέστηκε. παρεῖσθαι δὲ τὴν ὑπὲρ [1] τῶν τοιούτων τιμωρίαν συμβέβηκεν, ὦ ἄνδρες, οὐ διὰ ῥᾳθυμίαν τῶν τότε νομοθετούντων. ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις γεγενῆσθαι τοιοῦτον μηδὲν μήτ' ἐν τοῖς μέλλουσιν ἐπίδοξον
142 εἶναι [2] γενέσθαι ὡς μήτε κατηγορίαν μήτε τιμωρίαν ἐνδέχεσθαι εὑρεῖν ἀξίαν. διὸ καὶ μάλιστα, ὦ ἄνδρες, δεῖ ὑμᾶς 149. 1
γενέσθαι μὴ μόνον τοῦ νῦν ἀδικήματος δικαστὰς ἀλλὰ καὶ νομοθέτας. ὅσα μὲν γὰρ τῶν ἀδικημάτων νόμος τις διώρικε, ῥᾴδιον τούτῳ κανόνι χρωμένους κολάζειν τοὺς παρανομοῦντας· ὅσα δὲ μὴ σφόδρα περιείληφεν ἑνὶ ὀνόματι προσαγορεύσας,

[1] τούτων τιμ. T. R. [2] γεγενῆσθαι T. R.

τέραν δύναμιν. Verum maculosior adhuc est locus initio §. λβ'. Οὐ μόνον τοίνυν ἡ πόλις ὑμῶν οὕτως ἔσχε πρὸς τοὺς προπαραδιδόντας, ἀλλὰ καὶ Λακεδαιμόνιοι. Id autem mendum originem habuit hujusmodi: Exarabatur olim παραδιδόντας, sed mendose: corrigebat sedulus lector προ — loco τοῦ παρα —. Verum qui proxime descripsit locum, adeo non emendavit juxta monita, ut utrumque dederit. Inde habes elegantissimum istud decompositum προπαραδιδόντας. Nonne ea dico, quæ vera sunt? TAYLOR.

Μὴ ἐν] Pro μὴ Bekkerus e conj. μήτ' posuit, quo non est opus, vide Hermanni Censuram Med. Elmsl. p. 330. seqq. ed. Lips. PINZGER.

Εἶναι γεγενῆσθαι] Fort. εἶναι ἂν γενήσεσθαι. REISK. Ernesti nil nisi γεγενῆσθαι delendum censebat. Nos cum Moro lectionem εἶναι ἂν γενήσεσθαι prætulimus. Isocr. c. Lochit. §. ια'. καὶ τοσούτῳ μᾶλλον τοὺς ἐπιδόξους γενήσεσθαι πονηροὺς τῶν πρότερον ἡμαρτηκότων. quos fore improbos conjectura colligitur. BECKER. Locus sola conjectura sanandus, qui vulgo aperto cum vitio ita fertur, ἐπίδ. εἶναι γεγενῆσθαι, quod e superioribus repetitum videtur. Reiskius εἶναι ἂν γενήσεσθαι conjecit, quod dudum occupaverat Valckenaerius ad Herodot. 4. 11. Schulzius ejusque pedissequus fere perpetuus, Thorlacius, εἶναι γενήσεσθαι: ita Schaubius quoque, nisi quod γενήσεσθαι mente suppleri facile posse ideoque rectius fortasse deleri statuat. Lobeckii nos [et Pinzgerus] in textum suscepimus correctionem ad Phrynichum p. 133. prolatam, firmisque aoristi post ἐπίδοξον similiaque exemplis munitam, quibus ea adde quæ contulerunt Valckenaerius l. c., Heldius in Thierschii Actis Philol. Monac. vol. 1. fasc. 1. p. 63. nos ad Philemonem Gramm. p. 226. Plato Theætet. 4. p. 143. D. ἐπιθυμῶ εἰδέναι, τίνες ἡμῖν τῶν νέων ἐπίδοξοι γενέσθαι ἐπιεικεῖς. Possis tamen etiam γίγνεσθαι suspicari, quum ἐπίδοξος haud raro præsens pone se trahat, uti apud Antiphont. de accusat. cædis p. 626. defension. II. p. 655. Themistoclis Epist. 11. 34. ἐκεῖθεν ἡ ναῦς ἐπίδοξος ἦν εἰς Ἀσίαν καταίρειν. OSANN.

Ὡς μήτε κατηγορίαν etc.] Hæc modo, sc. p. 393. l. 10. totidem syllabis dicebantur. Quis hic repetivit? Orator an Scriba? Mirum, ni hujus malam manum agnoscas? TAYLOR. Necesse est hospitem in lectione oratorum Græcorum esse, qui talibus offendatur. Cum rei rationem prius demonstrasset, jam colligit ex ea rem. quapropter mirum, ait, esse non debet, legem hac de re nullam exstare. REISK. Taylorum Schulzius bene refutat. OSANN. Incluserunt tamen Beckerus, Heinrichius, Bekkerus, et Pinzgerus.

Ἀλλὰ καὶ] Post ἀλλὰ καὶ videtur ὑπὲρ τῶν μελλόντων deesse. REISK. Quo minime opus. OSANN.

Ἑνὶ ὀνόματι] Quare vero ἑνὶ? Ait, Quæcunque Lex concludere (περιλαμβάνειν) et oratione definire potest (ὀνόματι προσαγορεύειν). Sed nihil interest, utrum ista sive compellatio sive definitio uno an pluribus vocabulis contineatur. Dele igitur ἑνὶ, quod originem habuit ex fine vocis præcedentis. TAYLOR. Oculum huic loco per se non lucidissimo prorsus eripit Taylor, ἑνὶ tollens, in quo vis et perspicuitas loci est. Exemplo res declaranda est. Legislator itaque, e. c. legem tulit hanc: τὴν τάξιν μὴ λιπεῖν, ἢ θανάτῳ ζημιοῦσθαι. Jam variæ sunt τάξεις. variæ proinde quoque rationes τοῦ λείπειν τὴν τάξιν.

μείζω δὲ τούτων τις ἠδίκηκεν, ἅπασι δ' ὁμοίως ἔνοχός ἐστιν, 143
ἀναγκαῖον τὴν ὑμετέραν κρίσιν καταλείπεσθαι παράδειγμα τοῖς ἐπιγιγνομένοις. εὖ δ' ἴστε, ὦ ἄνδρες, ὅτι οὐ μόνον τοῦτον νῦν κολάσετε κατεψηφισμένοι, ἀλλὰ καὶ τοὺς νεωτέρους ἅπαντας ἐπ' ἀρετὴν προτρέψετε. δύο γάρ ἐστι τὰ παιδεύοντα τοὺς νέους, ἥ τε τῶν ἀδικούντων τιμωρία καὶ ἡ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς [1] διδομένη δωρεά· πρὸς ἑκάτερον δὲ τούτων ἀποβλέποντες τὴν μὲν διὰ τὸν φόβον φεύγουσι, τῆς δὲ διὰ τὴν δόξαν ἐπιθυμοῦσι.

δ'. Διὸ δεῖ, ὦ ἄνδρες, προσέχειν τούτῳ τῷ ἀγῶνι καὶ μηδὲν περὶ πλείονος ποιήσασθαι τοῦ δικαίου. ποιήσομαι δὲ κἀγὼ τὴν κατηγορίαν δικαίαν, οὔτε ψευδόμενος οὐδὲν οὔτ' ἔξω τοῦ πράγματος λέγων. οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν εἰς ὑμᾶς εἰσιόντων πάντων ἀτοπώτατον ποιοῦσιν· ἢ γὰρ συμβουλεύουσιν ἐνταῦθα περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων, ἢ κατηγοροῦσι καὶ διαβάλλουσι πάντα μᾶλλον ἢ περὶ οὗ μέλλετε τὴν ψῆφον φέρειν. ἔστι δ' οὐδέτερον τούτων χαλεπὸν, οὔθ' ὑπὲρ ὧν μὴ [2] βούλεσθε γνώμην ἀποφήνασθαι, οὔθ' ὑπὲρ ὧν μη- 144

[1] δεδομένη T. R. [2] βουλεύεσθε T.

Sed illa omnia uno cuncta ambiente τάξις complexus est legislator. tenetur itaque lege illa non miles modo in acie, sed etiam civis in civitate. nam ei quoque assignata ibi sua est statio. Non ergo hic loci vitium est, sed circa σφόδρα. ὅσα δὲ μὴ σφόδρα ἀκριβολογούμενος, aut διαιρούμενος. quæ autem legislator, non divisione usus nimis minuta atque diligente, satis habuit uno complecti nomine speciali, locum obtinente generici; non exhauriente illo totam admissi criminis magnitudinem; tametsi legislator uno illo vocabulo voluerit obnoxios reddere omnes, quicunque contra vim et sententiam legis agant; ibi vestra debet accedere interpretatio de sententia legis; et judicium vestrum debet exemplum fieri posteris. [ὀνόματι πάντα προσαγορεύσας. *In Cur. poster.*] REISK. Post προσαγορεύσας int. ἐν ὅσοις. BECKER. Schulzius σφόδρα ἀκριβῶς maluit. OSANN. Fuit cum διείληφεν mallem. BEKKER.

Τούτων] Τούτου. et mox ὁμοίοις. HEINRICH.

Κατεψηφισμένοι] An κατεψηφισμένον. MORUS.

Δεδομένη] Π. διδομένη. H. STEPHAN. Recte. TAYLOR. Verissime Lesbonax Προτρ. p. 21. Reisk. Ἀρετὴν τὴν πλεῖστον ἂν εὕρῃς αὐτὴν ἐπιδιδοῦσαν (i. e. *progressiones facientem, vel procedentem*; intpp. ad Lucian. IX. p. 475. Bip.), ὅπου μεγίστην καὶ τιμὴν ἔχει καὶ ἄθλοις καὶ ἐπαίνοις. De vi præmiorum in Republica præclarus quoque est locus in Dial. de caus. corr. eloqu. c. 37. BECKER.

Ἔξω τοῦ πράγματος λέγων] Posterius quid significet, docet Lycurg. §. λζ'. Ἀποδέδωκα τὸν ἀγῶνα ὀρθῶς καὶ δικαίως, οὔτε τὸν ἄλλον βίον διαβαλὼν, οὔτ' ἔξω τοῦ πράγματος οὐδὲν κατηγορήσας. BECKER. Demosth. de Cor. §. ε'. ἵνα μηδεὶς ὑμῶν τοῖς ἔξωθεν λόγοις ἠγμένος. et in Neær. §. β'. ἔξω τῆς γραφῆς πολλὰ κατηγορῶν. OSANN.

Πάντων ἀτοπώτατον] Desideraveris τι. at eo supersederi posse monuit Heindorfius ad Plat. Gorg. 47. p. 65. OSANN.

Βουλεύεσθε] Ab Aldo, Stephano cæterisque qui Lycurgo operam dederunt, excudebatur βούλεσθε. Quem crassissimum errorem cum versione Loniceri pariter reformavi. TAYLOR. Pessimo usus consilio Taylor pro βούλεσθε in editione sua dedit βουλεύεσθε. Recte habet vulgata, quam damnat. Idem est ac si dixisset: ὑπὲρ τούτων γνώμην ἀποφήνασθαι, ὑπὲρ ὧν γνώμην ἀποφήνασθαί τινα οὐ βούλεσθε. REISK. In errorem forsan deduxit virum doctissimum, quum in §. ε'. κ'. iterum de judicibus dictum legeret βουλεύεσθαι, quod

δεὶς ἀπολογήσεται κατηγορίαν εὑρεῖν. ἀλλ' οὐ δίκαιον ὑμᾶς μὲν ἀξιοῦν δικαίαν τὴν ψῆφον φέρειν, αὐτοὺς δὲ μὴ δικαίαν τὴν κατηγορίαν ποιεῖσθαι. τούτων δὲ αἴτιοι ὑμεῖς ἐστὲ, ὦ ἄνδρες· τὴν γὰρ ἐξουσίαν ταύτην δεδώκατε τοῖς ἐνθάδε εἰσιοῦσι, καὶ ταῦτα κάλλιστον ἔχοντες τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον, ὃ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων δικαστηρίων, ὥςτε καὶ παρ' αὐτοῖς ὁμολογεῖσθαι τοῖς ἁλισκομένοις δικαίαν ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. πρὸς ὃ δεῖ καὶ ὑμᾶς ἀποβλέποντας μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἔξω τοῦ πράγματος λέγουσιν. οὕτω γὰρ ἔσται τοῖς τε κρινομένοις ἄνευ διαβολῆς ὁ ἀγὼν καὶ τοῖς διώκουσιν ἥκιστα συκοφαντεῖν καὶ ὑμῖν εὐορκοτάτην ψῆφον ἐνεγκεῖν. ἀδύνατον γάρ ἐστιν ἄνευ τοῦ λόγου, μὴ δικαίως δεδιδαγμένους, δικαίαν θέσθαι τὴν ψῆφον.

έ. Δεῖ δὲ, ὦ ἄνδρες, μηδὲ ταῦτα λαθεῖν ὑμᾶς, ὅτι οὐχ ὅμοιός ἐστιν ὁ ἀγὼν περὶ τούτου καὶ τῶν ἄλλων ἰδιωτῶν. περὶ μὲν γὰρ ἀγνῶτος ἀνθρώπου τοῖς Ἕλλησιν ἐν ὑμῖν αὐτοῖς
145 ἐδοκεῖτ' ἂν ἢ καλῶς ἢ καὶ φαύλως ἐψηφίσθαι· περὶ δὲ τούτου ὅ τι ἂν βουλεύσησθε, παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἔσται

λόγος. ἐπιφανής [1] τε γάρ ἐστι διὰ τὸν ἔκπλουν τὸν εἰς Ῥόδον, καὶ τὴν [2] ἐπαγγελίαν ἣν ἐποιήσατο καθ' ὑμῶν πρός τε τὴν πόλιν τὴν τῶν Ῥοδίων καὶ τῶν ἐμπόρων τοῖς ἐπιδημοῦσιν ἐκεῖ, οἳ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περιπλέοντες δι' 146

[1] τε om. T. R.

[2] ἀπαγγελίαν R.

omnino ibi recte dicitur. Sed h. l. βούλεσθε unice retinendum. Pertinet enim ad verba συμβουλεύουσιν περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων; de iis vero, qui publice et de rebus publicis ad populum verba faciebant usitatum fuit dicere: γνώμην ἀποφαίνεσθαι. Demosth. Philipp. I. p. 40. 3. Reisk. Recte igitur Reisk. Lycurgo nostro veterem restituit lectionem. Sens. *Neutrum vero est difficile, neque de rebus publicis exponere sententiam, quod vos* (judices) *non vultis, neque* etc. Oratores enim, quum judices a re ipsa abducere vellent, sic agere solebant, quod satis notum est Demosthenis et Æschinis Orr. legentibus, quanquam iidem conclamantes hunc perversum morem, ab eo se ipsi sæpissime corripi patiuntur. Quare Lycurg. §. ς'. a judicibus postulat, ut sequantur Areopagitarum institutum, apud quos nemini ἔξω τοῦ πράγματος loqui licitum sit, quod idem testatur et probat Aristotel. Rhetor. I. 1. BECKER. βούλεσθε reduxerunt Thorlacius quoque, Osannus, et Pinzgerus.

Εὐορκοτάτην ψῆφον] Cic. in Verr. I. c. 1. "religiose judicare." MORUS.

Ἄνευ τοῦ λόγου] F. τοὺς ἐκ τοῦ λόγου. *In Cur. post.* REISK. Sine ulla suspicione corruptionis hujus loci vertit Lonicerus: *fieri enim non potest, ut, sine oratione, non juste edocti, justum feratis suffragium.* Alterum sane ad sententiam exponendam sufficere. Non male igitur Morus verba supra scripta uncinis inclusit. Verba addita esse videntur ad explicandum μὴ δικ. διδαγμένους. Sed, quum in omnibus edd. inveniuntur, penes Codd. esto, an retinenda sint vel in posterum abjicienda. BECKER. At invita Minerva. Sine MSS. enim talia præsertim in oratore mutare non ausim. OSANN. Imo alii totam comma ἀδύνατον - - - ψῆφον spurium esse existimarunt. Sed locus sanissimus. Vid. Not. [scil. ejusdem ad vers. Germ.] PINZGER. Inclusit Heinrichius.

Ἐν ὑμῖν αὐτοῖς] Parum accurate hæc a Lonicero redduntur. Tu autem, ἐν ὑμῖν αὐτοῖς, *domi, inter vos ipsos.* Fama talis judicii (cum causa sc. agebatur hominis ignoti), rectene an secus latum esset, non exiisset ad peregrinos, de hoc autem παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἔσται λόγος. TAYLOR. Cf. Æschin. c. Ctesiph. §. ζα'. sqq. Dinarch. c. Demosth. §. α'. παρὰ μὲν ὑμῖν Δημοσθένης οὗτος κρίνεται, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις. ὑμεῖς. Ad quem locum Muret. Var. Lect. xi. 7. Ciceronem in Verr. i. c. 3. citat, qui Græcos imitatur. BECKER.

Ἔσται λόγος] Apposite Æschines Ep. vi. p. 675. ed. R. ὡς μάθῃ, ὅτι οὐ παντελῶς ἔρημον φίλων ὑπεδέξατο, ἀλλ' ἔστι τις Ἀθήνησιν Αἰσχίνου λόγος καὶ μνήμη. quem locum a fine limatiorem vulgato Codex Paris. SGM. 177., post Lexicon Græcum hanc Æschinis epistolam continens, fol. 284. vers. ita exhibet: ὅτι οὐ παντελῶς ἔρημον φίλων, ὑπέλαβεν, ἀλλ' ὥστε Ἀθήνησι [cod. Ἀθήνη] ἐστὶν Αἰσχίνου μνήμη καὶ λόγος. OSANN.

Ἐπιφανής τε] Deest vulgo τε. Cur Schaubius γε pro τε maluerit, me latet. IDEM.

Ἐπαγγελίαν] *nuncium.* Non credo. Veteres constanter in eo sensu ἀπαγγελίαν. Sic p. 400. l. 9. ἀπήγγελεν, ὡς τὸ μὲν ἄστυ τῆς πόλεως ἑαλωκὸς καταλίποι, et p. 401. l. ant. ὅτε Λεωκράτης ταῦτ' ἀπήγγειλε. Ad eam igitur normam rescribe. TAYLOR. Taylorum cæteri usque ad Beckerum uno Hauptmanno excepto secuti sunt: nos hujus generis scrupulos, etiam ubi offendimus, invitis MSS. violenta manu non statim expedimus. OSANN. Ἐπαγγελίαν etiam retinuit Pinzgerus.

Τῶν ἐμπόρων τοῖς ἐπιδημοῦσιν ἐκεῖ] Ἐπιδημοῦσιν, non quæstus gratia Rhodum appellantibus solummodo, eoque confecto domum reversuris, verum fortasse, qui Collegium Mercatorum ibi instituerant, laribus in Insula positis.

D. M.
P. CLODIUS. ATHENIO.
NEGOCIANS. SALSARIUS. Q. Q.
CORPORIS. NEGOCIANTIUM. MALA
CITANORUM. ET. SCANTIA. SUCCESSA.
CONJUNX. EJUS. VIVI. FECERUNT. SIBI.
ET. LIBERIS. SUIS. ET. LIBERTIS. LIBERTA
BUSQUE SUIS. POSTERISQUE EORUM.

Gruter. DC. XL. VII. 1.

Hujusmodi fortasse sunt, quos memorat. Marm. Oxon. C. LXXX. I.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΝ. ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ. ΑΧΑΡΝΕΑ.
ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝ. ΔΗΛΟΥ. ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ. ΑΘΗΝΑΙΩΝ.
ΚΑΙ. ΡΩΜΑΙΩΝ. ΚΑΙ. ΤΩΝ. ΑΛΛΩΝ. ΞΕΝΩΝ.
ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣ. ΚΑΙ. ΠΑΡΕΠΙΔΗΜΟΥΝΤΕΣ. ΕΝ. ΔΗΛΩΙ.
ΤΗΣ. ΕΥΝΟΙΑΣ. ΚΑΙ. ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣ. ΚΑΙ. ΤΗΣ. ΠΡΟΣ. ΤΟΥΣ.
ΘΕΟΥΣ. ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ. ΑΝΕΘΗΚΑΝ. ΑΠΟΛΛΩΝΙ.

Iidem sunt, quos memorat Demosthenes adv. Phormion. p. 907. 12. ed. Reisk. Πολλῶν ἡμᾶς κακιζόντων καὶ μάλιστα τῶν ἐμπόρων τῶν ἐπιδημησάντων. Quod illustrabit alium locum istius scriptoris adv. Zenoth. p. 884. 15. Σωθείσης εἰς Κεφαληνίαν τῆς νεὼς — πάλιν μετὰ τῶν Μασσαλιωτῶν τῶν τοῦ Ἡγηστράτου πολιτῶν μὴ καταπλεῖν Ἀθήναζε τὸ πλοῖον ἔπραττε. Nimirum egit cum collegio Massiliensium, qui in Cephalenia sedes posuere. Atque hoc interest, si ICtos audiamus, inter Mercatores et Negociantes, quod *hi* sint Cives Romani, qui in Provinciis sedem ac domicilium fortunarum suarum habent, et rarissime in urbem commeant, res eorum urbanas expediente patrono: *illi* contra, qui Romæ vivunt, peregre autem aliquando mercaturæ exercendæ gratia excurrunt.

CRASSO. MACROBIO.
NEGOTIATORES.
PROVINCIÆ.
APUL. DEFEN
SORI. OPTIMO.
L. L. D. D.

Gruter. CD. XXX. III. 2. TAYLOR. Hoc loco quantum ad structuram sat intricato unus Reiskius offendit, τοὺς ἐπιδημοῦντας suspicans, uti Lycurgum, si accurate scribere voluisset, scripturum quidem fuisse crediderim. De re post Taylorum erudite admodum disseruit Raoul-Rochette *Deux Lettres sur l'authenticité des inscriptions de Fourmont.* Paris. 1819. 4to. p. 131., unde juvat inscriptionem Amyclis, loco hodie Σκλαβοχωρίῳ dicto, repertam ibique a Fourmontio descriptam hic in tironum usum minutis literis ex

P. 418. 1. οἱ om. M. V. Ibid. κατηγο-
δαύ
ροῦντες V. et pr. M. 3. ἐπισκύρου M. 6. ἐγκαταλείποντα B. M. V. 8. παραδόντα] προδόντα B. M. V. Bekk. 13. καίτοι - - - σωτηρίαν add. in marg. M. antep. αὐτὴν] ἑαυτὴν B. Bekk. αὐτὴν V. pen. συνεβάλετο] συνεβάλλετο B. M. V. Bekk. ult. νέοι] νεῴ Bekk.

P. 419. 2. τάφων] τάφρων B. M. V. Bekk. 4. εἰκότως] εἰκὸς B. H. M. V. Bekk. 5. ξυνεγκεῖν B. συνενεγκεῖν M. V.
. . .
7. χρὴ ζημιῶσαι B. Ibid. ὥστε ἐπὶ M. V.
ων
9. συνθήκας M. 10. αὐτὸν M. 11. ὧν,
. . .
ἄνδρες] ὧν, ὦ ἄνδρες M. V. Bekk. 13. ἀγαθῶν εὐλ.] ἀγαθῶν ἀνδρῶν εὐλ. B. H. M. V. Bekk. 15. ἔπαινον] ἔλεγχον M. V. antep. τῆς πόλεως om. H. pen. ἐτελεύτησαν μὴ] τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀνάλωσαν, ἐν τοῖς δημοσίοις καὶ κοινοῖς ἀγῶσι τῆς πόλεως μὴ B. H. M. V. Bekk.

P. 420. 1. τῆς B.] τοῖς B. M. V. 6. θράψασαν B. 11. ἄριστα M. V. pen.
δ'
οὐχ M. οὐχ V. Ibid. ἥττης αἰτίους add. in marg. M. ult. ποτήξαντας V. Ibid. τῶν] τούτων V.

P. 421. 1. καλῶς om. V. 2. ἡττηθῆναι] ἡττῆσθαι B. Bekk. 10. οὐκ [ἂν] αἰσχ.

Bekk. 15. καὶ τὸν] καὶ τοὺς τὸν B. Bekk.

P. 422. 5. φυγόντας Bekk. 6. καταλιπόντας] ἐγκαταλιπόντας B. Bekk. Ibid. ὡς πολεμίους] τοὺς πολεμίους B. M. V. ὡς πολεμίους Bekk. 7. νομίζητε M. V. 8. εἴς τινας] εἴς τινα B. Bekk. 11. υἱοὺς] υἱεῖς B. Bekk. 12. καίτοι - - - ἐτιμωρήσασθε add. in marg. B. M. antep. μὲν] μὴ V.

P. 423. 2. γὰρ] ἄρ' Bekk. 11. ἐμπορείαν B. qui sic et infra. Ibid. ἐκ] εἰσὶ M. V. 13. μόνοι μετὰ] μόνος μετὰ B. Bekk. μόνος μετὰ τοῦ M. V. 14. δὲ τί] δὲ τούτοις τί B. Bekk. ult. τοὺς ἐπὶ] τοὺς μὲν ἐπὶ B. M. V. Bekk.

P. 424. 3. προκτήσασθαι V. 7. ἀμύνεσθαι V. Ibid. ἡμῶν] ὑμῶν B. M. V. Bekk. 8. μὲν] δὲ pr. M. 10. καὶ om. M. V. 15. ἐπεδήμει M. V. 16. ἡμᾶς V. pen. συμβεβλήκασι] συμβεβουλεύκασι B. Bekk. συμβεβήκασι M.

P. 425. 2. προσδοῦναι M. V. 6. ἐκεῖνον M. V. 7. δὲ οὖσαν τὴν πόλιν ὂν] οὖσαν τὴν πόλιν, ὂν δὲ Bekk. 8. ἀνίκητον V. antep. καὶ συναναιρεῖσθαι] δὲ συναναιρεῖται B. M. Bekk. καὶ συναναιρεῖται Ald.

P. 426. 6. ἡγεμονίας] εὐδαιμονίας B. M.
τεσκάφη
V. Bekk. 10. καθηρέθη M. 11. Μεσήνην] Μεσσήνην Bekk. ult. αὐτὸν M. αὐτοῦ V.

P. 427. 1. πρᾶγμα] πρόσταγμα M. V. 7. τοῦτο B. M. V. 8. τούτων B. M. V. Ald. 9. ἑκάστων] ἑκάστου B. M. V. Bekk. 10. παρίδῃ] παρίδοι B. M. V. παρίδῃ Bekk. 13. μὲν γὰρ οὐ τῷ] γὰρ οὐ τῷ μὲν B. M. V. Bekk. ult. εἶργον] εἶργον B. M. Bekk. Ibid. νομίμων Bekk.

P. 428. 1. παρανομήσασι (et sic Taylor. et Reisk.)] παρανομήμασι B. M. V. Bekk. 4. ἢ πέφ.] εἰ πέφ. B. M. V. Bekk.
ὁ
5. ἐλθὼν M. 7. τούτων] τούτου B. M. V.
ε ε
Bekk. 10. ἐμέληται M. ἐμέλετε V. antep. σώσειν] σώζειν B. M. V. Bekk. Ibid. τοίνυν om. V. Ibid. τοῦτιν ἐμέλλετε M. V.

P. 429. 2. ὑμέτερον M. V. 3. μείζονος] πλείονος M. V. 8. ὑμῶν pr. B. 9. διέβασαν] διέβησαν B. M. V. Bekk. 11.
εν
ἠξίωσαν M. 13. φανερός V.

P. 430. 6. εὐεργετοῦντας V. 14. ἠξίου] ἠξίουν B. M. V. Ald. Bekk. pen. ἐννενήκοντα B. ult. ἔτη] ἔτι M. V.

P. 431. 1. καὶ ναυμαχοῦντες καὶ πεζομαχοῦντες] καὶ πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες B. Bekk. καὶ ναυμαχοῦντες om. M. V. 3. αἰχμαλώτας V. 9. Φάσιδος] Φασηλίδος Bekk. 13. καλῶν om. pr. M.

P. 432. 4. τὰ om. pr. M. 8. μήτε ἱερὰ] μήτε τὰ ἱερὰ B. Bekk. 9. καταισχύνειν — ἀμύνειν] καταισχυνεῖν — ἀμυνεῖν Bekk. 11. ἡμᾶς] ὑμᾶς B. M. Bekk. 12. ἠσέβηκεν] ἠσέβησεν B. M. V. Bekk. 13. παρασκευασάμενος pr. B. 14. αὐτὸν καὶ ὑ. τ. θ.] αὐτὸν καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑ. τ. θ. B. Bekk. 15. τιμωρήσησθε] τιμωρήσοισθε M. V. et corr. B. τιμωρήσαισθε Bekk.
ὅσιος
17. ΟΡΚΟΣ om. in lacuna B. 18. δίκαιος ὁ M. antep. καταισχύνοιέ M. V. pen. θέλοι] θέλει M. V. et corr. B. θέλῃ pr. B. θέλοι Bekk.

P. 433. 2. παρέδωκε μείζονα Bekk. 3. ἐκλ. πολεμίοις] ἐκλ. τοῖς πολεμίοις B. Bekk. Ibid. οὐκ om. pr. B. pen. ἐπὶ τοὺς μᾶλλον μικροῖς] ἐπὶ τοῖς μικροῖς μᾶλλον B. M. V. Bekk.
μαθεῖν
P. 434. 1. δεῖ διδάσκεσθαι M. 4. τὴν πίστιν] τὴν om. pr. B. Bekk. 5. γὰρ
ἀνθρώπους ὁ ο
ἄλλους M. 7. τῶν ἄλλον B. τῶν ἄλλων M. 12. τὴν πίστιν] τὴν om. B. Bekk. τὴν
πίστιν
δίκην M. Ibid. ἔδωκαν M. V. ult. ἃ ὅμως] ἀκοῦσαι· καὶ γὰρ παλαιῶν ὄντων τῶν τότε πεπραγμένων ὅμως B. Bekk.

P. 435. 4. ΟΡΚΟΣ om. in lacuna B. et
πρι
M. 8. τὰ om. pr. B. 9. ἐμπλησθέντων M. ἐμπρισθέντων V. 15. 16. et 26. ἡμῶν] ὑμῶν B. Bekk. 19. εὔκλειαν] εὔνοιαν M. om. V. 20. διὰ τῶν] διὰ τὴν τῶν B. M. V. Bekk. 25. περὶ ἄλλων] περὶ τῶν ἄλλων B. Bekk.
α
P. 436. 2. ὑμῶν B. 3. ἐξαναστήσαντες M. 7. τῶν] τὸν M. V. Bekk. 8. ἀδελφῶν
α β
V. et pr. B. τις τῶν δελφῶν M. 9. ἐξήγγελλε B. τοῖς Ἀθ. ἐξήγγελε M. 11. ἐμβαλλόντων pr. B. 12. ἡμῶν] ὑμῶν B. V. ἡμῶν Bekk. pen. οὐκ] οὐδ' V. et pr. M.

P. 437. 1. εἰς add. sup. lin. B. 2. lit. 5. aut 6. eras. ante ὦ in B. 3. τῆς ἀρχ.] τῆς τῶν ἀρχ. B. H. M. V. Bekk. 11. πεσόντα pr. B. antep. ἔτι] ἔστι M. V. Ibid.
σχεῖν
καταλαβεῖν M. pen. κλεομάντι M. V. ult. καὶ τοῖς ἐγγόνοις M. V. Ibid. ὁρᾶτε, εἰ] εἰ om. B. M. V. Bekk.
δικαίως . . . καὶ
P. 438. 5. εἰκότως M. 6. καὶ ταύτην B. 7. Λεωκρ. οὐδὲ] Λεωκρ. οὔτε ζῶν οὔτε B. Bekk. Λεωκρ. οὔτε M. V. 8. καὶ μονώτατος] καὶ om. B. Bekk. Ibid. δ' om. B. M. 15. διαπεπραγμένον pr. B.

P. 439. 1. θεόν τινα B. 3. τύχῃ] τύχα B. M. V. Bekk. Ibid. προδέδωκε M. V. 5. παρ' om. pr. B. 8. καὶ μὴ] καί μοι B. M. V. Bekk. 9. ἐπιγινομέναις Bekk. 12. ἐξαιρεῖται B. ἐξαιρεῖται τῶν M. V. pen. ἁμαρτάνῃ M.

P. 440. 3. et 6. νομίμων Bekk. 4. τῶν] τὸν M. V. pen. ἂν add. sup. lin. B. Ibid. ταῦτα M. ult. ἔγωγε om. M. V.

P. 441. 1. πᾶσαν B. 5. ἐνεργοῦντας]

εὐεργετοῦντας B. M. V. Bekk. 6. αὐτὸν M. V. ult. ἐκ γὰρ τῆς M. ἐκ γὰρ τῆς V.

P. 442. 1. δὴ καὶ] δεῖ M. V. 2. οὖν om. pr. B. 5. οὐ δυν.] οὐχὶ δυν. B. Bekk. 7. ἐγκατελείφθη M. V. Mel. pen. περιρεῦσαι Ald. Mel. Ibid. τὸ om. pr. B. ult. μόνον pr. B. Ibid. προσαγορεῦσαι] προσαγορεύεται cod. Ambros. προσαγορεύεσθαι Bekk.

P. 443. 1. τῶν] τὸν V. Ibid. ἀσεβῶν B. M. V. 3. δεῖν B. 6. τοὺς πατρ.] τὰς
ποιοῦντες
πατρ. Bekk. 10. δικαίως ἐκεῖνοι δικαίως
....
ἐφιλ. M. ἐκεῖνοι ποιοῦντες δικαίως ἐφιλ. V. 11. φησὶ V. 13. δὲ καὶ κατ'] καὶ om. B. Bekk. 14. βασιλέα V. 15. κηφισσοῦ M. V.

P. 444. 1. τῷ στρατοπέδῳ] τὼ στρατοπέδω B. Bekk. Ibid. ὁ] ὡς B. M. V. 8. τῷ τὴν] τὸ τὴν B. M. V. Bekk. 10. τῆς] τοῦ M. V. Ibid. καὶ γενναιότητα add. in marg. ult. ἥδιστον] ἥδιον B. M. V. Bekk. Ibid. μὲν om. pr. B.

P. 445. 1. πολλῷ δυσγενέστεροι] δυσγενέστερον B. M. V. Bekk. 5. ἢ] ἢ B. M. V. Bekk. 7. ὁμοίως] ὅμοιαι; B. M. V. Bekk.
οι
8. εἰσαγώγιμαι] εἰσαγώγιμαι M. εἰσαγώγιμοι V. εἰσαγώγιμαι Bekk. pen. πόλεως] πόλεος Bekk.

P. 446. 1. ἕκητι] ἕνεκα B. ἕνεκεν M. V. 2. τε om. pr. M. Ibid. ῥυόμεθα B. M. V. 3. , ἐν πολλοῖς δέ μιν Νόμοισι] , ἐν πολλοῖς δέ νιν (δ' ἐνιν B.) Ναίουσι B. M. V. ἐν, πολλοὶ δέ νιν Ναίουσι Bekk. 5. ὑπὲρ δοῦναι] ὑπερδοῦναι B. M. ὑπὲρ δοῦναι Bekk. 7. ἑνὸς μὲν] μὲν om. B. M. V. Bekk. 8. πόλεως] πόλεος Bekk. 11. ἄν μιν] ἂν μὴν B. ἄν μιν
εἰς
Bekk. Ibid. πρὸς μάχην M. antep. προτάρβουσ' B. πρὸς τάρβους V. et corr. M. qui pr. πρὸ τάρβους. Ibid. εἴη] ἔστι B. M. V. Bekk. pen. Ἃ om. B. V. pro Ἃ punctum in lacuna habet M. ult. σχήματα δ' ἄλλως edd. et codd.

P. 447. 1. πέμποι B. 4. εἵλοντο codd. et Bekk. 7. ἡ μία μόνη Πόλ. θανοῦσα codd. et edd. 9. δύ' ὁμοσπόρους] δύο θ' ὁμοσπόρων B. δύο θ' ὁμοσπόρω Bekk. 10. Ὡς εἴ τι] Σώσει· τί Bekk. 11. γε om. B. M. V. Bekk. 14. ἅπαντας γοῦν τ' ἐμοὶ B. M. V. 15. Ἄρξουσι τ'] Ἄρξουσιν B. M. V. Bekk. Ibid. τὴν δ'] τήνδ' B. V. Bekk. 16. ἐκείνω B. Ibid. οὗ τὸ] οὐ B. M. V. antep. ἄτερ] ἄτερ B. ἄτερ Bekk. pen. πάλαι B. M. V. Ibid. θέσμιά τις] θέσμι' ὅστις Bekk. Ibid. ἐκβάλλει B. M. V. ult. ἂν τελείας] ἀντ' ἐλάας Bekk.

P. 448. 1. πόλει βάθρου V. 2. ἀναστρέψει] ἀναστέψει Bekk. 3. Στεφάνοισιν οὐδαμοῦ] Στεφάνοισι, Πάλλας δ' οὐδαμοῦ B. Bekk. Στεφάνοισί τ' οὐδαμοῦ M. V. Ibid. τιμήθήσεται M. 5. καὶ νικᾶτε B. καὶ νικᾶτ
..
M. V. 6. οὐ τήνδ' ἐγὼ] ὑμῖν τήνδ' ἐγὼ οὐ B. M. V. 8. καί γε] γε om. B. M. V. Bekk. antep. ἡμᾶν] ὑμῶν B. ἡμᾶν Bekk.
ου
P. 449. 1. τολμήσωσι M. 4. ὥσπερ καὶ Λ. M. V. 6. ἡμᾶν V. 8. τῶν Παναθη-
τίδε
ναίων om. pr. B. 15. ταῦτα M. 19. περὶ πάτρης Τέθναμεν om. V. ult. Ἱκανται] ἥικωνται pr. ἥιχωνται corr. B. ἥκωνται M. V. οἴχωνται Bekk.

P. 450. 8. τῷ] τὸ Ald. 15. μεσηνίους V. 16. τῶν ἀφ' Ἡ. γεγενημένων] τοῖς ἀφ' Ἡ. γεγενημένοις B. Bekk. τοὺς ἀφ' Ἡ. γεγενημένους M. V. 17. βασιλεύσουσιν M. V.

P. 451. 3. τοῦτον V. 4. ὅταν] ὅτ' de suo Pinzger. 11. ἐπὶ προμ.] ἐνὶ προμ. Bekk. antep. τῇ] τῇ ἑαυτοῦ B. Ibid. μαχόμενον, sed in marg. μαρνάμενον, M. ult. ἀνιαρώτατον B.

P. 452. 2. μικρᾶ V. 3. Ἐχθρὸς γὰρ] Ἐχθρὸς μὲν γὰρ M. V. et corr. B. Bekk. 6. ἀτιμία] ἀτιμίη Bekk. 7. ὥρη B. V. 8. οὔτ' αἰδὼς] οὐδ' αἰδὼς M. V. Bekk.
ἐς
Ibid. εἰσοπίσω] οὔτ' ὀπίσω B. οὔτ' ὀπίσω M. ἔς τ' ὀπίσω V. Ibid. τελέθει] τέλος B. 9. τῆσγε V. Ibid. μαχόμεθα B. 10. θνήσκομεν B. Ibid. ψυχάων B. M. V. 12. μήτε φόβου M. V. 13. ποιεῖτε] ποιεῖσθε B. Bekk. 14. μαχόμενοι M. V. pen. γηραιούς B. ult. μὲν γὰρ B.

P. 453. 1. πρόσθεν B. 4. φίλαις ἐνὶ M. φίλ' ἐνὶ V. ult. ἄρα τῆς] ἀρετῆς B. ἐρατῆς M. V. Bekk.

P. 454. 1. μὲν om. pr. B. Ibid. θνητοῖσιν] θνητοὺς Bekk. 7. τῆς om. pr. B. 8.
κατειργασμένα
ἡτοιμασμένα M. 10. πρῶτον M. V. ult. ὀξείοις M. V.

P. 455. 2. Ἕλληνας, Ὦ] Ἕλληνας, ἐκείνοις μὲν Ὦ B. Bekk. 5. ταῖς V. Ibid. ἐκείνων B. 6. ἡμετέροις M. 10. ταῖς πράξεσιν] τοῖς πράξεσιν V. τοῖς πράξασιν Bekk. 11. οὐχ ὃ] οὐχ ὃ M. Bekk. 12. κατήσχυναν V. 13. μεν om. pr. B.

P. 456. 2. προδοσίαν κεκρ.] προδοσίαν καὶ δειλίαν κεκρ. B. H. M. V. Bekk. 4. δύνασθαι M. V. pen. φρινίχου B. ult. Οἰσυίοις] οἰσαίοις M. οἰσύοις V. οἰσυίοις Bekk.

P. 457. 2. τῶν Φρ.] τῶν τοῦ Φρ. B. Bekk. 5. προδόντα pr. B. 8. μὴ τεθάφθαι] μὴ
ἀττικῆς
om. B. M. V. Bekk. 9. ἀρετῆς M. 10. τὴν ante χώραν om. M. V. 11. δέ τινες] δέ [τινες] Bekk.

P. 458. 1. ΨΗΦΙΣΜΑ om. B. 7. τὴν ψῆφον M. V. 9. μόνω M. V. 12. οὕτω] οὔτε B. M. V. 13. ὑμῶν ψηφίζεσθε] ὑμῶν αὐτῶν ψηφίζεσθε B. Bekk. ὑμῶν ψηφίζεσθαι M. V. 15. ἡ ἀλήθειαν] ἢ δι' ἀλήθειαν B. Bekk. antep. ὅτι πᾶσι] ὅτι φύσει πᾶσι B. Bekk. pen. τῆς περὶ τῆς B. ult. ἐάσαντος] ἐάσαντα B. M. V. Bekk.

P. 459. 4. ἀλιτηρίους M. V. 7. τοῦ Ἱππ.] ἡ Ἱππ. M. V. Bekk. 9. προαναγραφέντας] προσαναγραφέντας V. Bekk. 20. ὅτε] ὅτι M. V. 21. εἰ περὶ] ὅτι περὶ B. Bekk. οἱ περὶ M. V. 22. ταῖς τιμωρίαις V.

P. 460. 6. τὸν om. M. V. 9. καὶ περὶ] καὶ τοῦ περὶ Bekk. 10. μόνῳ λόγῳ] λόγῳ μόνῳ B. Bekk. 12. αὐτοχειρεὶ V. Ibid. ἀπέκτεινε] Post ἀπέκτεινε lacuna in B. ἀπέκτεινε. ΨΗΦΙΣΜΑ. Bekk. antep. δοκεῖ ὑμῖν] ὑμῖν δοκεῖ B. Bekk. δοκεῖ ἡμῖν V. Ibid. βουλομένους B. pen. Λεωκράτη] Λεωκράτην B. M. V. Bekk.

P. 461. 1. ἔργῳ τὴν] ἔργῳ καὶ οὐ λόγῳ τὴν
ἐκλιποντα
B. H. M. V. Bekk. 2. προδιδόντα M. 3. τῆς τιμωρίας] codd. et edd. Ibid. καὶ] ἀλλ' V. 4. ἀποστερεῖν οὕτως codd. et edd. 5. αὐτοῦ] αὐτὴν B. αὐτὸν M. 6. μὲν σωτ.] τὴν σωτ. B. M. V. Bekk. 7. ὄντως] οὕτως B. M. V. Bekk. 12. καὶ τὸν τῶν δήμων M. V. antep. ἐπιθῆται] ἐπιτιθῆται Bekk. Ibid. καταλύει M. ult. τὴν ἐναντίαν] τὴν αἰτίαν B. Bekk.

P. 462. 1. αὐτοὺς om. pr. M. Ibid. γὰρ ᾤοντο] γὰρ οὕτως ᾤοντο B. Bekk. 4. ψήφισμα.] Post ψήφισμα lacuna in B. ψήφισμα. ΨΗΦΙΣΜΑ. Bekk. 8. βουλομένοις M. V. 9. πρὸς τοιούτ.] πρὸς τοὺς τοιούτ. B. M. V. Bekk. Ibid. αἴσθησιν μελλ.] αἴσθηται μόνον μελλ. B. M. V. Bekk. 11. γὰρ add. sup. lin. B. 13. ποιήσεσθε] ποιήσεσθαι V. προήσεσθε Bekk. 14. ἐκεῖνον V. ἐκεῖνος Ald. 15. παρ' αὐτῶν] παρὰ τῶν M. V. παρ' αὐτῶν Bekk. antep. παρὰ om. M.

P. 463. 3. ὡς ὅμ.] ὅπως ὅμ. B. M. V.
προδιδόντα
Bekk. 8. καταλιπόντα M. 10. ἣν] οὓς M. V. 11. ἡμῶν] ὑμῶν M. V. Bekk. 12. πόλεως] τῆς πόλεως B. V. Bekk. τῆς πόλεως om. pr. M. Ibid. μετέσχον pr. M. 13. εἶχε M. V. 14. προπαραδιδόντας] προδιδόντας B. M. V. Bekk. 16. πόλις V. 17. γὰρ ἂν ἔκ.] ἂν om. B. M. V. Bekk. antep. θῆται] θήσεται Bekk.

P. 464. 4. τὴν τιμωρίαν ἐποίησαν] ἐποίησαν τὴν τιμωρίαν B. M. V. Bekk. 7. ἑαυτοὺς] αὐτοὺς Bekk. 8. τεκμήριον, ὃ] τεκμήριόν ἐστιν, ὃ B. Bekk. 11. κατάξαντες] τάξαντες B. M. V. Bekk. antep. ἐποίησαν.] ἐποίησαν μετ' αἰσχύνης. B. M. V. Bekk.

P. 465. 1. ΝΟΜΟΣ om. in lacuna B. 2. δὲ ὡς] δὴ ὡς B. Bekk. 8. τὴν τιμωρίαν M. V. 9. ἄλλην ζημ.] ἄλλην δεῖ ζημ. B. Bekk. Ibid. δουλείας M. V. 13. τοσοῦτο V. Ibid. οὗτος] ἐκεῖνος M. V. 15. ὡς om. V. 17. ὑπὲρ om. pr. B. 19. τὰ] κατὰ M. V. 21. τὰ secundum om. B. M. V. Bekk. Ibid. πρὸς τάχος] πρὸς τὸ τάχος B. τὸ om. Bekk. 23. ποιητικῶν] ποιητῶν B. M. V. Bekk. ult. ἐντεκεῖν ἠξίωσεν] ἠξίωσεν ἐντεκεῖν Bekk.

P. 466. 3. οἰκεῖν pr. M. 4. τὸν ἀνδροφόνον B. Ibid. εἰκότως om. V. 6. ὑποδεξομένους] ὑποδεξαμένους B. M. V. Ald. Bekk. 8. κακεῖ] κακοὶ B. M. V. Bekk.
ὑ
13. ἡμῶν M. Ibid δεινὰ] δεινότατα B. Bekk. 18. δὲ om. pr. M. pen καταλιπὼν] ἐγκαταλιπὼν B. Bekk.
ω
P. 467. 6. τούτων B. 8. ὑμῖν M. 9. τις ἐστὶν] τις ἄρα ἐστὶν B. M. V. Bekk. 10. περὶ om. M. V. antep. ἐν τῷ] αὐτῷ M. V. pen. τοῦ om. B. M. V.

P. 468. 1. υἱὸς V. 4. προδεδωκέναι - - - ἀνακειμένην add. in marg. B. Ibid. τὴν πατρὸς] τὴν τοῦ πατρὸς B. V. et corr. M. Bekk. 5. τοῦ om. pr. M. 6. ἐνόσουν V. 9. μήτε φιλ.] μὴ φιλ. Ald. 10. συναπολογουμένου V. 14. κατάσχοιεν M. V. Ibid. δὴ καθ'] δεῖ καθ' de suo Bekk. Ibid. γεγ. δεῖ] γεγ. δεινὸν B. M. V. Bekk. 16. οὐκ ἐπὶ] οὐκέτι Bekk. Ibid. προσκρούσασθαι] παρακρούσασθαι
ἀξιώσουσιν
Bekk. antep. ἠξίωσαν M.

μόνον
P. 469. 8. μᾶλλον τῶν M. 9. οὐδὲν V. 13. πρώτου V. pen. οἶμαι τοῦτο πρ., ἵν'] εἶναι τοῦτο πρ., ὅπως B. M. V. Bekk.
ὀπ
ult. ὅσοι M.

P. 470. 2. ἐλέου ἠξ.] ἐλέου οὐκ ἠξ. B. Bekk. Ibid. περὶ τοῦ] κατὰ τοῦ B. Bekk. παρὰ τοῦ M. V. 5. Λεωκράτη] Λεωκράτην V. Λεωκράτη Bekk. 6. αὐτῶν] αὐτὸν M. V. 9. σωσάντων πόλει] μεινάντων πόλει Bekk. 11. ἥκει B. M. V. Ald. Ibid οὐσιῶν] ὁσίων Bekk. 12. νόμων, ἀγορᾶς M. V. antep. ἡμετέρων] ὑμετέρων B. Bekk. pen. ἔθαψεν] ἔθαψαν B. M. V. Ald. ἔθαψεν Bekk. ult.
οὗτος
ὅδε οὐδὲ M. Ibid. ἐν τοῖς μνημ.] ἐν om. B. Bekk.

P. 471. 6. ποιησάμενοι] ποιοῖς; ἃ μόνος Bekk. 7. οἷς om. Bekk. Ibid. ἐπικαλέσετε V. 8. αὐτῶν M. V. pen. τῶν αὐτῶν ἐράνων] τὸν αὐτὸν ἔρανον Mel. Bekk.

P. 472. 1. ἐπεὶ καὶ τὴν ἀσφ.] τὴν γὰρ ἀσφ. B. V. Bekk. τὴν ἀσφ. M. 2. αὐτοῦ] ἑαυτοῦ B. M. V. Bekk. 5. αὐτῆς] αὐτοῖς B. M. Bekk. 7. συμπαταξαμένων V. 10. παράνοιαν Bekk. 12. δώσητε M. V. Ibid. τῷ om. B. 13. καὶ add. sup. lin. B. Ibid. μόνους V. antep. φυγὼν] φυγὴν B. Bekk. pen. ἐπὶ προστάτου] ἐπεὶ πρὸς τὰ τοῦ M. V.
ῆ
Ibid. ἔτη] τῆ B. V. τὰ M. ult. μιλόβοτον M. V.

P. 473. 2. ὑμῶν B. M. Ibid. γενήσεται Bekk. 5. ὑμῖν τοῖς] ὑμῖν ἐστὶ τοῖς B. M. V. Bekk. 8. τοίνυν ὑμῖν] ὑμῖν om. pr. B.

μὲν τοίνυν Bekk. ult. ὅτι τὰ] [ὅτι] τὰ Bekk.

P. 474. 1. ἀστρατείας παρ.] ἀστρατείας ἀστρατείας οὐ παρ. B. V. Bekk. ἀταξίας οὐ παρ. M. 2. τούτοις] τούτου B. M. V. Bekk. 3. τῶν κατὰ πρὸς M. Ibid. αἵρεσιν M. V. 4. ἐστιν] ἔσται Bekk. Ibid. σώζοντα B. M. V. 7. ἀπολεῖσθαι M. V. 11. ἄλλον βίον] ἄλλον τούτου βίον B. Bekk. pen. ἀνδρῶν καὶ παίδων καταψηφίσεσθαι] ἀνδραπόδων καταψηφίζεσθαι B. M. V. ἀνδραποδισμὸν καταψηφίζεσθαι Bekk. ult. καδδίσκοιν] καδίσκοιν Bekk.

P. 475. 1. τοῦ μὲν προδοσίας τοῦ δὲ Bekk. Ibid. ἕνεκα] εἵνεκα B. M. V. Bekk. 3. ἐὰν Λ.] ἐὰν μὲν Λ. B. Bekk. 4. Λεωκράτη M. V. Bekk. 7. παρακελεύεσθε B. V. παρακελεύεσθαι M.

P. 476. 1. Λεωκράτη codd. et edd. Ibid. ἀναμνησθέντας M. V. Ibid. κατηγορουμένων] κατηγορημένων B. κατηγορουμένων Bekk.

INDICES
AD LYCURGUM.

INDEX GRÆCITATIS LYCURGEÆ.

AD PAGINAS ET VERSUS EDIT. REISK.

A.

B.

Γ.

Δ.

N.

O.

Π.

P.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

X.

Ψ.

Ω.

INDEX HISTORICUS

AD LYCURGUM.

INDEX GEOGRAPHICUS
AD LYCURGUM.

ΔΗΜΑΔΗΣ.

HAUPTMANNI DISSERTATIO

DE

DEMADE.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

I. Demadis genus. II. indoles. III. educatio et prior vitæ modus. IV. administratio reipublicæ. V. fortunæ et fata. VI. eloquentiæ conditio. VII. sententiæ. VIII. Quid ipsi scriptorum tribuatur; ac singulatim de oratione *ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας*. IX. Quibus argumentis fragmentum illius orationis, hodieque superstes, Demadi vindicetur. X. quibus argumentis suppositum videatur. XI. Ejusdem dispositio.

I. Duo nobis Demades oratores, patrem et filium, sistit Suidæ collectio, hic sicubi parum sibi constans; ni codicum diversæ, tam barbaris sæculis, observationes confusionem intulerunt. Miscetur enim æque Demades, post Antipatrum regnans, qui Thebas instaurarit, quod Cassandrum, Antipatri filium, fecisse constat; et prioribus plane perturbata tribuuntur. Quoniam igitur antiquiores solum Demeam filium appellant: in uno pariter Demade subsistimus, qui, cum jam ad Philippum mittere filium potuisset, anno postremo Antipatri necabatur. Is Atheniensis erat, e Laciadis, Œneidis tribus populo, trahens originem, filius Demadis, ut in orationis ipsi tributæ fragmento legimus §. 16. Quatenus vero, non præter causam, Demeam patrem aliquis nominat, hariolari licet, nostrum nepotem aliquis nominat, hariolari licet, nostrum nepotem habuisse, Cassandri tempore celebrem. Quod pater nostri vir fuerit obscurus, etiam Ælianus V. H. XII. 43. prodit. Sed addens idem: *Κλεοφῶντος καὶ Δημάδου, καίτοι προστατῶν γενομένων τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, οὐδεὶς ἂν εἴποι ῥᾳδίως τοὺς πατέρας*, quid sibi velit, ignoro. Ipse quoque Demades haud oratorem monstrat, sed pauperem ac laboribus suis infirmitatem vitæ sustentantem, quibus et, vel ab obitu patris, quod ex fragmenti loco probari posse videtur, vel ab ipso commotus, filius operam dabat. Quantumvis subjecta Demadi foret isthæc oratio, nihilo minus ea justiorem fidem referret, aliorum quoque testimoniis fulta, quam Ælianus, forte majores generatim, aut illustria patrum in rempublicam merita, spectans, aut omnino quidquam modo dans argumento

suo, περιφανεῖς ἐξ ἀσήμων designaturus. Suidas porro, quatenus matrem tibicinam vocat, ac meretricem, ut Demeam cum Demade, sic matrem cum uxore, vel pellice, confundit. Faciunt hac in parte nobiscum Plutarchus et Athenæus, qui simul sermonem narrant, quo pater filio dicit; cum ipse matrem ejus duxerit, illud nec vicinum sensisse, Demeæ nuptiis reges ac principes necessaria suppeditare. Potuit igitur Hyperides et alloqui Demeam increpando: Οὐ σιωπήσῃ μειράκιον μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα; Fuit enim et filius orator, qui præ cæteris, cum Callicle, Diopetheu Sunium a periculo capitis liberavit, v. Io. Tzetzes histor. chil. VI. 98. 104. contra quem pariter ac patrem duas orationes, quæ perierunt, habuit Hyperides.

II. Eæ quidem narrationes nos aliquatenus ad Demadis indolem considerandam deducunt. Generatim vividam habuit. Ingenium e salibus patet; judicium e rebus ab ipso peractis; ex iis, quæ de oratoria ejus facultate memorantur, utrumque. Prodebat εὐστοχίαν in reprehendendo, seque, magna παῤῥησίᾳ, vel regum ludibriis, opponebat; quippe cum admiranda vis orationum omnia permulceret. Adamabat quidem pacem; ut vere Tzetzes v. 19. scribere posset:

- - Ὑπῆρχεν ἐραστὴς εἰρήνης ὁ Δημάδης.

Neque tamen spernebat bellum, aliquando dux militaris constitutus. Pertinet huc, quod Ælianus V. H. XIV. 10. notat, ubi simul paludamentum, a Phocione rogatum, lividam Demadis arrogantiam ostendit. Istam et Plutarchus innuit, qui, tam in reip. ger. præc. §. 7. quam in Vita Demosthenis, §. 11. Demadis illud refert: 'Corrigere me vult Demosthenes, sus Minervam.' Scilicet in Demosthenem præcipue noster invidiam effudit. Unde Sidonius Apollin. VIII. 1. de Demade et Antonio, Demosthenis illo, hoc Ciceronis adversario, testatur, quod, "lividi cum fuerint, malitiæ claræ, dilectionis obscuræ, tamen ad notitiam posterorum, per odia virtutum, decurrerint." Licet Demosthenes, ut auctor est Plutarchus l. c. §. 8. fin. quia non ausus est ex tempore dicere, nunquam juverit Demadem; Demosthenem, tumultibus populi perculsum, subito surgens, sæpe Demades. Jure quoque suo Suidas πανοῦργον, *astutum*, nominat; neque perfidum minus: id quod omne curriculum vitæ significabit. Avaritiæ testem invenimus Plutarchum, tam in apophthegm. t. viii. p. 110. ed. Hutten. quam in Vita Phocionis, §. 30. ubi dictum ab Antipatro refert, duo se amicos Athenis habere, Phocionem ac Demadem, quorum alterum nunquam adducere potuisset, ut missa dona acciperet, alterum nunquam muneribus exsaturasset. Inde tamen, Suida teste, εὔπορος παντὸς, luxuriosus evadebat et impurus, qui de parte altera profudit, quod corraserat ab altera. Novimus Demosthenis responsum, cum sese Minervam nuncupasset Demades: 'Ista quidem (ait) Minerva proxime fuit in adulterio deprehensa.' Novimus ex Athenæo II. 2. quod Pytheas asseverarit, Demadem, lenocinatum, ebrium, ac ventricosum, singulis diebus in concionibus versari. Sic autem πορνοβοσκῶν, μεθυσκόμενος, προγάστωρ, facile comprobabit Plutarchi sententiam, cujus in Phocione §. 1. dicitur: οὕτως ἀσελγῶς βιώσας καὶ πολιτευσάμενος, ὥςτε Ἀντίπατρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτοῦ γέροντος ἤδη γεγονότος, ὅτι, καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου, γλῶσσα καὶ κοιλία μόνον ἀπολέλειπται.

III. Utique videtur luxuria potius ex abundantia pravaque consuetudine fluxisse, quam, quasi naturalis, primam ætatem fœdasse. Quanquam enim non ignoramus, ejusmodi vitia subinde primariis ingeniis insidere; quo nomine solum Alcibiadem appellasse sufficit: remigis tamen partes, et nihilo minus adeo notabilis, sine magistro, quod vulgo creditur, profectus, ut Atticis auribus placeret orator, et ad nutum suum componeret omnia, difficulter cum tali natura cohærent. Noster quidem, propter antecedentes occupationes, a Sexto Empirico vocatur κωπηλάτης, a Suida ναύτης, ναυπηγὸς καὶ πορθμεὺς, *nauta, faber navalis et transvectionum administer.* Pergit Suidas: *absistens ab his rempublicam administravit* (ἐπολιτεύσατο). Quod num statim factum, an post exercitationes varias in dicendo, non plane constat. Tributum oratori nostro fragmentum pariter proxime conjungit §. 18.; sed ut latiorem sensum admittat, ac forsitan studiose tempus quoddam obscuret. Apud Stobæum serm. XXIX. p. 204. ed. Bas. 1549. legimus, Demadem interrogatum, quo doctore profecerit? nominasse βῆμα, *tribunal*, indicando, quod in ipsis negotiis, experientia quavis sophistarum institutione sit melior. Natum est inde proverbium, apud Apostolium IV. 17. ἀπὸ κώπης ἐπὶ βῆμα. Quem etiam ad modum Sextus Empiricus contra mathemat. II. 16. ipsum, inquit, ἱκανῶς καὶ κατὰ τρόπον ῥητορεύειν, μὴ μετασχόντα ῥητορικῆς, *cum non didicisset rhetoricam.* Ut et idem Sextus I. 13. 294. sq. grammaticis subtrahit Demadem: licet Homericos versus afferat, quibus, a pugna Chæronea, dum is ad convivium adigebatur a Philippo, ex Homer. Odyss. X. 383. sqq. feliciter usus esse diceretur; quosque Diogenes Laertius IV. 9. Xenocrati pariter, apud Antipatrum, a pugna Lamiaca, tribuit. Ni quid ibi confudit Sextus; id certe constabit, haud ἀγράμματον Demadem fuisse, qui similiter alias in numerato sententias veterum habuit. Exercitationem continuam, illud potentissimum discendi genus, singulatim memorat Quinctilianus II. 17. p. 128. sq. ed. Capp. Qui simul, partim præstantiorem, si plura didicisset, futurum fuisse credit; partim, haud omnino negari posse, contendit, ipsum quoque magistros auscultasse.

IV. Cæterum, Olynthiaco jam bello, quod Olymp. CVIII. gerebatur, Demadem Philippi beneficiis clanculum esse gavisum, ac

Demosthenis Olynthiacis orationibus facundiam suam opposuisse, narrant. Hoc et ille passim, quamvis adversarios non appellet, innuit; sed apertius habet Suidæ collectio, jungitque, quod, cum Euthycrates Olynthius Philippo patriam prodidisset, et hinc apud Athenienses infamis foret, Demades eum honoratum et Atheniensium hospitem publico decreto suo fecerit. Istud tamen, ut et alterum decretum, quo sancire laboravit obedientiam suorum (Φιλίππῳ, τοὺς Ἕλληνας ὑπακούειν), equidem vix ante pugnam Chæroneam, cum Suida, ponerem. Interim ita patebit, cur, in eadem pugna captus, victorem tam honorificum ac benignum senserit. Sequi cogebatur Atheniensium castra, licet revera Philippi stipendiarius; hinc et capi maluit, quam fortiter pugnare. Vix alius, e grege captivorum, quod Diodorus Sic. XVI. 88. narrat, eo modo castigasset ebrium: Βασιλεῦ, τῆς τύχης σοὶ περιθείσης πρόσωπον Ἀγαμέμνονος, αὐτὸς οὐκ αἰσχύνῃ πράττων ἔργα Θερσίτου, quo tamen permotus se totum mutat Philippus. Sed opus erat prætextu, ne, receptus in amicitiam regis, huic solum, nec patriæ, favere videretur. Profecto, vel tunc Macedo potius adjumentum Atticorum contra Persas, quam odium ac desperationem, quærebat. Cum ergo deprecaretur Demades, gratiam suam Atheniensibus promisit, occisos honorifice sepeliendos curavit, captivos sine redemptionis pretio dimisit, societatis et amicitiæ fœdus cum ipsis renovavit, pacem denique Bœotiorum genti concessit Philippus. Partim id actum est ante, quam hujus convivio Demades adesset, partim singulari legatione suscepta. Demosthenes etiam pacis illius mentionem facit pro Corona c. 88. Redemit autem, ut fragmentum §. 20. habet cIɔcIɔ. secundum alios cIɔcIɔcIɔ. secundum Fabricium cIɔcIɔcIɔ XC., quos inter cIɔ. cives erant. Nescio, num tunc, an alia legatione, factum sit, ut ipsi noxæ daretur, quod, ex eo quærente Philippo, quales Athenæ quantæque forent, illas in mensa describeret Demades: unde, quasi patriam injuriis affecisset, immo prodidisset, accusabatur. v. Hermog. περὶ εὑρέσ. I. 2. Id vero plane tunc accidit, ut, ubi Cecropidarum illud nobile robur esset? Philippo sciscitato, per ἀπόφθεγμα responderet, quod immiscent Stobæus serm. LII. p. 365. et Plutarchus pro nobilit. in Fabricii Bibl. Gr. VI. 6. 7. T. XII. p. 270. itemque in I. C. Wolfii anecdotis Gr. T. IV. p. 282. οἶσθα ἂν, ὦ βασιλεῦ, ὡς τῶν νῦν μὲν Ἀθηναίων ὁ Φίλιππος, τῶν δὲ Μακεδόνων ἦρχεν ὁ Χάρης. Diodorus quidem Siculus, XVI. 88. horum plura dum memorat, insignem illum, quem antea diximus, effectum gratiis solum Atticis vindicando, vel ignorasse, quæ reticet, vel moralem scopum sibi præfixisse, videtur. In republica Demades haud raro sibi speciem honestatis quæsivit. Eodem refero decretum illud, quod Seneca de benef. VI. 38. perpendit, et quo damnavit eum, qui necessaria

funeribus venditabat, cum probasset, ipsum magnum lucrum optasse, quod illi contingere sine multorum morte non potuisset. Nihilo minus et subinde veras animi cogitationes celare nequivit. Huc pertinet, quod persuaserit Atheniensibus, ut in concionem Græcorum Philippicam omni modo recipi studerent. Quamvis enim Demosthenes, Phocion, cæteri repugnarent: populus tamen, Macedonibus assensum inconsulto fervore sequebatur. Reprehendebat quidem, detrimento per ejus consilium accepto, civitas Demadem. Hic autem denuo suasor exstitit, ut sui pacem bello præferrent, ac Macedonis imperium patienter tolerarent. Habemus et aliud adhuc ejus decretum, quo, cum Alexander a Thebis expugnatis legationem Athenas mitteret, de decem oratoribus puniendis, consilium illorum liberandorum causa cepit, summa diligentia, populi nomine, factum. Hoc ipso decem illos excusabat; sin vero vel peccarint, promissionem annectebat, eos populum esse puniturum (Diod. Sic. XVII. 15. Plut. in Demosth. § 23.). Forte tunc et psephisma scripsit, de Alexandro majorum deorum consessui jungendo, quem honorem jam Philippus affectarat. Hinc ipse legatus, per gratiam et eloquentiam suam, oratores liberavit, totique populo clementiam Alexandri comparavit. Evolvantur Arrianus de exped. Alex. I. 10. Plut. in Alex. §. 12. cæteri. Quin simul pro Thebanis transfugis fructuose deprecatus est. Sic et alias, quod salvo Macedonum dominatu fieri poterat, civibus prodesse laboravit. Ridendo præcipue verum dicebat, et Atticis auribus se totum accommodabat. Ut hoc utar exemplo, cum cives suos aliquando, rebus novis audiendis solum intentos, negotiorum curam omittere videret; illam ipsam, vel fabula, commendavit, quam in Æsopiarum collect. n. 178. legimus. Suidas refert, quod et aluerit equos, inque ludis Olympicis victor discesserit. Apud Edvardum quidem Corsinum inter Olympicos victores nulla fit mentio Demadis. De solis igitur Atticis, ac minoribus hoc nomine ludis, de quibus æque Corsini loquitur, erit intelligendus Suidas, qui de eodem narrat: οὗτος κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας. Id esse factum videtur, cum ejiceret oratores, et urbem Antipatro traderet, ut illius nunc diversa fieret in foro pariter administratio. Forsitan hoc tempore, quod idem narrat, populo discedens dixit: οὔτε ἑαυτῶν ἐστὲ κύριοι, οὔτε ἐμοῦ. Nec admodum errabo, si commemoraverim, inde natam esse narrationem Tzetzæ Chil. VI. 177–181. de linguis oratorum Atticorum, cum cæteri necarentur, rogatu Demadis, solum exsectis. Ita quidem, cum ipse sub Antipatro naufragia reipublicæ se gubernare profiteretur; jure suo vocari potuit a Plutarcho in Phoc. §. 1. reipublicæ naufragium.

V. Interim, secundum Suidam, proditor perquam dives, Philippi

munere, multas habuit in Bœotia possessiones. Immo, si C. Graccho, apud Gellium XI. 10. 6. fides datur, vel, ut sileret, talenta decem accepit. A nece Philippi beneficentia pariter Alexandri gaudebat, apud illum haud minus potens, ac apud parentem. Hinc a Demosthenis amicis largitione quinque talentorum commovebatur, ad dictum antea psephisma, de reis oratoribus periculo eximendis, artificiosius consignandum. Postea similiter Antipatri gratiam obtinuit, licet denique perniciosam. Ad hunc enim cum Phocione legatus, urbem illi demisse tradidit, quod fusius memorant Nepos in Phoc. c. 2. Plutarchus in Vit. Phocion. §. 26. sq. et Pausanias L. VII. c. 10. Nec apud suos honoris testificationibus excidit Demades. Ænea statua, in foro posita, colebatur, publiceque in Prytaneo victum capiebat, quod Dinarchus κατὰ Δημοσθ. inter alios refert. Tanto verosimilius idem Dinarchus §. β′. Demosthenem atque Demadem conjunxit, ab Harpalo pecunia corruptos, quo tempore §. ζ′. Areopagi senatus sex mensibus de iis inquisivisse dicitur. Palam quidem Demades, uti jam dictum est, adversarius erat Demosthenis, cujus administrationem reipublicæ malorum omnium causam exstitisse præ se ferebat, cum bellum postea nasceretur. Respicit, hocce narrans, Aristoteles Rhet. II. 24. bellum, post quod, Aristophonte prætore, Demosthenes habuit orationem de Corona. vid. Dionys. Hal. ep. ad Ammæum, §. 12. Post illud tempus in civitate sua rixis sæpe noster exercebatur, nonnunquam omnino plectebatur. Quod et, cum Alexandrum vivum consecraret, pecuniam ab Harpalo sumeret, et alias, factum esse narrant. Ob divinos honores Alexandro decretos, forte post discessum regis in Asiam, mulctam C. talentorum irrogatam illi fuisse, putat Ælianus V. H. V. 12. credibilius autem X. nominat Athenaeus VI. 6. p. m. 409. Erat tamen, cum et per solam petulantiam occasionem mulctæ præberet. Hujus rei vel unum exemplum e Plutarcho in Vit. Phocion. §. 30. sufficiet. Athenis lege cautum fuit, ne quis peregrinus saltaret. Demades vero totum chorum ex peregrinis, numero centum, constituit, pœnamque simul debitam solvit. At non semper tam promptus erat in suscipiendis pœnis, quas septies detrectabat, maxime potentior civitate factus. Accidit illud, vel in primis, post Alexandri mortem et Lamiacum bellum, quo tandem Athenienses, ad Cranonem, ab Antipatro Crateroque victi, præsidium in Munychiam recipere cogebantur. Tunc enim Demadis, professi Macedonum amici, fortuna sine dubio novum incrementum obtinuit. Sed in altum tollebatur, ut graviore prolapsione rueret. Cum effecisset Athenis, ut Demosthenes et oratores alii damnarentur: ipse fraudulentus deprehendebatur. Quippe, quod Diodorus Sic. XVIII. 48. memoravit, clanculum per literas egerat cum Antipatri capitali hoste, quem in Macedoniam et Græciam

invitabat, ἐκ παλαιοῦ καὶ σαπροῦ στήμονος omnia pendere, Antipatrum sugillando, significans. Tota res ab eum accusante Dinarcho Corinthio, ad Plutarchi testimonium, in Demosth. vita, §. 31. cum literis ipsis detegebatur. Quo facto, dum liberius exigebat promissa Demades, Olymp. secundum aliquos CXV. a. 2. potius autem, quoniam Antipater tunc jam mortuus erat, CXIV. 4. cum legationis comite Demea, quoddam in gurgustulum abductus, postquam filium necari viderat, ejus sanguine conspersus, tollebatur, inque lacum Amphipolitanum cadavera conjiciebantur, aperto documento, quam dignus exitus vulgo flagitia sequatur. Hac enim ratione tandem evenit, quod Demadi subinde prædixerat Demosthenes, sese primos vendere proditores. Historici necis auctorem partim Antipatrum vocant, partim Cassandrum. Apparens autem repugnantia facile dirimetur; si jam ægrum parentem filio totam administrationem imperii tradidisse perpendamus.

VI. Quid infelix iste valuerit in arte dicendi, videamus nunc brevissime. Non hic afferam, e Plutarchi vita Demosthenis §. 10. ἀμφιβολίαν habens, effatum Theophrasti, qui, cum interrogaretur, quis sibi videretur Demosthenes orator? respondit: *dignus hac urbe*. Qualis Demades? *supra urbem*, ὑπὲρ τὴν πόλιν. Eadem pagina testimonium lego: Πλὴν τόν γε Δημάδην πάντες ὡμολόγουν τῇ φύσει χρώμενον ἀνίκητον εἶναι, καὶ παραφέρειν αὐτὸν σχεδιάζοντα τὰς τοῦ Δημοσθένους σκέψεις καὶ παρασκευάς· quibus verbis eloquentia prorsus invicta, quæque vel Demosthenicam provocarit, quamvis extemporalis foret, si quid videmus, Demadi tribuitur. Ab anonymo in proleg. rhet. apud Fabric. B. Gr. T. IX. p. 598. eidem et Aristodemo vindicatur oratio ἀντίστροφος τῇ κολακευτικῇ, quam licet quintam rhetoricæ formam constituat, ipse tamen præterit. At vel inde patet, quatenus a Diodoro Sic. XVII. 15. τῇ τοῦ λόγου δεινότητι πάντα κατεργασάμενος appelletur. Quia vero potior plurimorum laus ad sales Demadis pertinet: cætera sequenti membro misceamus.

VII. Nimirum, haud sine causa, placuerat singulatim Atticis auribus, ut cum Tzetzæ Chil. V. v. 345. sq. loquamur: Ῥήτωρ ὡραῖος κάλλει, Πολὺ δὲ ὡραιότερος ἀποφθεγμάτων λόγοις. Sententias Demadis, graves, translatas, et in ipsa ὑπερβολῇ singulare quidquam habentes, vocat Demetrius περὶ ἑρμ. §. 300. sqq. illarumque pluribus collectis, sub finem adjungit, Demadis gravitatem ostendere non nihil periculosi, difficilem imitatu, quid? poeticam plane. Laudat easdem Cicero, dum in Oratore 26. 90. "ex Atticis (ait) non omnes faceti, Lysias satis et Hyperides, Demades præter cæteros fertur." Neque dissentiunt Vossius institt. or. VI. 7. 8. et Nicol. Caussin. I. 34. Quæ cum ita sint, notatu digniores aliquas, exempli causa, jure nunc observabimus. Initium faciat, cujus argu-

mentum Tzetzes l. c. v. 347. sqq. e Plutarchi vita Solonis deprompsit: (Δημάδης)

Μεγάλως εὐδοκίμησεν ἐν κριτηρίῳ λέξας·
Ἔοικεν, ἄνδρες δικασταὶ, Δράκων ὁ νομογράφος
Οὐ μέλανι, δι' αἵματος τοὺς νόμους δὲ χαράξαι.

Huic duas annectimus, apud Stobæum legendas. Priorem habet serm. IV. de Imprudentia ante med. p. 56. *Δημάδης τοὺς Ἀθηναίους εἴκαζεν αὐλοῖς, ὧν εἴ τις ἀφέλοι τὴν γλῶτταν, τὸ λογικὸν (λοιπὸν) οὐδέν ἐστι.* posteriorem autem serm. LXXII. nuptial. præc. p. 441. *Δημάδης εἶπε, τὴν αἰδῶ τοῦ κάλλους ἀκρόπολιν εἶναι.* Sic et Lucianus in Demosthenis Encom. §. 15. Demadis jocum affert, alios oratores ad aquam dicere, Demosthenem quoque scribere ad aquam. Prætерimus adversus illum argutias, quas collegit Tzetzes VI. 113-137. Talia quando pronuntiaverit orator, non liquet; certius tempus sequentium erit. Alexandro cum adeo blandiretur, ut eum, decreto facto, tertium decimum deorum scribi juberet, idque reprehenderet populus; ita, se tuendi causa, secundum Demetrium l. c. respondit: *Τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐκ ἐγὼ ἔγραψα, ἀλλ' ὁ πόλεμος, τῷ Ἀλεξάνδρου δόρατι γράφων.* Tunc et, secundum Valer. Max. L. VII. c. 2. ext. 10. "videte (inquit) ne, dum cœlum custoditis, terram amittatis." Quod quidem effatum Paulus Leopardus emendatt. X. 18. in Gruteri facis crit. T. III. p. 203. ab Erasmi errore defendit, quia Demades potius erat amicus, quam adversarius, Alexandri. Eodem aliud spectat. Cum enim præcipites Alexandri de morte lætarentur Athenienses: *Οὐ τέθνηκεν Ἀλέξανδρος*, ait Demades, *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὦζε γὰρ ἡ οἰκουμένη τοῦ νεκροῦ.* de Macedonum contra potestate: *Ἔοικε γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις, ἀπολωλεκυῖα τὸν Ἀλέξανδρον, τῷ Κύκλωπι τετυφλωμένῳ·* licet potius Philippum, oculo altero privatum, Cyclopem appellarent. Se tandem sibi contraria sæpe dixisse profitebatur, reipublicæ nunquam.

VIII. Sunt et scripta, quæ Suidæ compilatio Demadi tribuit. Alterum, cujus hodie, quantum novi, nec volam ullibi nec vestigium habemus, inscribitur: *Ἱστορία περὶ Δήλου καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων.* alterum: *ἀπολογισμὸς πρὸς Ὀλυμπιάδα τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας.* Ad hæc Suidas innuit, illum cum Philippo commercium exercuisse literarum, quibus addere poterimus, quam ipse Demeas tulit, epistolam. Examinent alii; num et, per conjecturam, appellari queat oratio pro pace, quam respicere videtur Tzetzes Chil. VI. 20. sqq. (Δημάδης)

Φάσκων· ἀνάνδρους οὐ καλῶ, καθάπερ Δημοσθένης,
Ἀναῤῥιπίζων πόλεμον, εἰρήνην ἀπελαύνων.
Δειλός εἰμι καὶ ἐραστὴς καθέστηκα εἰρήνης.
Οὐ στέργω μάχης ἀραγμοὺς, οὐδὲ πολέμων κρότους,
Οὐδὲ πρὸς πολυάνδριον θέλω φιλοτιμεῖσθαι.

Περὶ εἰρήνης λέγοντι, ὦ ἄνδρες, πείθεσθέ μοι·
Μὴ ὀχλοκόπῳ δὲ ἀνδρὶ, μάτην ὀχλοκοποῦντι.
Ἀντιστροφὴ γὰρ γίνεται πραγμάτων τῷ πολέμῳ.
Θάπτει πατὴρ τὸν παῖδα γὰρ, γέρων τὸν γηροτρόφον. κ. τ. λ.

Longiorem ideo locum exscripsi, quo melius pernoscere possimus, num valeat conjectura, quatenus legisse Tzetzem, quæ narrat, oportet. Cum autem hujus orationis mentio, quantum mihi sane constat, penes auctorem alium haud reperiatur: ad alteram *περὶ τῆς δωδεκαετίας* eo tutius regrediemur. Suidas ad Olympiada missam dicit: ni quis hic latere mendum, et olympiadem indicari, putet, cujus numerus desit, ad quam autem usque fuerit administrata per Demadem respublica. Neutrum accommodatum erit ad fragmentum orationis hodieque superstes: nec enim Olympiadis, nec olympiadum, ibi commemoratio quædam fit; sed Atheniensium congregatorum, et actarum rerum ordinis. Annos quoque duodecim haud invenimus; ni partem narrationis desiderari judicemus. Quid? opinari quis posset, *ἀπολογισμὸν* illum potius narrationem historicam complecti, quam solemnem orationem, et cum hodieque superstite temere confundi. Occasionem, qua dixerit orationem eam, vix aliam reperimus, quam qua simul Demosthenes *δωροδοκίας* a quibusdam, et a Dinarcho nominatim, accusabatur. Demetrius quidem Magnes, qui de *homonymis* scripsit, accusationem esse Dinarchi negat, apud Dionysium Halicarn. in judic. de Dinarcho, c. 1. Ipse vero Dionys. Hal. l. c. c. 9. eandem illi vindicat: cujus a parte libentius stabo; cum et in alia legitima scripta Demetrius involarit. In defensione Demadis nulla fit Harpali mentio, qui Olymp. CXIII. 2. Athenas venit. Videtur autem saltem id curasse Demades, ut, si vel accepisset dona, quod eum esse professum Dinarchus jactat, nihil tamen ideó se contra rempublicam egisse corroboret. Causam aliquam obscuriorem, ante Thebarum expugnationem ab Alexandro factam, propter fragmenti §. 35. sibi concipientibus, utrobique duodecim annorum spatium respiciendum esset. Thebæ sunt expugnatæ Olymp. CXI. 2. quod tempus justo longius esset, si jam ante Olymp. CVIII. quod innuimus supra, Demades clarescere cœpit. Multo quidem minus duodecim annorum tempus vocari potest, ad accessum Harpali; ni quod spatium temporis excidisse credamus. Hoc æque difficile dictu fuerit, quam alterum illud. Tunc autem initium constituendum erit a pugna Chæronea, vel Olymp. CX., qua publicam administrationem suscepit Demades, antea solum orator. Fac, et alium id fragmentum finxisse, quælibet tamen cum historia conveniunt, quam auctor sanus exploravit, ne quid, hac etiam de parte, peccaretur. Dinarcho p. 50. si credamus, is tunc ab Harpalo sexies mille stateres aureos accepit. Notabilis habetur

locus, quem p. 55. sq. de demagogis ætatis suæ subjicit Dinarchus, istos alterum alteri publice convicia de industria dixisse, privatim autem, communi consensu, decepisse civitatem. Sed indidem patet, qua ratione tunc, in nominibus appellandis cautius, in re tractanda negligentius agere, nihiloque minus spem victoriæ sibi concipere, potuerit Demades. Objicitur enim simul Demostheni, quod is nullum unquam psephisma contra Demadem scripserit, licet hic egerit indigne, vel, quod additur, in administratione sua contra plebiscita legesque multa patrarit. Si vera foret oratio, post Dinarchum prodierit, oportet, Demades: dum ille profitetur, hunc non ausum esse sistere semet: *Οὐ τετόλμηκεν αὐτοῖς δεῖξαι τὸ πρόσωπον, οὐδ' ἐναντία τῇ τῆς βουλῆς ἀποφάσει λέγειν ἠξίωσεν.* At æque statim jungitur, ipsum nec potestatem senatui in se inquirendi fecisse, qua parte melior sit ejus, quam Demosthenis, causa. Idem Dinarchus, in Aristogitonem p. 72., quod tunc et Demosthenes et Demades puniti fuerint (*ἐτιμωρήσασθε*), asseverat. Id contempsisse Demadem arbitramur: qui non ignorabat, hac se conditione rerum patriæ semper necessarium fore.

IX. Sed ipsam orationis *αὐθεντίαν* pervestigemus. Inter argumenta vindicantia referri possent, quæ sequuntur. Demetrius, quem Phalereum vocant, vix e solis sententiis judicat; unde, licet earum nullam in fragmento nostro legamus, nihilo minus, ipsum aliquid literis mandatum reliquisse, patebit. Suidas meminit illius conscriptionis, quamvis ut ad Olympiadem missæ: pluresque recentiorum, quos inter editores, legitimum esse partum profitentur. Ipse pariter auctor §. 18. memorat, se non orationes forenses scribendo, sed habendo civiles, conspicuum fieri velle; potuisset ergo solam hanc excepisse, quam casu truncatam, tanquam nullam, posteri considerarint. Forsitan, id fragmentum exstare, pluribus et incognitum fuit. Io. Meursius in biblioth. Attica credit, Ciceronem, quem Fabius sequitur, de altero Demade, Suidæ præterea soli memorato, quem noster adoptarit, agere; nec igitur negare, nostrum aliquid scripsisse. Designari quoque potuit, aliorum calamo, vel memoria, fragmentum illud; ut tot tententiæ, quibus facetum fuisse Demadem varii comprobarunt. Utique res omnes cum conditione Demadis et historica fide quam optime consentiunt, nec ab auctore stilus alienus apparet. Quæ cum ita sint, non habet sufficientia, nec interius nec exterius, *νοθείας* indicia, debetque legitimum credi, donec demonstretur contrarium.

X. Verum tamen spuria videtur oratio, majoris fere momenti rationibus. Initium faciant testimonia veterum et recentiorum. Satis perspicue legitur apud Ciceronem in Bruto c. 9. §. 36. "Is, cujus nulla exstant scripta, Demades." Consentiens Quintilianus XII. 10. p. 751. "In agendo clarissimos quosdam (ait) nihil posteritati mansurisque mox literis reliquisse, ut Periclem et Demadem." et II. 17. p. 129. "Neque enim orationes scribere ausus est, ut eum multum valuisse in dicendo sciamus." Inter recentiores Dionysius Petavius L. II. ep. 7., cum tot aliis, occurrit. Hi de diverso si loquerentur, cur non distinguerent a celebriore? cur plane nostri nullam facerent mentionem? curque non potius Suidas, qui modo scripta sua compilavit, errare potuit, duplicem fingendo? Nec e Demadis orationibus aliquid afferunt rhetores Græci, Dionys. Hal., Longinus, Hermogenes, alii, neque Lexicorum scriptores, Harpocration, Hesychius, Pollux. Eos omnes haud novisse, forsitan alicubi latens, fragmentum, non omnino verisimile fiet. Excusserunt omnia tanti viri, qui vel id ipsum, quod alius exceperit calamo, cum Demades diceret, sine dubio reperissent. Quatenus autem ad codicum fidem et interna quædam documenta res tota recurrit: ipsum argumentum satis leviter tractatur, ut ex hoc ungue vix leonem aliquem, sive Demosthenis æmulum, agnoscamus. Proponendi ratio levioribus figuris magis abundat, quam gravioribus. Fere perpetuis in *ἀντιθέτοις* verba vibrantur: multæ similitudines sententiæque minus acutæ passim offendunt; ut et repetitiones et lusiones verborum, non nunquam satis ineptæ. Si quis Gorgiæ stilum appellat: tempora distinguemus, ac nunc delicatiores Atticorum aures; quod et Diodorus Sic. XII. 53. innuit. Iste quidem stilus per scholas sophistarum instaurabatur; non autem, audito Demosthene, retinebatur in Attico foro. Nec meliorum partium eloquentiæ doctores, Aristoteles, et alii, tale quidquam præcipiunt, sed contrarium: ubi dicentes non alienis occupantur frigide, sed, uti Demosthenes, rem ipsam persequuntur. Passim dictio, certe sub finem, videretur hominis esse Christiani; nisi *παρὰ θεῶν* §. 3. et *πρὸς θεῶν* §. 10. legissemus. Novimus animum Servatoris *περίλυπον* Matth. XXVI. 38. ut et Saulus Act. VIII. 1. *ἦν συνευδοκῶν*. Quanquam prius vocabulum et Isocrates, qui ad Demonicum orationem scripsit, posterius Athenæus usurpavit. Sed hæc ad contextui subjiciendas observationes pertinent; ubi passim alia quoque notabimus. Licet haud ignoremus, in vocabulis facilius aliquid antiquum esse probari, quam negari.

XI. Ut autem ipse benevolus lector, quod equidem haud prorsus audeo, dijudicare queat, fragmentum illud, ex Aldino contextu p. 182. sqq., non sine correctione, inque minora membra distinctione, repetitum, efficiet. Dispositionem orationis si præfigere debeam: non invenio, præter exordium et partem oratoriæ narrationis. Exordium capite I. depromitur a commendatione judicum §. 1. et eorum officii §. 2. neque minus opis, inter petitiones adversariorum, desideratione §. 3. item a modesta depressione sui §. 4. cum inspersa laudatione, et narratione meritorum §. 5. a loco communi, de difficul-

tate judicandi, propter animum ab accusantibus motum §. 6., et applicatione ne hinc redundante cautela, ne reos injuste damnent §. 7. a magnanimi tandem proposito moriendi, si vel crimen hæreat §. 8., vel publica salus id requirat §. 9. Capita II. Captatio benevolentiæ principium cum altera parte connectit. Cum enim cedere nolit orator accusantium vaniloquentiæ; petit audientiam §. 10. gratiamque flagitat in timore §. 11. Timet quidem, non causæ suæ, sed ne calliditas adversariorum judicibus imponat §. 12. Spe tamen horum justitiæ fultus §. 13. alias etiam accusatores, qui fecisse fidem credebantur, in pudorem conjectos esse memorat, quod æque jam fore confidit §. 14. Ipsius oratoriæ narrationis tria membra reperio. Scilicet, capite III. de administratione reipublicæ, quam in transitu vituperarant accusantes, dum ab ipsis initiis se dicturum profitetur §. 15. primam ætatem suam designat, tanquam pauperem, sed innocentem §. 16. 17. deinceps ait, se non caussidicum privatum fuisse, sed in senatu dixisse §. 18., semperque communi civitatis utilitati consuluisse §. 19. postea se pacem Atticis salutarem pepigisse §. 20., non munera captando, sed necessitati prospiciendo §. 21. quamvis humanitatem simul Philippi reges laudet §. 22. Altero membro, capite IV., miscetur, mox Alexandro regi plus æquo non paucos adulatos esse §. 23. Lacones autem et Atticos debiliores tunc fuisse §. 24. cum Laconum robur Leuctrica pugna §. 25. Atheniensium alia prælia §. 26. Thebanorum æque variæ calamitates, fregerint §. 27. elati vero fuerint animis Macedones, Persicis jam opibus inhiantes §. 28. Tunc Demosthenem bellum decrevisse §. 29. se vero, plurimas inde noxas contemplatum, signasse pacem §. 30. Quod se laudabiliter fecisse præ se fert; quia declinare tempestatem præstet, quam subire §. 31. Itaque deprecatur inde nascentem offensionem, cum suasor neutiquam in potestate fortunam habeat §. 32. nec eventus, quin potius res in sese, considerari mereatur §. 33. 34. Membro tertio sive cap. V. tertium periculum memoratur, ab oratoribus tunc illatum §. 35., cum Demosthenes et Lycurgus dicerent, Alexandrum inter Triballos esse victum, immo defunctum §. 36. et vana spe, tam populum quam Thebanos Athenis versatos, delinirent; contra Demadem odiosum reddere laborarent §. 37. Ita quidem hic nec tota narratio legitur, nedum uberior defensio, pro longioris illius exordii conditione. Sed ipsum audiamus, vel fictum, vel verum Demadem.

ΔΗΜΑΔΟΥ
ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΔΩΔΕΚΑΕΤΙΑΣ

Pag. ed. H. Steph. | Pag. ed. Reisk.

178. 27 (α΄.) ΤΗΣ μὲν τῶν κινδυνευόντων σωτηρίας, ὦ ἄνδρες 262 Ἀθηναῖοι, καὶ τῆς τιμωρίας ὑμεῖς παρὰ τῶν νόμων τὴν ἐξουσίαν εἰλήφατε· (β΄.) οὔτε δὲ ἰατρὸς ἐμπείρως δύναται θεραπεῦσαι τοὺς κάμνοντας, ἂν μὴ τὴν αἰτίαν τοῦ νοσήματος κατανοήσῃ, οὔτε δικαστὴς ὁσίαν θεῖναι τὴν ψῆφον, ἐὰν μὴ τοῖς τῆς κρίσεως δικαίοις ᾖ παρηκολουθηκώς. (γ΄.) ἐμπεσὼν δὲ αὐτὸς εἰς μέσην τῶν ῥητόρων δυσμένειαν, ὥσπερ τῆς παρὰ θεῶν, οὕτω τῆς παρ᾽ ὑμῶν 263 δέομαι τυχεῖν βοηθείας. διαβάλλουσι γάρ μου τὸν βίον, οἰόμενοι τὸν λόγον ἄπιστον καταστήσειν. (δ΄.) ἐγὼ δ᾽ ἀποθανὼν μὲν ἢ ζῶν οὐδέν εἰμι· τί γὰρ Ἀθηναίοις, εἰ παρανάλωμα Δημάδης; (ε΄.) δακρύσει δέ μου τὴν ἀπώλειαν οὐχ ὁ στρατιώτης — πῶς γάρ, ὃν αὔξει μὲν πόλεμος, εἰρήνη δ᾽ οὐ τρέφει; — ἀλλ᾽ ὁ τὴν χώραν γεωργῶν καὶ ὁ τὴν θάλατταν πλέων καὶ πᾶς ὁ τὸν ἡσύχιον βίον ἠγαπηκώς, ᾧ τὴν Ἀττικὴν ἐτείχισα, τοὺς ὅρους τῆς χώρας περιβαλὼν οὐ λίθοις ἀλλὰ τῇ τῆς πόλεως ἀσφαλείᾳ. (ϛ΄.) δεινὸν δέ τι συμβαίνει πολλοῖς τῶν [1]κρινόντων, ὦ

[1] κρινόντων ὧδε, δικασταί.

Τοὺς καμνόντας] Antipho Tetralog. Γ. β. med. de medico dicit: εἰ ταύτην τὴν θεραπείαν θεραπεύσειτο. Sed utrumque vocabulum crebrum est in N. T. v. g. Matth. IV. 23. sq. VIII. 7. 16. IX. 35. cæt. HAUPTMANN.

Ὁσίαν θεῖναι] Demosth. c. Mid. §. θ΄. potius εὔορκον ψῆφον θέσθαι. cf. c. Aristocr. §. ε΄. Lycurg. §. γ΄. fin. Sed 13. 3. ὁσιώτατα δικάζοντας invenimus et 18. 6. ὅσιον ὅρκον. IDEM.

Ἢ παρηκολουθηκὼς] *sectatus fuerit*, ut 1 Tim. IV. 6. Εὐμαθῶς παρακολουθεῖν habet Æschines. [c. Tim. §. κϛ΄.] cf. Plut. παιδ. ἀγ. 2. 2. ed. Heus. IDEM.

Εἰς μέσην] Non Hebraismum, sed pondus habet; ut reliquam hanc enuntiationem ipse Demosthenes. IDEM.

Βοηθείας] Sic Antipho Accus. Pharm. §. δ΄. βοηθείας παρ᾽ ὑμῶν τυχεῖν. IDEM.

Λόγον - - - εἰμι] F. λόγον οὕτως ἄπιστον καταστήσειν. ἐγὼ δ᾽ ἀποθ. μὲν οὐδὲν μᾶλλον ἢ ζῶν οὐδέν εἰμι. REISK.

Παρανάλωμα] *appendix, sumptus inutilis*; de quo, num ætatis Demosthenicæ sit vocabulum, adhuc dubito. Legere memini, de temporis impendio, apud Ælian. V. H. I. 17. HAUPTM.

Ἀπώλειαν] Sic et Demosthenes subinde loquitur. Res ipsa vero difficultatem inferre posset; sive conditionem illo tempore militum Græcorum, sive reipublicæ debilem statum, spectemus. IDEM.

Ἡσύχιον βίον] 1 Tim. II. 2. Sed est etiam in Demosthenis Phil. IV. [§. ιζ΄.] et alibi, ἡσύχιος et ἀπράγμων βίος. IDEM.

Ὧδε] *in hanc sententiam*, vel *hoc loco*, ut apud Xenoph. IDEM.

ἄνδρες δικασταί. ὥςπερ γὰρ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν νόσος τὴν
ὅρασιν συγχέασα κωλύει τὰ ἐμποδὼν κείμενα θεωρεῖν,
264 οὕτως ἄδικος παρεισδύνων λόγος εἰς τὰς τῶν δικαστῶν
γνώμας οὐκ ἐᾷ δι' ὀργὴν συνορᾷν τὴν ἀλήθειαν. (ζ'.) διὸ
καὶ δεῖ συνορᾷν ὑμᾶς εὐλαβῶς ἐπὶ τῶν κινδυνευόντων μᾶλλον
ἢ τῶν ἐγκαλούντων· οἱ μὲν γὰρ αὐτόθεν ἔχουσιν ἐκ τῆς πρω-
τολογίας ὁποῖον αὐτοὶ βούλονται τὸν δικαστὴν, οἱ δ' ἀνα-
γκάζονται πρὸς ὠργισμένους κριτὰς τὴν διάνοιαν ἀντιτάσ- 179. 1
σεσθαι. (η'.) ἐὰν μὲν οὖν φαίνωμαι τοῖς ἐγκαλουμένοις ἔνο-
χος, καταψηφίσασθε, μὴ φείσησθε, οὐ παραιτοῦμαι· ἂν δ'
265 εὑρίσκωμαι τῶν ἐγκεκλημένων κεχωρισμένος τῷ δικαίῳ,
τοῖς νόμοις, τῷ συμφέροντι, μὴ πρόησθέ με τῇ τῶν κατη-
γόρων ὠμότητι. (θ'.) εἰ δὲ πάντως ἀποθανὼν συμβαλοῦ-
μαί τι πρὸς τὴν κοινὴν σωτηρίαν, ὡς οὗτοι λέγουσιν, ἑτοί-
μως ἔχω τελευτᾷν· κτήσασθαι γὰρ ἰδίῳ θανάτῳ δημοσίαν
Καὶ ὅτι μὲν] Pro medio vocabulo conjecit Canterus ἔτι. recte id quidem, ni multum fallor, verum non exhaurit rem. ulterius erat procedendum. Conjecturæ si licet indulgere, quod in loco desperato licere arbitror, ita videtur legendum: τῶν δὲ νέων [repete tacite e præmissis ἀρετῆς μαρτύρια] καὶ νῦν ἔτι μένει [scil. ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων μνήμῃ] ἄλλα τε πολλὰ, καὶ [subandi τοῦτο] ὅτι [non ὅτε, quod vulgatæ dant]. *recentiorum autem majorum virtutis documenta manent vel adhucdum in hominum memoria vigentque, ut alia permulta, ita hoc quoque, quod —*. Idem.

Ὑπὸ τῆς σφετ.] Ἀπὸ τῆς σφετ. Ad Herodot. l. 1. 56. Wesseling.

Τούτους] Lacedæmonios designat. Reisk.

Μεγάλης] Aut μετὰ præponendum est, aut τῆς, ut sic exclamatio mirantis et stomachantis. *o Jupiter et vos reliqui dii, tam portentosæ impietatis!* (subaudi ἕνεκα, *ergo*) *vos testor*. Idem.

Φερόντων] Alius usurpasset ἐπιφερόντων. Idem.

Ἀφίκετο] Sed quisnam? num ὁ κῆρυξ. videtur potius nomen regis Spartani, qui tum fuit, excidisse, quod nomen quærere mihi nunc non vacat. quærant quibus volupe erit et otium suppetet. Invenient apud Cragium aliosque, qui de rebus Laconicis exposuere. Canterus, quasi sentiens defectum, reddidit h. l. *cum quidam*

καὶ ἔχων φοινικίδα ἐπεκάλει τοὺς προγόνους βοηθῆσαι καὶ
μὴ περιϊδεῖν ἐπιβουλευθεῖσαν τὴν Σπάρτην. ἀντὶ δὲ τῆς
εὐεργεσίας τῆσδε τήνδε ἡμῖν τὴν κακοεργασίαν ἀποδιδόασι,
καὶ νῦν οὗτοι τῆς ὑμετέρας ἕνεκα ἀρετῆς ὄντες οἵτινες εἰσὶ,
δῃοῦσί τε τὴν ὑμετέραν καὶ ἐλευθεροῦσι τοὺς ὑμετέρους
δούλους καὶ ἐπάγουσιν ἐφ᾽ ὑμᾶς παρανόμως καὶ παρασπόν-
δως, οἷς οὐδὲ θέμις ἦν Ἡρακλειδῶν ἡγουμένων Ἀθηναίων
ἐπιβῆναι σὺν πολεμίοις ὅπλοις. ἀλλὰ γὰρ οὔτε θεοὺς οὔτε
ἀνθρώπους αἰδοῦνται· οὐ γὰρ ἂν τάδε ἐποίουν. ὑμεῖς, ἐὰν
θεὸς θέλῃ, δίκην αὐτοῖς ἐπιθήσετε. 26
β΄. Ἐνθυμήθητε δὲ, ὅτι ὑμεῖς μὲν ἐκ τῆς ὑμετέρας αὐτῶν
ὁρμώμενοι ἀγωνιεῖσθε, ἀπὸ ἑστίας πατρῴας ἕκαστος καὶ
θεῶν τῶν ἄλλων καὶ πόλεως, οὐ τῶν κτισάντων φονέες
γενόμενοι, ἀλλὰ τοκέων τυχόντες, τοῖς ὑμετέροις θεοῖς
εὐξάμενοι περὶ τῶν αὐτῶν, ὥστε καὶ τὴν δίκην τὴν παρὰ 27

ab illis — petiisset auxilium. Idem. Περικλείδας Orellius coll. Plutarch. Cim. 16. qui sic: Οἱ γὰρ Εἵλωται ἐκ τῶν ἀγρῶν συνέδραμον πανταχόθεν, ὡς συναρπασόμενοι τοὺς σεσωσμένους [scil. ἐκ τοῦ σεισμοῦ] τῶν Σπαρτιατῶν. - - - πέμπουσιν οὖν οἱ Λακεδαιμόνιοι Περικλείδαν εἰς Ἀθήνας, δεόμενοι βοηθεῖν, ὅν φησι κωμῳδῶν Ἀριστοφάνης καθεζόμενον ἐπὶ τοῖς βωμοῖς ὠχρὸν ἐν φοινικίδι στρατιὰν ἀπαιτεῖν.

Ἔχων φοινικίδα] Ergo feciales Græcorum, Spartanorum certe, cum supplicatum opemque ferendam efflagitatum aliquo venirent, russati erant, h. e. vestem russam corpore gerebant, aut eam e pertica suspensam præferebant? Sed cur? quid significaturi? num, vim sibi fieri, cruorem suum peti? quapropter supplicare, ne immanitati hostium suorum inulti permittantur. Nam alias denuntiabant supplices hoc ritu, iis, quibus supplicassent, si fiat, ut rejecti perirent, sanguinis sui pœnas ipsos esse daturos, qui periclitantes, quos servare potuissent, perire sivissent. De panno puniceo attigi ad Lysiam p. 253. verum illius panni alia ratio est, atque hic commemorati. Idem.

Ὄντες οἵτινες εἰσὶ] Qui istam tantam, qua nunc sunt terribiles, potentiam, soli debent commiserationi vestræ, qua moti eos tum præsenti eripiebatis exitio. Idem.

Οὐδὲ] Cohæret, non cum θέμις ἦν, sed cum remotiore Ἡρακλειδῶν ἡγουμένων. *ne si Heraclidæ quidem duces belli forent, eosque adversus fines Atticos ducerent*. Idem.

Ἀθηναίων] Imo vero τῇ vel τὴν Ἀθηναίων, scil. γῇ vel χώρᾳ vel χθονί. *in solum Atticum invadere*. Idem.

Οὐ γὰρ ἂν τάδε ἐποίουν] Scil. εἰ τούτους ᾐδοῦντο. Idem.

Ὑμεῖς, ἐὰν] Π. ὑμεῖς δὲ ἐάν. H. Stephan. Ego malim sic legi. — ἐποίουν. ὧν ὑμεῖς, ἐὰν — *quorum scelerum vos ab iis, propitio deo, pœnas repetetis*. Reisk.

Τῶν ἄλλων καὶ πόλεως] Id est, τῶν τε παρ᾽ ἄλλοις νομιζομένων, καὶ τῶν ταύτῃ τῇ πόλει ἰδίων καὶ πατρίων. Idem.

Τῶν κτισάντων φονέες] Nam Heraclidæ Pelopidas, antiquiores Peloponnesi incolas, exstirparunt. Idem.

Τοκέων τυχόντες] Num αὐτοχθόνων, vel potius εὐσεβῶν, interponendum est. Sin autem vulgata h. l. bene habet, tacite e præmissis erit τῶν κτισάντων repetendum. *parentibus usi iis, qui iidem etiam soli hujus primi cultores fuissent*. Sive, *a quibus vos secunda fortuna estis prognati, hi primi solum hoc satis et cultis et oppidis et legibus habitabile reddiderunt. an euern Eltern habt ihr die ersten Anbauer dieses Landes*. Sed magis placet εὐσεβῶν addi. *vestri majores non fuerunt tam impii atque fuerunt majores Spartanorum*. Idem.

Εὐξάμενοι] Num εὐξαμένων. ut ad τοκέων referatur. quod si probetur, tum ad illa περὶ τῶν αὐτῶν tacita mente adjungendum erit a lectore quoque ὑμῖν. *parentibus usi iis, qui eadem, quæ vos poscitis, poposcerunt deos vestros*. Sin autem nominativum hic servabimus, tum aptus is erit e communi ἀγωνιεῖσθε versu 12. *ibitis in bellum votis factis ad deos vestros, formulis et ritibus iisdem, atque majores vestri olim faciebant. ubi vos a diis vestris eadem rogaveritis,*

θεῶν καὶ δαιμόνων μεγάλην σύμμαχον ἔχειν. μάχεσθε δὲ ἀνδράσιν ὑβρισταῖς καὶ ἀνοσίοις, οἳ τὴν μὲν σφετέραν αὐτῶν ἐν ᾗ ἐγένοντο ἀπώλεσαν καὶ ἐξέλιπον, ἢ θεοῖς ἔχθραν θέντες ἢ κακοί τε καὶ ἀνάλκιδες ὄντες· ἐπὶ δὲ τὴν ὑμετέραν ἔρχονται ἐξ ἀλλοτρίας ὁρμώμενοι, οὔτ᾽ ἀπὸ τῆς σφετέρας ἑστίας ἕκαστος αὐτῶν οὔτ᾽ ἀπὸ τῶν ἄλλων οὔτ᾽ ἀπὸ πατρῴων θεῶν, ἀπὸ Ἐριννύων δὲ καὶ ἀπὸ [1]Ἀπάτης δαιμόνων ἐλαυνόμενοι ἥκουσι δίκην δώσοντες. οὐ γὰρ οὔτε πλείους ὑμῶν εἰσὶν οὔτε εὐοπλότεροι· οὔτε ὑμετέραν δειλίαν
28 καταγνόντες ἔρχονται οὕτω θρασέως διὰ τῆς ὑμετέρας, ἀλλὰ θεῶν τις ἄγει αὐτοὺς δώσοντας δίκας μιαρῶν τε καὶ 174.1
ἀνοσίων ἔργων. παραστήτω οὖν ὑμῶν ἑκάστῳ τοῦτο, ὡς τὸ θαῤῥεῖν πλεῖστον φέρεται εἰς τὸ νικᾷν. ὡς οὖν καὶ τῶν θεῶν συμμάχων ὄντων, καὶ ὑπαρχόντων ὑμῖν τούτων [2]καὶ ἀμείνοσιν εἶναι καὶ [3]εὐδοξοτέροις, βραχὺν χρόνον ἀνασχόμενοι τὰ ὅπλα τῶν πολεμίων μακρὰν δόξαν καταστήσεσθε ἀρετῆς εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, καὶ ἀναμνήσετε πάντας τοὺς ἀνθρώπους ὅτι ὑμεῖς ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἐστὲ παῖδες, οἵ ποτε ἀποβάντας τοὺς βαρβάρους τῆς ὑμετέρας εἰς Μαραθῶνα αὐτοβοεὶ νικήσαντες πολλὰς μυριάδας ἀνθρώπων ἐξέβαλον ἐκ τῆς γῆς, τοὺς δ᾽ ἀπέκτειναν, οὐ περιϊδόντες οὔτ᾽ εἴ τις αὐτοῖς ἔμελλεν ἐκ τῆς Πελοποννήσου
29 βοήθεια ἥξειν, οὔτ᾽ εἰ ὀλίγοι πολλοῖς μαχοῦνται, ἀλλὰ τῇ

[1] Ἄτης [2] καὶ om. [3] ἐνδοξοτέροις

quæ illi quondam rogabant. Et tum ad περὶ τῶν αὐτῶν subaudiendum erit ἐκείνοις. Idem.

Ἔχειν] Subaudi ὑμᾶς. *quo fit, ut habeatis.* Idem.

Μάχεσθε] Π. μαχέσεσθε. Ἢ μᾶλλον, μαχεῖσθε. Οὕτω γὰρ ἐν τῷ τέλει τούτου τοῦ λόγου. H. Stephan. Haud liquet. Ego equidem vulgata h. l. haud multum offendar. Reisk.

Ἐν ᾗ ἐγένοντο] Spartani enim stirpitus e Dorico oriundi, quæ Phocidi et Thessaliæ interjacet, illinc egressi, in Peloponnesum invaserant. Idem.

Θέντες] Utrum hoc æquivalet vocabulo οἰηθέντες, an hoc illi est sufficiendum. Sed prius verius. Idem.

Ἀλλοτρίας] Laconica enim non erat Spartanis verum natale solum, sed Hellas proprie sic dicta. Idem.

Ἄλλων] Jam paulo ante sententiam inusitatæ et haud planissimæ dictionis exposui. non profecti in bellum, neque cœpta sua auspicati a diis propitiis, neque illis, qui aliis populis Græcis communes sunt, neque his adeo quoque, qui ipsis sunt proprii. Idem. οὔτ᾽ ἀπὸ post ἄλλων, ut temere iterata, deletum it Bekkerus.

Ἀπ᾽ Ἄτης] *ab Ate divinitus immissa.* Sic dedi de meo, pro vulgari ἀπὸ Ἀπάτης. Reisk.

Ὑμετέραν] Imo vero ὑμῶν. neque hoc, quod vos ignavos atque imbelles habeant. Idem.

Τούτων] Π. τοῦτο. H. Stephan.

Ὑπαρχόντων] Π. ὑπάρχοντας. Idem. Subaudi φίλων καὶ συμμάχων. Reisk. ὑπάρχον de suo dedit Bekkerus.

Ἀμείνοσιν εἶναι] Interpone ἐστὶν, et subaudi ὑμῖν. *vobis licet esse potioribus.* Idem.

Οὔτ᾽ εἰ] Interponendum videtur ὀῤῥω-

σφετέρᾳ αὐτῶν ἀρετῇ πιστεύσαντες συμβαλόντες ἐνίκησαν· τοῦτο δὲ Πλαταιᾶσι μετὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ταὐτὰ φρονούντων ἐνίκων μαχόμενοι· ἐνίκησαν δὲ καὶ ἐπ᾽ Ἀρτεμισίῳ τῆς Εὐβοίας ναυμαχοῦντες καὶ πρὸ Σαλαμῖνος, ὥστε εἰς τόδε ἡμέρας σωτῆρες τῆς Ἑλλάδος ὀνομάζεσθαι. πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἀγῶνας καὶ καλοὺς ἠγωνίσαντο οἱ ὑμέτεροι πατέρες, ὧν τῆς νίκης τῶν ἄθλων ὅροι πεπήγασι πολλῶν ἡμερῶν πλοῦν ἀπὸ τῆς ὑμετέρας πόλεις μεγάλαι, ὑπακούουσαι τοῦ ὑμετέρου κήρυκος. εὐξάμενοι οὖν τοῖς θεοῖς τοῖς 30
Ὀλυμπίοις, οἳ ἡμῖν κατὰ τὸ εἰκὸς πλέον νέμουσιν ἢ τοῖς πολεμίοις, εὐχῇ συμβάλλωμεν λῃσταῖς ἀνδράσι. θαῤῥεῖτε δέ· [1]καὶ ἴσα νεμόντων τῶν θεῶν εὖ ἀγωνιεῖσθε. τὰ ἱερὰ καλὰ καὶ τὸ δίκαιον ὑμῖν μὲν θαῤῥεῖν παρέξει, ἐκείνοις δὲ δεδιέναι. ἃ δὲ μάλιστα ἄνδρας νέους παροξύνει, ὑμῶν αὐτῶν ἀκούσατε, πόλεώς τε μέγεθος καὶ εὐδαιμονίας καὶ δόξης ἣν ἕκαστος παρ᾽ ἑαυτῷ ἔχει, ἅ τε νέοις ἀνδράσιν ἡλικίας δὲ ἀθύρματα, παῖδες καλοὶ καὶ γυναῖκες καὶ γυμνάσια καὶ κυνηγέσια, ὧν ὑμεῖς τῇ μεγάλῃ ἐλευθερίᾳ πλεῖστά τε καὶ 31

[1] ὡς

δοῦντες, aut ἐννοηθέντες, vel tale quid. nam profecto περιϊδόντες o præmissis huc pertrahi nequit. quod ibi significat *exspectantes, præstolantes.* hic autem significatio *recogitantes, reputantes secum, pensitantes* convenit. Sed erunt, qui Synesin mihi opponent, quos sensu suo frui sinam, et figura sua delectari. Idem.

Τοῦτο δὲ] Non præcedit τοῦτο μὲν, sed solummodo ποτε p. 550. 19. cui ποτε hoc τοῦτο δὲ respondet, modo loquendi rariusculo. Aut lege μετὰ τοῦτο. Idem.

Ταῦτα φρον.] Π. ταὐτὰ φρον. H. Stephan.

Σωτῆρες] Malim σωτῆρας. subauditur enim αὐτούς. Reisk.

Ὧν τῆς νίκης τῶν ἄθλων] Idem est, ac si dixisset: ἐν οἷς ἀγῶσιν οὓς ἐνίκησαν ἄθλους, τούτων ὅροι — Appellat autem ὅρους hic loci *pignora*, respiciens ad illos ὅρους seu *palos*, qui figebantur in fundis vel ad domos oppigneratas, quas vendere non liceret. His cum palis comparat oppida in memoriam victoriarum ab Atheniensibus partarum condita. Quemadmodum hæ domus, et hi fundi, qui ejusmodi palis velut obsignati sunt, creditoribus eripi nequeunt, quibus oppignerati sunt, donec ipsis de ære mutuo credito satisfactum fuerit, ita quoque sunt hæc oppida notæ quædam publicæ, testantes, illas victorias, quarum ad memoriam conservandam et propagandam illa condita et veluti fixa fuerint, Atheniensium esse proprias, aliique nemini jus earum competere. Idem.

Εὐχῇ] Imo vero ἀγαθῇ τύχῃ. v. p. 552. pen. nisi εὐχῇ est, *cum congratulatione*, ut in re votis multum expetita. Idem.

Ὡς ἴσα νεμόντων] *confidite fore ut, dii si sint æqui* (sed dii æqui sunt) *prospere dimicetis.* sic dedi de meo, pro vulgari καὶ εἰς ἃ νεμόντων. Siglas, alteram καὶ, alteram ὡς, significantes in codicibus mstis, ita esse inter se similes, ut facile permutentur a minus cautis minusque peritis, res nota est. Idem.

Τὰ ἱερὰ] Malim sic legi: τὰ γὰρ ἱερὰ καλὰ ὄντα [vel γεγονότα], καὶ τὸ δίκ. *extra enim*, vel *sacra, cum fausta nobis et auspicata sint* [vel cum perlitaverimus], *et jus atque fas*, quod nobiscum est, *fiduciam vobis præbebunt.* Idem.

Ἡλικίας δὲ ἀθύρματα] Pro media voce malim οἷον, *quasi*; et subaudi ἐστίν. *quæ juventutis quædam quasi sunt oblectamenta.* Idem.

Κυνηγέσια] Subaudi a communi e præmissis, ταῦτα ὑμῶν αὐτῶν ἀκούσατε. *a me ista commemorari et vobis ad animum revo-*

κάλλιστα ἀπολαύετε· περὶ ὧν μαχεῖσθε νυνὶ ὑμετέρων ὄντων περιττὸν ἀνδράσιν οἷς ταῦτα σπάνια. παρακελευσάμενοι οὖν ὑμῖν αὐτοῖς, ἀνὴρ ἀνδρὶ καὶ δημότης δημότῃ καὶ φυλέτης φυλέτῃ, χρῆσθε τύχῃ ἀγαθῇ, ἐπειδὰν ἡγῆταί τις ἐπὶ τοὺς πολεμίους.

cari ne exspectate, sed ipsimet animis vestris subjicite. IDEM.

Ὧν ὑμεῖς] Videtur sic. leg. ὧν ὑμεῖς πάντων μετὰ τῆς ἐλευθερίας — *quorum omnium fructus cum libertate* [h. e. si liberi sitis, libertatemque si tueamini] *abundantissimeque et florentissime percipietis.* Nam πλεῖστα et κάλλιστα h. l. accipienda sunt adverbialiter ; aut alias leg. sit πλείστων et καλλίστων. quod minus videtur necesse esse. Vel τούτων ὑμεῖς αὐτοὶ μετὰ τῆς ἐλ. — ἀπολαύσετε. IDEM.

Ἀπολαύετε] Malim ἀπολαύσετε. IDEM.

Σπάνια. παρακελευσάμενοι] Intepono παρακελεύεσθαι. *supervacaneum fuerit, fortes viros, quibus ista cara sint, magnique fiant, multis cohortari. quare cohortamini vosmet ipsi.* σπάνια h. l. accipio pro ἀγαπητὰ καὶ πολυτίμητα καὶ περισπούδαστα. Canterus hæc quinque vocabula, περιττὸν ἀνδράσιν οἷς ταῦτα σπάνια, censebat amputanda, ut supervacanea, et a scholiasta quopiam assuta. in quo multum falsus fuit. Bonorum auctorum ecquid supererit, si nobis sumamus in eos ad hunc modum grassari? IDEM.

Καὶ δημότῃ] Π. καὶ δημότης δημότῃ. H. STEPHAN.

Χρῆσθε] Ἴτε de suo Bekkerus.

Η Ρ Ω Δ Η Σ.

RAPHAELIS FIORILLO
PRÆFATIO
AD HERODEM.

Sempiternam nominis famam clarissimis ingenii monumentis consecutus est Herodes Atticus, qui illa tempestate floruit, qua Græcorum Romanorumque scriptores, ab humano cultu jamjam deficere, litterarum studia ad interitum vergere, priscus Græci sermonis nitor obscurari, ac poetæ, non elegantiæ, facilitati ac gratiæ, quæ in Atticis tantopere delectant, sed tumori cuidam et nimio inanique ornatui studere cœperant. Hac igitur ætate paullo nitidiorem orationem, nonne eadem admiratione et lætitia excipiamus, qua stellam solemus, caliginosa nocte radiantem, aut egregiæ virtutis exemplum, corrupta in civitate prosequi?

Operæ igitur pretium omnino me facturum esse putavi, nova Carminum Triopeorum editione adornata, quod non unam ob causam digna ea sunt, ut a studiosis litterarum Græcarum lectitentur. Commentatoribus, qui carmina quæ restant duo illustrarunt, me ita adjungere, ut proferrem aliquid, quod a Salmasio, Viscontio, aliisque intactum relictum esset, profiteri haud ausus sum. Quum vero in legendis carminibus aliquid temporis consumpserim, multa in mentem mihi venere, quæ partim ad illustranda duo carmina, partim ad nonnulla aliorum poetarum loca accuratius cognoscenda prodesse mihi videbantur. Exposui igitur in animadversionibus verba poetæ, et, si qua ex aliorum imitatione posita viderem, enotavi. Omnem denique curam adhibui, non quidem, ut, quæ ad historiam poetæ spectant, enarrarem, sive ut iis locis, quæ e Romana historia luce aliqua indigeant, lucem affunderem, hæc enim Viscontius jam apposuit, sed ut verba sententiasque poeticas indagarem, et illustrarem. Quantum vero utilitatis ex labore meo ad poemata redundet, rectene in dijudicandis examinandisque carminibus versatus sim, aliorum esto judicium.

Ante vero quam ad carmina ipsa transgrediar, non alienum est, brevem rerum, quæ in libello obvenient, imaginem ante oculos ponere, ac diversa capita indicare. Herodis Attici vitam multi exposuere, sed nemo de eo accuratius egit Cl. Eichstaedtio, qui in Fabricii Bibliotheca Græca (tom. VI. pag. 4. sqq.), in vita

in Fabricii Bibliotheca Græca (tom. VI. pag. 4. sqq.), in vita Herodis enarranda, comparandisque et conciliandis inter se veterum scriptorum de Herode testimoniis, omnes subortas difficultates feliciter sustulit. Hoc caput e Fabricii Bibliotheca desumptum adjungendum censui, observationibus nonnullis inspersis additisque notulis nostris. Quæ in Academiæ Parisinæ Actis (Mémoires de Litterature, T. XXX. p. 1. sq.), exstat de Herode dissertatio, Burignyi, eandem, quam in aliis hujus viri docti scriptis invenimus, antiquitatis scientiam ostendit, at quia sæpius indagata non recte attulit, et conjecturis indulsit, sæpius non necessariis, eam omisimus.

Adjeci orationem quæ Herodis nomine inscripta est, tradidique operis exscribendum Reiskii exemplum, cum Latina Meursii interpretatione. Quoties Reiskius in Animadversionibus conjecturas suas commemorat, eas integras subjunxi, pluribus vero ad orationem de lectionis varietate sententiam dicere nolui, quia, ut bene Reiskius monuit, vix digna est, ut in explicatione ingenium conteratur. Ipsam enim si orationem sub Herodis nomine adhuc venditatam examinamus, linguam videmus multas contraxisse sordes ab illorum temporum, quibus sermonis pura indoles elegantiaque naturalis perierat, contagione. Quare, qui diurna cum optimis Atticis oratoribus familiaritate contracta, ingenuam et amabilem Græcæ Suadæ faciem norunt et unice diligunt, eos Anonymi, Herodis nomen mentiti, eloquentia parum delectabit. Attamen ad historiam eloquentiæ Græcæ, quin ad humani ingenii historiam cognoscendam, non solum faciunt egregia magnorum virorum opera, sed pertinent huc quoque mediocres, immo, qui ne mediocritatem quidem attingunt, libri.

Aliam viam inii in explicandis carminibus. Salmasius, in magno suo Commentario, immensam protulit variæ eruditionis copiam; exspatiatur non raro liberius, atque varietatibus distinguendo opus, diverticula quasi quærit, ubi, qui antiquitatis amore ducuntur, suaviter requiescant. Nos usos esse viri eruditi animadversionibus, libere fatemur, et, ne apud æquos rerum judices, hoc fraudi sit, vix veremur. Quod præcipue doctissimus Visconti, in optimo Commentario observandum sibi putavit, pertinet ad rerum verborumque illustrationem. Non sine voluptate agnovimus miram doctrinæ copiam, Græcæ linguæ scientiam accuratam, antiquitatis studium singulare. Locis multis e lapidibus, quos ante oculos habuit, affusam esse lucem, multa historiæ capita egregie exposita, indolemque carminum præclare illustratam esse fatemur. Non exiguum itaque fructum lectores percepturos esse speravimus, additis nostræ editioni præcipuis Viscontii observationibus, quia non admodum multa exempla in has terras putamus perlata esse,

neque multorum Bibliothecas apud nos, exemplari aliquo ornatum iri probabile videtur.

Restat, ut nonnulla de carminibus, eorumque indole adjiciamus. Credidere Viri docti Inscriptionum auctorem esse Herodem Atticum; primo certe loco positæ. At mihi omnino vera videtur esse sententia Viscontii, qui Marcellum Sideten, tempore Marci Aurelii florentem poetam, auctorem esse putat. Etenim, quæ secundo loco exhibita est Inscriptio, nomen poetæ præ se fert ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ, in quo explicando, et editores carminis, et Spanhemius (ad Callimachi Hymn. in Cer. v. 3.); operam frustra consumpserunt, tum, quia poetica alteram superare videtur præstantia, tum, quia Triopium Herodis adituris forsitan primo aditu et loco conspiceretur. Suspicio Viscontii admodum probabilis visa est Viro erudito, in Ephemeridibus Gottingensibus, anni 1795. Nro. 180.; adversus eam quædam monuit Cl. Eichstaedt, in censura, quæ inserta est Ephemeridibus Univ. Litterariis, Ienæ prodeuntibus, anni 1596. Nro. 61. Paucis tantum examinemus ea, quibus Itali argumenta diluere studuit. Ac primum quidem monuit Vir doctissimus, fragmenta, quæ e Marcelli Ἰατρικοῖς περὶ ἰχθύων[1] restant, non eundem præ se ferre colorem. In illis dicendi genus esse simplex, nullo sententiarum verborumque splendore illustre, in Inscriptionibus contra vibrans, ornamentis ambitiose quæsitis distinctum, turgescensque nonnunquam tumore immodico. At hoc judicio minime contenti, plura desideramus argumenta. Primum enim, de toto orationis habitu, etsi e paucis fragmentis, quæ solummodo piscium catalogo constant, vix judicari potest, non dubitamus tamen fore, ut, si quis ea legat, deinde Inscriptiones recitet, sonum nescio quomodo consentientem in auribus sentiat. Verum hoc sentiri magis, quam verbis explicari potest. Præterea sermonis in carmine de piscibus longe alia ratio est, quam in carmine dedicationem Triopii continente. Cur non ab illa ratione dicendi declinasse, et in dedicatorio carmine alio more poetam locutum esse dicamus? Quodsi deinde Marcellus in Carmine de piscibus, floridum dicendi genus adhibuisset, quam ridicule egisset! Aliis enim verbis in enumeratione piscium, ad Pancratis Arcadis, Archestrati aut Alexandri Ætoli, ut mihi videtur, exemplum composita, aliis in carmine dedicatorio opus: aliis, si quid sapio, verbis de historia naturali, aliis de simulacro aut statua dicimus. Ipse Nicander, quam parcus, quam brevis, quam pressus est in Theriacis, quam dissimilis illi exsultanti et luxurianti Nicandro, qui in Georgicis apud Athenæum (Lib. XV. pag. 683. sq.), pulcritudinem Nym-

[1] Fragmenta quæ e Marcelli Ἰατρικοῖς περὶ ἰχθύων restant, edita sunt a Fabricio, in Bibliothecæ Græc. T. I. p. 14. ed. vet. et Schneidero, ad calcem editionis suæ Plutarchi, de educat. pueror. Argentor. 1775. Promissa vero a Cl. Bellin de Ballu.

pharum, numerosissimamque florum varietatem elegantissime descripsit. Cur denique, si hoc etiam argumentum nihil valere dixerit aliquis, nomen Marcelli, in genitivo positum in fronte Inscriptionis, si non indigitat auctorem? Epigrammata Anthologiæ Græcæ et Latinæ innumera, nomina præferunt auctorum, unde, a quo scripta sunt, intelligi plane potest et cognosci. Nec in Inscriptionibus hoc infrequens. (v. Pockoke, Description of the East, p. 133, 104. et Toupii Emendatt. in Suid. T. III. p. 46.) Marcello non dedicatum esse carmen, unusquisque intelligit, et si dedicatum, cur nulla Marcelli in ipso carmine mentio injecta est?

Pauca hæc nobis argumenta in mentem venere, alia, cui majus est ingenium ipse animadvertet. In Animadversionibus egi id, ut, quæcunque ad intelligentiam carminum facere videbantur, eorum prætermitterem nihil. Venerunt quoque in mentem nonnullæ emendationes aliorum poetarum, quas si adsperserim nostris observationibus, Virorum doctorum humanitatem non ægre id laturam esse, mihi persuasi. Dedi fortasse occasionem aliis meliora proferendi et veriora. Omnino me trado Virorum eruditorum benevolentiæ, quam promereri summo studio conabor. Læto semper animo in hoc studio pergam, favorem doctorum virorum expertus, quorum sententias humaniores æquo animo audire ac ferre didici.

CHR. GOTTL. HEYNII

AD

RAPHAELEM FIORILLO

EPISTOLA.

Ut, etsi aliis occupationibus distinerer, hoc tamen, quicquid est, opellæ tibi, vir doctissime, consecrarem, id visus mihi sum partim officio et amori, quo te a prima ætate sum amplexus, partim librarii, viri honestissimi, precibus, partim studiorum et curarum variarum conjunctioni, quæ mihi cum parente tuo, viro artium elegantia et doctrina eminentissimo, intercedit, debere. Id quod mihi eo magis profitendum erat, quo magis me ab omni hoc scriptionis genere alienum esse professus sum, quippe quod sensui meo adversatur, et arrogantiæ aut ostentationis notam nescio quam habere videtur. Nunc autem me a me ipso id impetrasse, ut huic libello aliquid seu præfarer seu subjungerem, tanto magis mirationem facere potest, quod ille in eo rerum genere versatur, ad quod ego juvenilia ingenia hortatu meo raro instigare, sæpius ab eo avocare, soleo. Cujus mei judicii rationem et morem ut exponam, occasione oblata ita utar, ut DE FINIBUS STUDII CRITICI REGUNDIS omnino tecum, vir doctissime, paucis agam. Quis enim foret, quicum lubentius de hoc litterarum studio agerem, quam cum viro multarum litterarum varietate ita instructo, ut bene teneat, non omnem doctrinæ laudem in critica scriptorum veterum sola contineri, contra autem ipsius hujus studii laudem summam in eo ponendam esse, si ad alias disciplinas emendandas et perficiendas illud adhibeatur.

Equidem, cum ad hæc humanitatis studia sub Christii Ernestiique disciplina primum accederem, bene memini duas maxime opiniones, e schola forte Burmanniana, propagatas, commilitonum animis tum insidere, primam, philologica et critica studia, si non sola digna sint, quibus ingenium liberalius et erectius sese consecret, omnibus tamen reliquis disciplinarum studiis ita antecellere, ut facile omnium litterarum eruditiorum principatum teneat; alteram, eum demum in litterarum antiquarum omninoque humaniorum aliquantum profecisse, qui scriptores Græcos Latinosque emendare et conjecturis tentare didicisset; hanc vero omnis doctrinæ esse tanquam arcem, ad quam qui pervenisset, næ illum immortalitatem nominis tanquum certa possessione tenere. Hac persuasione permoti nos scriptores veteres non alio consilio perlegere et excutere solebamus, quam ut criticam aliquam observatiunculam

adspergere, conjecturam vel emendatiunculam in verbis allinere possemus. Legebamus itaque multa, nullo aut exiguo cum fructu ad philosophicas et historicas notiones, aut ad scribendi dicendive facultatem et usum. Altera ex parte plerique nostrum disciplinarum severiorum, imprimis quæ ad vitam civilem spectant, tenebantur contemptu; theologica et jurium studia eo tantum laudem aliquam habere aiebamus, quatenus in interpretatione et critica librorum sacrorum et legum versentur. Cum non omnis superbia et fastus ab hic judiciis abesset, in invidiam adducebantur ipsa hæc studia, et, ut fit, ab iis, qui tali professione se suaque studia contemptui haberi viderent, dignatione sua vicissim dejiciebantur. Itaque evenit, ut Bachio multis cum difficultatibus luctandum esset, antequam jurisprudentiæ forensis et ecclesiasticæ idoneus auctor haberetur; multumque elaborandum erat Ernestio, ut in theologicis disciplinis et ipse aliquo in loco haberetur; obesse enim solidiori doctrinæ antiquas litteras, parum prodesse; nec injuria ita statuebant viri quoque gravissimi, qui litterarum studia, quæ in rerum naturis cognoscendis, judiciorum et opinionum veritate exploranda et constituenda, negotiorum difficultate expedienda, et utilitatum vitæ publicæ privatæque procuratione versari debebant, ad verborum apices, librariorum vitia indaganda et cum speciosa aliqua sollertia corrigenda revocari videbant.

Quod in aliis non modo litteris, sed studiis omnis generis, plerosque peccare videmus, ut, quo consilio, quo fine et usu, ea, in quibus occupati sunt, tractent, eoque ipsum modum et rationem studii sui regant, ut, inquam, hoc parum exploratum et liquidum ipsi habeant, hoc idem vidimus evenisse in omni disciplina scholastica et academica, ut, quid illud sit, quod assequi volunt homines, dum sollennem studiorum rationem prosequuntur, raro aut nunquam inquirerent. Ita quoque a paucis diligenter et subtiliter satis quæsitum est, quorsum in lectione scriptorum antiquorum, Græcorum et Latinorum, ætas juvenilis contineatur. Quod igitur mirabimur, idem illud fugisse plerosque, quem usum, quos fines critices studium habeat, ideoque nec satis prudenter definiisse, qui locus huic studio in institutione scholastica et academica sit assignandus.

Cum veterum scriptorum lectio et interpretatio in disciplina puerili partim institutionis, quæ grammatices et dialectices præcepta et usum mentibus insinuat, locum obtineat, partim notionum communium innumerarum, vulgarium et doctarum, mentibus instillandarum, copiam præbeat, partim ingenium, pulcri rectique sensum, elocutionem et scriptionem, fingat; magistrorum utique animis notio aliqua artis criticæ ut insideat, in votis habendum est, ut de editionum bonitate, et de lectionum veritate, ad interpretationis usum, recte possint judicare, forte etiam provectioribus notitias aliquas judicii et usus critici impertire. Jam possunt in his esse ingenia erectiora, quæ in linguæ Græcæ et Romanæ cognitione et in veterum scriptorum lectione, præter istas utilitates, quas ætati juvenili propositas esse diximus, ad subtilitates sermonis progredi volent; erunt quoque, qui in studiis litteraturæ antiquæ habitare volent et fortunarum suarum spem et fundum collocare: hos et illos in critica accuratius cognoscenda, experimento quoque aliquo facto, operæ partem ponere, quis improbet? dummodo reliqua illa, quæ per auctorum classicorum lectionem et interpretationem consequi necesse est, haud posthabeantur; contra vero ut ad rerum notitias, ad historias, temporum hominumque vicissitudines, fortunas, earumque causas, observandas, tum ad certa rectaque de iis facienda judicia, imprimisque ad judicandi, eloquendi ac scribendi facultatem exercendam, institutione publica privataque adducantur; neque interea mathematices et logices, aliarumque notionum utilium copias negligant.

Inter eos, qui studiis his antiquarum litterarum totos se consecrant, esse possunt, quorum ingenia miro aliquo hujus generis acumine excellunt, eoque ipso procliviora ad criticam hanc facultatem et artem habentur: hos ad eam imprimis se comparare, et naturæ beneficio sibi impertitam vim exercere et perficere, quis invideat? Quum tamen pauci ad hæc studia ferantur, neque optandum sit in republica, ut multi in hoc studiorum genere detineantur, quandoquidem iis præmia sua, muniaque desint, quibus fungendis admoveri possint, cavendum est omni modo, ne, in hac æmulorum paucitate, illi ad eam opinionem adducantur, sibi solis a natura illud ingenii acumen, quod ad criticas conjecturas et animadversiones conferunt, esse concessum, neve alias litteras suis posthabeant, fastuque importuno et inani efferantur; haud immemores, se id, quod alii in vitæ officiis et negotiis ac munerum rationibus, aut in disciplinis ac doctrinis gravissimis, adhibent, acumen in verborum et linguarum studiis collocare. Potest hunc in modum aliquis magna cum laude in scriptoribus Græcis Latinisque criticam exercere: si modo fortunæ locique, quem obtinet, rationes id poposcerint vel admiserint: etiamsi illa intra meras grammaticas subtilitates substiterit; nam et hujus quædam esse potest utilitas, haud contemnenda.

Luculentior tamen et probabilior est criticæ commendatio, si illa ad ipsam orationis seu solutæ seu vinctæ virtutem et elegantiam processerit, et sententiarum rerumque veritatem et cum natura usuque consensum, verborumque proprietatem, exploraverit, judiciumque rectum et sanum de his tulerit; si porro critica ad judicia veterum et opiniones, ad disciplinas et disciplinarum, quæ nunc cum maxime effloruerunt, initia et incrementa in scriptoribus eru-

enda et illustranda, ad historicas difficultates et obscuritates tollendas, transferatur: multa enim in his a lectionis veritate et sermonis severiore ac subtiliore studio sunt ducenda: hæc solidioris doctrinæ monimenta campum aperiunt latissimum, criticæ litteris ac disciplinis fructuosæ ad notitias in variis scientiarum generibus ex antiquitate procurandas, in historia imprimis naturæ, cujus locupletandæ haud vana spes inde illucescit. Nam ut critices usum in libris sacris et in legibus juribusque Romanis commemorem, vix necesse est; quo ipso jam satis se studii critici, recte instituti, præstantia approbavit.

Secundum hæc habebo utique in votis, ut ii ipsi, qui criticæ in scriptoribus classicis exercendæ se accingunt, non primo loco id sibi propositum habeant, ut vitia lectionis indagent et earum tanquam cubilia investigent; præstat haud dubie in interpretandis et excutiendis scriptorum sententiis rebusque expositis judicii omnem vim intendere, notionum et notitiarum copias inde locupletare, digerere et recte constituere; sique inter hæc seu librarii seu scriptoris vitia et errores inciderint, in iis animadvertendis, notandis et emendandis acumen adhibere; hoc est illud emendationum genus, quod laudem veram et solidam habet. Alius critices adhibendæ modus est commendatione dignus in paranda nova recensione, eaque emendatiore, auctorum veterum; multoque majore laude dignus est habendus, si critica non modo in codicum varietatibus enotandis et conjecturis inde eliciendis aut virorum criticorum commentis colligendis versetur; si porro ea non, locis difficilioribus et obscurioribus omissis, ad ea, quæ per se nota satis erant, adhæserit; excutiat potius non animadversa, nec sibi dedecori ducat, vitia indicare latentia, etsi iis medelam ipsa afferre nequeat. Licet in his pro consiliorum diversitate vias rationesque ingredi varias, de quibus nunc agendi locus haud est.

Nec vero modo in scriptore aliquo edendo et recensendo, verum etiam legenti veteres quosvis alios scriptores occurrere passim possunt ac debent loca multa aut in mendo cubantia, aut temere ac perperam ab editoribus tentata: quorum emendationes probabiles, forte et illustrationes luculentas, si quis animadverterit, circumspiciet ille viam, qua in publicum proferat ingenii sui inventa probetque eruditis; possunt quoque esse tempora, ut quis fortunæ suæ ac famæ hoc ipso consultum esse judicet; ita viri docti eo devenerunt, ut in recensionibus auctorum classicorum opportunitates anxie venarentur, quibus uti possent, ad protrudendum in medium animadversa a se et conjectata; ita vidimus criticos in edendis scriptoribus, promiscue, etsi alienissimo in loco, emendationes in varia scriptorum loca intexere, aut verius intrudere et inculcare; dum similia optant, confundere dissimillima, penitusque abducere

animum legentis ab auctore in quo versabatur. Poterant saltem per digressiones et excursus ad calcem adjectos seu subscriptos suas opes speciosius explicare. Ita evenit, ut interdum scriptores tantum pro vehiculo variarum ac diversissimarum opum criticarum ad mercatum extrudendarum habendi essent, aut pro vestibulo, quod aditum ad merces exponendas et inspiciendas præberet: etsi sunt certa scriptorum genera, quæ, per se jejuna et exsilia, ejusmodi copiosiores illustrationes admittunt, aut etiam desiderant, ut Lexica et Glossographi. Aliam viam ingressi sunt ii, qui libros Emendationum, Animadversionum, Conjectaneorum et sic porro ediderunt, quibus ea, quæ sparsim animadverterant, per saturam uno in loco propinarunt; qui quidem libri lectionem continuam haud admittunt, nec, nisi auctores ad manus habeas et sententiarum nexum satis teneas, recte dijudicari queunt, utilitatem tamen habent hanc, ut in vulgus edita servari et, quoties opus sit, inspici possint. Sunt quidem pleræque hæ emendationes ita comparatæ, ut aut a generalibus præceptis seu observatis ad unumquemque locum accommodatis, aut e sententiarum et verborum accurate expensa ratione et indole proficiscantur: quarum has accurata et attenta lectio ipsa suppeditat, illas autem in quolibet loco, præceptis istis et observationibus in animum revocatis, suo quisque studio poterat ac debebat assequi: est tamen in his felicitas aliqua ingenii, est fortunæ casus, est memoriæ aut recentis lectionis beneficium, quo sæpe ad ea, quæ nemo facile sua opera excogitet, deferimur.

Post hæc omnia critica exercitatio, etiam in grammaticis, salubris est et fructuosa ingenio juvenili, ut se exerceat et paret ad alia et majora, etiam ad disciplinas graviores; vigent in hac ætate animi et pollent memoria prompta et facili, facultate observandi et comparandi similia, eliciendi latentia; recte hæc ad ea adhibentur, in quibus eæ vires imprimis sunt ad consequendum, quod velis, necessariæ.

Satis docent hæc a me disputata, me magnopere probare conatus tuos, doctissime Fiorillo, et lætari his primis successibus. Ab hac enim lectionis copia et varietate, hoc ingenii acumine, hac venustate, quid non exspectare licet maturioribus annis! Fecisti critices experimenta magna ex parte in fragmentis lyricorum et tragicorum, quod critices longe difficillimum genus est, imprimisque lubricum propter metricas leges partim ignotas, partim parum firmiter constitutas; nec tibi ad incerta fortunæ tentanda animus defuit, in quibus nec ausis excidere turpe est, honorificum autem est, esse tamen, in quibus successum habueris. Nec deerunt ingenio, doctrinæ et industriæ, præmia, quorum spem et exspectationem ipsa hæc specimina faciunt tanto majora, quo rariora sunt ingenia in his litteris eminentia. Scr. Gottingæ M. Septembri cIↄIↄccc.

DE

HERODE ATTICO

ET

EJUS SCRIPTIS.

TIBERIUS Claudius Atticus (Suidæ perperam Julius) Herodes,[1] nobilis viri, Attici F.,[2] ex pago Marathonio, Atheniensis, apud Im-

[1] Ita plene dicitur *Tiberius Claudius Atticus Herodes* in quibusdam Inscriptionibus, velut ea, quæ auspicio Cardinalis, Polignac, Romæ a. 1728. eruta, et primum vulgata est in Mem. de Trévoux, Juillet. 1728. pag. 1551., deinde etiam in Mem. de l'Acad. des Inscriptions, Tom. XV. pag. 445. — Apud Græcos, Salmasius contendebat (in not. ad Dedicat. stat. Reg. in Crenii Museo Philologico II. pag. 137.), hunc Herodem *nunquam* fuisse dictum Ἡρώδην Ἀττικὸν, sed Ἡρώδην Ἀττικοῦ; sicut est in Epigrammate Analect. Brunck. Vol. III. pag. 272. Ἀττικοῦ Ἡρώδης Μαραθώνιος. Græcos enim raro admodum filios patrum nomine appellasse. Romanos vero, quibus alia fuerit consuetudo, *Herodem Atticum*, non *Attici*, hunc semper vocasse, patris sui nomine scilicet. Quæ observatio Salmasii, quam falsa sit, si spectes Græcam Herodis appellationem, facile apparebit ex Inscriptionibus Græcis, quarum subinde mentionem faciemus. Add. Masson. Collect. histor. de Aristidis vita. §. V. n. 9. not. 2. Quid? quod ipse Salmasius ad Capitolini Vit. Antonini philosophi, cap. 2. Tom. I. pag. 292. defendit scripturam nominis *Herodes Atticus*. Cæterum notitias historicas de hoc Herode licet colligere ex Luciani Demonacte (Vol. V. p. 243. sqq. ed. Bipont.), e Pausaniæ Lib. I. cap. 19. II. cap. 1. VI. c. 21. VII. cap. 20. X. cap. 32. et Philostrati pluribus locis, ut in vita Phavorini §. 3. Scopeliani §. 7. Polemonis §. 7. Secundi, Theodoti, Antiochi, Alexandri §. 3. Philagri §. 1. Hadriani §. 1. Chresti §. 1. 2. Pausaniæ, Ptolemæi §. 1. Rufi in fine, Œnomarchi in princip. Heraclidæ §. 6. Æliani §. 3. Inscriptiones, quæ ad Herodem spectant, præter eas quas in fine hujus sectionis indicabimus, reperiuntur apud Gruterum p. XXVII. 1. CLXXII. 10. CMXLIII. 1. apud Sponium Voyage Tom. IV. pag. 40. et 220. et apud Donatum pag. CLXVI. 2. Plura de eo lectorem docebunt Tillemont Hist. des Empereurs T. II. p. 269. sq. p. 317. sqq. et in Indice p. 605. (ed. II. Paris 1702. 4.) Olearius ad Philostrati Sophistas II. 1. pag. 545. sqq. Sylburgius ad Pausaniam p. 939. ed. Kuhn. Ionsius de Scriptoribus histor. philosoph. III. 6. 18. pag. 31. ed. Dorn. De Burigny Mémoires sur la vie de Herodes Atticus, dans Mém. de Litterature Tom. XXX. p. 1. sqq. Gibbon History of the Decline and fall of the Roman Empire, Tom. I. p. 59. sqq. ed. Basil. denique Salmasius et Visconti in editionibus Inscriptionum Triopearum, quas infra commemorabimus. EICHST.

[2] Ortum duxit Herodes e genere nobilissimo, quodsi Inscriptio, quæ est in foro Attico (v. Stuart Antiquities of Athens T. I. c. 1.), ad majores Herodis nostri spectat: quod haud temere credit Visconti: atavus ejus fuit Herodes, legatus Atheniensium (πρεσβεύων), proavus Eucles, στρατηγὸς τῶν ὁπλιτῶν. Euclis filius videtur Hipparchus fuisse (Plutarchum Suidas nominat Tom. II. p. 78.): cujus quamvis bona in publicum essent addicta, tamen Atticus paternarum opum jacturam resarsit tum uxoris, quam duxerat, opulentia, tum ingenti quodam thesauro, quem forte a se inventum Nervæ liberalitate retinuit. Hinc immensæ defluxerunt opes ad filium, Herodem, auctæ etiam divitiis Regillæ, conjugis, de qua Fabricius postea. IDEM.

peratores Antoninos, Pium, et Philosophum, Verumque, cujus etiam præceptor, teste Capitolino,[3] fuit gratiosus, et præfectus ordinando statui liberarum civitatum Asiæ,[4] sacrorumque Panathenaicorum et Panelleniorum, tum sacrorum agonum, honoribus M. Antonini et Veri consecratorum, ἀρχιερεύς,[5] atque A. C. 143. cum C. Bellicio Torquato Consul Romanus, sed qui ingenio magis et eloquentia, quam consulatu[6] et dignitate atque opibus, quas habebat, amplissimis censeri gestiebat. Audivit juvenis Scopelianum (v. Philostr. in Scopeliano p. 521. et in Herodis vita p. 564.), deinde Favorinum quoque (v. Suid. in Ἡρώδης, e Philostrato), et Atheniensem Secundum (v. Philostrat. in Secundo. p. 544.). Polemonem vero adultus, et quum ipse alios jam doceret, admiratus et donis prosecutus fuit (v. Philostr. in Polemone p. 539.). In Platonica philosophia Taurum, Tyrium (v. Philostr. p. 564. ubi v. Olear.), in Critica arte[7] maxime Theagenem, Cnidium, et Munatium, Trallensem, magistros habuit. Ex antiquis imitatus est maxime Critiam.[8] Adversarios habuit Peregrinum, philosophum Cynicum (v. Philostrat. p. 563.), Demostratum item (v. Philostrat. p. 555.), cujus orationem contra Herodem admirationi fuisse testatur Philostratus p. 563. tum affinem, Braduam, uxoris suæ Regillæ fratrem, qui consul fuit A. C. 160.,[9] Quintiliosque,[1] et Praxagoram ac Mamertinum: familiarem

[3] Cap. II. pag. 499. ed. Hack. ubi v. Salmas. Enimvero Herodes Atticus fuit quoque præceptor M. Antonini philosophi. Vide Capitolinum in vita illius imperat. cap. 2. ibique Salmas. et Casaub. atque Dionis Cassii lib. 77. pag. 1199. Reimar. HARL.

[4] Delata videtur Herodi præfectura civitatum Asiaticæ et Europææ Græciæ a. 125. quo anno Hadrianus per hiemem Athenis commorabatur. EICHST.

[5] Τὸν ἀρχιερέα τῶν Σεβαστῶν Τιβ. Κλαύδιον Ἀττικὸν Ἡρώδην Μαραθώνιον celebrat vetus Inscriptio, Megaræ inventa, in Sponii Miscellan. erud. antiquit. p. 321. et Itinerario P. II. p. 482. IDEM.

[6] Philostratus in Polemonis vita p. 536. ἤρα μὲν γὰρ τοῦ αὐτοσχεδιάζειν μᾶλλον ὁ Ἡρώδης, ἢ τοῦ ὕπατός τε καὶ ἐξ ὑπάτων δοκεῖν. Fabric.. Recte autem Fabricius consulatum Herodis retulit ad an. 143. v. Gruteri Inscriptt. p. CLXXII. 10. Donat. p. CLXVI. 2. Sponii Miscellanea p. 321. Consentit Visconti p. 95. monens præterea, Inscriptionem apud Muratorium pag. CCCXLIII. 3. in qua Atticus Consul a. 185. M. Braduæ suffectus cum collega Materno memoratur, non pertinere ad Herodem, patrem, de quo intelligi fere solet, sed ad Atticum, filium. Pater enim, Herodes Atticus, consulatum non nisi semel gessit; iterum oblatum recusavit, mœrens mortem uxoris. Nec sane probabile est, Herodem, quum honorum populi finem jam esset an 143. consecutus, 42. annis post consulem fuisse Braduæ suffectum. IDEM.

[7] Non grammaticam, sed artem de orationibus judicandi intelligit Philostratus interprete et judice H. Valesio de critica I. p. 149. sq. ubi paucula leguntur de Theag. Cnidio et Munatio. HARL.

8 Nobilis fuit Critias orator, quem cum laude memorat Dionysius Halicarnass. T. II. Opp. p. 28. 111. et 161. Judicio Scholiastæ ad Hermog. pag. 415. non deterior Antiphonte. Unus fuit e traginta Tyrannis, et Atheismo incusabatur. vid. Schol. et Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. v. 147. p. 421. sqq. Ejus Λακεδαιμονίων πολιτεία, laudatur ab Harpocratione v. λυκιουργεῖς. Cæterum Herodem Atticum studiosum fuisse antiquorum verborum, nimisque obsoleta verba adamasse, ex Athenæo apparere mihi videtur. Ait enim Athenæus Lib. III. p. 99. C. Οἶδα δὲ καὶ Ἡρώδην τὸν Ἀττικὸν ῥήτορα ὀνομάζοντα τροχοπέδην, τὸ διαβαλλόμενον ξύλον διὰ τῶν τροχῶν, ὅτε κατάντεις τόπους ὁ ὀχούμενος ἐπορεύετο, καίτοι Σιμαρίστου ἐν τοῖς Συνωνύμοις ἐποχλέα τὸ ξύλον τοῦτο ἐπονομάσαντος.

[9] Confer Sam. Petitum Lib. I. Var. Observat. c. XI. (et Olear. ad Philostrat. pag. 555.) Fabric. Fuit Appius Annius Atilius Braduas, non, ut Salmasius (p. 20.)

Lucium, sapientem virum et facetum (v. Philostrat. p. 556. sqq.), discipulum Musonii, Tyrii, nec diversum fortassis a Lucio, Patrensi, vel ipso Luciano, qui et ipse Λούκιος interdum dicitur. Filiæ fuere Panathenais et Elpinice, quas morte ereptas sibi incredibiliter luxit, et filius Atticus[2] (v. Philostrat. p. 558.), tam stupidus, ut viginti quatuor pueros æquales ipsi adjungendos putaverit pater, litterarum appellatos nominibus, ut per hos tandem litterarum addisceret rudimentum. E famulis Achilles, Pollux, et Memnon Æthiops (v. Philostrat. p. 558. et III. 3. de vita Apollonii). quorum obitum itidem tulit impatientissime: libertus Alcimedon (v. Philostrat. p. 560. sq.) aliique. Discipuli Amphicles Chalcidensis (v. Philostrat. in vita Philagri p. 578. sq.), Sceptus (s. Sceptes, Corinthius, v. Philostr. in vita Alexandri p. 573. et Eudocia in Alexandro p. 53.) et Adrianus, Tyrius (qui successor ejus etiam pro funere Herodem laudavit, teste Philostrato in vita Adriani p. 586., et auscultantibus Atheniensibus lacrymas expressit), Chrestus, Byzantinus, aliique infiniti, atque in his etiam A. Gellius, qui in Noctibus Atticis Herodis cum laude mentionem facit dictaque ejus nonnulla refert. (Loca sunt, I. 2. IX. 2. XIX. 12.) Eloquentia apprime valuit, ita ut unum ex antiquis decem Oratoribus referre diceretur (v. Philostrat. in Herode p. 564.), et βασιλεὺς λόγων vocatus sit ab Adriano et Rufo Perinthio (v. Philostrat. in Adriano p. 586. et in Rufo p. 589.), atque Ἑλλήνων γλῶσσα (ibidem, p. 598.).[3] Docuit Athenis obiitque ex tabe, Marathone in patria, anno

putabat, M. Atilius Braduas, quippe qui consulatus honoribus anno demum 185. functus est. vid. præced. not. (n. 7.) EICHST.

[1] V. Philostrat. p. 559. Fabric. De Quintiliis cnf. omnino Tillemont Histoire des Empereurs Tom. II. p. 320. IDEM.

[2] Philostrati testimonium secutus est Fabricius. Sed *quatuor* liberos Herodi tribuit auctor Inscriptionis Triopeæ secundæ v. 15. Quam ob rem viri docti, quoniam apud Philostratum legerant, Regillam, uxorem Herodis, decessisse prægnantem, et partui vicinam, ita conabantur litem componere, ut fœtum illum, quem in utero gerebat Regilla, quique cum ipsa periit, inter liberos, Herodi ereptos, recenseri ab auctore inscriptionis statuerent, v. Salmas. in Crenii Museo philol. II. pag. 146. Verum recte vidit Visconti (in Commentario ad illas Inscriptt. p. 81. coll. Præfat. p. 4.) etiam in Luciani Demonacte (§. 25. Tom. V. p. 243. ed. Bipont.), præter Atticum, memorari alium filium Herodis, quem et ipsum immatura morte sibi ereptum, luxerit. Ergo ex his indiciis, quod Philostratus tradidit, refingendum est. IDEM.

[3] Etiam γλῶσσα Ἀθηνῶν in Inscript. Triopea II. v. 37. e rectiore interpunctione Visconti. IDEM. Quanta et quam mira variaque dicendi vi, et amœnitate valuerit, exemplum, quod Philostratus in Alexandro. s. de vit. Sophist. Libr. II. c. V. sect. 3. amplis verbis enarravit, abunde declarat. Nam Alexander, quem vulgo Peloplatonem (luteum Platonem) cognominabant, Seleucia in Cilicia ortus, Sophista celebris, qui maximam partem Antiochiæ scholas habuit, et Romæ Tarsique et omnibus Ægypti partibus, quum Athenas venisset, ad Herodem, in Marathone commoratum, misit litteras, quibus Græcos (n. Discipulos Herodis) ad certamen sophisticum excitaret. Alexander, quum ante Herodis adventum elegantia orationis et soni varietate auditores ad admirationem rapuisset, at postea supervenientem Herodem cum vi et suavitate dicentem audisset, demum, quanquam arrogans elatoque esset animo, exclamavisse dicitur: 'O Herodes, fragmenta tui sumus nos omnes Sophistæ.' Eandem historiam ex Philostrato Eudocia, p. 52. sq. ita exscriptam reddidit, ut paullo ante exitum narrationis et in fine ipso haud pauca omitteret. HARL.

ætatis LXXVI. Commodo, ut credibile est, jam imperante; unde natus colligitur primis Trajani imperatoris annis.[4] Nam juvenis, in Pannonia dicturus coram imperatore, Hadriano, quum excidisset et memoria lapsus esset, tanto tædio affectus fuerat, ut in Danubium præcipitare se voluerit. (v. Philostrat. in Herode, p. 565.)

Scripta ejus a Philostrato memorantur Διαλέξεις sive *dissertationes*, philosophici, ut mihi persuadeo, argumenti,[5] et Ἐφημερίδες, *diaria*, Suidæ etiam tanquam σύγγραμμα πολυμαθὲς laudata, et ἐγχειρίδια καίρια, τὴν ἀρχαίαν πολυμάθειαν ἐν βραχεῖ ἀπηνθισμένα, *manualia opportuna, velut florum ex erudita antiquitate delibatorum selecti quidam fasciculi.* Hisce omnibus deperditis, ne ex Orationibus quidem ejus aliqua, neque ex declamationibus, quas αὐτοσχεδίους sive extemporales et meditatas habuit plurimas,[6] ulla tulit ætatem, excepta unica, quæ περὶ πολιτείας, *de Republica*, inscribitur, et comparata est ad suadendum Thebanis, ut societatem cum Peloponnesiis ac Lacedæmoniis ineant contra Archelaum, Macedoniæ regem. Græce prodiit cum Lysia et aliis Atticis Oratoribus Venet. apud Aldum 1513. fol. et Paris. ap. H. Stephanum 1575. fol. Latine vertit et ad calcem Aristidis edidit Guil. Canterus, Basil. 1566. fol. Græce et Latine cum Canteri versione recusa est Hanov. 1619. 8. curante Jano Grutero, ad calcem orationum Dinarchi, Lycurgi, Lesbonactis et Demadis. Inest etiam in Io. Iac. Reiskii Oratoribus Græcis Tom. VIII. Lips. 1773. p. 32. sqq.[7]

[4] Hoc quum et Visconti ita posuerit, tacite respicit God. Olearii chronologicas rationes, quæ omnino, si accuratius pensitentur, falsæ et inanes reperiuntur. Nempe secundum eam putationem temporum, quam Olearius ad Philostratum iniit, Herodes natus est decimo tertio anno imperii Domitiani, U. C. 847. Chr. 94. Ol. CCXVIII. 2. Id, si accipimus ex fide Olearii, sequitur, Herodem, qui septuaginta et sex annorum senex diem suum obiit (vid Philostr. p. 565.), mortuum jam esse ante Faustinam, Marci, imperatoris conjugem, quæ anno demum 175. iter in Orientem ad maritum suum ingressa, secessit. Verum et nobilis illa reconciliati imperatoris ad Herodem epistola (v. Philostrat. p. 561.), scripta, ut nobis videtur, a. 176. quum Herodes fere triennio ante in judicio fuisset accusatus, et multo magis relicta nobis Inscriptio in statuam Regillæ, quam Herodes Faustinæ dicavit, ostendunt, eum Faustinæ superstitem vixisse. Optime congruunt temporum rationes, si Herodem, imperante Trajano, a. 104. natum, et sub imperio Commodi a. 180. exstinctum statuamus. EICHST.

[5] Opus Herodis, ad doctrinam morum forte spectans, laudatur ab Auctore Etymologici Gudiani MS. voce Ἄρσην. Ait Grammaticus: ἄρσην, ἀπὸ τοῦ ἄρδω . . . . . . ὁ ἄρδων τὴν θήλειαν τῇ γονῇ. Ἐπαφρόδιτος δὲ παρὰ τὸ ἄρσι, πρακτικὸς γὰρ λέγεται ὁ ἄρσην κατὰ διάλεκτον. καὶ ἐτυμολογεῖται παρὰ τὸ ἔρδω, ἵν' ᾖ ὁ πρακτικός. οὕτως Ἡρώδης, ἐν τῷ περὶ γάμου συμβιώσεως. Legitur quoque hæc observatio in Etym. M. ibique recte tribuitur Herodiano opus.

[6] In primis amabat Herodes extemporale dicendi genus, quod Sophistis illius ætatis maxime placuisse scimus, tanto ille magis recedens a nativa simplicitate et elegantia Attica, quanto studiosius fucum et pigmenta orationis sectaretur, coloremque et ornamenta e longinquo arcesseret, doctrina potius quam ingenio valens. Eandemque indolem referunt duo illa carmina, quæ Herodi ut plurimum adscribuntur. Quanquam de his præclarius statuit Visconti, quem v. p. 3. et 7. EICHST.

[7] Jam in Præf. monui, minime Orationem ab Herode profectam, sed opus esse Sophistæ anonymi. Fuit enim tem-

Epistolas Herodis plurimas fuisse, testatur Philostrat. p. 565. quarum aliquas memorat, uti ad Julianum p. 552. ad Marcum, imp. p. 562. ad Cassium, novas res molientem, p. 563. Ἡρώδης Κασσίῳ, ἐμάνη, *Herodes Cassio, insanis.* — Hactenus Fabricius.

Præter *Orationes* et *Epistolas*, a Fabricio commemoratas, Herodem nostrum et alia scripta multa[8] nobilitarunt, et *Inscriptiones* quædam quas vel ipse composuit, vel ab aliis componendas sibi curavit. Quemadmodum enim opulentissimus Sophista, qui celebritate sermonum et publica luce lætaretur, permulta opera et ædificia publica non Athenis solum, sed Philostrato teste, per totam pæne Græciam, Asiam et Italiam et instauravit, et de novo fecit, statuasque, templa, balnea, aquarum ductus, simulacra multa posuit: ita sibi monumentum suisque hæredibus in primis struxit in Triopio suo, quod fuit ἀπότμημα fundi, quem Herodes, conjugis beneficio. ad tertium ab Urbe lapidem in via Appia possedit, appellatum illud a Triopa, Erisichthonis patre,[9] consecratum Diis, τεμένει instructum et sepulcro etiam familiæ destinatum. Ex hoc Triopio nunc quidem QUATUOR nobis INSCRIPTIONES innotuere, quas breviter recensebimus.

I. INSCRIPTIO duabus columnis incisa, quæ factæ sunt e marmore Carystio *(cipollino verde)*, repertæ ineunte XVI. sæculo, et posthac in hortos Farnesianos translatæ. Unde 'Farnesianæ columnæ inscriptio' dici solet. Istæ vero columnæ, quas, probabile est, in ipso introitu Triopii Herodiani olim fuisse erectas, Cereri et Proserpinæ subterraneisque Diis dedicatæ sunt, præcipiuntque loci reverentiam ac religionem adeuntibus, cum imprecatione illorum, si qui forte sede illas sua movere, aut sacrum locum violare aggrediantur. Inscriptionem publicam fecere Scaliger in animadversionibus ad Eusebium p. 210. Gruterus in Corpore Inscriptionum p. 27. Montfaucon Palæograph. Græcæ Lib. II. p. 135. Lanzi Saggio sulla lingua Etrusca P. I. c. VI. 9. XIII. p. 146. et Tab. IV. n. XVI. Rambachius in Supplementis Archæologiæ Potterianæ Tom. III. p. 254. denique Visconti Inscriz. Triopee ora Borghesiane p. 6. Cæterum quoniam inscriptio hæc antiquissimam refert

pus, quo Sophistæ ingenium doctrinamque conferebant ad fingendos quosdam libros, eosdemque antiquis scriptoribus tribuebant. Sic sub nominibus Lysiæ et Demosthenis ἐπιτάφιοι λόγοι prostant, quæ ingeniis Sophistarum multo digniores sunt, quam Lysiæ et Demosthenis. Sunt quoque inter Platonicos dialogos, quos nemo non videt suppositos esse. Memorabile est, jam Harpocrationem, quoties Lysiæ, Hyperidis, aut alius magni oratoris orationem laudat, sæpissime addere, εἰ γνήσιον, *si verum est.* vid. Harp. p. 11. 13. 22. 23. etc.

[8] Suidas de Herode in lexicon suum ista retulit, ab aliquo Sophista, opinor, scripta. Tom. II. pag. 78. φέρονται καὶ ἄλλα πλεῖστα, ἐν οἷς τὸ μεγαλοφυὲς καὶ ὕψιστον τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς θεωρεῖται, καὶ κατανοεῖται, καὶ καταδείκνυται. EICHST.

[9] Non temere hoc scripsi, neque inscius vel aliarum sententiarum, vel etiam illius, quam eruditissimus Visconti de appellatione et natura Triopii nuper proposuit. Rem omnem diligentius excussi in Censura Viscontini operis, quæ inserta est Ephemeridibus univ. litterariis, Ienæ prodeuntibus ann. 1796. n. 61. IDEM.

Atticorum orthographiam, inde multiplex est ea de re disputatio nata, tum iis viris doctis, quos editores recensui, tum etiam aliis. V. Salmasii notas ad Consecrationem templi in agro Herodis, Musei Creniani primi p. 42. sqq. Levesque Excursion quatrieme sur l'orthographie de Thucydide, et sur la forme des lettres dont il a fait usage, in nova Thucydidis versione (Paris. 1795.) Tom. IV. p. 315. Add. Villoison Anecdota Græca Vol. II. p. 122. sq. 169. not. 1.[1]

II. INSCRIPTIO PRÆDIORUM ANNIÆ REGILLÆ, primum vulgata in Montfaucon Diario Italico (Paris. 1702. fol.) pag. 125. repetita postea in Fabretti Inscriptt. c. V. p. 43. et apud Visconti p. 5. Dubitari non potest, columnam hanc, sex fere pedes longitudine æquantem, quæ prædii Anniæ Regillæ olim metæ aut signi loco fuerat, ab Herode erectam in eodem Triopio, via Appia, fuisse, in quo memoriam conjugis aliis etiam tum inscriptionibus, tum ædificiis posteritati commendarat. Postea, Maxentii tempore, inversa columna, et qua parte tenebat inscriptionem Anniæ Regillæ, defixa in terra, pro milliario fuit.[2]

III. CONSECRATIO TRIOPII FACTA MINERVÆ ET NEMESI. Constat inscriptio 39 versibus hexametris, eruta a. 1607. ad urbem in via Appia, præsente Christophoro Puteano *(du Puits)*, cujus opera Lutetiam venit, mox ibi publicata ab eruditis.

IV. DEDICATIO STATUÆ REGILLÆ UXORIS HERODIS. Effossa decennio post, eodem loco, ἐπιγραφὴ 59 hexametris continetur, debeturque doctissimo Viro Jacobo Sirmondo, qui eam Roma attulit, ad ipsum marmor a se descriptam, et cum Claudio Salmasio, primo ejus et ante Visconti studia eruditissimo editore communicavit. De quo postea.

Nam hæc duo maxime carmina, quæ ultimo loco memoravi, inscripta marmori Pentelico *(cipollo bianco* Itali vocant, v. Visconti museum Pio-Clementinum Tom. III. Tab. XV. p. 18.) eruditorum attentionem et curam excitaverunt, tum propter versuum elegantiam, si illud Herodis ævum spectes, minime spernendam, tum ob notitiam multarum rerum, quæ aliunde disci vix poterant. E villa Cardinalis Scipionis Borghese hæ inscriptiones devenerunt ad

[1] Ut nihil eorum, quæ ad Herodem spectant, lectores lateat, hic addam Inscriptionem: Οὐδενὶ θεμιτὸν μετακινῆσαι ἐκ τοῦ Τριοπίου ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ τρίτου ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ Ἡρώδου ἀγρῷ· οὐ γὰρ λῷον τῷ κινήσαντι. Μάρτυς δαίμων ἡ ἐνοδία καὶ κίονες Δήμητρος καὶ Κόρης ἀνάθημα καὶ χθονίων θεῶν καὶ . . . (Ῥηγίλλης?) *Nemini fas transferre e Triopio, quod est ad tertium in via Appia in Herodis agro: non enim bonum moventi. Testis Dea vialis et columnæ, Cereris et Proserpinæ donarium, et Manium deorum, et . . . . (Regillæ?)* Nolo de Inscriptione copiosius agere. Evolvat, si quis plura cognoscere cupiat, Bubierii Dissertationem de priscis Græcorum et Romanorum litteris p. 561. Edm. Chishull, Antiq. Asiat. p. 11. Hagenbuchium in Diatrib. de Græcis Thesauri novi Muratoriani Marmoribus, p. 11—16. et Cl. Saxium, in Scholiis Literario-Criticis ad Muratorii Thes. Inscriptt. in Actis Societatis Trajectinæ, T. II. p. 267.

[2] Inscriptio ita se habet:

ΑΝΝΙΑ ΡΗΓΙΛΛΑ
ΗΡωΔΟΥ ΓΥΝΗ ΤΟΦωC
ΤΗC ΟΙΚΙΑC ΤΙΝΟC ΤΑΥ
ΤΑΤΑΧωΡΙΑ ΓΕΓΟΝΑΝ.

principem, juvandis litteris ornandisque artibus natum, Marcum Antonium Borghese, qui templum jussit splendidissime ædificari ad modum illius, quod Herodes olim Cereri et Faustinæ exstruxerat. Hujus in templi limite marmora ista, duabus aris inclusa, binisque inscriptionum versionibus metricis, Latina Salmasii et Visconti Itala, instructa, conspiciuntur.

Satis de argumento et historia inscriptionum: restat, ut quædam adjiciamus de illarum auctore. Ac duas quidem priores, quas no. I. et II. attigi, parum refert scire, Herodes fecerit an alius. *Inscriptio prædiorun Anniæ Regillæ* dubito omnino, an a Græco homine profecta sit. Sed gravior est de postremis ἐπιγραφαῖς quæstio, et propriæ curæ. Verum hæc quæstio quoniam hic disceptari non potest, disceptabiturque a nobis alio loco, liceat in eo acquiescere, ut, quam nuper eruditissimus Visconti sententiam proposuit argumentisque ingeniose munivit, breviter referamus. Is nimirum urget præfixum ultimæ inscriptioni nomen Μαρκέλλου, in quo explicando et editores carminis, et Spanhemius (ad Callimachi H. in Cererem v. 30.) operam frustra consumpserunt. Suspicatur Visconti, illo nomine ut alibi (v. Pockoke descript. of the East, p. 103. 104. et Toupii Emendatt. in Suid. Tom. III. pag. 46.), sic et hic, inscriptionis indicari auctorem, qui fuerit Marcellus Sidetes, clarus poeta tum aliis carminibus, tum Ἰατρικοῖς περὶ ἰχθύων, quorum nobis adhuc fragmenta quædam supersunt, a Fabricio (Biblioth. Gr. Vol. I. p. 14. ed. vet.) et Schneidero (ad calcem editionis suæ Plutarchi de educat. pueror. Argentor. 1775. 8. p. 96. sqq.) edita, a Bellin de Ballu autem, claro Oppiani editore promissa. Marcellum illum, constat, floruisse imperante Marco Aurelio, v. Suidas Tom. II. p. 498. et Eudocia p. 299. Jam vero quum sit utriusque inscriptionis metricæ in orationis habitu et conformatione summa similitudo, non dubitat Visconti, eidem Marcello etiam primam attribuere, nomen poetæ tantum posteriori adhæsisse ratus, sive quod hæc prima conspiceretur Triopium Herodis adeuntibus, seu quod omnino potior censeretur præstantiorqne altera, quæ casu detecta primum, temere potius quam recte aut consilio prima a nobis nominetur. Suspicio eruditi Itali admodum probabilis visa est Viro docto in Ephemeridibus Gottingensibus a. 1795. n. 180.:[3] adversus eam quædam monita sunt in Censura Ienensi l. c. pag. 483. sq. poteruntque fortassis moneri plura, quæ istas Inscriptiones Herodi nostro vindicent.

[3] Etiam Viro erudito in Ephemeridibus Mantuanis, Giornale della Letteratura Italiana, (Tom. V.) 1795. p. 509. ubi erudita libri censura.

TESTIMONIA
VIRORUM DOCTORUM
DE INSCRIPTIONIBUS TRIOPEIS.

Is. CASAUBONUS, in Observationibus ad Primam Inscriptionem initio: "Eximium vetustatis monumentum istud Roma nuper accepit senator amplissimus ac præstantissimus Iacobus Gilottus, missu viri exquisita eruditione atque humanitate præditi Christophori Puteani Claudii filii Parisiensis. Fuerat autem, ut scribebat idem Puteanus, ante paucos dies ad urbem in Via Appia inventum, ac præsente se terra erutum."

JOS. SCALIGER, in Epistolar. Lib. II. Ep. 140. ad Casaubonum: "Heri præstantissimam Herodis inscriptionem accepi. Noli quærere, an placuerit, quum partim a præstantia ingenii tui, partim ab ipsa Inscriptione etiam admiratio accesserit." Ibid. Lib. IV. Ep. 431. ad Gruterum: "An Græcam inscriptionem nobilissimam nuper non longe Roma effossam videris, scire aveo."

DAVIDES HŒSCHELIUS, in Epistolis Gudian. n. 106. ad Meursium: "Herodis inscriptionem a te versam habeo e tuo autographo, atque ut Casaubonus noster edidit, unde minus de Glossariensi laboraram editione, ad quam negabant quidquam accessisse." Paucis interjectis hæc scribit: "MS. hujus epigraphes ad nobilissimum nostrum Marcum Velserum misi."

CLAUDIUS SALMASIUS, in epistola dedicatoria ad Nicolaum Rigaltium, præfixa editioni duarum Inscriptionum, Paris. 1619.: "Remitto ad Te, Vir eruditissime, inscriptionem Regillæ, quam non ita pridem abs te accepi: . . . . . Scito, me longe maximam cepisse ex illius inscriptionis lectione voluptatem. Nam præter ipsius carminis summam elegantiam, et mere Atticum saporem, ac rerum aliquot antiquarum cognitionem, quam hinc tantum, non aliunde liceat haurire, non mediocriter etiam illo nomine mihi placuit, quod meam veterem de Herode Attico conjecturam, quam si verisimilem modo, doctis hominibus approbassem, pulcrum ac beatum me putarem, verissimam esse plane confirmaverit." In Observationibus ad Primam Inscriptionem initio: "Egregium ac præclarum vetustatis monumentum, et quo nobilius atque illustrius aliud non habet luculentus ille veterum inscriptionum Thesaurus, summo labore mirabilique industria a Grutero nostro viro clarissimo col-

lectus." In Observationibus ad Secundam Inscriptionem, initio: "Illustre sane utrumque vetustatis monumentum. Nec parum interfuit reipublicæ litterariæ, utrumque ad nos salvum pervenisse, cum propter versuum elegantiam, tum multarum rerum notitiam, quæ aliunde sciri non poterant. Debetur autem hæc ἐπιγραφὴ doctissimo Viro Iacobo Sirmondo, qui eam Roma attulit, ad ipsum marmor a se discriptam."

Bernardus Montfaucon, Palæographiæ Græcæ Lib. III. pag. 140. ed. Paris. 1708. f.: "Erat enim villa Triopia multis inscriptionibus nobilitata, ex quibus non paucæ supersunt, nempe insignis illa, quæ hodie in Villa Burghesina visitur, eruditis Claudii Salmasii exercitationibus illustrata, et a Iacobo Sponio, in Miscellaneis, denuo cusa."

Fabrettus, Inscription. Cap. V. n 355. "Celeberrimus ille lapis sexaginta linearum (secundam intelligit Inscript.), in hortis Pinciis Burghesiis asservatus."

Hæc sunt Virorum doctorum Testimonia, a Viscontio laudata. Adde Selden. de Synedriis Hebræor. Lib. III. c. 13. p. 269. Ruperti epistol. ad Reines. p. 305. Velseri epistol. 34. 35. ad Hœschelium. Burigny, Mémoires sur la vie d'Herodes Atticus. Academie des Inscriptions etc. T. XXX. p. 1—25. etc.

INDEX EDITIONUM
DUARUM INSCRIPTIONUM VETERUM
EX
IO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECA GRÆCA
A GOTTL. CHR. HARLESIO

AUCTIUS EDITA TOM. VI. p. 10.

I. *Primam Inscriptionem*, per Christophorum Puteanum, celebrem Perronianorum auctorem, Roma Lutetiam ad Iacobum Gillotum transmissam, cum quibus epigrammatibus Anthologiæ Græcæ primus vulgavit Fridericus Morellus, adjuncta versione Latina metrica, Paris. 1607. 4. v. Maittaire Annales typograph. Tom. III. P. II. p. 851.

Eandem deinde Inscriptionem, uno tamen versu mancam, passimque a se emendatam et notis illustratam, edidit Isaacus Casaubonus, 1608. (Fabricius quidem l. c. Biblioth. Gr. T. III. p. 813. et Visconti annum posuerunt sequentem; verum ex Epistola Casauboni, ad Marcum Velserum data, p. 322. ed. Almelov. intelligitur, eo, quem indicavi, anno editionem prodiisse.)

Ejusdem Inscriptionis editionem Glossariensem memorat Davides Hœschelius in epistola quadam ad Io. Meursium, inserta Marq. Gudii Epistolis ed. Burmann. Ultraj. 1597. 4. pag. 191. Veri admodum simile est, hanc editionem priorem fuisse Salmasiana secundæ inscriptionis, vulgatæ a. 1619. Sed Visconti nec vidit illam, nec quid sibi voluerit Hœschelius, nomine isto usus, intelligere se fatetur. Suspicatur itaque, scripsisse illum vel Glessariensem (h. e. Havniensem, ab insula Glessaria in sinu Codano), vel Gosslariensem (a Gosslaria aut Goslaria). Conjicit porro, hanc editionem plane eandem esse, quam Moelleris fratribus a Martino Baremio dedicatam indicavit Fabricius l. c. absque nota anni et loci quo prodiit, notans tantummodo, esse Casaubonianæ repetitionem: qualem etiam Hœschelius suam illam Glossariensem descripsit.— Cæterum, ut et hoc addamus ad excitanda litteratorum, si tanti res videatur, studia, quam Visconti hac in re lucem spopondit conferentibus Christoph. Adam. Ruperti epistolam 34. ad Tho.

Reinesium p. 305. ea nobis possidentibus librum et locum, quem Fabricius laudaverat, consulentibus haud affulsit. Illud vero non debuerat omittere Visconti, quod Hœschelius diserte addidit, Glossariensis editionis, exemplum nullum venale prostitisse. In eadem Epistola Hœschelius emendationes quasdam proposuit in primam Epigraphen; ejusque interpretationem, a Io. Meursio factam, et Apographum, Roma ad Marc. Velserum missum, commemoravit. Apographi illius etiam mentio fit in Casauboni Epistola quam n. II. citavi. Add. Velseri opera p. 839.

II. *Primam inscriptionem* et *alteram*, descriptam Romæ et allatam inde a Iacobo Sirmondo, qua statua Regillæ dedicatur, copiosissimo commentario instruxit Claudius Salmasius, ediditque una cum Dosiadæ, Simmiæ, et Theocriti lusibus Paris. a. 1619. 4. apud Hieron. Drouart.

Utraque Inscriptio cum versione Latina ad litteram, reperitur etiam in Descrizione della villa Borghese, di Giacomo Manilli, Rom. 1650. 8. Editio est vitiosissima.

Emendatas quibusdam in locis *Inscriptiones has*, cum Petri Arcudii versione Latina ad verbum facta ejusdemque paucis, sed præclaris animadversionibus edidit Iacobus Sponius in Miscellaneis eruditæ antiquitatis, Lugduni 1608. 4. Sect. X. n. 12. p. 322—327.

In Thom. Crenii Museo philologico primo (L. B. 1699. 8.) n. IV. Casauboniana et in ejusd. Museo secundo (L. B. 1700. 8.) n. I. Salmasiana editio repetita est.

Repetiit textum Inscriptionum versionemque Petri Arcudii, sed sine brevi illius annotatione, Montelatici, in Descrizione della Villa Borghese, Rom. 1700. 8.

Manillii liber, quem supra indicavimus, in Latinum sermonem translatus insertusque est Thesauro rerum Italicarum Tom. VIII. p. IV.

Mich. Maittaire Miscellanea Græcorum aliquot scriptorum carmina, Lond. 1722. 4. p, 174—180. Adjecit metricas versiones, Morellianam quidem inscriptionis primæ, Salmasianam utriusque; adjecit et notas, tum e Casauboni et Salmasii copiis ductas, tum etiam suas.

In Poleni Supplementis Thes. Græviani et Gronoviani Vol. II. inest repetitio libri Salmasiani, supra memorati, ibidemque Vol. I. Miscellanea Sponiana repetita sunt.

Utramque inscriptionem in Analecta sua recepit Rich. Franc. Phil. Brunckius (Argentor. 1773. 8.) Vol. II. pag. 306. sqq. brevibusque notis ornavit Emendationum (Vol. III.) pag. 198. Hinc translata sunt carmina in novam editionem Anthologiæ Græcæ, curatam a Frid. Jacobs, Vol. III. p. 14. sqq.

Optimam vero et præstantissimam harum Inscriptionum editionem debemus Viro eruditissimo, Ennio Quirino Visconti, qui Casauboniani et Arcudiani acuminis laudes felicissime æmulatus, Salmasianam doctrinam sollertia judicandi temperavit, tractandi perspicuitate scribendique elegantia etiam superavit. Confectus est liber, quem chartarum quoque et typorum nitor ac venustas mirifice commendant, auctoritate illustrissimi Principis Marci Antonii Borghese, nec inter librariorum merces expositus in Italia, Musarum amicis ab isto Musageta liberalissime concessus. Inscriptio hæc est: Inscrizioni Greche Triopee ora Borghesiane con versioni ed osservazioni di Ennio Quirino Visconti, in Roma nella stamperia Pagliarini, 1794. Fol. cum II. tabb. æn. Marmorum scripturam summa oculorum animique contentione denuo rimatus, multos locos editor restituit, in quibus Casaubonus et Salmasius frustra hæserant, excussit quoque notationes decessorum suorum una cum Lucæ Holstenii apographo MS. diligentissime correcto, quod servatur in Bibliotheca Barberina. Ex hoc apparatu enotavit lectionis varietatem, omissis perpaucis, quæ Arcudius acute viderat; ipsas vero scripturas marmorum in tabulis æri incisis subjiciendas oculis curavit. Textui apposuit versionem Latinam ad literam: subjunxit tum metricam interpretationem Salmasii, correctam a se passim melioribusque lectionibus accommodatam, tum Italam, quam ipse jussu principis sui composuit. Sæpe ei ad tollendas depravationes profuit ingenii sagacitas: ad difficultates verborum et rerum expediendas, interior tum linguæ, tum magis etiam historiæ atque antiquitatis cognitio: ad nutriendos denique et delectandos lectores, copia multarum rerum, quas in Commentario insigni cum eruditionis pariter atque perspicuitatis laude exprompsit.

CONSECRATIO SÆPTI

AD

PAGUM TRIOPIUM

IN PRÆDIIS

HERODIS ATTICI.

A.

ΠΟΤΝΙ' [1]'Αθηνάων [2]ἐπιήρανε, Τριτογένεια,
Ἥτ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν [3]ὁράας, Ῥαμνουσιὰς Οὖπι,

[1] 'Αθηναίων A. [2] ἐπιείρανε C. S. M.

Variæ Lectiones] A. significat Petri Arcudii Apographum, editum a Jacobo Sponio in Miscellaneis eruditæ antiquitatis, et in Montelatici Descrizione della villa Borghese. B. Brunckianam lectionem. C. Casaubonianam. H. Holstenii lectionem, e Codice MS. Bibliothecæ Barberinæ. M. Maittairii lectionem. S. Salmasianam.

Πότνι' 'Αθηνάων ἐπιήρανε] Vox ἐπιήρανος, recte observante Piersono, non admodum frequens, proba tamen et antiqua. vid ej. Verisimil. p. 105. Hesych. 'Επιήρανα· ἐπικουρητικὰ τῆς ψυχῆς ἢ ποδῶν. 'Επιήρανα θυμῷ ποδάνιπτρα. ἐπίηρος. ἐπίκουρος. ἐπιθυμητής. ἐπίηρος. βοηθός. χάριν ἀποδιδούς. Ubi pro priore ἐπίηρος, cum Piersono corrigendum videtur: ἐπιήρανος. Sic fuit forsan in Codice Marciano. vid. Hesych. ed. Schow. p. 286. Infra idem: 'Ηρανέων. βοηθῶν. χαριζόμενος. Memorabilis est locus Scholiastæ Homeri ab Albertio citatus, ad Iliad. Δ. 419. Ὁ ἤρανος (δηλοῖ) τὸν κοίρανον, καὶ τὸν ἐπίκουρον. καὶ τὸ ἠρανεῖν· ἐπικουρεῖν καὶ χαρίσασθαι. Scholiastes Apollonii Rhodii Lib. II. 515. μήλων ἤρανον explicat: τῶν ποιμνίων προστάτην. Notanda præterea sunt quæ habet Suidas, Etymologus. et Hesychius voce Ἤρανος. Simplex ἤρανος bis adhibuit Hermesianax apud Athenæum Lib. XIII. pag. 597. D. (v. 16.) Χαρίτων ἤρανον, et v. 22.

Φημὶ δὲ καὶ Βοιωτὸν ἀποπρολιπόντα μέλαθρον
Ἡσίοδον, πάσης ἤρανον ἱστορίης.

Ubi Ilgenius vulgatam lectionem sine causa rejicit. ἤρανος πάσης ἱστορίης, est is, *qui omnem cognitionem scientiamque tenet.* Compositum ἐπιήρανος usurpavit Orpheus, Argon. 96.

Αἰσονίδη, τί με ταῦτα παραιφάμενος ἐρεείνεις,
Ὄφρα κεν ἐς Κόλχους Μινύαις ἐπιήρανος ἔλθω.

Ubi vide Gesnerum. Cnf. eundem ad v. 86. Nonnus Dionys. Lib. II. 10. p. 82.

- - - - - ἐπεὶ νοτίην χθόνα Κηφεὺς
Νάσσατο Κηφήνων ἐπιήρανος Αἰθιοπήων.

Ubi Interpres, *gratus Æthiopibus*, cum debuisset, *Rex Æthiopum.* Lib. XI. p. 314. Diana vocatur:

Ὅλης ἐπιήρανος ἄγρης.

totius Regina venationis. Vim verbi recte cepit Dalecampius in interpretatione Ionis Chii apud Athenæum Lib. X. p. 447. F. (Analect. Brunk. T. I. p. 161.)

Τοῦ σὺ πάτερ Διόνυσε, φιλοστεφάνοισιν ἀρέσκων
'Ανδράσιν, εὐθύμων συμποσίων πρύτανι·
Χαῖρε, δίδου δ' αἰῶνα, καλῶν ἐπιήρανε ἔργων,
Πίνειν καὶ παίζειν, καὶ τὰ δίκαια φρονεῖν.

Singulari et mira significatione vocem adhibuit Philoxenus Leucadius, cujus versus hexametri, e carmine Δεῖπνον inscripto laudat Plato Comicus in Phaone apud Athenæum Lib. VII. p. 325. A.

Τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι·
Παρθένου 'Αρτέμιδος γὰρ ἔφυ, καὶ στύματα μισεῖ.

Philoxeni omnino sunt hi versus, minime Platonis, laudantur enim multis aliis interpositis Philoxeni nomine ab Athenæo Lib. I. p. 5. D. In nostra Inscriptione, ἐπιείρανε defendere voluit Salmasius, quod vitium erat Apographi; nam in lapide conspicue legitur ΕΠΙΗΡΑΝΕ. Cæterum sæpius ΕΙ pro Η in antiquis Inscriptionibus obvium. Sic ΑΣΚΛΕΙΠΙΑΔΗΣ et ΣΩΤΕΙΡΙ, pro 'Ασκληπιάδης et σωτῆρι. In Columna Farnesina occurrit ΤΕΙ ΑΠΠΙΑΙ, pro τῇ 'Αππίᾳ. Cnf. Cuper, Apotheos. Hom. p. 37. Grammaticis antiquis docentibus, Bœotiorum præcipue linguæ deberi videtur, ut ΕΙ pro Η ponatur. Vid. Etymol. M. v. Ζείδωρος. p. 140. De forma κειρύλος et κηρύλος consule Euphronium apud Schol. Aristophan. Av. 299. Forma contra nominis πένεις pro πένης, dialecto Æolicæ tribuitur in Etymol. M. v. πλειάρειν. p. 675. Sic et μεὶς pro μὴν legitur in Homer. Iliad. T. 117. ubi Scholiastes minor formam Æolicam esse docuit; occurrit tamen in Pindaro; Nem. V. 82. Vice versa sæpius Η mutatur in ΕΙ. vid. Ioannem Grammat. p. 73. Gregor. p. 24. Eustath. ad Iliad. Z. p. 641. Librarii præcipue imperiti diphthongum ΕΙ in Η mutarunt, vel ei adjunxere, linguæ genio repugnante. vid. Valck. ad Euripid. Phœn. p. 216. Reisk. ad Demosthen. T. II. p. 911. Omnino cum Lennepio, Prælect. Academ. de Analog. L. G. p. 35. credendum, hanc diphthongorum ΕΙ et Η permutationem tribuendam esse antiquissimæ scribendi rationi Græcorum, qui litera Η nondum in Alphabetum recepta, pro Η et ΗΙ posuissent ΕΙ. cnf. Valck. Epist. ad Roev. p. 31. Sic apud Dion. Cassium Lib. XXXIX. p. 108. legitur: ὅτι εἰς τὴν 'Ιταλίαν ἀπειρηκώς. ubi ἀπειρηκὼς, pro ἀπηρηκὼς, male intromisit librariorum stupor. Hesych. 'Απαίρει. ὁδεύει. ἀποδημεῖ. ἀναχωρεῖ. vid. Reiz Ind. Lucian. T. I. p. 83. Contrario modo Α pro ΕΙ legitur in Fragmento ex Euripidis Ægeo. Fr. Musgrav. n. III.

I.

Veneranda Athenarum præses, Minerva Tritonia,
Et quæ opera hominum inspectas, Rhamnusias Opi,

[3] ὁράεις C. ἐλάεις vel λάεις vel λάϊς S. ἐλάεις B.

Εἰ μὴ καθέξῃς γλῶσσαν, ἔστι σοι κακά.

Scribe:

Εἰ μὴ καθέξεις γλῶσσαν, ἔστι σοι κακά.

Εἰ enim in Atticis poetis semper cum indicativo occurrit, nunquam cum subjunctivo. vid. Æschyl. Prometh. 343. 345. 686. Euripid. Androm. 206. Herc. fur. 1120. Cum optativo invenitur in Æschyl. Prometh. 477. Euripid. Hippol. 1240. Herc. fur. 1110. Electr. 97. 422. Pari modo corrigendum Fragmentum Philemonis, quod effugit diligentiam Bentleii, Emend. in Menandr. p. 122.

Ὁράας] Desunt hac voce duæ primæ literæ, omnesque in fine legerunt ΛΑΙC. vide Var. Lect. Visconti vero lapide accuratius inspecto, vetustate fere deletas invenit literas ΑΑΙC. Parvula enim lineola, distinctionis causa posita, erasa est. Α, in nostra Inscriptione sæpius sine lineola occurrit. Sic, v. 7. et 22. invenies ΚΛΙ pro ΚΑΙ. et lin. 9. ΛΛΩΗΝ, pro ΑΛΩΗΝ. Porro lin. 27. ΒΛΛΕΙΝ pro ΒΑΛΕΙΝ. Innumera in Inscriptionibus exempla exstant, præcipue in Tabula Iliaca. vid. Guasco Inscriptt. Mus. Capitol. T. I. n. 1296. Gruter Thesaur. n. 634. 1. In Epitaphio pessime descripto, apud Paul. Lucam Itiner. Asiatic, p. 28. invenies ΚΛΛΥΔΙΑ pro ΚΛΑΥΔΙΑ. Apud Caylusium, Recueil des Antiquités, Tom. II. Pl. LIX. lin. 2. legitur ΑΙΓΙΚΟΡΕΙΣ, pro ΑΙΓΙΚΟΡΕΙΣ. Ibid. Pl. LXIV. lin. 3. ΛΔΡΙΑΝΕΙΑ, pro ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ. Multa quoque exempla præbent Inscriptiones Pockokianæ. In Nummis valde attritis vitium hoc inveniri, monet Visconti ad h. l. Sic in Nummo Tralliano, apud Odericum Dissertat. I. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. Præcipue vero in Numismatibus Imperatorum. vid. Buonarotti, Medaglioni XII. 3. XIV. 8. Protulit quoque e gemmis exempla Visconti. In Codocibus MSS. vitium hoc scribendi observavit Brunk. ad Apollon. Rhod. Lib. II. 1260. D'Orville ad Charit. p. 242. ed. Lips. Heringa in Observation. Critic. cap. 7. pag. 145. Schneider ad Anthol. pag. 110. Ruhnk. Epistol. Critic. I. pag. 88. Græcorum imitatione sæpe lineolam parvam in litera Α, omisere Etrusci. vid. V. Cl. Lanzi, Saggio di Ling. Etrusc. T. I. pag. 208. Eckhel., Doctrin. Nummor. T. I. pag. 124, Romani quoque, de quorum scribendi methodo copiosi sunt Viri docti ad Lucerne di Ercolano (T. VIII.) Tab. XXXVII. 10. et Marini, Inscriptt. fratrum Arval. T. I. pag. 127. Quin, Λ nonnunquam pro Α legitur. Certe in Inscriptione antiqua Sicula, primum edita a St. Non, Voyage en Sicile, pag. 12. occurrit ΚΕΑΤΙ, pro ΚΕΛΗΤΙ. ΤΕΑΕΙΟΙ, pro ΤΕΛΕΙΟΙ, et p. 171. ΗΡΑΚΑΕΙ, pro ΗΡΑΚΛΕΙ. Servanda ideo in nostra Inscriptione lectio ὁράας, a qua non procul abfuit Casaubonus, qui ὁράεις ex ingenio emendavit, quam emendationem probat Valken. ad Elegiam Catulli Callimacheam pag. 183. Salmasii conjectura λάεις, etsi magna eruditione defensa, nihili est. Verbum enim ἐφορᾷν optime Nemesi convenit, inspicit enim opera mortalium, unde δεινὰ dicta ab Archestrato apud Athenæum Lib. VII. p. 305. Homerus, de Sole omnia vidente, verbum adhibuit, Iliad. γ'. 277. omnino significat inspicere. Diphilus apud Plutarchum adv. Colotem, T. II. Opp. pag. 1124. F.

Ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

Euripides in Penelope apud Stobæum Ecl. Phys. Tit. XI. pag. 143. Grot.

Οὐκ ἔστιν πράττοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν.
'Οξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

Incertus poeta apud Stobæum Ecl. Phys. Tit. VII. pag. 111.

Ὁ τῆς Δίκης ὀφθαλμὸς ὡς δι' ἡσύχου
λεύσσων προσώπου πάνθ' ὁμῶς ἀεὶ βλέπει.

Γείτονες ἀγχίθυροι Ῥώμης [1]ἑκατοντοπύλοιο,
[2]Πίονα δὴ καὶ τόνδε, [3]Θεαὶ, τιμήσατε χῶρον,
Δῆμον Δηώοιο φιλόξεινον Τριόπαο,
Τόφρα κε καὶ Τριόπειαι [4]ἐν ἀθανάτοισι λέγησθον.

[1] ἑκατονταπύλοιο ex correctione C. S. B.
[2] ΠΕΙΟΝΑ [Lapidis scriptura, a nobis postea litera L. signata]

Analect. Brunk. T. III. Epigr. CCCCLXXVI.

> Κἂν με κατακρύπτῃς, ὡς οὐδενὸς ἀνδρὸς ὁρῶντος,
> Ὄμμα Δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γινόμενα.

vide etiam Ammian. Marcell. Lib. XIV. 39.

Ῥαμνουσιὰς Οὖπι] Deam Rhamnusiam esse Nemesin, res e poetis notissima. Ovidius:

> " Memoremque time Rhamnusidis iram,"

vide Pausan. Achaic. c. V. pag. 405. Suid. et Hesych. v. Ῥαμνουσία. Nemesin vero Οὖπιν dici, vix alibi occurrit, nam Οὖπις vel Ὦπις est Diana, a Nympha aliqua sic dicta. vid. Schol. Callimach. Hymn. in Dian. 204. Servium ad Æn. XI. 552. et slios a Spanhem. ad Callimachum laudatos. Alexander Ætolus, in Analectis Brunk. T. I. pag. 419.

> Ὑμνῆσαι ταχέων ὦπιν βλήτειραν ὀϊστῶν.

cnf. Jacobs in Animadv. ad Anthol. Gr. T. I. P. II. pag. 238. Hinc et Diana *Opifera* dicta, in marmore apud Gruter. XLI. 4. vid. Scalig. ad Catull. p. 78. Nemesin vero eandem cum Diana habitam esse, liquet ex Harpocrat. v. Ἀδράστεια. cnf. Step. Byz. h. v. Pausan. Phocic. c. 37. Ad quam proinde Nemesin, Οὖπιν Rhamnusiam, respexit *Auctor* hymni Orphici in Nemes. LX. p. 258. dicens,

> - - - - πάντ᾽ ἐσορᾷς.

vide et memorabilem locum Antimachi apud Strabon. Lib. XIII. pag. 588. — Laudat Visconti simillimum Catulli locum e Carm. LXII. 395.

> " Aut rapidi Tritonis hera, aut Rhamnusias virgo."

quem ex antiquo Græco poeta redditum esse haud absurde putat. — ἔργα βροτῶν, dixit poeta noster, ut Catullus de Nupt. Pelei et Thetid. 192. facta virum:

> " Quare facta virum mulctantes vindice pœna Eumenides.

Ῥώμης ἑκατοντοπύλοιο] Frustra ab Interpp. sollicitatur vox ἑκατοντοπύλοιο, qui formam magis obviam ἑκατονταπύλοιο proponunt. Servanda lapidis lectio, defensa a Viscontio, auctoritate Homeri, qui simili modo Iliad. I. 575. τέμενος — πεντηκοντόγυον dixit. vid. Apollonium Sophistam Lex. Homer. T. I. pag. 658. ed. Villoiss. (p. 549. ed. Toll.) Eadem ratione Euripides in Cressis, apud Porphyrium de Abstin. Lib. IV. pag. 108. Κρήτης ἑκατομπτολιέθρου. cnf. Toup. Emend. in Suid. T. II. pag. 549. Centum a poeta Romæ tributæ portæ, ad immensam magnitudinem designandam; nam Plinio teste Lib. III. §. 9. portæ tantum XXXVII. Romæ erant. Ob innumerabilem copiam figurarum sculptarum, dicta est Columna Antonina, Columna Centenaria. vid. Winkelmann, Storia delle Arti, T. III. pag. 350. Fea. Sic etiam *turris Centenaria*, Constantinopolis erat, dicta ob magnitudinem immensam. vid. Du Cange, Constantin. Christ. Lib. II. §. 4. pag. 31.

Πίονα] Centenis vicibus e prava pronuntiandi consuetudine, I vel EI, a librariis confusum. Idem valet de hoc loco, ubi pro πίονα, lapis exhibet πείονα. Hanc γραφὴν, Græci Lexicographi et Glossarum collectores maxime secuti sunt. In Glossis antiquis, invenies: εἰχὼρ, pro ἰχώρ. εἰθύνω, pro ἰθύνω. εἰλὺς, pro ἰλύς. εἴλη, pro ἴλη. εἰμὰς, pro ἱμάς. εἱμείρομαι pro ἱμείρομαι. vid. Salmas. In Hesychio, ἰλέοντο. ἐστρέφοντο, pro εἰλέοντο. Idem obtinet in Ἰλικρινές. Ἰλισάμενος. Ἰλιτενής. Ἰλύει. Ἰλούμενος, et quamplurimis aliis, quæ omitto. vide Schow, ad Hesych. p. 378. Contrarium vitium est in εἰθὺ, εἰθύοντα, εἰθύφαλλον, εἰλαδὸν, εἰλύος, εἰλὺ etc, quæ viri docti suis locis singula notarunt. In Æschyli Eumenid. 224. primus Porsonus emendavit:

> - - - - ἐκεῖνον οὔ τι μὴ λίπω ποτέ.

Cum in omnibus Edd. esset λείπω. Dolemus adhuc Viri doctissimi observationes in Æschylum desiderari, sine dubio tamen ad hanc emendationem inductus est Dawesii regula, qua Græci sermonis ratio exigit, ut voculæ οὐ μὴ vel cum futuro indicativo, vel cum Aoristo altero formæ subjunctivæ construantur. λείπω et λίπω, sæpius confusæ. In Euripid. Helen. 1501. notat Musgrave: ' metri gratia legendum λείπουσαι pro λιποῦσαι.' Ion. 572. ' πειθόμενος, legendum πιθόμενος.' Plura exempla, ubi male ει pro ι exaratum, quærentibus dabunt Schütz ad Æschyl. Agamemn. 967. D'Orville ad Charit. p. 27. et Luzac in Exercitatt. Acad. T. I. p. 102. — A Doriensibus præcipue ι in Diphthongum ει resolvi, docent Monumenta Peloponnesia a Paciaudio edita. Ibi T. I. p. 10. Νεικηφόρος. p. 17. Ἐλπινείκη. p. 89. Νεικοκράτης. p. 102. Τείμαρχος. T. III. p. 94. Τειμοκράτης. p. 134. πολείτης. In Sponii Miscellaneis p. 334. τείμησεν, pro τίμησεν. p. 339. πολείτης, pro πολίτης. Cnf. Gruter Inscriptt. p. 769. 4. Falconer. Inscriptt. Athlet. p. 52. Marmor. Oxon. Index, in I. et EI. In Epigrammate edito a Quirino, in Corcyræ primordiis cap. XXII. legitur: παρὰ θεῖν᾽ ἁλὸς ἠνεμόεσσαν, pro θῖν᾽ Sic quoque in alio Epigrammate, Romæ in Cælimontanis Matthæiorum hortis exstante, edito ab Ignatio Raponio, in Epistola ad Thom. Chandlerum. (Velitris 1788.) invenies pag. 18. νεικήσας πάντας. Ubi reponendum νικήσας. In Hesychio legitur: Εὐστειβὴς, καλῶς πεπατημένον, τετριμμένον. Corrige: Εὐστιβὲς. In Callimachi Fragmento ap. Polluc. Lib. X. c. 24. (Fragm. Bentleiana. n. CCXXXIII. T. I. p. 525. Ern.) εἶπος, pro ἶπος, *mustricula* est. Sic quoque in Glossis antiquis: *Frænum*, εἰπωτήριον λινοῦ. εἰπωτήριον vero est pro ἰπωτήριον. Nam ἰποῦν est premere. vid. Aristoph. Equit. 124. Æschyl. Prometh. 365. et Toup. in Suid. T. III. pag. 563. Multa præterea hic ex Inscriptionibus antiquis huc pertinentia notare possum, in quibus passim sculptorum incuria, ει pro ι exaratum est, iis maxime in syllabis, quæ Iota longum habent, quod pravam hanc orthographiam jam antiquis temporibus invaluissse ostendit. Nonnulla jam protulit Visconti ad h. l. cnf. Marmora Doniana, IV. 67. Mus. Veronens. pag. 63. Corsin. Fast. Attic. Tom. II. p. 142. Biagi, Monum. Græc. Latin. ex Mus. Nanian. p. 43. Præcipue vero Francisci Piranesii Monumenti degli Scipioni. (1785.) pag. 10 sq. Obiter tamen moneam nihil apud Romanos quoque in vetustis lapidibus frequentius esse. In Inscriptionibus enim Augusteum ævum subolentibus, frequentissime invenies EI pro longo I positum. Sic apud Gruterum. pag. 500. *Scriptei, usei, fructeive sunt*, pro scripti, usi, fructive sunt. Nec sub Augusto tantum, sed sub proxime sequentium Imperatorum principatu, hanc diphthongum EI in usu fuisse, indicat Inscriptio apud Gruter. pag. 99. 1. et Gualtherium in Tabb. Bruttior. p. 78. quæ ad Trajani tempora pertinet. Vide præterea Cenotaphia Pisana, ubi innumera exempla. In Oderici Inscriptt. p. 329. occurrit: *Deana, dolea, dabet*, vitiosissimi scribendi genere. Vide egregie hac de re disputantem, auctorem libri inscripti: I Marmi Riccardiani difesi dalle censure dell' Marchese Scipione Maffei, p. 288. sq.

Vicinæ suburbanæ Romæ centum portas habentis,
Uberem, agite, hunc, o deæ, honoretis locum,
Pagum Cerealis hospitalem Triopæ,
Ut, et Triopeæ inter immortales dicamini.

[3] θεᾶς A.
[4] ΕΝΑΘΑΝΑΤΟΙϹΑΛΕΓΗϹΘΟΝ L. ἐν ἀθανάτοισ᾽ ἀνέγησθο A. ἐν ἀθανάτοισι λέγεισθον ex corr. C. S.

Δῆμον Δηώοιο φιλόξεινον Τριόπαο] Attici vicos terræ suæ quamvis parvulos vocabant δήμους. Jam Homerus sic vocem usurpavit. vid. Iliad. ε΄. 710. π΄. 435. 514. 673. 683. Hymn. in Dian. 4. (T. V. p. 101. Ern.) Auctor carminis totum illud territorium sive fundum, et quidquid muro incluserat, et Adrasteæ et Minervæ dedicaverat Herodes, Triopæ δῆμον appellare videtur. Salmasius, magna eruditione prorsus novum, sed vix cuiquam probandum sensum hujus loci excogitavit. Correxit, quæ visum est corrigere, mutavit, quæ sibi adversari putavit, interpretatus est denique totum locum dure et contra verborum indolem. Felicius res successisse videtur Viscontio, qui Triopium a Triopa, Phorbantis et Eubœæ filio (vid. Pausan. Corinth. c. 16. p. 112.), qui inter Argivorum reges septimo loco ponitur, dictum putat. Omnia quidem a docto Italo facta sunt, quæ huic sententiæ aliquam veritatis speciem conciliare possunt, at, qui ad omnem totius carminis nexum adverterint, probabunt nobiscum, Triopium sine dubio appellatum esse a Triopa, Erisichthonis patre, diis consecratum, τεμένει instructum et sepulcro etiam familiæ destinatum. Epitheton Δηῷος nunc optime ad Triopam referri potest. Triopas enim teste Diodoro Sic. Lib. V. p. 379. et Hygin. Astronom. II. 14. diruit templum et sacrum Cereris lucum.

Ἀλέγησθον] Sic legitur in lapide monente Viscont. ultima litera deleta. Idem valet de ultimis literis lineæ 9. 25. 32. 34. et 38. Salmasius in apographo suo invenit ἀλέγησθο, Arcudius vero, ἀνέγησθο. Brun-

[1]Ὡς δ' ὅτε καὶ Ῥαμνοῦντα καὶ εὐρυχόρους ἐς Ἀθήνας
Ἤλθετε, δώματα πατρὸς ἐριγδούποιο λιποῦσαι,
Ὣς τήνδε ῥώεσθε πολυστάφυλον κατ' ἀλωὴν,
Λήϊά τε σταχύων, καὶ δένδρεα βοτρυόεντα,
Λειμώνων τε κόμας [2]ἁπαλοτρεφέων ἐφέπουσαι.
Υ̓́μμι γὰρ Ἡρώδης ἱερὴν ἀνὰ γαῖαν ἔηκε,
[3]Τὴν ὅσσην περὶ τεῖχος εὔτροχον ἐστεφάνωται,

[1] ΩCOTE L. [2] πολυστάφιλον C. S. M.

kius, Hœschelium secutus, qui in literis ad Meursium datis (Ep. CVI. Gud.) brevissimis, at optimis monumentum nostrum exstruxit notulis, dedit ἀλέγησθον. Visconti, Casauboni et Salmasii emendationem λέγησθον præferens, faciliorem quidem lectionem profert, quæ tamen non a manu poetæ est. Non reprehendisset optimam lectionem, si memoria tenuisset Pindari locum, Olymp. II. 143.

Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν τοῖσιν ἀλέγονται.

i. e. καταλέγονται.

Ὡς δ' ὅτε καὶ Ῥαμνοῦντα - - - πολυστάφυλον κατ' ἀλωὴν] Lapis lectionem exhibet ὡς ὅτε, et ex ingenio addidit Visconti δ'. Ὡς refertur ad ὧς, quod est v. 9. pro οὕτως. *Quomodo venistis ita properate.* Sic sæpius hæc dicendi ratio in Homero occurrit. vid. Iliad. β'. 147. γ'. 33. δ'. 422. 432. ε'. 597. 902. etc. Sensus ergo est hic. Precatur poeta noster deas, ut eodem studio, eodem affectu ad agrum et templum ab Herode consecratum accedant, quo Rhamnuntem et Athenas dilectissima sibi loca solebant invisere, cœlo relicto; atque ut festinanter incedant per vineas et segetes, sylvasque et prata lustrent. — δώματα πατρὸς ἐριγδούποιο λιποῦσαι. Non minori suavitate Sappho in fragmento ex Ithyphallis apud Hephæst. p. 57.

Δεῦρο δεῦτε Μοῖσαι, χρύσεον λιποῖσαι

(δόμον.) Et in Hymno ad Venerem, apud Dionys. Halicarn. p. 47. ed. Upton.

- - - - - - πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα
χρύσεον ἦλθες.

Alcman, etiam de Venere, apud Strabon. Lib. VIII. pag. 524. et hinc apud Eustath. ad Iliad. ϛ'. T. I. pag. 305.

Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα καὶ Πάφον περιῤῥύταν.

Eleganter quoque hanc sententiam expressit poeta incertus, Cinna ni fallor, apud Charisium Lib. IV. pag. 386.

"Luna, deum quæ sola vides perjuria vulgi,
Seu Cretæa magis, seu tu Dictynna vocaris,
Huc descende."

Verbum ῥώεσθαι, *festinanter, cum studio, properare* indigitat, σπουδαίως κινεῖσθαι, ut Grammatici exponunt. Homer. Iliad. λ'. 49.

- - - - πρυλέες σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες
Ῥώοντ'.

Iliad. π'. 164.

- - - - Μυρμιδόνων ἡγήτορες, - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - -
Ῥώοντ'.

Cnf. Iliad. σ'. 411. 417. ψ. 367. Simmias in Ovo, in Analect. Brunk. T. I. p. 208. Ταὶ δὲ ἀμβρότᾳ πόθῳ φίλας ματρὸς ῥώοντ' αἶψα μεθ' ἱμερόεντα μαζόν. Callimachus, Hymn. in Dian. 215. ποδοῤῥώην Ἀταλάντην, *pedibus velocem Atalantam* dixit. Apollonius Rhod. in pulcherrimo de Nereidibus loco, Lib. IV. 910.

Ὑψοῦ ἐπ' αὐτάων σπιλάδων καὶ κύματος ἀγῆς
Ῥώοντ' ἔνθα καὶ ἔνθα - - - - -

discurrebant huc, illuc. Hæc ex Homeri Iliad. ω'. 615. sumpsit Apollonius, ubi poeta de Sipylo loquens, ait:

- - - - - - ὅθι φασὶ θεάων ἔμμεναι εὐνὰς
Νυμφάων, αἵτ' ἀμφ' Ἀχελώϊον ἐῤῥώσαντο. κλπ.

Pro πολυστάφυλον, quæ scriptura est lapidis, Casaubonus, Salmasius et Maittaire habent: πολυστάφιλον. vid. Var. Lect. Æolice quidem ι pro υ ponitur, vid. Gregor. de Dialect. p. 293. Horum apud Etymol. M. pag. 771. Eustath. ad Iliad. ε'. p. 536. Athen. Lib. III. pag. 24. et Mœrin v. βιβλία: at conservanda lapidis lectio. — πολυστάφυλον Ἄρνην Homerus dixit Iliad. β'. 507. idem vineam admodum gravatam uvis, vocat σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν. Iliad. σ'. 581. Miro modo Itali, qui vites colunt, dicti sunt ἀνέρες πολυστάφυλοι ab Heliodoro poeta, qui de spectaculis scripsit, apud Stobæum Tit. C. pag. 421. Grot. Cæterum vide eruditam de voce σταφυλὴ disputationem Cratetis Grammatici apud Athenæum Lib. XIV. pag. 653. — Memoranda etiam Eichstædtii emendatio, qui existimat versum 7. ita scribendum esse:

Quo modo vero, quum et Rhamnuntem et amplas Athenas
Venistis, ædibus Patris grandisoni relictis,
Ita hanc properate uvis abundantem ad vineam;
Et campos segetum, et arbores racemosas,
Pratorumque comas teneras herbas alentium consectantes.
Vobis enim sacram Herodes terram dicavit,
Tantam quanta muro circumcurrente sæpta est,

[3] Τὴν - - - ἐστεφάνωται om. C.

Ὡς γῆν τήνδε ῥύεσθε πολυστάφυλον κατ' ἀλωήν.

parum circumspecte. Nam bene Græcam et elegantem esse vulgatam loquendi formulam e pluribus locis probari potest. Deinde etiam ordo verborum qui optimus erat turbatur, nam γῆν et ἀλωὴν, minime conjungere poteris.

Δένδρεα βοτρυόεντα] Δένδρεα pro vitibus racemis refertis accipi possunt, nam et vites vocabant arbores, præsertim quando vitis non colitur humilis. Horat. Od. Lib. I. 18.

"Nullam Vare sacra vite prius severis arborem."

Alcæus Lyricus, unde accepit, dixerat ap. Eustath. ad Iliad. σ'. pag. 1163.

Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρον ἀμπέλω.

Quia vero jam versu superiore vites nominatæ sunt, dicendo πολυστάφυλον κατ' ἀλωὴν, nam ἀλωὴ est ἀμπελόφυτος γῆ, hinc δένδρεα sunt arbores, quæ vites adscendentes sustinent, quibus maritantur vites. Virgilius Eclog. II. 70. "frondosa vitis in ulmo est." Reposianus, in Anthologia Latina, T. I. p. 682. "nunc lucos vitis inumbrat." Ibycus apud Athenæum Lib. XIII. p. 601. B.

Αἵτ' οἰνανθίδες αὐξόμεναι
σκιεροῖσιν ὑφ' ἔρνεσιν οἰναρέοις
θαλέουσιν —

Theocritus, de loco consecrato, Epigramm. IV. 5. ed. Wart.

- - - - - - - ἀέναον δὲ
ῥεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων πάντοσε τηλεθάει
Δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ·
ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι
Ἄμπελος - - - - - -

Hoc genus Græci ἀναδενδράδας vocant. v. Hesych. h. v. Hinc et ficus arbor, *soror vitis* dicta ab Hipponacte apud Athenæum Lib. III. p. 78. C. quia adjunctas tenet vites, et sic locus intelligendus.

Συκῆν μέλαιναν, ἀμπέλου κασιγνήτην.

Λειμώνων τε κόμας] Λειμὼν de loco florido poeta noster adhibuisse videtur. Sic certe Thom. Mag. vocem reddit: Λειμὼν — τόπος δίυγρος, ἀνθηρὰν πόαν ἔχων. et Hesych: λειμὼν — ἀνθηρὸς τόπος. Perparum distant voces χῶρος, λειμὼν, ἀγρὸς ἀνθοφόρος, et alia. In Demarateis apud Athenæum Lib. XV. pag. 685. B. legitur:

- - - - - - ἁπαλὰς ἀσπαλάθους πατῶντας
ἐν λειμῶνι λωτοφόρῳ.

κόμας. Legitur apud Eustathium ad Iliad. β'. p. 233. Κόμας δὲ λέγειν δένδρων τὰ φύλλα, ὅθεν καὶ κομήτης λειμὼν παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ, καὶ κομᾷν, καὶ ἐν τούτοις θάλλειν. Eustathii observatio pertinere videtur ad Euripid. Hippolyt. 210.

- - - - - ἔν τε κομήτῃ
λειμῶνι κλιθεῖσ' ἀναπαυσαίμαν;

ubi vid. Schol. κομήτης est in Euripid. Iphig. Aul. v. 1296. λειμὼν ἄνθεσι θάλλων. Thomas Mag. cujus verba in notis dedere VV DD. pag. 528. 541. Κομᾷ — καὶ τόπος, ἤγουν φυτὰ ἔχει. Etymologicum Gudianum ineditum: Κομᾷν — θάλλειν. Ὄρος κεκομημένον ὕλῃ dixit Callimachus H. in Dian. v. 41. et H. in Del. 262. Palmites uvis coronati, κομόωντες μελαίνῃσι σταφυλῇσι, dicti sunt in verbis ex antiquis hymnis petitis a Cratete Grammatico, apud Athenæum, Lib. XIV. pag. 653. cnf. Casaub. pag. 930. Indus fluvius ob arundines ad ripas crescentes, κομήτης dictus a Phœnice Colophonio in Iambis, apud Athen. Lib. XII. p. 530. F.

- - - - - - -, ἢ ἀπὸ τῶν ἄνω λιμνῶν
Ἰνδὸς κομήτης - - - -

Ubi interpres: *Indus capillatus*, cum debuisset *Indus Arundifer*, aut *arundinosus*.

Ἱερὴν ἀνὰ γαῖαν ἔηκε] — ἀνέηκε, ab ἀνίημι scilicet, *consecravit*. vide Salmas. et docte, ut solet, vocem illustrantem Spanh. ad Callimach. T. II. pag. 783.

Τὴν - - - ἐστεφάνωται] Desideratur hic versus in Casauboniana editione, quem postea Salmasio submisit Bongarsius, et non parum facit ad totius inscriptionis interpretationem. Discimus enim non omnem possessionem suam, sed partem tantummodo, qua monumentum seu templum construxit, ab Herode consecra-

᾿Ανδράσιν [1] ὀψιγόνοισιν ἀκινήτην καὶ ἄσυλον
῎Εμμεναι. ἡ δ' [2] ἐπεί οἱ ἐξ ἀθανάτοιο καρήνου
Σμερδαλέον [3] σείσασα λόφον κατένευσεν ᾿Αθήνη,
[4] Μή τῳ [5] νήποινον βῶλον μιαν ἢ ἕνα λᾶαν
᾿Οχλίσσαι, ἐπεὶ οὐ Μοιρέων [6] ἀτρεῖες ἀνάγκαι
῞Ος κε θεῶν ἑδέεσσιν ἀλιτροσύνην [7] ἀναθείη.

[1] ὀψυγόνοισιν C. S. A. M. [2] ΕΠΙΟΙ L. [3] οἴσασα A. σεισασα C. M. [4] Μήτοι A. [5] νοίποινον C.

tam esse. Ejusmodi autem loca sacra sæpta, Græci vocant ἕρκη et περιβόλους. vide Salmas. Pollux, Lib. VIII. 15. οἱ δὲ ἀνειμένοι θεοῖς τόποι, ἄλση τε καὶ ἕρκη καὶ ὁ περὶ αὐτὰ κύκλος περίβολος. Quia vero ejusmodi περίβολοι sacri lucos et hortos et vineas concludebant, factum est, ut totum conseptum περίβολον dictum. Cnf. Chæremonis Tragici fragment. ap. Athen. Lib. II. pag. 42. et Ælian. Var. Hist. Lib. XIII. 16.

῾Η δ' ἐπεί οἱ —] Quia sæpius ι pro ει, et ει pro ι sculptoris incuria nostra Inscriptione positum occurrit, Visconti hoc loco pro ἐπὶ, legendum existimat ἐπεὶ, attulitque similes locos ex Homero, in quibus ἐπεὶ repetitum est. Sic Iliad. α'. 112.

- - - - ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν
οἴκοι ἔχειν, καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα,
Κουριδίης ἀλόχου, ἐπεὶ οὔ ἕθεν ἐστὶ χερείων.

et v. 153.

- - - - - ἐπεὶ οὔτι μοι αἴτιοί εἰσιν.
Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν οὐδὲ μὲν ἵππους,
Οὐδέ ποτ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι βωτιανείρῃ
Καρπὸν ἐδηλήσαντ' ἐπειὴ μαλὰ πολλὰ μεταξὺ
Οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα.

Neque tamen necessaria viri docti emendatio. Σίειν, Anacreon dixit, Od. XXII. 4.

Θαλερὰν σίει δὲ χαίταν
μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ.

Idem in Etymol. M. voce Σῖτος.

Θρηϊκίην σίοντα χαίτην.

Alcæus apud Strabon. Lib. XIV. p. 976. E. et Eustath. ad Iliad. β. pag. 367.

Λόφον τε σείων Καρικόν.

Sotades ap. Hermogenem περὶ ᾿Ιδεῶν. p. m. 317.

Σείων μελίην Πηλίαδα δεξιὸν κατ' ὦμον.

Sic enim Sotadis locus restituendus. Male erat πιλειάδα. In Glossis quoque Græco Latin. Σείω, *moveo, libro, vibro.*

Βῶλον μίαν ἢ ἕνα λᾶαν] Solemnia hæc verba in monumentorum consecratione *Ne quis inde lapidem moveret, cespitem velleret.* vid. Salmas. Apte laudat Visconti, Antiphili Byzantini locum, Anal. Brunk. T. II. p. 170.

Μηδέ τις ἡμετέρου μάρψῃ χερὶ μαργὸς ὁδίτης
ἀνθέματος· συλᾶν ἀσφαλὲς οὐδ' ὀλίγα.

βῶλος et λᾶας aut λίθος conjunguntur nonnunquam. Hegemon Thasius, in Parodia ap. Athen. Lib. XV. p. 698. D. ex emendatione Jacobsii, Animadv. Critic. pag. 111.

᾿Ες δὲ Θάσον μ' ἐλθόντα μέγα κράζοντες ἔβαλλον,
Βώλοις ἠδὲ λίθοισι, καὶ ὧδέ τις εἶπε παραστάς.

ὀχλίζειν, Hesych. reddit: κινεῖν, μοχλεύειν. Sic et Photius in Lex. MS. vid. Nicandr. Alexiph. 226. 453. Auctor incertus Λέσβου κτίσεως, forsan Apollonius Rhodius, apud Parthenium, pag. 54. edit. Le Grand:

Παρθενικὴ κληῖδας ὑποχλίσσασα πυλάων.

Μοιρέων ἀτρεῖες ἀνάγκαι] Variis modis viri eruditi hunc locum aggressi sunt. Salmasius, ἀτρεῖες pro ἀτρῆες positum esse censet, ει male scripto pro η. ἀτρεὺς, a qua voce deduxit, idem est ac ἄτρεστος, *formidabilis.* Euphorion ap. Hermogenem pag. 135.

- - - - καὶ ἀτρέα δῆμον ᾿Αθηνῶν.

Simili forma, εὐκλεᾶ Μοῖραν, Julius dixit in Carmine ad Bacchum, ap. I. Stobæum Tit. CXXI. p. 495. Grot. Aliam viam Visconti, qui Salmasio minime assentitur, iniit. ἀτρεῖες formam plur. esse putat ab ἀτρεὴς, positam pro ἀτρέεες aut ἀτρεεῖς, et poetice contractam: quomodo in Homero εὐκλεῖας et εὐκλείας, (Iliad. κ'. 281. Od. φ'. 381.) pro εὐκλεεῖς. Etymolog. M. pag. 391. Εὐκλεῖας ἀντὶ τοῦ εὐκλεεῖς - - - - εὐκλεὴς καὶ ἡ αἰτιατικὴ τῶν πληθυντικῶν τοὺς εὐκλέεας καὶ κατὰ συναίρεσιν, εὐκλειας. Schol. Venet. ad Iliad. κ'. 281. pag. 254. ᾿Ιακὸν τὸ συστέλλειν, εὐκλεῖας καὶ δυσκλεῖας (male Villois. δυσκλεα). Οἱ δὲ ᾿Αττικοὶ ἐκτείνουσι τὰ τοιαῦτα. εὐκλεῖας προπερισπαστέον. ἐκ γὰρ τοῦ εὐκλέας ἐγένετο κατ' ἐπένθεσιν τοῦ ι - - - - - οἱ δὲ ἐκτείναντες ἄνευ λόγου ἐκτείνουσι. Vocem porro formatam putat ab antiquo et inusitato verbo τρέω, quomodo ἀδεὴς a verbo δέω occurrit. Vir doctus in Ephemerid. Gottingens. Ann. 1795. n. 180. pag. 1805. adversus Viscontii opinionem quædam monuit, facilioremque proposuit explicationem; dicit enim formam fuisse εὐκλὴς, sic etiam ἀτρὴς, — έος, — έες et ἀτρεῖες. Eichstædt, l. l. pag. 487. ἀτρεῖες idem ac ἀτρῆες esse affirmat, quæ lectio est a Salmasio et Brunkio vulgata. Bene sensum verbi explicuit Visconti, monuitque idem esse ac ἄφοβος, in Parmenionis Macedonii Epigrammate, Brunk. Analect. T. II. pag. 202. VIII.

Hominibus posteris immobilem, atque inviolabilem
Futuram. Quoniam vero ipsi immortali capite
Horribilem quatiens cristam annuit Minerva,
Ne cui liceat impune glebam unam, vel unum lapidem
Movere, namque Parcarum haud spernendæ necessitates,
Si quis deorum delubris injuriam intulerit.

[6] ἀτρεῖς C. S. ἀτρείσσαν A. ἄτερ εἶσιν ex conj. C. ἀτρῆες ex conj. S. quod sequitur B. ε superscriptum vidit H.
[7] ΑΝΑΘΗΗ L. ἀναδήη C. S. A. M. ἀναθείη ex corr. S. quem secutus B.

- - - - Μοῖρα νηπιάχοις ἄφοβον.

᾿Ανάγκαι, minime sunt *necessitates*, quomodo Interpp. credidere, sed *ærumnæ* et *afflictiones.* vid. Æschyl. Pers. 588. Hymn. Orphic. I. 9. XXVII. 9. LXVIII. 6. Diodor. Sicul. T. I. Lib. III. p. 183. et Lib. IV. p. 287. ubi vid. Wessel.

῞Ος κε θεῶν ἑδέεσσιν ἀλιτροσύνην ἀναθείη] Æschyl. Pers. 404. Porson.

- - - - - ἐλευθεροῦτε δὲ
Παῖδας, γυναῖκας, θεῶν τε πατρῴων ἕδη,
Θήκας τε προγόνων.

Sophocl. Œd. Tyr. 885.

- - - - - οὐδὲ
δαιμόνων ἕδη σέβων.

Lycophron, Alexandra, 707.

῾Ορκωμότους ἔτευξεν ἀφθίτοις ἕδη.

Lycurgus, in Leocrat. pag. 157. Κρίνω προδόντα αὐτὸν, καὶ τοὺς νεὼς, καὶ τὰ ἕδη, καὶ τὰ τεμένη. Philo, T. II. pag. 314. ἐπιφοιτᾷν καὶ ἐνδιατρίβειν τοῖς ἕδεσιν. Ubi minime necessarium Mangeii additamentum ἱεροῖς. vide Photium, Biblioth. pag. 1069. Latinos etiam *sedes* pro templis dicere, exemplis ostendunt, Drakenb. ad Sil. Italic. Lib. XII. 48. et Burmann ad Ovid. Met. Lib. X. 229. Non minus frequenter ἕδος pro statua aut simulacro ponitur, vide infra ad II. 2. — ἀναθείη. Sic legendum esse erudite ostendit Visconti. Male in lapide ΑΝΑΘΗΗ. η enim pro ει sæpissime librariorum sculptorumque incuria. In lapidibus antiquis apud Caylusium, Recueil des Antiquités, T. II. Pl. LIX. l. 6. ΑΝΔΡΗΑΝ pro ΑΝΔΡΕΙΑΝ. In omnibus ab Alpheo artifice sculptis gemmis invenitur ΑΛΦΗΟΣ pro ΑΛΦΕΙΟΣ. In nummis quoque non raro ΚΑΒΗΡΩΝ legitur pro ΚΑΒΕΙΡΩΝ. Vide quæ supra monui. Litera η pro ι sæpius in antiquorum scriptis occurrit. Pauca a nobis observata addemus. Laudatur ab Athenæo Lib. XIV. pag. 636. D. lacunosum initium Cantici in Dianam corruptissime tali modo: ῎Αρτεμι σοί μέ τι φρὴν ἐφ' ἡμερον ὕμνον ἱένδι τε, ὅθεν ᾇδέ τις ἀλλὰ χρυσοφανία κρέμβαλα χαλκοπάραα χερσὶν - - - - - Locus in fine mutilus, ita forte emendandus et explendus: ῎Αρτεμί σοί μ' ἔστι φρὴν ἐφίμερον ὕμνον ἱέναι, ἕως ἀλλά τις, χρυσοφαέα κρέμβαλα χαλκοπάραα χερσὶν ἔχουσα, ἰάχει. Sic probabili restituisse mihi videor locum conjectura, quanquam scio, satius esse in tam corruptis fragmentis nihil tentare, quam frustra hariolari. — ἐφίμερος ὕμνος, est *carmen amabile.* Theocrit. Id. I. 62. τὸν ἐφίμερον ὕμνον ἀείσῃς. Ubi jure rejicienda Heinsii et Valkenaerii emendatio. τὸν ἐφ' ἱμερᾷ ὕμνον ἀείσῃς. Hesiodus aut Theognis apud Athenæum, Lib. VII. pag. 310. A.

Εἴτ' εἴη σ' ᾿Ακάδημε, ἐφίμερον ὕμνον ἀείδειν
ἆθλον δ' ἐν μέσσῳ παῖς καλὸς ἄνθος ἔχων.

Apollonius Rhod. Lib. IV. 1399.

- - - - ἀμφὶ δὲ Νύμφαι
῾Εσπερίδες ποίπνυον ἐφίμερον ἀείδουσαι.

Alcman apud Hephæst. p. 22.

- - - - ἐπὶ δ' ἱμερὸν
ὕμνον καὶ χαρίεντα τίθει χορόν.

᾿Εφήμερος pro ἐφίμερος legebatur quoque in Sophocleis apud Stobæum Tit. LXIV. pag. 263. vid. Heath. Observat. in Tragic. pag. 96. et Brunk. in Sophocl. Fragm. T. II. pag. 11. ed. 4. ἱέναι, bene se habet, et de cantu optimorum poetarum auctoritate ponitur. Inscriptio antiqua, Athenis reperta ap. *Sponium*, Itin. T. II. pag. 249.

Κλῦτε περικτίονες, καὶ γείτονες ἀγροιῶται·
Ἱερὸς οὗτος ὁ [1] χῶρος, [2] ἀκίνητοι δὲ θέαιναι,

[1] χόρος C.

Κὰκ γλυκεροῦ στόματος ὄπα λειριόεσσαν
ἱεῖσα.

Simillimus Simonidis locus apud Athenæum. Lib. XIII. pag. 605. B.

Πορφυρέου ἀπὸ στόματος
Ἱεῖσα φωνὰν παρθένος.

Pro *cantare* adhibuit etiam Aristoph. Equit. 518. et Telestes in Hymenæo, Dithyrambo, ap. Athen. Lib. XIV. p. 637. A. ἄλλος δ' ἄλλαν κλαγγὰν ἱεὶς κερατόφωνον ἐρέθιζε μάγαδιν. — Pro ὅθεν ᾄδέ τις, scripsi ἕως ἀλλά τις. Duæ enim mulieres in sacris sæpius cantant. Cassius Hemina apud Nonium, pag. 118. " Mulier cantabat tibiis Phrygiis, et altera cymbalissabat." Plato Comicus apud Athenæum, Lib. XV. pag. 665. C.

Αὐλοὺς δ' ἔχουσά τις κορίσκη Καρικὸν μέλος τι
μελίζεται τοῖς συμπόταις. ἄλλην τρίγωνον
εἶδον
ἔχουσαν.

Sic Platonis locum optime emendatum reddidit Hermann, de Metris poetar. pag. 177. Ἰάχει, animi conjectura addidi, ponitur enim hoc verbum de strepitu *tympanistarum*. τυμπάνων ἰάκχοις Euripides dixit in Palamede ap. Strab. Lib. X. pag. 720. cnf. Æschyli locum ap. Schol. Venet. ad Iliad. ψ. 42. Pro *resonare*, qua significatione valde obvium, occurrit verbum in venustissimo Simonidis carmine, in quo Gallus, horrida tempestate sub rupem compulsus, leonem tympani sonitu in fugam compulisse narratur, quodque hic paulo emendatius proferam. Est in Anthologia Græca, edit. Jacobs. T. I. p. 79. n. CVI.

Χειμερίην νιφετοῖο κατήλυσιν ἡνίκ' ἀλύξας
Γάλλος ἐρημαίην ἤλυθ' ὑπὸ σπιλάδα.
ὑετὸν ἄρτι κόμης ἀπεμόρξατο, τοῦ δὲ κατ'
ἴχνος
Βουφάγος ἐς κοίλην ἀτραπὸν ἵκτο λέων.
αὐτὰρ ὅ, πεπταμένῃ μέγα τύμπανον ὡς
σχέθε χειρί,
ἤραξεν, καναχῇ δ' ἴαχεν ἄντρον ἅπαν.
οὐδ' ἔτλη Κυβέλης ἱερὸν βρόμον ὑλονόμος θὴρ
μεῖναι, ἀν' ὑλῆεν δ' ὦκυς ἔθυνεν ὄρος,
δείσας ἡμιγύναικα θεῆς λάτριν, ὃς τάδε Ῥείῃ
ἔνδυτα καὶ ξανθοὺς ἐκρέμασε πλοκάμους.

Edidisse me puto sic recte. In v. 5. Brunk habet ἔσχεθε, quæ est Toupii emendatio. v. Emendat. in Suid. T. III. pag. 88. cnf. Jacobs Animadv. T. I. P. I. p. 271. male ni fallor. Leo enim tympanum non pulsavit, sed Gallus. ἰάχει, *resonat*. Memorabilis est Pindari locus apud Herodianum in Diatrib. II. Anecdot. Villois. pag. 95. ἰάχει βαρύφθεγκτ' ἄν' ἀγέλαι λεόντων. Hæc tam corrupta sunt, ut nihil intelligas. Scribe me auctore:

Ἰάχει βαρυφθεγκτᾶν ἀγέλαι λεόντων.

Librarii non intelligebant Schema Pindaricum, ut vocatur. Cnf. Hermann, Comment. de metris Pindaricis pag. 248. Codicis Vatic. et Ailatii lectionem, probatam quoque Jacobsio, βρόμον, adhibui. Nam hoc verbum de vehemente et terribili strepitu dicitur. Locis a Jacobsio laudatis adde Homer. hymn. XI. 3. Aristoph. Nub. 312. præcipue Archiam in Antholog. Lib. III. 1. pag. 321.

Σεῦ δὲ βοὰν αὐλοῖο βαρύβρομον οὐκ ἔτι
Νύμφαι
Ὡς πάρος, ἐν φρυγίοις οὔρεσι πευσόμεθα.

Et Lasum Hermionensem, in hymno ad Cererem apud Athen. Lib. XIV. pag. 625. e.

- - - - Αἰολίδα βαρύβρομον ἁρμονίαν.

Cæterum lectio Küsteri, et Apogr. Lips. νόμον, omnino gravissima auctoritate Telestis Selinuntii confirmari potest, qui verbum νόμον, de sonitu in sacris Cybeles, adhibuit, in præclaro loco apud Athenæum, Lib. XIV. pag. 626.

Πρῶτοι παρὰ κρατῆρας Ἑλλάνων ἐν αὐλοῖς
Συνοπαδοὶ Πέλοπος ματρὸς ὀρείας
Φρύγιον ἄεισαν νόμον —

Diogenes Tragicus, in Semele, apud eund. Lib. XIV. pag. 627.

Κλύω δὲ Λυδὰς Βακτρίας τε παρθένους
ποταμῷ παροίκους Ἅλυϊ, Τμωλίαν θεὸν,
Δαφνόσκιον κατ' ἄλσος Ἄρτεμιν σέβειν,
ὁλκοῖς κρεκούσας μάγαδιν, ἔνθα Περσικῷ
Νόμῳ ξυναυθεὶς αὐλὸς ὁμονοεῖ χοροῖς.

σέβειν Ἄρτεμιν, *venerari Dianam*, i. e. Cybelen. Pulcre Auctor Epitaphii, apud Bonadam, Inscriptt. T. II. pag. 369.

" Qui colitis Cybelen, et qui Phryga plangitis Attin
Dum vacat, et tacita Dindyma nocte silent,
Flete meos cineres!"

In toto denique Epigrammate interpunctionem ita disposui, ut sensus obscurus esse nequeat. — Addam quoque Castorionis Solensis carmen in Pana, quod e

Audite, accolæ, et vicini agricolæ,
Sacer hic locus, immobiles autem deæ,

[2] ἀκίνητοί τε B.

Clearcho servavit Athenæus, Lib. X. pag. 455. a., a librariis valde depravatum. Athenæi verba hæc sunt: Τὸ δὲ Καστορίωνος τοῦ Σολέως, ὥς ὁ Κλέαρχος φησὶν, εἰς τὸν Πᾶνα ποίημα τοιοῦτόν ἐστιν· τῶν ποδῶν, ἕκαστος ὅλοις ὀνόμασι περιειλημμένος ἔχει τοὺς πόδας, οἷον· Σὲ τὸν βολαῖς νιφοκτύποις δυσχείμερον ναίονθ' ὁδὸς θηρονόμε Πὰν χθόν' Ἀρκάδων, κλήσω γραφῇ τῇδε σοφῇ, πάγκλυτ' ἔπη συνθεὶς ἄναξ, δύσγνωστα μὴ σοφοῖς κλύειν, μουσοπόλε θὴρ κηροχίτωνος μείλιγμ' ἱείς, καὶ τὰ λοιπὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. τούτων δ' ἕκαστον τῶν ποδῶν, ὡς ἂν τῇ τάξει θῇς, τὸ αὐτὸν μέτρον ἀποδώσει οὕτως· σὲ τὸν βολαῖς δυσχείμερον, σὲ τὸν βολαῖς νιφοκτύποις. καὶ ὅτι τῶν ποδῶν ἕκαστός ἐστι δεκαγράμματος (lege ἑνδεκαγράμματος). Totum Athenæi locum non recte cepisse videtur magnus Casaubonus. Non plenum et perfectum est carmen, fateor, sed ejusmodi tamen, ut emendationes cuivis, non plane imperito, in mentem veniant. Carmen ita numeris suis restituam:

Σὲ τὸν βολαῖς νιφοκτύποις
δυσχείμερον ναίοντ' ὄρος
θηρονόμε Πὰν, χθόν' Ἀρκάδων
Κλείσω γραφῇ ἐνὶ τῇδε σοφῇ
Πάγκλειτ' ἔπη συνθεὶς ἄναξ
δύσγνωστα μὴ σοφοῖς κλύειν
μουσοπόλε θὴρ, χαριτότατον
μείλιγμ' ἱείς - - -

o Pan altor ferarum, qui nive tectum særaque hieme durum Arcadiæ montem habitas, te, hoc difficili scribendi genere, acute invento, celebrabo, versus præclaros, summe rex, componens, cognita difficiles *ignorantibus, o ferus Musarum socius, carmen suavissimum fundens.* Alio modo Casaubonus, Castorionis locum tractavit. ait enim: " Castorionis Solensis artificium, quo usus est, cum carmen in Panem componeret, est hujusmodi. Versus enim poematis sunt senarii iambici, quorum omnes pedes una pluribusve dictionibus integris finiuntur, unde evenit, ut transponi singuli pedes in varias sedes tuto possint, omnes enim pedes æque ἡγεμονικοὶ atque ἀκολουθητικοί. Pedes intellige iambicas dipodias. Exemplum esto in hisce versibus:

Σὲ τὸν βόλοις νιφοκτύποις δυσχείμερον
Ναίονθ' ὁδὸς θηρονόμε Πὰν χθόν' Ἀρκάδων,
Κλήσω γραφῇ, τῇδὶ σοφῇ, πάγκλυτ' ἔπη,
Συνθεὶς ἄναξ, δύσγνωστα μὴ σοφοῖς κλύειν.
Μουσοπόλε θὴρ κηροχίτωνος μείλιγμ' ἱείς."

Hæc Casaubonus. At ex Athenæo patet Castorionis versus Dimetros esse, singulari modo (γραφῇ σοφῇ) XI. literas in omni pede habentes. In secundo versu, vitio scriptum erat ὁδὸς, nec minus male in MSS. ὁδοί. Casaubonus legit, ναίονθ' ὅμως. Jos. Scaliger vero, pro ὁδὸς emendat, ἕδος. Durum præterea videtur Casaubono ναίειν. Nostra emendatio facillima est, sensumque dat optimum. ὄρος est hic Mænalus mons, qui Panos sedes, et δυσχείμερος, i. e. *duram hiemem habet*. Sic, Homerus, Iliad. β'. 750. περὶ Δωδώνην δυσχείμερον. cnf. Iliad. π'. 234. Æschylus, mare procellosum δυσχείμερον πέλαγος vocat, Prometh. 745. et Euripides in fragmento ex Cresphonte, ap. Strabon, Lib. VIII. pag. 366. (Musgr. T. III. pag. 557.) Messeniam terram frugiferam appellat, et:

οὔτ' ἐν πνοαῖσι χείματος δυσχείμερον.

Certo certior emendatio ὄρος pro ὁδός. Euripides, apud Dionys. Halicarn. de Struct. Orat. pag. 250. de Panos sede:

- - - - ὅστε πέτρον Ἀρκάδων δυσχείμερον
ἐπεμβατεύεις - - -

Poeta etiam ignotus apud Stob. Grot. pag. 117. Arcadiam, vocat:

- - - - γᾶν - - - -
πετροβάτα τε θεοῦ Πανὸς νομίοιο βρυάκτα.

Quomodo Castorion, ναίειν ὄρος dixit, ita Pindarus ναιετάων ὑπὸ ὄρος. Olymp. VI. 131.

- - - ὑπὸ Κυλλάνας ὄρος
Ἀγησία, μάτρωες ἄνδρες
ναιετάοντες.

conf. Ol. V. 40. Vs. 4—5. nonnulla mutavi, non violenter. μουσοπόλος, *socius, minister, Musarum*. Sic poetæ dicti μουσοπόλοι, a Teleste ap. Athen. Lib. XIV. p. 617. a. et οἰκία μουσοπόλων, memoratur a Sappho ap. Maxim. Tyr. VIII. pag. 96. Davis. In ultimo versu corrupte in omnibus libris legitur κηροχίτωνος. Vox κηροχίτων occurrit quidem in Antipatri Epigr. in Antholog. Gr. Lib. VI. pag. 561, cnf. Toup. Emend. in Suid. T. II. pag. 287. sed prorsus alio sensu. Viri docti verterunt: animalis, *cercam vestem induti*, sine sensu, sive sententiam sive metrum spectes. Casaubonus, non male χαριέστατον emendat. Non infeliciter tamen mihi χαριτότατον restituisse videor. Licet vero in exemplis corrupti scribendi generis jam copiosior fuerim, licet tamen duo ex Aristophane huc afferre, præsertim cum observavimus, nulli virorum doctorum, qui Aristophanea tractarunt,

Καὶ πολυτίμητοι, καὶ ὑποσχεῖν οὖας ἑτοῖμαι·
Μηδέ τις ἡμερίδων ὄρχους, [1]ἠὲν [2]ἄλσεα [3]δενδρέων,

[1] ἢ ἐν C. B. M. [2] ἐνάλσεα S. ἐς ἄλσεα ex corr. C.

quantum scimus, nostras emendationes in mentem venisse. In fragmento ex Aristophanis Comœdia Δαιταλεῖς inscripta, legitur (Brunk. T. III. p. 236.)

Ἡμῶν ἴσως οὐ καταπληγήσῃ τῷ χρόνῳ.
Τὸ καταπληγήσῃ τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων.

Hæc sensu carent. Scribe:

A. Ἦ μὴν ἴσως σὺ καταπλαγήσει τῷ χρόνῳ.
B. Τὸ καταπλαγήσει τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων.
A. *Profecto tu æque tempore perterreberis.*
B. *Hoc perterreberis, a Rhetoribus est.*

Compara quæso, Nub. 862.

Ἦ μὴν σὺ τούτοις τῷ χρόνῳ ποτ' ἀχθέσει.

ubi vid. Hermann. Ibid. 1244.

Ἦ μὴν σὺ τούτων τῷ χρόνῳ δώσεις δίκην.

Male erat in Aristophanis senariis: καταπληγήσῃ. Sed jam Brunkius emendavit καταπλαγήσει. Gravissimo errore ει pro ι restat in Aristoph. Equit. 569.

Κοὐδεὶς οὐδεπώποτ' αὐτῶν τοὺς ἐναντίους ἰδὼν
ἠρίθμησεν - - -

Equidem si apud Aristophanem, in Trochæo, spondeus in impari sede invenitur, non dubium est, quin versus corruptus sit. Brunk. ad Lysistr. 654. et Addend. T. III. p. 186. Credidi versum ita emendandum esse:

Κοὔτις οὐδεπώποτ' α. τ. ἐ. ἰ.

Sed in Ravenate libro legitur:

Οὐ γὰρ οὐδεὶς πώποτ' α. τ. ἐ. ἰ.

quæ vera lectio Hermanno videtur de Metr. p. 117. Cæterum hic locus, alium errorem librarii, eadem fabula a me observatum, in memoriam mihi revocat. Est v. 1230.

Οὐ δῆτ', ἐπεί μοι χρησμός ἐστι Πυθικὸς
Φράζων ὑφ' οὗ με δεῖ ποθ' ἡττᾶσθαι μόνου.

Sic summus Brunkius ex ingenio edidit, reprehensus eam ob causam ab Invernizzio, qui versum secundum ita profert:

Φράζων, ὑφ' οὗ δεήσει μ' ἡττᾶσθαι μόνου.

Et in notis hæc monet: 'Ita libri omnes veteres atque impressi, optime fluente versu. Brunkius vero pro arbitrio suo numerorum restituendorum causa præter necessitatem, et contra librorum omnium auctoritatem, ita ex ingenio versum esse edendum existimavit: φράζων κ. τ. λ. Si versus hujusmodi emendandi essent, poetæ omnes profecto magna in parte essent labefactandi.' Ego puto Spondeum quarto loco relictum, tollendum, et ita versum scribendum esse:

Φράζων, ὑφ' οὗ δέησέ (pro ἐδέησε) μ' ἡττᾶσθαι μόνου.

Sed desinamus, nam etiam in his modus est tenendus. Maittaire, verba nostri poetae: ἐδέεσσιν θεῶν ἀλιτροσύνην ἀναθεῖναι, reddidit: *deorum fana violare.* At ἀνατιθέναι, est pro ἐπιτιθέναι. vid. Hesych. Suid. et Etym. M. cnf. Homer. Iliad. χ'. 100.

Ἱερὸς οὗτος ὁ χῶρος.] Inscriptio antiqua, Ithaca insula reperta, edita a Paciaudio, Monum. Peloponnes. T. I. p. 142.

Ἱερὸς ὁ χῶρος
τῆς Ἀρτέμιδος.

Callimach. hymn. in Jov. 13.

- - - . ἔνθεν ὁ χῶρος
Ἱερός.

Anyte Tegeatis, in Anthologia Græca, Lib. I. c. 28. ep. 6.

Κύπριδος οὗτος ὁ χῶρος.

Simili modo Polybius, in Excerptis Fulv. Ursini, XXXVI. pag. 317. Μιλησίοις δὲ τὴν Ἱερὰν χώραν ἀπεκατέστησαν. — χῶρος, i. q. τέμενος. vid. Schol. min. ad Hom. Od. θ'. 363. Hesychius: χῶρος, τόπος, ἀγρὸς, ἄνθρωπος. Sic a Musuro vitiose editum, nihil tamen senserunt Viri docti. In Codice Marciano, scriptura compendiaria legitur, ἀγρὸς, ἄνος. Forsan latet vox ἀνθοφόρος, *ager floribus pulcher, herbidus.* Florida terra, ut Petronius dixit in Antholog. Lat. Lib. VI. ep. 93. Certe χῶρος, pro *loco florido* et *herbido*, poetis non infrequens. vid. Homer. Il. ε'. 53. Laches ap. Athenæum, Lib. III. p. 73. f.

Ὡς δ' ὅτ' ἀέξηται σικυὸς δροσερῷ ἐνὶ χώρῳ.

Simili forsan modo positum in Archilochi Epigram. Anal. Brunk. T. I. pag. 44.

οὐ γάρ τι καλὸς χῶρος, οὐδ' ἐφίμερος
οὐδ' ἐρατὸς, οἷος ἀμφὶ Σίριος ῥοάς.

Siritarum regio ob fœcunditatem, et prata floribus pulcherrima, celebrata. Hesperidum hortus χῶρος dictus, ab Apollonio

Et valde honorabiles, et præbere aures paratæ.
Ne quis etiam vinearum ordines, aut nemora arborum,

[3] δένδρων omnes.

Rhod. Lib. IV. 1395, et Mimnermo ἐν Ναννοῖ ap. Athen. Lib. XI. p. 470. B. Sic et χώρα pro *horto* utitur. vid. Corinna ap. Apollon. Dyscol. pag. 58. — Confer cæterum simillimam nostro loco inscriptionem, in Marinii, Antiche Inscrizione delle Ville e de' palazzi Albani, pag. 64. — Apte Salmasius, Persii locum laudat. II. 17.

" Pueri, sacer est locus, extra
Meiite" - - -

Μηδέ τις - - - μακέλλᾳ] Hi versus tali in lapide leguntur:

ΜΗΔΕ ΤΙϹ ΗΜΕΡΙΔΩΝ ΟΡΧΟΥϹ ΗΕΝΑΛϹΕΑ ΔΕΝΔΡΕΩΝ
ΗΠΟΙΗΝ ΧΙΛΩΙ ΕΥΑΛΔΕΙ ΧΛΩΡΑ ΘΕΟΥϹΑΝ
ΔΜΟΗΝ ΚΥΑΝΕΟΥ ΑΙΔΟϹ ΡΕΞΕΙΕ ΜΑΚΕΛΛΑΝ.

Sollicitatur primum a Casaubono, ἢ ἐν, qui ἐν pro ἐς a lapidario positum esse existimat, idem deinde pro ῥήξεις scribendum putat πήξεις. Salmasius contra non mutavit lapidis lectionem. Etenim sciendum est, ἐν a Doriensibus præcipue nonnunquam pro εἰς positum esse, et quarto casui adjungi. Observatio est antiqui Grammatici, quam descripsit Gregorius de Dialectis, pag. 163. Τρέπουσιν (οἱ Κρῆτες) τῆς Ἐς προθέσεως τὸ ς εἰς τὸ ν; οἷον, ἐς χορὸν, ἐν χορὸν, ἐς τὴν ἀγορὰν, ἐν τὰν ἀγορὰν, λέγοντες. Pauca ibi dedit Koenius. Eustathius, in Od. Σ. pag. 659. 30. ἔθος, ait, Δωριεῦσιν, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ Πινδάρου φαίνεται, συντάσσειν, ἔστιν ὅτε, τὴν Ἐν πρόθεσιν μετὰ αἰτιατικῆς. Plurima talia in Pindaricis occurrunt. Sic Pyth. II. 157.

ἐν πάντα δὲ νόμον.

Pyth. IV. 459.

Ἔν ποτε Καλ-
λίσταν ἀπῴκησαν χρόνῳ
νᾶσον,

ubi Scholiastes: Χαῖρις βούλεται γράφειν, ἔν ποτε, ἀντὶ τοῦ ἄν ποτε, κατὰ τὴν Πινδάρου συνήθειαν.—Pyth. II. 21.

Ἐν θ' ἅρματα.

In Dithyrambo, Fragm. Pindari pag. 67. ed. Heyne.

Δεῦτ' ἐν χορόν.

Cæterum ἐν pro ἐς transiit e Sicilia in Italiam inferiorem, unde nonnunquam in Pythagoræorum scriptis invenitur. Diagoras Atheus, ap. Didymum de Trinitate, Lib. III. c. 1. αὐτοδαὴς ἐν ἀρετάν. Dius Pythagoricus, apud Stobæum Serm. LXIV. p. 408. Ὑμεῖς δὲ ἀριγνῶτες σωματικᾶς ἀδονᾶς, τέλος ποιούμενοι, καθάπερ κνώδαλα, τὸν κόρον τῶ πλατιασμῶ, οὐχ ὅτι χάριτος ἢ τιμᾶς, ἀλλὰ καὶ μέμψιος ποτὶ κολάσει δικαίως ἐστὲ ἄξιοι τυγχάνεν, διὰ τὰν αὐτᾶν ἀκολασίας ἐμβαλλόμενοι ῥύπον, ἐν ζωὰν ἐλευθέρων παίδων. Bene videmur Dium emendasse. Male erat initio ἃ ὀρίγνεσθ' ἀρωματικᾶς. Tentavit quidem nonnulla Gesnerus, sed longissime a veritate. At, quæ e Dorum scriptoribus adduxi exempla, vix aliquid hic probare possunt. ἠὲν particula hic est disjunctiva, sæpissime in optimis scriptoribus obvia. — ἡμερὶς est vitis hortensis, ab hominibus culta, ad differentiam τῆς ἀγριάδος, sylvestris. Homer. Od. ε'. 69. de vite expansa et circa speluncam adulta:

ἡ δ' αὐτοῦ τετάνυστο περὶ σπείους γλαφυροῖο
ἡμερὶς ἡβώωσα —

Critici antiqui apud Eustathium ad h. l. volunt, τὴν ἡμερίδα esse εἶδος λεπτοφλοίου δρυὸς, cujus fructus quoque dicatur σταφυλή. Ait: Ἐν δὲ ὑπομνήμασι παλαιοῖς τοῖς εἰς τὸ ξ'. τῆς Ἰλιάδος, εἶδος λεπτοφλοίου δρυὸς ἡ ἡμερὶς λέγεται, καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς σταφυλή. Ipse Eustathius memorat, sua ætate circa Thraciam speciem quandam τῶν δρυῶν dictam fuisse ἡμερίδας. At hoc nihil valet de ætate Homeri. Apollonius, Sophista, p. 332. ἡμερὶς. ἄμπελος. Cæterum vide eruditam de ἡμερίδα disputationem Grammatici antiqui in Etym. M. pag. 430. 10. cnf. Macedonius, in Analect. Brunk. T. III. pag. 111. Etymol. Gudian. MS. ἡμερὶς, ἡ ἀναδενδράς. Est ergo vitis alta: Apollonius Rhod. Lib. III. 220.

- - - ἄγχι δὲ τοῖο
ἡμερίδες χλοερῇσι καταστεφέες πετάλοισι
ὑψοῦ ἀειρόμεναι μέγ' ἐθήλεον —

Photius, Lex. MS. ἡμερίδα, τὴν ἄμπελον. οὕτως Ἀριστοφάνης. Aristophanis locus est in Acharn. 996.

πρῶτα μὲν ἂν ἀμπελίδος ὄρχον ἐλάσαι μακρόν.
εἶτα παρὰ τόνδε νέα μοσχίδια συκίδων.
καὶ τὸ τρίτον ἡμερίδος ὄρχον.—

Recepi cum Viscont. conjecturam Salma-

Ἢ ποίην χιλῷ εὐαλδεῖ [1] χλωρὰ θέουσαν,
[2] Δμωῇ κυανέου Ἄϊδος [3] ῥήξειε [4] μακέλλα,
Σῆμα νέον τεύχων, ἠὲ πρότερον [5] κεραΐζων.
Οὐ θέμις ἀμφὶ νέκυσσι βαλεῖν ἱρόχθονα βῶλον,
Πλὴν ὅ κεν αἵματος ᾖσι καὶ [6] ἔκγονος [7] ἑσσαμένοιο,
[8] Κείνοις δ' οὐκ ἀθέμιστον· ἐπεὶ τιμάορος [9] ἵστωρ.
Καὶ γὰρ [10] Ἀθηναίη τε [11] Ἐριχθόνιον βασιλῆα
Νηῷ [12] ἐγκατέθηκε, συνέστιον ἔμμεναι ἱρῶν.
Εἰ δέ τῳ ἄκλυτα ταῦτα, καὶ οὐκ [13] ἐπιπείσεται [14] αὐτοῖς,
Ἀλλ' ἀποτιμήσει, μή οἱ νήτιτα γένηται·

[1] χλωρὰν θέουσαν ex conj. C. [2] ΔΜΩΗΝ L. C. δμαῇ ex conj. H. S. [3] ῥῆξιε C. S. A. πήξειε ex conj. C. [4] μακέλλα H. μακέλλᾳ ex conj. H. S. μάκελλαν cæteri. [5] κεραίξαν in nott. C. S. A. M. [6] ΕΚΓΕΝΟΣ L. ἔγγενος C. A. ἔγγονος cæteri præter H.

sii, δμαῇ μακέλλᾳ pro δμαὴν μάκελλαν scribentis, quæ jam ab Hœschelio edita. AI et HI, et HN et AN, nonnunquam permutatæ. ῥήσσειν, *frangere*, vid. Casaub. Pro ΧΛΩΡΑ ΘΕΟΥΣΑΝ, Casaubonus restituit, χλωρὰν θέουσαν. Elegantiam vero sermonis Græci non cepit vir doctus. Nihil mutandum. ποίην χλωρὰ θέουσαν, elegantissime dixit *herbam viridem*. Eadem plane locutione Hesiodus, jam ab Hœschelio laudatus, dixit in Ἀσπ. 146.

Τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ
θεόντων.

Simile quoque est aliquantum, quod e Gregorio Nazianzeno, in Muratorii Anecdot. Epigr. CXLI. affert Visconti, in quo σήματος ὑψιθέοντος mentio fit. Instrumentum, quo effoditur terra ad inhumandos mortuos, et quo demissi in foveam terra obruuntur, eleganter appellat, δμαὴν Ἀΐδου μάκελλαν, *ministram Orci asciam*.—Cum poeta nostro confer cæterum Ausonii epigramma, Epitaph. Heroum, XXI.

"Hippothoum, Pyleumque tenet gremio infima tellus,
Caulibus et malvis, terga superna virent.
Nec vexat cineres, horti cultura quietos."

Κυανέου Ἄϊδος;] Sic *Niger Orcus* apud Latinos. Acuta est Viscontii observatio, antiquos artifices statuas Plutonis e nigro plerumque lapide finxisse. vid. ejus Not. ad Mus. Pio-Clement. T. IV. tab. XIV. Furiæ etiam μέλαιναι, *nigræ*, dictæ, aut, quia ad orcum pertinebant, aut quia pullatis vestibus indutæ putabantur. Æschyl. Sept. ad Theb. 982.

Πότνιά τ' Οἰδίπου σκιὰ,
μέλαινά τ' Ἐρινύς.

Hinc vestem nigram Ἐρινύων ἐσθῆτα, Lycophron, dixit Alex. 1137. quin et Parcæ *nigræ* aut *nocturnæ* dictæ a Machone ap. Athen. Lib. VIII. pag. 341.

Καὶ ἔκγονος ἑσσαμένοιο] In lapide legitur: ΕΚΓΕΝΟΣ, quod jam displicuit Holstenio, qui ἔκγονος emendavit. Hanc emendationem revocavit Visconti. Omnes cæteri, ἔγγενος. Salmasius, e conjectura ἔγγονος. At ἔκγονος Grammaticorum optimorumque poetarum auctoritate probatur. vid. Homer. Il. ε'. 813. υ'. 206. Od. γ'. 123. λ'. 135. Alexander Ætolus, apud Parthenium cap. 14.

Ἀσσησοῦ βασιλῆος ἐλεύσεται ἔκγονος
Αἰθεύς.

Singulari significatione in fragmento Elegiæ Critiæ occurrit ap. Athen. Lib. I. pag. 28. C.

Θήβη δ' ἁρματόεντα δίφρον συνεπήξατο
πρώτη.
φορτηγοὺς δ' ἀκάτους Κᾶρες ἁλὸς ταμίαι.
Τὸν δὲ τροχοῦ γαίης τε καμίνου τ' ἔκγονον
εὗρε
κλεινότατον κέραμον χρήσιμον οἰκονόμον,
Ἡ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταστήσασα τρόπαιον.

Eleganter a poeta opera figlina appellantur *soboles*, id est opus, *rotæ*, *terræ* et *camini*. Sic in ænigmate in Antiphanis versibus ap. Athen. Lib. X. p. 449. B. olla dicitur, τροχορυμασίτευκτον κύτος πλαστὸν ἐκ γαίης. —Cæterum vid. Suid. voce ἔκγονος. Nimis subtiliter Auctor Etymologici Gudiani inediti: Ἔκγονος, ἔγγονος καὶ ἀπόγονος διαφέρει. ἔκγονος μέν ἐστιν υἱός. ἔγγονος δὲ υἱὸς υἱοῦ. ἀπόγονος δὲ ὁ τῶν ἐγγόνων πάλιν υἱός.

Aut herbam humore bene nutriente virescentem et crescentem,
Famula nigri Orci ascia pessumdet,
Sepulcrum novum condens, aut vetus turbans:
Non est fas mortuis injicere terram diis sacram,
Præterquam illi, qui sit consanguineus atque ex posteritate ejus qui dicavit:
Illis vero haud nefas; ultor enim deus est conscius.
Namque et Minerva Erichthonium regem
In templo reposuit, ut contubernalis esset sacrorum.
Si cui vero non audita hæc, et non obediet illis,
Sed despiciet, non illi hoc sine pœna redeat;

[7] ἑσσαμένοιο C. A. εἱσαμένοιο ex conj. S. [8] (Κείνοις δ' οὐκ ἀθέμιστον) B. [9] ΕCΤΩΡ L. εἴστωρ ex conj. S tanquam ex lapide H. ἵστωρ ex corr. B. [10] Ἀθηναῖα A. [11] περὶ χθόνιον omnes, περί οἱ χθόνιον ex conj. S. παρά οἱ χθόνιον corr. B. [12] ΕΝΚΑΤΕΘΗΚΕ L. [13] ἐπιπεύσεται ex conj. S. B. [14] αὐτὸν C. S. αὐτῶν A. H.

Memorat quoque Visconti, in anaglypho Musei Ghigiani, Alexandrum Magnum, ἔκγονον Διὸς, i. e. *prolem Jovis*, dictum esse.

Κείνοις - - - ἱρῶν] Pro ἵστωρ, in lapide legitur ΕCΤΩΡ. ἵστωρ, qui scit jura, arbiter, i. q. μάρτυς.—Verbum τιμάορος illustrat Schol. Apollon. Rhod. IV. 1309. τιμάορος,—ἔκδικος, ἔφορος. Pindar. Olymp. IX. 123.

προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ
Τ' ἦλθον τιμάορος Ἰσθμίαισι Λαμπρομάχου μιτραῖς.

Ubi τιμάορος est *honorem adjungens*, i. q. τιμητής, ὑμνητής. Salmasius in Codice suo invenit: ΚΑΙ ΓΑΡ ΑΘΗΝΑΙΗ ΠΕΡΙ ΧΘΟΝΙΟΝ ΒΑCΙΛΕΑ, et ut metrum restitueret, emendavit: περί οἱ χθόνιον β. Brunkius scribendum conjecerat: παρά οἱ χθόνιον βασιλῆα. Plutonem scilicet. At qualis tum sensus? Salmasii lectio simillima Arcudianæ, quæ tantum addit τε. vid. Viscont.—Erichthonium a Minerva templo repositum esse, fabula pueris nota. vid. Apollod. III. 14. 7.

Ἐγκατέθηκε] Lapis ΕΝΚΑΤΕΘΗΚΕ. Varia ratio scribendi. In Inscriptione Cumæa apud Caylus, Recueil des Antiquités, T. II. Pl. LXVII. lin. 35. legitur ΕΝ ΟΠΛΩ ΕΝ ΧΡΥCΩ, ubi vir doctus errat, qui ait legendum esse: ἐν ὅπλῳ ἐν χρυσῷ, cum debuisset, ἐν ὅπλῳ ἐγχρύσῳ. vid. Viscont. sic κόσμον πάγχρυσον poeta dixit incertus, apud Athenæum Lib. VI. pag. 233. Consule præterea eruditam Viscontii disputationem de Philodemi loco, de Musica, pag. 180. ubi pro ἐγκεκλασμένη, male vulgatum est: ἐνκεκλασμένη. Pauca quæ observavimus addere liceat. ἀνγεῖον pro ἀγγεῖον, in Inscriptione Smyrnæa occurrit, edita a Patin. Inscriptt. Smyrn. pag. 27. συνγενῆ pro συγγενῆ, invenies in Marmor. Oxon. XXV. 1. cnf. Falconer. Inscriptt. Athleth. pag. 66. Spanh. de Usu et Præst. Numism. pag. 119. Barthelemy, sur une ancienne Inscription Grecque relative aux finances des Atheniens, p. 82. Robertson's Parian Chronicle, with a dissertation concerning its authenticity, pag. 56.—Illud νηῷ ἐγκατέθηκε, quod nemo observavit, comparandum cum Arateis, Phæn. 16. ubi de Jove:

ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο
Ἄντρῳ ἐγκατέθεντο, καὶ ἔτρεφον εἰς
ἐνιαυτὸν
Δικταῖοι Κουρῆτες ὅτε Κρόνον ἐψεύδοντο.

Unde Mœro Byzantina, ap. Athen. Lib. XI. pag. 491. B.

Ζεὺς δ' ἄρ' ἐνὶ Κρήτῃ τρέφετο μέγας, οὐδ'
ἄρα τις νιν
Ἠήδει μακάρων - - -

Callimachus, pro ἄντρῳ ἐγκατέθεντο, ita νηῷ dixit hymn. in Dian. 229.

- - - σοὶ δ' Ἀγαμέμνων
Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάθετο νηῷ.

Ἐπιπείσεται] Recipienda hæc lectio cum Salmas. et Viscont. αὐτῶν pro αὐτοῖς conjecit Salmas. at, magis lapidis scriptura probanda. Apte Visconti, Homeri locum commemorat Il. ψ'. 300.

Ὣς ἔφαθ', οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον
ἠδ' ἐπίθοντο.

Ἀλλά μιν ἀπρόφατος Νέμεσις, καὶ [1]ῥέμβος Ἀλάστωρ
Τίσονται, στυγερὴν δὲ κυλινδήσει κακότητα.
Οὐδὲ γὰρ ἴφθιμον Τριόπεω μένος [2]Αἰολίδαο
Ὤναθ᾽, ὅτε νειὸν Δημήτερος ἐξαλάπαξεν.
Τῷ ἤτοι ποινὴν [3]καὶ ἐπωνυμίην [4]ἀλέασθαι
Χώρου, [5]μή τις ἕπηται ἔπι [6]Τριόπειος [7]Ἐρινύς.

[1] ΡΟΜΒΟΣ L. ῥέμβος ex conj. H. [2] Αἰολίδεω ex conj. C. S. M. [3] καὶ om. A. [4] ΑΛCΑCΘΑΙ L. λάσασθα C. S. A. M. ἀλέασθαι ex corr. [5] ΜΗΤΟΙ L.

Ῥέμβος ἀλάστωρ] In marmore est ΡΟΜΒΟC pro ΡΕΜΒΟC. forma inflexæ literæ Ε erroris causa. Vice versa supra v. 28. ΕΚΓΕΝΟΣ pro ΕΚΓΟΝΟΣ exaratum. Bene Hœschelius pro rejectanea lectione, ῥέμβος scripsit, quam lectionem comprobant Brunk, Visconti et Jacobs. ῥόμβος præterea nunquam ut adjectivum occursat. ἀλάστωρ dictus est ῥέμβος, quasi dæmon circumerrans. In voce ἀλάστωρ exstincta erat ultima litera ρ, suppleta jam ab Arcudio. Alastor Græcis est δαίμων, hominum improborum et sceleratorum male facta animadvertens. Vide memorabilem locum in Plutarchi vita Ciceron. c. 34. cnf. Sophocl. Œd. Col. 782. Philoct. 1582. 1621. Xenarchus, Athenæi Lib. II. pag. 63.

- - - ἀλάστωρ εἰσπέπαικε Πελοπιδῶν
ἄπτυτος οἶκος - - - -

homicidas, ἀλάστορας Euripides dixit in Menalippe apud Erotian. pag. 63. — Hesych. Ἀλάστωρ. πικρὸς δαίμων. Ζεύς. Suidas. πικρὸς καὶ φονικὸς δαίμων. Etymol. Gudian. inedit. Ἀλάστωρ. ὁ Ζεὺς, ὁ ἐποπτεύων τοὺς ἀλαστὰ καὶ χαλεπὰ ποιοῦντας, ἢ ὁ κακοποιός. οὕτως Ἡρωδιανός. Studium illud religionis, quo Græci pro sepulcris tuendis conservandisque contra sacrilegos fures mire incendebantur, tota loquitur antiquitas, loquuntur leges, privata monumenta, scriptores denique omnes, a quibus antiquarum gentium facta accepimus. Addam hic tantum duo epigrammata, ex Anthologia inedita, primum a Viscontio ad h. l. laudata. Auctor est Gregorius Nazianzenus. (Cod. pag. 352.) Primum est:

Οὐκ οἶδ᾽ ὅντινα τύμβος ἔχει νέκυν, ἀλλ᾽ ἐρέωγε·
Δάκρυ᾽ ἐπισπένδων, τοῖα πάθοις ὁ δράσας.

Addo alterum. (Cod. pag. 356.)

Τὴν σκαπάνην ἐπ᾽ ἄρουραν, ἐμῷ δ᾽ ἐπὶ σήματι βάλλειν
Δάκρυα, μὴ παλάμας· ἥδε δίκη φθιμένων.

Communis etiam apud Romanos opinio fuit spectris insideri sepulcra, unde miles apud Petronium, intrans in conditorium, ubi Ephesina matrona maritum lugebat, visa pulcherrima muliere, quasi quodam monstro, inferisque imaginibus turbatus substitit. vid. Interpp. ad Petron. cap. 130.

Στευγερὴν δὲ κυλινδήσει κακότητα] Poetice expressit poeta et depinxit pœnam ipsam in fures sacrilegos constitutam. cnf. Homer. Iliad. ρ΄. 688.

Οὐδε - - - Αἰολίδαο] Sermo de Triopa punito propter templum Cereris dirutum. vide quæ dixi ad v. 5. Paucis mutatis eandem de Triopa fabulam, Hyginus narrat, Astronom. II. 14. Carminis nostri auctor fabulam legisse videtur, aut in Eois Hesiodeis, aut Cyclicis poetis, vel aliis heroicarum genealogiarum priscis scriptoribus. v. 37. vulgatam lectionem νειὸν admisit Visconti, *novale* reddens. Parum vero abest, quin cum Eichstædtio (l. c. pag. 484.) scribam νηόν. ει enim pro η, ut notum, a librariis ponitur. Emendatione admissa, egregie congruit historia cum auctore, quem Hyginus exscripsit, narrante, Triopam fame insatiabili a dea affectum esse ob templum vastatum.

Τῷ - - - χώρου] Pro ἀλέασθαι, in lapide legitur ΑΛCΑCΘΑΙ. Arcudius, apud Sponium legendum esse ἀγάσασθαι, arbitratur, quod non observavit Visconti. — Litera tertia C sine lineola scripta. Hoc sæpenumero in Inscriptionibb. Unum hoc monebo, Corsinium, aliosque doctissimos viros credidisse, tempore Antoninorum primum, literam Ε inflexam accepisse formam. At usum pervetustum esse, erudite monstrarunt Mazocch. ad Tabb. Heracleens. pag. 532. not. 85. Paciaud. Mon. Peloponnes. T. II. pag. 155. Torremuzza, Inscriz. di Palermo, pag. 237. Winkelm. Lettera al conte di Bruhl. pag. 89. Eckhel, Nummi Vet. pag. 97. et 117. omniumque doctissime, Marini, Inscriz. Alban. pag. 174.

Μή τις ἕπηται ἔπι Τριόπειος Ἐρινύς] Displicet non immerito Viscontio lapidis scriptura ΜΗΤΟΙ. Hæc enim forma dura est propter præcedens ἤτοι. vs. 38. Vera forte Viri docti conjectura

Sed ipsum repentina Nemesis, et qui vagatur vindex dæmon,
Punient; infestam vero semper volvet ærumnam:
Neque enim generosam Triopæ vim Æolidæ
Juvit novale Cereris diripuisse:
Idcirco sane pœnam, et titulum veremini
Loci, ne qua sequatur Triopea Erinnys.

[6] ΤΡΟΠΕΙΟC L. Τριόπειος tanquam ex lapide H. [7] Ἐριννὺς M. B.

μή τις. sæpius a librariis et sculptoribus ΟΙ et Ι commutatæ fuerunt. Multa exempla protulit Wakefield ad Lucret. Lib. I. 557. pag. 108. et Brunk. ad Æschyl. Prometh. 638. Sic in Ibyci fragmento, μή τοι pro μή τι legebatur, emendato ab Hoogevenio, de Particul. c. 27. sect. 14. Pariter in Philodemo de Musica Col. XXVIII. l. 9. ΨΟΙΛΟΣ, pro ΨΙΛΟΣ expressum est. Ibid. Col. XXI. lin. 23. ΚΑΙ ΤΟΙ pro ΚΑΙ ΤΙ. In Inscriptione Cretana, ap. Donium Cl. I. n. 56. ΖΗΝΟΦΟΙΛΩ, pro ΖΗΝΟΦΙΛΩ. Memini quoque Æschylei fragmenti apud Priscianum pag. 859. Ald. in quo Οἶστρος pro Ἴστρος legitur. Est enim Ister fluvius. In Antimachi versibus ap. Athenæum, Lib. XI. pag. 482. F. invenies:

Πᾶσιν δ᾽ ἡγεμόνεσσιν ἐπιχόμενοι κήρυκες
Χρύσεα καλὰ κύπελλα τετυγμένα νωμήσαντο.

ubi vice versa Ι pro ΟΙ positum. Legendum enim ἐποιχόμενοι, quæ emendatio et Schellenbergio, fragm. Antimach. pag. 61. in mentem venit. Vexatus quoque erat Aristophanis locus, Nub. 1332. ubi Brunkius ἆρ᾽ ἴσθ᾽ cum interrogatione edidit, Hermannus vero ex antiquis Edd. veram lectionem ἆρ᾽ οἶσθ᾽ revocavit. Quoniam semel Aristophanem evolvimus, brevibus verbis sententiam nostram dicemus de aliis quoque locis, in quibus errores librariorum observavimus. In Comici Equit. 786. Brunkius edidit:

ἄνθρωπε, τίς εἶ; μῶν ἔκγονος εἶ τῶν Ἁρμοδίου τις ἐκείνων;
τοῦτό γε τοὖργον ἀληθῶς ἐστὶν γενναῖον καὶ φιλόδημον.

Secundus versus vitiosus est. Aldina editio:

Τοῦτό γέ σου τοὖργον ἀληθῶς —

Ravennas liber (v. 798.)

Τοῦτό γε τοι τ᾽ ἀληθῶς αὖ τοὖργον γ.

Mihi videtur legendum esse

Τοῦτί γε τοι σου τοὖργον ἀληθῶς —

Sic ipse Aristophanes, ead. fabula, v. 1054.

Τοῦτό γε τοι Παφλαγὼν παρεκινδύνευσε μεθυσθείς.

In Pac. 183. legitur,

Ὦ μιαρὲ, καὶ τολμηρὲ, κἀναίσχυντε σὺ,
καὶ μιαρὲ κλ.

Jejuna est tautologia. Restitue:

Ὦ βδελυρὲ, καὶ τολμηρὲ —

Sic Aristoph. Ran. 465.

Ὦ βδελυρὲ, κἀναίσχυντε, καὶ τολμηρὲ σὺ,
καὶ μιαρὲ —

In Avib. 1478. locus est, ut ego puto, corruptus. Ait Chorus:

Τοῦτο μέν γε ἦρος αἰεὶ
βλαστάνει καὶ συκοφαντεῖ.
τοῦ δὲ χειμῶνος πάλιν
τὰς ἀσπίδας φυλλοῤῥοεῖ.

Sic quoque Invernizzius dedit. Brunk. in notis pag. 193. 'μὲν γε. Sic C. Vulgo posterior particula omissa cum metri labe. Versus est dimeter trochaicus aut antistrophicus, εἰ γὰρ ἐντύχοι τις ἥρῳ. Melius forte legeretur vitato hiatu, τοῦτο μέντ᾽ ἄρ᾽ ἦρος αἰεί.' Vide, an legendum sit

τοῦτο τοῦ μὲν ἦρος αἰεί.

In iis enim quæ sequuntur additur,

τοῦ δὲ χειμῶνος πάλιν,

meaque probata conjectura, nulla aut difficultas aut obscuritas restare videtur. Ἕσπηται ἐπὶ, poeta dixit pro ἐφέσπηται. vid. Salmas. Sic Strato, ex emendatione Valkenar. ad Callimach. fragm. pag. 6. παρὰ δίφρεας — βληθὲν, pro παραβληθὲν δίφροις. Multa alia exempla occursant. Sic in Antigoni Carystii versibus apud Athenæum, Lib. III. pag. 82. B. legendum:

ἦχί μοι ὡραίων πολὺ φίλτερος ἠδ᾽ ἄρι μήλων
πορφυρέων, Ἐφύρῃ τάπερ αὔξεται ἠνεμοέσσῃ.

Male in Athenæo ἀριμήλων. Causabonus, pag. 159. 'In Antigoni versibus scribe — ἠδ᾽ ἄρα μήλων, vel ἠδ᾽ ὀριμάλων aut ἀριμήλων.' Non observavit verba ἄρι et πορφυρέων conjungenda esse, i. e. ἀριπορφυρέων. Observavimus apud veteres scriptores plurima loca, ubi hac constructione ab imperitis librariis non intellecta, membra non accurate respondent. Periculosum quidem in talibus aliquid mutare, adscribemus tamen aliquot exempla. Suavissimus est Philetæ Coi locus apud Athe-

næum Lib. XV. pag. 678. A. ait Athenæus: Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰάκχαν τινὰ καλούμενον οἶδα στέφανον ὑπὸ Σικυωνίων, ὥς φησι Τιμαχίδας ἐν ταῖς γλώτταις. Φιλήτας δὲ οὕτως γράφει· Ἰάκχα ἐν Σικυωνίᾳ στεφάνωμα εὐῶδες.

Ἔστηκ' ἀμφὶ κόμαις εὐώδεος ἀγχόθι πατρὸς,
καλὸν ἰακχαῖον θηκαμενη στεφανον.

Casauboni correctionem κόμαις pro κόμας scribentis, recepit Brunkius, et probat Jacobs ad Antholog. T. I. P. I. pag. 392. Kayserus, Glossam Philetæ posuit in ἀτάκτας, pag. 78. versus omisit vero, quos Athenæus poetæ diserte non tribuit. Ni fallor, sunt versus poetæ incerti, laudati a Phileta in Glossis, et Athenæus, totum Grammatici locum et testimonium transtulit. Scripserat forte Philetas:

Ἔστηκ', ἀμφὶ κόμαις εὐώδεσιν, ἀγχόθι πατρὸς
καλὸν ἰακχαῖον θηκαμένη στέφανον.

prope patrem puella adstitit, comisque suaveolentibus imposuit pulcrum coronam Iaccheam. ἀμφιθέω, ἀμφιτίθημι, *circumpono, circumdo.* vid. Hom. Iliad. κ'. 261. Similiter Auctor Alcmæonidis apud Athenæum Lib. XI. pag 460. A. στεφάνους τ' ἐπὶ κρασὶν ἔθηκαν. Ubi minime probare possum opinionem Casauboni, Alcmæonida non carmen, sed soluta oratione conscriptam fuisse historiam. Ἀλκμαιωνὶς, poema erat epicum, Alcmæonis fata complexum, memoratum non semel ab Apollodoro et Strabone. Versum ex Alcmæonide conservavit Auctor Etymologici Gudiani MS. voce Ζαγρεύς. Ait enim: Ζαγρεὺς ὁ μεγάλως ἀγρεύων, ὡς

Πότνια γῆ, Ζαγρεῦ τε θεῶν πανυπέρτατε πάντων,

ὁ τὴν Ἀλκμαιονίδα γράψας ἔφη. τινὲς δὲ τὸν Ζαγρέα υἱὸν Ἄδου φασιν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Σκύφῳ (leg. Σισύφῳ),

Ζαγρεῖ τε νῦν με καὶ Πολυξένῳ χαίρειν.

Scribitur quidem ab Etymologo Ἀλκμαιονὶς, at, cum ubique scriptum Ἀλκμαιωνὶς, corrigendus est. Puellæ caput coronant. Rufinus in Anal. Brunk. T. II. pag. 393.

Πέμπω σοι, Ῥοδόκλεια, τόδε στέφος, ἄνθεσι καλοῖς
αὐτὸς ἐν ἡμετέραις πλεξάμενος παλάμαις.
ἔστι κρίνον, ῥοδέη τε κάλυξ, νοτερή τ' ἀνεμώνη,
καὶ νάρκισσος ὑγρὸς, καὶ κυαναυγὲς ἴον.
ταῦτα δὲ στεψαμένη λῆξον μεγάλαυχος ἐοῦσα,
ἀνθεῖς καὶ λήγεις καὶ σὺ καὶ ὁ στέφανος.

Vs. 5. Erat fort. ταῦτα δὲ δεξαμένη. In voce ΤΡΙΟΠΕΙΟΣ, deest in marmore vocalis primæ syllabæ. Verissime a Viscont. antiqua lectio Ἐρινύς cum singulo ν, defenditur. Sic enim habent et Inscriptiones et Codices antiqui. cnf. Brunk. ad Æschyl. Sept. Theb. 490. Furiæ vindices rerum a sceleratis commissarum. Antimachus in Thebaide ap. Athen. Lib. XI. pag. 465. F. (Fragm. Antimach. ed. Schellenberg. pag. 78.)

Αὐτὰρ ὁ Διογενὴς ἥρως, ξανθὸς Πολυνείκης,
πρῶτα μὲν Οἰδίποδι καλὴν παρέθηκε τράπεζαν
ἀργυρέην Κάδμοιο θεόφρονος· αὐτὰρ ἔπειτα
χρύσεον ἔμπλησεν καλὸν δέπας ἡδέος οἴνου.
αὐτὰρ ὅγ' ὡς ἐφράδη παρακείμενα πατρὸς ἑοῖο
τιμήεντα γέρα, μέγα οἱ κακὸν ἔμπεσε θυμῷ.
αἶψα δὲ παισὶν ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπ' ἀρὰς
ἀργάλεας ἠρᾶτο· (θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ἐρινῦν·)
ὡς οὔ οἱ πατρῷά γ' ἐνὶ φιλότητι δάσαιντο,
ἀμφοτέροισι δ' ἀεὶ εἶεν πόλεμοί τε μάχαι τε.

de Antimachi loco, vide Ill. Heyn. ad Apollod. pag. 604. fort. vers. 5. pro πατρὸς ἑοῖο, leg. παιδὸς ἑοῖο. — Innumeri errores in antiquis poetis ab Athenæo excitatis exorti sunt, quia loca non divisis versibus, sed ita exarata sunt, quasi soluto et pedestri sermone auctores uterentur. Verba præterea nimis arcte a librariis posita sensum sæpissime implicitum reddidere et perobscurum. Utamur vero hac opportunitate, et illustre exemplum ex Athenæo petitum, cum lectoribus communicemus. Laudatur ab Athenæo Lib. XV. pag. 617. Hyporchema, aut, quod verisimilius est, Dithyrambus, Pratinæ Phliasii, lyrici celeberrimi, innumeris contaminatus vitiis. Totum carmen ita scribendum puto.

Τίς ὁ θόρυβος ὅδε;
τίνα τάδε τὰ χορεύ-
ματα; τίς ὕβρις ἔμολεν
ἐπὶ Διονυσιάδα
πολυπάταγαν θυμέλαν;
ἐμοὶ ἐμοὶ ὁ Βρόμιος,
ἐμὲ δεῖ
κελαδεῖν,
ἐμὲ δεῖ
παταγεῖν
ἀν' ὄρε' ἐσσύμενον
μετὰ Ναΐδων,
οἷά τε κύκνον ᾄδοντα
ποικιλόπτερον μέλος
τὰν ἀοιδὰν
τεοῖς ἐφ' ἱεροῖς Βασιλεῦ!
ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω.
καὶ γὰρ ἔσθ' ὑπηρέτης κώμων μόνον
πυραμάχοις τε πυγμαχίαισιν
νέων θεὰ, ὡς παροίνους ποιοῦσα στρατηλάτας.

* * * *
* * *
* * * *

Παῖε τὸν Φρύγιον ποικίλον προανέχοντα,

φλέγε τὸν ὀλοσιαλοκάλαμον,
λαλοβαρυπαραμελορυθμοβάταν.
θύπτε τρυπάνῳ δέμας πεπλασμένον ἀναιδείᾳ.
ᾄδω σοι δέξια καὶ πολὺ διάφορα
Θριαμβοδιθύραμβε κισσοχαῖτ' ἄναξ!
Ἄκουε τὰν ἐμὰν Δωρίαν χορείαν.

Nullum credo facile in Athenæo inveniri posse Lyrici fragmentum, quod tam corruptum sit. Eamus per singula. Causam carminis hanc refert Athenæus: Πρατίνας δὲ ὁ Φλιάσιος, αὐλητῶν καὶ χορευτῶν μισθοφόρων κατεχόντων τὰς ὀρχήστρας, ἀγανακτεῖν τινὰς ἐπὶ τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ ἦν πάτριον, ἀλλὰ τοὺς χοροὺς συνᾴδειν τοῖς αὐληταῖς. ὃν οὖν εἶχε θυμὸν κατὰ τῶν ταῦτα ποιούντων ὁ Πρατίνας ἐμφανίζει διὰ τοῦδε τοῦ Ὑπορχήματος

Τίς ὁ θόρυβος ὅδε κλ.

Initio non absimilis est sermo Philoctetæ ap. Sophocl. Philoct. 1262. et incerti poetæ ap. Dionys. Halicarn. de Struct. Orat. pag. 133. Pro τί τάδε τὰ χορεύματα, quod in antiquis Edd. erat, emendatio H. Stephani, τίνα τάδε τὰ χορεύματα, valde probatur animo nostro. cnf. Sophocl. Œd. Col. 200. Antig. 1188. — μολεῖν cum vi positum, sic δράκων ἐδόκησε μολεῖν, Stesichorus dixit ap. Plutarch. de S. N. V. T. II. Opp. p. 155. A. v. 4. — Διονυσιάδα πολυπάταγαν θυμέλαν. Διονυσιὰς sc. ἑορτή. *in scenam Bacchicam, pedibus percussam a chorum agentibus.* Poeta cum Naiadibus sacris Bacchi, in remotis rupibus adesse videtur. Male erat in Athenæo πολυπάταγα θυμέλαν, et in Aldina ed. πολυπάταγα θυμέλας. de Thymele vide Boindinum dans les Mémoires de l' Acad. des Inscript. T. I. p. 186. v. 6. in Athenæo erat:

ἐμὸς ἐμὸς ὁ Βρόμιος·

Mihi vero videtur legendum esse

ἐμοὶ ἐμοὶ ὁ Βρόμιος.

Bacchus mihi est. i. e. *furore agitor*, simile noto ἀμφί μοι ἄναξ. Dithyrambographi, irrisi ab Aristophane, Nub. 590. ubi vid. Schol. Aperte hæc transtulisse videtur Horatius Lib. Od. 2. "Fas pervicaces sit mihi — Thyadas celebrare." κελαδεῖν, idem esse ac ὑμνεῖν, docet poeta ap. Strabon. Lib. III. pag. 919. B. v. 11. in Athenæo est:

Ἀν' ὄρεα ἐσσύμενον
μετὰ Ναΐδων.

Scripsi ὄρε'. Versus forte sic legendi:

Ἀν' ὄρε' ἐσσύμενον
μετὰ Μαινάδων.

Etsi Naiades ferri possunt, nam in earum societate et alibi Bacchus esse solet. Vide Lyrici locum ap. Himerium Orat. IV. §. 10. pag. 470. cnf. Acron ad Horat. Od. Lib. I. 30. ubi Bacchus, "Naiadum potens" ab Horatio dictus. In v. 13. placet Casauboni emendatio, pro ἄγοντα, ᾄδοντα scribentis. Monet vir doctus in Animadv. pag. 890. 'In Pratinæ Hyporchemate legunt et veteres οἷά τε κύκνον ἄγοντα. Opinor pro ᾄδοντα. Nam cygni non ἄγουσι μέλος, neque ducunt choreas, sed ᾄδουσι, canunt.' In voce ποικιλόπτερον hæreo. Dalecampius reddidit *varii modi sunt accinendi.* Vox ποικιλόπτερος, rara est, in usu de vario pennarum colore. Sic in Euripid. Hyppolyt. 320. Amor dictus ποικιλόπτερος, i. e. *versicoloribus alis*, ut Virgilius de amore dixit in Epigrammate, Antholog. Lat. T. I. pag. 58. De avibus vocem adhibuit Anacreon apud Athen. Lib. XIII. p. 599. Aristophan. Nub. 1420. Æschylus in Grotii Excerpt. pag. 55. Omnino tamen carmen, vario modo exornatum, et aptis poeticis imaginibus distinctum, dici potest μέλος ποικιλόπτερον. Certe hoc verbum et celeritatis et ornatus significationem habere debere videtur. Pindarus Nem V. 77.

ποικίλαν ἔψαυσας ὕμνον.

Olymp. VI. 143.

- - - - πλέκων
ποικίλον ὕμνον.

In Fragment. n. LXXXVI.

- - - - ποικίλον
κόσμον αὐδάεντα λόγων.

In Hymnis fragm. IX.

Ὑφαίνω - - - -
ποικίλον ἄνδημα.

Inter recentiores, Nonnus Dionys. Lib. I. 15.

- - - ποικίλον ὕμνον ἀράσσω.

Carminibus mellitis Musarum *alæ* tributæ in hymno Lyrici incerti apud Athenæum Lib. XIV. pag. 633. Γλυκυτάτων πρύτανι ὕμνων, καὶ μέλεα μελιτοπτέρωτα Μουσᾶν. Joco quoque Antiphanes Comicus apud eund. Lib. XV. pag. 643. carmina poetarum nimis turgida, μέλεα vocat. ἀερσιπότητα. Pindarus, πτερόεντα ὕμνον dixit, Isthm. V. 80. Notus quoque Horatii locus, Od. I. 6.

"Scriberis Vario fortis et hostium
Victor Mæonii carminis aliti."

ubi cnf. Porphyrion. Avibus quoque apte comparari poetas, innumeris e poetarum locis patet. Ista notio avis, terram et depressiora loca volatu superantis egregie convenit poetæ, sive sententias sive verba spectes, sublimiori cæteris. Is etiam, qui celebratus est carmine.

volat per terras, fama nominis ex carmine, quod ubique canitur. Theognis, (in Brunck. Gnomic. p. 10.) v. 231.

Κύρν, καθ' Ἑλλάδα γῆν στρωφώμενος, ἠδ' ἀνὰ νήσους,
ἰχθυόεντα περῶν πόντον ἐπ' ἀτρύγετον,
οὐχ ἵππων νώτοισι ἐφήμενος· ἀλλά σε πέμψει
ἀγλαὰ Μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων.
Σοὶ μὲν ἐγὼ πτέρ' ἔδωκα, σὺν οἷς ἐπ' ἀπείρονα πόντον
πωτήσῃ, κατὰ γῆν πᾶσαν ἀειρόμενος
ῥηϊδίως· θοίναις δὲ καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ
ἐν πάσαις, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασι.

Cæterum vide de hac dicendi ratione Vossii Litter. Mythol. argum. T. II. pag. 54. Si quis denique in Pratina volet referre illud ποικιλόπτερον ad κύκνον, non me habebit repugnantem. Aves enim ob coloris varietatem ποικίλαι. Ibycus, Athenæi Lib. IX. p. 388.

- - - πετάλοισιν ἐφ' ἀκροτάτοισι ξανθοῖσι
ποικίλαι πανέλοπες αἰολόδειραι - - -

Simonides, in Pentathlo, ap. Aristotel. de Animal. V. 13. mentionem facit ἀλκυόνος ποικίλας. Hesiod. Ἔργ. 201. ἀηδόνα, ποικιλόδειρον vocat, ad varios colores respiciens. Sic et Latini dicunt *variæ volucres.* vid. Interpp. ad Virg. Æn. IV. 525. et Wakefield, ad Lucret. I. 590. V. 15. vexatissimus est, nec sine Codicum ope sanandus. Quocunque modo sive distinxeris sive explicaveris, corruptæ voces nullum habebunt sensum. Verba ita leguntur in Athenæo:

Κατεᾶς † ἐπιερεῖς βασίλεια
οὐδ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω.

Valde arrideret Casauboni emendatio

Σοῖς ἐπὶ ἱεροῖς βασίλεια.

nisi idem fere remaneret intricatus verborum ordo, mihique persuasum esset, illud κατεᾶς aliud quid indigitare, nec sine vi ad hanc conjecturam trahi posse. Heringa, in Observatt. Critic. pag. 217. corrigit:

Καὶ γὰρ σὺ, Πιερὶς, βασίλεια
ὁ δ' αὐλὸς ὕ. χ.

Censetque πιερεῖς natum esse ex Πιερὶς, quod hic, ut innumeris aliis poetarum locis, e. g. in Simmiæ Ovo, Analect. Brunk. T. I. pag. 207. Musam notat. Sed frigida est emendatio, præcipue in carmine summo vigore scripto. Meliorne Gallici Interpretis, Villebrunii?

Καὶ τεοῖς ἐπὶ ἱεροῖς βασίλεια
Σίγα ὁ αὐλὸς - - -

Novi hæc explicari posse, sed, nonne contorta est aliquantum oratio? Scribendum puto:

Τεοῖς ἐφ' ἱεροῖς βασιλεῦ!

Cum hæc tum sequentia melius fluent. Credidi initio Pratinam intellexisse *Reginam sacrorum*, antistitam in sacris Bacchi et Cybeles, hæc enim dicta est βασίλεια. v. Hesych. h. v. Etym. M. Jungerm. ad Pollue. Lib. VIII. 108. cnf. Passerii Dissertat. de Bacchanal. in T. III. Pict. Vasc. Etrusc. pag. 12. seq. Sed sacra sunt Bacchi, non τῆς ἱερείας, legendum ergo saltem βασιλεῦ. — Forte et Cybele sub nomine reginæ latet, si vulgata lectio retinenda est. Venus enim absolute dicta βασίλεια ab Empedocle apud Athen. Lib. XII. pag. 510. et Minerva a Coluthо, Rapt. Helen. 89. V. 17. in fine male erat μώνων, veram ex Aldina restitui lectionem μόνον. V. 19. monente Casaubono, in Epitom. Athenæi erat:

Θηροαμάχαισί τε πυγμαχίαισι νέων θέα.

unde conjicit forsan legendum esse:

Θηρομάχαισί τε π. ν. θ.

Correctio vero minus probatur animo nostro. Ego locum sat obscurum sic intelligo. In antecedentibus usum tibiæ in sacris, in compotationibus commemoraverat Pratinas, nunc de tibia funesta, in pompa funeris adhibita, loquitur. Notum porro, Græcos opinionem habuisse, manes defunctorum placari posse certaminibus institutis, pyra incensa. vid. Hom. Iliad. φ'. 26. πυραμάχος, *qui ad rogum ardentem pugnat*, dicitur, ut ὁπλομάχος, τειχομάχος, πυργομάχος. vid. Stesichor. ap. Athen. Lib. IV. p. 154. Corruptissimus est versus sequens:

Ἔαν * θέα, εἰς πάροινον ἔμμεναι στρατηλάτας.

Si quis hæc intelligere aut probare poterit, non invidemus illi hoc acumen. Nos libere hic ignorantiam profitemur. In Epitome legitur

νέων θέα —

Quid prohibet in corruptissimo loco, et valde audacem conjecturam proponere? Lege:

νέων θεὰ, ὡς παροίνους ποιοῦσα στρατηλάτας.

Considera totius orationis ordinem, videtur ipse sensus talem emendationem postulasse, quanquam minime nego, aliud verbum quam ποιοῦσα desiderari posse. πάροινος est *vinolentia demens.* Photius in Lex. MS. πάροινος — μέθυσος. Antiphan. ap. Athen. Lib. X. p. 445.

Κολχὶς ἄνθρωπος πάροινος —

Scelerias, aut Sciras Tarentinus ap. Stobæum Serm. XVII. p. 97. Grot.

- - - - ὅστις ἢ πάροινος ὢν
ἢ καὶ μεμηνὼς - - -

παροίνιος sc. ὄρχησις occurrit in Athen. Lib. XIV. p. 629. hæc saltatio erat furibunda, inter pocula et faces, Ionibus propria. Mentio saltationis injecta in versiculo, ut mihi videtur ab Athenæo eodem loco conservato.

Καὶ τὴν ἀγγελικὴν δὲ πάροινον ἠκρίβουν ὄρχησιν.

Pollux etiam, Lib. IV. 14. de variis saltationis generibus loquens ait: τὸ δὲ Ἰωνικὸν, Ἀρτέμιδι ὠρχοῦντο, Σικελιῶται μάλιστα. τὸ δὲ ἀγγελικὸν ἐμιμεῖτο σχήματα ἀγγέλων. Post V. 20. desunt nonnulla, quæ stellis notavi. v. 24. ita excitatur:

Παῖε τὸν Φρυναίου ποικίλου προανέχοντα.

Sine sensu Dalecampius reddidit: *jam o Bacche rex, Phrynichi filium (Pratinam) varii chori præsidem pulsa.* Juvat et hic ab aliis Interpp. recedere, nam quod Villebrunius proposuit, Φρυγαίου, ne Græcum quidem est. Credo legendum esse:

Παῖε τὸν Φρύγιον ποικίλον προανέχοντα.

pulsa o Bacche Phryga, florida veste splendentem. Improbat Pratinas tibiæ Phrygiæ cantum, Doricam infra harmoniam laudans. Phryx est ποικίλος, i. q. πεποικιλμένος, *coloribus distincta veste indutus.* Phrygionicam vestem habebant in sacris Bacchi. Pollux Lib. VII. 13. τὸ δὲ Ποικίλον, Διονύσου χιτὼν, βακχικός. Hesychius: Ποικίλον — ἱμάτιον ζωγραφητόν. cnf. Toup. Emend. in Suid. T. II. p. 247. Hinc Photius in Lex. MS. Ποικίλον, τὸ διονυσιακὸν ἱμάτιον οὕτως λέγουσι. Aristophan. Plut. 1200.

- - - τὰς χύτρας, αἷς τὸν θεὸν
ἱδρυσόμεθα, λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, φέρε
σεμνῶς· ἔχουσα δ' ἦλθες αὐτὴ ποικίλα.

Ubi recte Scholiastes eruditus: ποικίλα ἱμάτια ἔχουσα. Phylarchus, apud Athenæum Lib. XII. pag. 521. ἀνθινὰ vocat. cnf. Plutarch. Lycurg. pag. 157. Talis vestis Baccho dedicata in Epigrammate Phalæci ap. Athen. Lib. X. p. 440. Brunk. Analect. T. I. p. 422.

Χρυσωτὸν κροκόεντα περιζώσασα χιτῶνα
τόνδε Διωνύσῳ δῶρον ἔδωκε Κλεὼ,
οὕνεκα συμποσίοισι μετέπρεπεν· ἴσα δὲ πίνειν
οὔτις οἱ ἀνθρώπων ἤρισεν οὐδαμά πω.

Scribendum vero primo versu κροσσωτὸν. vid. Jacobs in Animadv. T. I. P. I. p. 251. Penthei ornatus sub imagine Bacchæ, erat χιτὼν ποικίλος, teste Nonno Dionys. Lib. XLVI. 306. Tragici etiam talem induebant vestem. vid. Pollux Lib. IV. cap. 18. Clemens Alexandr. Pæd. III. 1. In pompa Ithyphallica, pueri tali modo ornati erant. vid. Athen. Lib. V. pag. 200. Præcipue vero qui Cybeles sacra fecerunt, vestem habent *floridam.*

In pulcherrimo fragmento de celebrantibus sacra magnæ matris, in Anthologia Latina, T. I. p. 38. Epigr. LIX. legitur:

"Auroræ ostrinum hic indutus supparum,
Coronam ex auro et gemmis fulgentem gerit
Luce locum afficiens."

ubi consule eruditas Burmanni notas. Vs. 24. Male Athenæus habet ὁλοσιαλοκάλαμον. Ex Eustathio ad Iliad. σ'. pag. 1165. 25. restituendum ὁλοσιαλοκ. sub corruptis, v. 25.

Θυπατρυπάνω δέμας πεπλασμένον * νηνιδόνα

latet forte:

Θύπτε τρυπάνῳ δέμας πεπλασμένα ἀναιδείᾳ.

ἀναίδεια, pro *inscitia* et *ignorantia* nonnunquam ponitur. vid. Agathon in Stob. Grotii p. 139. Non opus est ut aliis exemplis doceam. v. 26. in Athenæo ita scribitur:

Δε σοι δεξιὰ, καὶ πόλος διάρρφα * *

Nullus error a librariis facilius poterat ob sonitus similitudinem. In eandem sententiam et Villebrunium incidisse postea observavi. ἀείδειν, *canere laudes, celebrare,* Ion Chius in Dithyrambo ap. Schol. Aristoph. Pac. 835.

Ἀοῖον ἀεροφοίταν
ἀστέρ' ἀείδομεν
ἀελίου λευκοπτέρυγα πρόδρομον.

Hic locus forte ex hymno ad stellam matutinam petitus est. cnf. Toup. Emend. in Suid. T. II. pag. 529. Bentlei. Epistol. ad Mill. pag. 617. Valck. ad Theocr. Adoniaz. pag. 318. Alcman apud Achillem in vita Arati, pag. 273. ed. Petav.

Ἐγὼ δὲ ἀείσομαι, ἐκ Διὸς ἀρχόμενος.

In ultimo versu Bacchus dictus θριαμβοδιθύραμβος. Simili modo Lyricus incertus ap. Dionys. Halicarnass. de Structura Orat. pag. 129. exclamat:

Ἴακχε διθύραμβε!

cnf. Diodor. Sic. Lib. IV. c. 5. T. I. p. 250. Memorabilis est Athenæi locus, Lib. XI. pag. 465. A. in quo de antiquis poetis hæc scribit: ἐν ᾠδαῖς ἔμελπον τὸν Διόνυσον, χορεύοντες καὶ ἀνακαλοῦντες εὐάνθη, καὶ διθύραμβον, καὶ βακχευταν καὶ βρόμιον. Auctor Etymologici Gudiani MS. Διθύραμβος λέγεται καὶ ὁ Διόνυσος, καὶ ὁμώνυμος τῷ θεῷ ὁ εἰς αὐτὸν ὕμνος. Bacchus a Pausania, Lib. I. c. 31. ἄνθιος dictus, respiciente ad hederæ coronam, qua ornatus. Hinc *floridus* et *florens.* Catullus Nupt. Pelei et Thet. 251.

"At parte ex alia florens volitabat Iacchus."

cnf. Ill. Heynius ad Virgilii Cirin, 110. Claudianus, de Rapt. Proserp. Lib. I. 16.

- - - " lætusque simul procedit Iacchus
crinali florens hedera."

Respectu coronæ, qua ornata, puella *florida* dicta in Catulli Epithalamio:

" Tu fero juveni in manus
Floridam ipse puellulam
Matris e gremio suæ
Dedis, o Hymenæe Hymen!
Hymen o Hymenæe."

Valde quoque apposite, poeta incertus in Anthologia Latina, T. I. pag. 9. illud κισσοχαίτ' expressit:

" Luteis corymbis hederate coronis."

Conferendus etiam Cratinus ap. Hephæst. p. 108.

Εὔιε κισσοχαίτ' ἄναξ!

In ultimo versu male legitur in Athenæo. Δώρειαν χορείαν. Patet scribendum esse δωρικὴν χορείαν, aut saltem Δωρίαν χ. Quoniam semel Pratinæ Phliasii mentio facta, fragmenta poetæ, quæ ad manum mihi sunt, hic a me proferentur. Pratinam, fabulas Satyricas primum composuisse memoriæ proditum a Suida. Idem narrat Tzez. Proleg. in Lycophr. Pausanias, in Corinth. T. I. pag. 227. ed. Facii. Scholiastes denique vetus ad Horatii A. P. p. 317. ed. Bas. Laudat luculentum fragmentum Athenæus, Lib. XIV. pag. 624. quod animi conjectura adductus, ad Satyrica dramata Pratinæ referendum esse credo. Πρατίνας δέ που φησίν·

Μὴ σύντονον δίωκε μήτ' ἀνειμένην
ἰαστὶ οὖσαν, ἀλλὰ τὰν μέσαν νέων
ἄρουραν αἴολιζε τῷ μέλει - - -

Hæc sensu prorsus carent. Alterum versiculum turpe hiantem sic emendavit Toupius ad Suid. T. II. pag. 479.

Μὴ σύντονον δίωκε μήτ' ἀνειμένην,
ἰαστὶ Μοῦσαν, ἀλλὰ τὰν μέσαν νεῶ
ἄρουραν αἰόλυζε τῷ μέλει, Σίμων.

Bene vir doctus v. 2. corruptum οὖσαν, restituit in Μοῦσαν. Aliud vero quid mutandum aut addendum esse nego. Legendum sine dubio quomodo in Athenæo est, mutato tantum accentu, νεῶν. Est enim νεῶν participium verbi νεᾶν. Aristophanes Nub. 1115.

Πρῶτα μὲν γὰρ, νεᾶν βούλησθ' ἐν ὥρᾳ τοὺς
ἀγροὺς,
ὕσομεν - - -

Sic e Codd. recte edidit Brunk, quem vide in Not. Perperam vulgo legebatur νεοῦν. Hesych. νεᾶν, νεάσαι γῆν. Pleniorem inveni Glossam in Photii Lex. MS. νεᾶν, οὐ νεοῦν τὴν γῆν. Εὔπολις Αἰξίν. — δίωκε, *sectare*. sic verbum adhibuit Lyricus incertus apud Plutarchum. Quæst. Convival. IX. 15. p. 478. A.

- - - καμπύλον μέλος διώκων.

Pindar. Nem. V. 44.

- - - διώκων φόρμιγγα πλάκτρῳ.

Verbum αἰολίζειν, bene explicat Scholiastes Theocr. Id. I. 56. ubi inter alia: καὶ Ἱεροκλῆς· Μηδ' αἰόλιζε ταῦτα, τοῦτο δὲ ἔφη δι' ὑπερβολὴν τοῦ κάλλους — ταῦτα γὰρ δύναται τὸ αἰολίζειν. Plato in Cratylo c. 40. αἰολεῖν et ποικίλλειν idem esse affirmat, hinc τὸ αἰόλον, ποικίλον reddidit Apollonius Sophista, Lex. Hom. pag. 61. Hinc et αἰόλον μέλος, idem est ac ποικίλον μέλος, in Ithyphallico carmine apud Athenæum Lib. XIV. pag. 622.

Σοὶ Βάκχε τάνδε Μοῦσαν ἀγλαΐζομεν
ἁπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες αἰόλῳ μέλει.

Eodem loco Athenæus e Pratinæ carminibus, hunc excitat locum: Πρέπει τοῖς παισὶν ἀοιδᾶν λαβράκταις Αἰολὶς ἁρμονία. Scripsi ἀοιδᾶν. in Athen. erat ἀοιδάν. — Pratinæ Δυμαῖναι ἢ Καρυάτιδες, laudantur ab Athenæo Lib. IX. pag. 392. F. Πρατίνας δὲ ἐν Δυμάναις ἢ Καρίτισιν, ἀδύφωνον ἰδίως καλεῖ τὸν ὄρτυγα, πλὴν εἰ μή τι παρὰ τοῖς Φλιασίοις ἢ τοῖς Λάκωσι φωνήεντες, ὡς οἱ πέρδικες. Tragœdiæ nomen in Athenæo corruptum esse, jam Casaubonus monuit. Emendavit itaque ἐν Λακαίναις ἢ Καρυάτισιν, quem et secutus Kuhnius ad Pausaniam, Lacon. pag. 311. I. Meursius contra, in Miscellan. Lacon. Lib. IV. c. 14. p. 306. non tragœdiam sed comœdiam Pratinæ, Δυμαῖαι inscriptam esse memorat. Sed aliud quid agebat Vir doctissimus. Toupius denique, Emend. in Suid. T. II. p. 480. sic refingit: Πρατίνας ἐν Δυμαίναις ἢ Καρυάτισιν. *Pratinas in Dymænis aut Caryatidibus.* Laconicæ saltatrices *Dymænæ* dictæ. Hinc putat nomen *fabulæ satyricæ* ortum esse. Stephanus Byzantinus. Δυμᾶν. φῦλον Δωριέων. οἱ οἰκοῦντες Δυμᾶνες· καὶ Δυμανὶς τὸ θηλυκὸν καὶ Δυμαῖνα. Εὐφορίων Χιλιάσι·

- - - φιλοπλοκάμοισι Δυμαίναις.

Vox hæc, Toupio monente, restituenda etiam Hesychio. Δύσμαιναι, αἱ ἐν Σπάρτῃ χορίτιδες βάκχαι. Ubi legendum, Δυμαῖναι. Huc pertinet quoque sigillum Clearchi, cui virgines insculptæ, Caryatides saltantes. Ctesias ap. Plutarchum in Artaxerx. pag. 295. — εἶναι δὲ γλυφὴν ἐν τῇ σφραγῖδι Καρυάτιδας ὀρχουμένας. Pratinæ Ὑπορχήματα honorifice laudantur a Plutarcho, de Musica, T. X. p. 659. Reisk. Forte ad Hyporchemata locus pertinet excitatus ab Athenæo Lib. XI. pag. 461. et Eustathio, sine auctoris no-

mine ad Hom. Iliad. ι'. pag. 1637. 30. edit. Rom. Athenæi verba hæc sunt: ἀλλὰ μὲν ὁ Πλούταρχος ἔφη κατὰ τὸν Φλιάσιον ποιητὴν Πρατίναν, οὐ γᾶν αὐλακισμὲν ἀνδρῶν, ἀλλὰ σκύφον μαστεύων κυλικηγορήσων ἔρχομαι. Casaubonus, in Animadv. pag. 490. emendavit: οὐ γᾶς αὐλακισμένας ἐρῶν, ἀλλὰ σ. μ. κ. ε. In Excerptis Hœschelianis scribitur: οὐ γᾶν αὐλακισμένην ἀλλὰ σκύφον μ. Sed Epitomator ut solet more suo, Pratinæ locum immutavit, præcipuum illius verbum excerpsisse contentus. Miror quomodo tot difficultates enasci potuerint e verbis facile emendandis. Scribe: οὐ γᾶν αὐλακισμέναν ἀνδρῶν, ἀλλὰ σκύφον ματεύων, κυλικηγορήσων ἔρχομαι. Hesych. ματεύειν, ζητεῖν. sic et Schol. Venet. ad Iliad. ξ'. p. 334. cnf. Sophocl. Œd. Tyr. 1171. 1182. Æschyl. Choeph. 328. 892. etc. Ultimum quod innotuit mihi fragmentum e Pratinæ carminibus apud Athenæum latet, Lib. XIV. p. 633.

Λάκων ὁ τέττιξ εὔτυχος εἰς χορόν.

verbum εὔτυχος non sanum esse jam Casaubonus observavit, cum Excerptis itaque legendum censet:

Λάκων ὁ τέττιξ εὔτυκος εἰς χορόν.

vel εὔτυκτος. *Lacon est musicus aptus ad choreas.* Omnino εὔτυκος vel εὔτυκτος est pro εὔτευκτος. Vid. Homer. Iliad. γ'. 336. ο'. 480. Etym. MS. εὔτυκτον — καλῶς κατεσκευασμένον. Omisso τ in ultima, ὁ, ἡ, εὔτυκος. Callimach. Lav. Pallad. 37.

- - - - καὶ ἁ θεὸς εὔτυκος ἕρπει.

vid. ibi Interpp. cnf. Æschyl. Suppl. 981. 1001. et Cl. Schütz, ad ll. cc. Toup. in Hesych. T. III. p. 357. Deest tamen vel sic versui syllaba, quam supplevit Wakefield, Silv. Critic. T. II. pag. 36.

Λάκων ὁ τέττιξ εὔτυκός ἐστιν εἰς χορόν.

ubi versum erudite illustravit.

DEDICATIO

SIMULACRI REGILLÆ

HERODIS UXORIS

IN CERERIS ET FAUSTINÆ

AD

TRIOPIUM.

B.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ.

Δεῦρ' ἴτε, [1] Θυβριάδες, νηὸν ποτὶ τόνδε γυναῖκες,
Ῥηγίλλης ἕδος ἀμφὶ [2] θυοσκόα ἱρὰ φέρουσαι.

[1] Θυμβριάδες B.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ] Vide quæ de Marcello, carminis forsan auctore, in Præfatione monui.

Δεῦρ' ἴτε Θυβριάδες] Usitatius erat Θυμβριάδες. Θύμβρις enim Græcis *Tiberis*. Hesych. Θύμβρις, ὄνομα ποταμοῦ. Dionys. Perieget. 352.

- - - - ἧς διὰ μέσσης
Θύμβρις ἑλισσόμενος ῥόον εἰς ἅλα βάλλει.

Literam vero μ, multis vocabulis exterere, familiare Græcis poetis. In Scholiis MSS. ad Dionysium, monente Viscontio, legitur Θύβρις, quæ lectio genuina, nam et in antiquissimis Virgilii Codd. legitur Thybris; et Θ Græcorum, valet Romanorum *Th*. cnf. Cluverii Italia antiq. pag. 699. — Memorabilis in hanc rem est H. Stephani observatio, in Thes. L. Gr. T. I. p. 794. Ego, ait, in antiquioribus et fide dignioribus diversorum poetarum scriptis ὄβριμος potius quam ὄμβριμος observasse mihi videor. At immemor optimæ observationis, in Æschylo, Agamemn. 1420. edidit

ἄπολις δ' ἔσῃ, μῖσος ὄμβριμος ἀστοῖς.

et in Sept. ad Theb. 800.

πέπτωκεν ἀνδρῶν ὀμβρίμων κομπάσματα.

Stephanianam lectionem omnes retinuerunt, ipse novissimus Æschyli editor Du Theil. Brunk, in loco e Sept. ad Theb. petito edidit ὀβρίμων, quam lectionem usurpavit Cl. Schütz, qui tamen in Agamemn. (v. 1422.) conservavit lectionem Stephanianam. Idem vitiosum scribendi genus observavi in Euripide. In Orest. 1465. legitur, ed. Musgrav.

Ἰδαία μᾶτερ, μᾶτερ
ὀβρίμα, ὀβρίμα.

at in Ion. 215.

Τί γὰρ, κεραυνὸν ἀμφίπυρον, ὄμβριμον.

vid. Brunk. ad Eurip. Orest. 1463. In Quinto Smyrnæo, ubi etiam tale vitium latuit, veram lectionem restituit Toup. Emend. in Suid. T. III. pag. 253. — Litera μ multos errores effecit in poetis Græcis euphoniæ causa, ab imperitis librariis posita. In Euripid. Alcest. 245. legitur:

Ὅστις ἀρίστης ἀμπλακὼν ἀλόχου
τῆσδ', ἀβίωτον
τὸν ἔπειτα χρόνον βιοτεύσει.

Legendum vero deleta litera μ, ἀπλακών. vid. Schol. Sophocl. Trachin. 120. Brunk. ad Sophocl. Œd. Tyr. 472. Simili modo in Euripid. Iphig. Aul. 124.

Καὶ πῶς Ἀχιλεὺς, λέκτρ' ἀμπλακὼν,
οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαίξει
σοὶ, σῇ τ' ἀλόχῳ;

Legendum est, λέκτρ' ἀπλακὼν, nam Marklandi emendatio

— λέκτρ' (i. e. κατὰ λέκτρα) ἀμπλακέων,

dura est, et participio Ionico nullus locus concedendus in Scena Attica. In Æschyli Eumenid. 935. accurate Hermannus edidit ἀπλακήματα, in omnibus enim aliis edd. erat ἀμπλακήματα. Reddenda vox et sana in Tragici Supplic. 238. ubi vulgatur:

Κἀκεῖ δικάζει τἀμπλακήμαθ' ὡς λόγος.

Scribe: τἀπλακήμαθ' —. Nonnunquam et aliæ literæ, præcipue τὸ λ, additæ, contrarium linguæ legibus. In Euripid. Ipoig. Aul. 352. edidit Musgrave,

- - - - Δαναΐδαι δ' ἀφιέναι
ναῦς διήγγελον, μάτην δὲ μὴ πονεῖν ἐν Αὐλίδι.

Ubi omissum λ. scribendum enim ναῦς διήγγελλον, sequitur enim εἶχες et παρεκάλεις. Imperfectum hujus verbi occurrit in Herc. fur. 554. Helen. 626. nunquam vero, quantum scio, aor. 2. Similis error latet forte in Iphig. Taur. 939.

Ταῦτ' ἄρ' ἐπ' ἀκταῖς κἀνθάδ' ἠγγέλης μανείς.

raro aor. 2. passivi in Atticis Tragicis invenies. Legendum itaque: ἠγγέλθης. cnf. Hecub. 591. 672. Æschyl. Choeph. 739. Agamemn. 302. Euripid. Hecub. 727. Orest. 1529. 1018. Sophocl. Electr. 1341. 1462. Œd. Tyr. 604. Fere semper aor. 1. a Tragicis usurpatum esse, præter

II.

MARCELLI.

Huc adeste Tiberinides ad templum mulieres,
Regillæ ad simulacrum suffimenta sacra ferentes.

[2] θυοσκόον ex corr. S.

Etym. M. pag. 154. 424. 503. 817. 883. monuere, Piersonus ad Mœrin, pag. 207. et Valk. ad Eurip. Phœn. pag. 306. Literam denique ν multis locis insertam esse, sensumque turbare, dudum notarunt VV. DD. cnf. Wakefield ad Lucret. III. 927. ubi nonnulla exempla invenies.

Ῥηγίλλης ἕδος ἀμφὶ θυοσκόα ἱρὰ φέρουσαι] Regilla, e nobilissima Romana familia orta, fuit Herodis Attici uxor, soror Braduæ. vid. Visconti pag. 76. qui egregie, quæ ad Regillam spectant, omnia illustravit. — ἕδος, *sacra effigies, statua*. vide quæ monui ad Inscr. I. 19. Pro *simulacro deorum*, ponitur ap. Dionys. Halicarn. A. R. Lib. I. p. 38. παραλαβὼν καὶ τὸν πατέρα καὶ τὰ ἕδη τῶν θεῶν· Appian. Mithrid. pag. 717. τὸ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος, ὃ παλλάδιον καλοῦσι. Vide præterea de hac voce Erotianum et Thom. Mag. Jungerm. ad Polluc. Lib. I. 7. et Toup. in Cur. noviss. in Suid. pag. 61. — Sæpenumero vox ἕδος pro *statua*, in poetis. Æschylus in Niobe. ap. Strabon. Lib. XII. p. 870.

Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος.

Insignis quoque est Callimachi locus apud Eusebium, in Præp. Evang. Lib. III. 8. emendatus a Toupio, in Emend. in Suid. T. III. p. 93. de Junonis statua lignea apud Samios:

Οὔπω Σμίλιδος ἔργον εὔξοον. ἀλλ' ἐπὶ τεθμοῦ
Δηναίου γλυφάνῳ ἄξοος ἦσθα σανίς.
ὧδε γὰρ ἱδρύοντο θεοὺς τότε· καὶ γὰρ Ἀθήνης
ἐν Λίνδῳ Δαναὸς λᾶαν ἔθηκεν ἕδος.

Lapides antiquissimis temporibus pro statuis honore positi. Euripides, Antiope:

- - - ἔνδον δὲ θαλάμοις βουκόλον
κοσμοῦντα κισσῷ στύλον Εὐίου θεοῦ.

Simili modo Auctor Phoronidis, ap. Clem. Alex. Strom. Lib. I. pag. 418.

Καλλιθόη κλειδοῦχος Ὀλυμπιάδος βασιλείης
Ἥρης Ἀργείης, ἣ στέμμασι καὶ θυσάνοισι
πρώτη ἐκόσμησεν περὶ κίονα μακρὸν ἀνάσσης.

Dixi supra vocem ἕδος templum sæpenumero significare et monumentum. Tali significatione verbum credo reddendum esse fragmento corruptissimo, desumpto e Pythonis Catanensis (aut Alexandri Magni) fabula Satyrica, Agenis inscripta, ap. Athen. Lib. XIII. p. 595. F. Versus poetæ partim cum soluta oratione misti, ita se habent: Ἔστιν δ' ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυκεν, ὁ δὲ ἐφέτωμα * ὄρνον ἐξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε

πόρνης ὁ κλεινὸς λαὸν, ὃν δὴ Παλλίδης
τεύξας, κατέγνω διὰ τὸ πρᾶγμ' αὐτοῦ φυγὴν,
ἐνταῦθα δὲ τῶν βαρβάρων τινὲς μάγοι
ὁρῶντες αὐτὸν παγκάλως διακείμενον,
ἔπεισαν ὡς ἀξιοῦσι τὴν ψυχὴν ἄνω
τὴν πυθιονίκης - - - -

Totum locum depravatum, in hunc fere modum emendari posse existimo:

Ἔστιν δ' ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυχ' ἕδος
ἐπίχωμα δ' ὄρνον, ἐξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε
πόρνης ὁ κλεινὸς ναὸς, ὃν δὴ Παλλίδης
τεύξας, κατέγνω διὰ τὸ πρᾶγμ' αὐτοῦ φυγήν.
ἐνταῦθα μὲν τῶν βαρβάρων τινὲς Μάγοι
ὁρῶντες αὐτὸν παγκάλως διακείμενον,
ἔπεισαν, ὡς ἄξουσι τὴν ψυχὴν ἄνω
τὴν Πυθιονίκης - - - -

Hic quidem, ubi arundo noscitur, monumentum
tumulus desertus est. Ex sinistra vero parte
meretricis superbum templum, quod Harpalus
ædificavit; paravitque sibi fugam ob hanc rem.
Hic autem, Barbarorum quidam Magi,
videntes templi situm præclarum,
dixere, se subvecturos animam Pythionices
in sedes supernas - - - -

In Fabula Satyrica Agenis inscripta, tractata erat historia Harpali et Pythionices. Ex pluribus enim quam ducentis talentis Harpalus, immensa duo monumenta in Pythionices exegit sempiternam memoriam. Pythionices historiam suavissime exposuit summus Criticorum, Jacobs, in Wielandii Museo Attico, T. II. sect. 3. pag. 178. Ibi acumen, doctrinam reconditam, poeticamque facultatem admirandi, jucundam occasionem sæpe nobis datam esse recordamur. Emendavit quoque fragmentum laudatum, at quia in nonnullis aliter sentimus, afferamus sententias viri doctissimi, libereque nostram

Ἡ δὲ πολυκτεάνων μὲν [1]ἔην ἐξ Αἰνεαδάων,
Ἀγχίσεω [2]κλυτὸν αἷμα καὶ Ἰδαίης Ἀφροδίτης.
Γήματο δ' [3]ἐς Μαραθῶνα. Θεαὶ δέ μιν οὐρανιῶναι
[4]Τίουσιν, Δηώ τε νέη, Δηώ τε παλαιὴ,
Τῇσί περ ἱερὸν εἶδος ἐϋζώνοιο γυναικὸς
[5]Ἄγκειται· αὐτὴ δὲ μεθ' ἡρώνῃσι νένασται

[1] ἔνη A. [2] καυτὸν A. [3] εἰς S. M. B.

addemus opinionem. Acutam v. 1. recepi Jacobsii emendationem, πέφυχ'. at pro ἕλος, quæ conjectura ingeniosa, scribendum mihi videtur ἕδος. Præterea vox ἕλος, quæ arundinosam regionem indigitat, (vid. Angares ap. Athen. Lib. XIV. pag. 633.) superflua est, quia jam præcesserat, ὅπου ὁ κάλαμος πέφυχ'. Credidit Vir doctissimus, templum Pythionices in calamis positum esse, talem enim habuit Venus apud Milesios. vid. Theocrit. Id. XXIX. 4. v. 2. ita scribit V. D.

ἔνθ' αἰέτωμα, κἢξ ἀριστερᾶς ὁδοῦ.

Erudite quidem posuit αἰέτωμα, at ἐπίχωμα propius ad literarum ductus accedere videtur, et ad ipsam rem jucundissime. Vocem ὄρνον e Glossa ortam putat, qua ὄροφος scriptum erat. At ὄρνος i. q. ὀρφνὸς aut ὀρφανός. ἐπίχωμα ὄρνον, reddo, *tumulum desertum*. vid. Phavorinum h. v. δ' ὅδε mutaverat doctissimus Criticus in ὁδοῦ. Sed lectio in Athenæo recte se habet et servanda. Sophocles Electr. 6.

αὕτη δ', Ὀρέστα, τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ
ἀγορὰ Λύκειος. οὑξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε,
Ἥρας ὁ κλεινὸς ναός.

v. 3. male erat in Athenæo λαὸς, quod jam a Casaubono observatum. Cur *Harpalus* Παλλίδης dictus, narrat Athenæus. In v. 6. vir doctissimus pro παγκάλως scribit παγκάκως. Non tamen mihi persuadere possum hanc lectionem a poeta profectam esse. Sermo, ut mihi videtur de superbo situ monumenti, minime de Harpalo, certe sensus, et verbum illud διακείμενον, quod de ædificio bene dici potest, hoc indigitare videtur. v. 5. male vulgatur ἀξιοῦσι. patet scribendum esse ἄξουσι —. In poetæ vs. 2. Lapis et Arcudius θυοσκόα. Vitiosa est Salmasiana lectio θυοσκόον.

Ἡ δὲ πολυκτεάνων - - - Ἀφροδίτης] Nobilissimam facit Regillam inscriptionis auctor, et ad Æneam et Anchisem gentis originem refert. cnf. Visconti.

Γήματο δ' ἐς Μαραθῶνα. - - -] Nupsit Regilla Herodi Attico, qui Marathonius erat. Marathon, notus Atticæ pagus, unde fuit Herodes. Ibi immensas opes possidens, vitam exegit, ibidemque sepeliri voluit. vid. Philostratum in Herode, c. 12. Gellium Lib. I. 2. Conservavit Philostratus Epigramma ipsius sepulcro inscriptum: Brunk. Analect, T. III. pag. 272.

Ἀττικοῦ Ἡρώδης Μαραθώνιος, οὗ τάδε πάντα
κεῖται τῷδε τάφῳ, πάντοθεν εὐδόκιμος.

Dictus quoque Herodes, Marathonius, in Inscriptione Athenis reperta, editaque a Sponio, Itin. T. II. pag. 482. cnf. Viscont. ad h. l.

Θεαὶ δέ μιν οὐρανιῶναι - - - παλαιὴ] Ex Salmasii sententia, duæ hic proponuntur Cereres, nova et antiqua. Cererem intelligit matrem, et filiam Proserpinam, Cererem novam, juniorem a poeta vocatam. At a viro docto minime observatum, hæc reliquis non convenire. Spanhemius, ad Callimach. Hymn. in Cerer. 133. sub nova Cerere, Sabinam imperatoris Hadriani uxorem intelligit. At hæc nulla temporis ratione habita, scripsit Vir doctus. Sine dubio intelligenda est Faustina; cui sententiæ magnam vim e versu 48. conciliavit Viscontius. Ibi legitur:

Τοῦτο δὲ Φαυστίνῃ κεχαρισμένον ἥσται ἄγαλμα.

Hinc quoque patet, Faustinam juniorem, Cererem novam dictam esse. Ex V. Cl. Eichstædtii censura, pag. 489. intellexi, opinionem hanc, Faustinam sub Cereris nomine latere, jam Arnaldum habuisse, in libello De diis παρέδροις. cap. XXII. pag. 144. aliamque falsam exstare, in Maffeii Art. Critic. lapid. III. 1. pag. 143. Deæ dictæ οὐρανιῶναι, cœlestes, quod idem est ac οὐράνιαι, in Tragico incerto ap. Stobæum Grotii pag. 133. οὐρανίων solet esse epitheton deorum, in Homero. vid. Iliad. α'. 570. ε'. 373. ρ'. 195. φ'. 275. 509. οὐρανιώνη, nunquam, quantum scio, in alio poeta occurrit.

Ἄγκειται] Optime Marcellus adhibuit verbum ἀνακεῖσθαι, quod Grammaticorum veterum auctoritate, de dedicatione alicujus rei, maxime *statuæ*, dicitur. Athenæus, Lib. I. pag. 23. C. Ἀνακεῖσθαι δὲ φαμὲν, ἐπὶ ἀνδριάντος, ὅθεν τοὺς ἐπὶ κατα-

Ea quidem opulentissimis erat ex Æneadis,
Anchisæ inclytus sanguis, et Idææ Veneris:
Nupta venit Marathona: divæ autem ipsam cœlestes
Honorant, Ceres nova, et Ceres prisca,
Quibus sacra effigies formosæ mulieris
Dicata est. Ipsa vero cum heroinis habitat

[4] Τίμουσιν A. [5] Ἀγχεῖται A.

κειμένων χρωμένους τῇ λέξει, διέσυρον. Theocritus, Id. X. 32. ex emendatione Toupii in Animadv. p. 395.

Αἴθε μοι ἦς ὅσσα Κροῖσόν ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι,
χρύσεοι ἀμφότεροί κ' ἀνακείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ.

Auctor incertus Epigrammatis asservati in Bibliotheca Cardin. Zeladæ, in Analect. Brunk. T. III. n. CLXIII.

Ἄλσος μὲν Μούσαις ἱερὸν λέγε τοῦτ' ἀνακεῖσθαι
τὰς βίβλους δείξας, τὰς παρὰ τοῖς πλατάνοις.

Μεθ' ἡρώνῃσι νένασται - - - Ἐν μακάρων νήσοισιν] Atticum est ἡρῶναι pro ἡρωίναι. Sic infra v. 55.

Οὐδέ μιν ἡρώνῃσι παλαιῇσιν μεδέουσα.

Aristoph. Nub. 315. Αἳ φθεγξάμεναι τοῦτο τὸ σεμνὸν μῶν ἡρῶναί τινές εἰσίν; Ubi Scholiastes: Ἀττικὴ ἡ σύνταξις τὸ ἡρῶναι, ὡς ἠίθεοι, ἤθεοι —. Κατὰ δὲ τὸ ἀρχαῖον καὶ σύνηθες αὐτῷ, ἐνθάδε τρισυλλάβως προήνεγκε τὸ ἡρῶναι. Nil altius hærebat mentibus antiquorum, quam animas scelerum puras in beatas sedes migrare. Testimonia veterum a viris doctis passim collecta. In elegantissimo Pauli Æmilii epigrammate, apud Gorium, Inscriptt. Etrusc. T. II. p. 219. invenies:

καὶ ναίεις μακάρων νήσους θαλίῃ ἔπι πολλῇ,
ἔνθα κατ' Ἠλυσίων πεδίων σκιρτῶσα γέγηθας
ἄνθεσιν ἐν μαλακοῖσιν, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων.

Desidero hoc loco doctrinam Salmasii, scribentis: 'Saturnum in beatis insulis regnare, hic fecit, quod nescio an alibi temere invenies.' Cui non notus Pindari locus Ol. II. 122. quem integrum transferre liceat:

Ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐς τρὶς
ἑκατέρωθι μείναντες
ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
ψυχὰν, ἔτειλαν Διὸς
ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν· ἔνθα μακάρων
νᾶσον ὠκεανίδες
αὖραι περιπνέουσιν· ἄνθεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
τὰ μὲν χερσόθεν, ἀπ' ἀγλαῶν δενδρέων,
ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει·
ὅρμοισι τῶν χέρας ἀναπλέκοντι καὶ στεφάνοις.
βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος.
ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἑτοιμον αὐτῷ πάρεδρον
πόσις ὁ πάντων Ῥέας
ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.

Reperit Visconti aliam quoque auctoritatem in picturis sepulcri Nasonum Tab. VIII., ubi anima a Mercurio ad Saturnum sedentem adducitur. — Similitudine aliqua argumenti admoniti, addamus conjecturam de Suidæ loco. Memorat Grammaticus arcem Thebarum in Bœotia sitarum, vocatam esse *Insulam beatorum*. v. Μακάρων νῆσοι. — ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν Βοιωτίᾳ Θηβῶν τὸ παλαιὸν, ὡς Παρμενίδης. Nihil hic observarunt Viri docti. At in Photii Lexico MS. iisdem fere verbis hæc inveni: Μακάρων νῆσοι. ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν Βοιωτίᾳ Θηβῶν, τὸ παλαιὸν, ὡς Ἀρμενίδας. Ex his apparet, in Suida, Photii auctoritate Ἀρμενίδας, pro Παρμενίδης legendum esse. Fuit enim Armenidas scriptor de Rebus Thebanis; hoc intelliges e loco Scholiastæ, Apollonii Rhod. Lib. I. 551. Ἀθηναίης Ἰτωνίδος, γράφεται καὶ Τριτωνίδος. Ἰτωνίας δὲ Ἀθηνᾶς ἐστὶν ἱερὸν ἐν Κορωνείᾳ τῆς Βοιωτίας. .... Ἀρμενίδας δὲ, ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς, Ἀμφικτυόνος υἱὸν Ἴτωνον ἐν Θεσσαλίᾳ γεννηθῆναι (φησὶ), ἀφ' οὗ Ἴτων πόλις καὶ Ἰτωνὶς Ἀθηνᾶ. Armenidæ nomen restituendum alio loco Scholiorum in Apollon. Rhod. Lib. I. 741. Ibi de origine Thebarum mentione injecta, hæc leguntur: ὅτι δὲ ἠκολούθησαν τῇ Ἀμφίονος λύρᾳ οἱ λίθοι αὐτόματοι, ἱστορεῖ καὶ Ἀντιμενίδας ἐν πρώτῳ. τὴν δὲ λύραν δοθῆναι Ἀμφίονι ὑπὸ Μουσῶν φησὶ. Scribe: Ἀρμενίδας. Syllabam ἐν pro ἐμ, in voce ἐμβασιλεύει, accurate dedit Arcudius. Talia occurrunt plura in Codd. MSS. et antiquis Inscriptt. Sic centies ΤΥΝΒΟΣ pro ΤΥΜΒΟΣ incisum invenies. Magna laude dignum est Viscontii ingenium, qui in notis ad h. l. emendavit epigramma in Ana-

Ἐν μακάρων νήσοισιν, ἵνα Κρόνος [1] ἐμβασιλεύει.
Τοῦτο γὰρ ἀντ' ἀγαθοῖο νόου [2] εἴληχεν ἄποινον.

[1] ἐμβασιλεύει tanquam ex marmore omnes.

lect. Brunk. T. III. adesp. DCCXVIII. Edidit enim Brunkius:

Τίς μου τὴν Σειρῆν' ἄκακον κακὸς ἥρπασε δαίμων;
τίς μου τὴν γλυκερὴν ἥρπασ' ἀηδονίδα:
νυκτὶ μιῇ ψυχραῖσιν ἄφαρ σταγόνεσσι λυθεῖσα
ὤλεο Μοῦσ', ἐτάκη δ' ὄμματ' ἐκεῖνα σέο,
καὶ στόμα πέφρακται τὸ χρύσεον· οὐδὲν ἔτ' ἐν σοι
λείψανον οὐκ εἴδους, οὐ σοφίης πέλεται.
ἔῤῥετε μέρμηραι θυμαλγέες. ἄμμοροι ἐσθλῆς ἐλπίδος ἄνθρωποι· πάντα δ' ἄδηλα Τύχης.

Versu primo in lapide invenit Visconti:

Τίς μου τὴν Σειρῆνα κακὸς κακὸς ἥρπασε δαίμων.

Elegantissima lectio! tantum abest, ut auribus meis molesta sit repetitio verborum κακὸς, ut potius existimem, diligenter hæc verba a poeta posita esse, ne funestam cladem celeriter currentibus et remissioribus numeris caneret, sed ut languida aliquantum sensibus oratione fata luctuosa deploraret. cnf. Burmann. ad Antholog. Lat. T. II. pag. 98. Versum 6. ita lapis exhibet:

λείψανον οὐ κάλους, οὐ σοφίης πέλεται.

Ubi addita litera λ, legendum; οὐ κάλλους, pro quo Brunkius exhibuit οὐκ εἴδους. Sexcenta equidem, nimia literarum arctatione corrupta loca afferre possum. Expromam pauca. In Athenæo, Lib. XIV. pag. 697., Scolion legitur venustissimum, editum quoque a Brunkio, in Analect. T. I. pag. 154. et Ilgen, in Scoliis pag. 31.

Ἐκ γῆς χρὴ κατιδεῖν πλόον
εἴ τις δύναιτο καὶ παλάμην ἔχοι·
ἐπεὶ δέ κ' ἐν πόντῳ γένηται
τῷ παρέοντι τρέχειν ἀνάγκη.

Putat Jacobs in Animadv. ad Anthol. T. I. P. 1. p. 294. (cnf. Addend. ad Ilgenii Scol. pag. 256.) post ἐκ γᾶς omissum esse vocabulum, quod versum expleverit, ut esset Alcaicus. At nihil deesse puto. Est enim primus versiculus Glyconicus, Antispasticus dimeter Acatalecticus, qualis ille Simonidis ap. Plutarchum, in Consol. ad Apollon. T. I. pag. 297. ed. Wyttenbach.

Ἄπρακτοι δὲ μεληδόνες.

et notus Horatii, Lib. I. Od. III. 1.

"Sic te diva potens Cypri."

Miror vero, neminem quantum scio, animadvertisse, versum tertium vitio laborare. Credo Scolion sic scribendum et distinguendum esse:

Ἐκ γῆς χρὴ κατιδεῖν πλόον
εἴ τις δύναιτο, καὶ παλάμην ἔχοι·
ἐπεὶ δ' ἂν ἔμπορος γένηται,
τῷ παρέοντι τρέχειν ἀνάγκη.

Sensus est: *oportet nautam e terra agitatum videre mare, an rei nauticæ habeat cognitionem* (εἰ παλάμην ἔχοι); *si vero mercator factus, deprehensus in mari tempestate, omnibus viribus allaborandum, ut vento recte uteretur.* παλάμη, *ratio est, qua quid efficitur*, i. q. δύναμις. Certe sic sæpius usurpatur a Pindaro, v. c. Olymp. IX. 38. X. 25. Pyth. I. 85. Nem. X. 121. etc. Versu tertio, spondeus, Lyrica omnino defendi potest auctoritate. Video his scriptis Wakefieldium, in Silva Critica, T. IV. pag. 63. conjecisse v. 4.

Τῷ φορέοντι τρέχειν ἀήτῃ,

aut,

Τῇ φορεούσῃ τρέχειν ἅμ' αὔρᾳ.

Sed hoc nimis a literarum ductibus recedit. Ob falsam scribendi methodum, vitiose se habet Mesomedis locus in Brunkii Analect. T. II. pag. 292. Antholog. Jacobs, T. III. pag. 6.

λήθουσα δὲ πὰρ πόδα βαίνεις,
γαυρούμενον αὐχένα κλίνεις,
ὑπὸ πῆχυν ἀεὶ βίοτον μετρεῖς,
νεύεις δ' ὑπὸ κόλπον ἀεὶ κάτω ὀφρὺν,
ζυγὸν μετὰ χεῖρα κρατοῦσα.

Versu 4. hiatus est, qui cum unicus sit toto hymno, Dactylicis numeris eleganter condito, omnino tollendus. Procul dubio fuit in Mesomede:

νεύεις δ' ὑπὸ κόλπον ἀεὶ κάτω
ὀφρὺν, ζυγὰ χειρὶ κρατοῦσα.

Quam bene nunc numeri utriusque versus sententiæ conveniunt. Vox cæterum ὀφρὺν mihi suspecta est, et sine ullo sententiæ damno tollenda. Tum esset:

νεύεις δ' ὑπὸ κόλπον ἀεὶ κάτω
ζυγὸν μετὰ χεῖρα κρατοῦσα.

Conferendus cum Mesomede, Apollonii Rhodii locus, Lib. II. 685.

- - - οὐδέ τις ἔτλη
ἀντίον αὐγάσασθαι ἐς ὄμματα καλὰ θεοῖο,
στὰν δὲ κάτω νεύσαντες ἐπὶ χθονός.

Sed quid vetat unum alterumque locum

In beatorum insulis, ubi Saturnus regnat;
Hoc enim pro bona mente sortita est munus:

[2] εἴληκεν A.

poetarum hic emendare, ubi vera lectio in falsam librariorum inscitia degeneravit? Suavissimus Lycophronidis locus apud Athenæum, Lib. XV. pag. 670., quem, cum vitiosus sit, male intellectum esse, quid mirum? Ὅθεν Λυκοφρονίδης, ait, τὸν ἐρῶντα ἐκεῖνον αἰπόλον ἐποίησε λέγοντα, τόδε ἀνατίθημί σοι ῥόδον καλὸν νόημα, καὶ πέδιλα καὶ κυνέην καὶ τὴν θηροφόνον λογχίδα, ἐπεί μοι νόος ἄλλῃ κέχυται, ἐπὶ τὰν χάρισι φίλαν παῖδα καὶ καλάν. Casaubonus, quod in Aldina et Basileensi editione fuit, καλὸν νόημα, in καλὸν ἄνθημα mutare studet: idem profert aliam conjecturam, τὸ ῥόδον καλὸν τόδ', ἐμά τε πέδιλα. Displicent hæc eruditissimo Jacobsio, qui in Animadv. ad Auct. Vet. pag. 317. hæc scribit: 'Mihi olim in mentem venit: ῥόδον χαρίτων μέλημα, ut Anacreon Od. V. ῥόδον ἔαρος μέλημα. Od. LIII. Χάρισίν τ' ἄγαλμ' ἐν ὥραις—

Τόδε καὶ μέλημα μύθοις.

et XXXVIII. ἴδε πῶς ἔαρος φανέντος χάριτες ῥόδα βρύουσιν. Fortasse tamen verius, quod et a vulgatæ scripturæ ductibus proxime abest, et reliquis donis optime convenit; ῥόδον καλὸν εἷμα καὶ πέδιλα.' Equidem, ut libere meam de hac conjectura sententiam dicam, nil malim, quam ut ea Codicis alicujus auctoritate confirmetur, est enim ingeniosissima, et pulcrum sensum efficit. Venit tamen mihi in mentem, dum meliora dabunt acutiores, conjicere; καλὸν φόρημα, et totum locum sic scribere:

Τόδ' ἀνατίθημί σοι ῥόδον
καλὸν φόρημα,
καὶ πέδιλα, καὶ κυνέην,
καὶ τὴν θηροφόνον λογχίδ', ἐπεί μο νόος ἄλλῃ κέχυται,
ἐπὶ τὰν Χάρισι φίλαν παῖδα καὶ καλάν.

Rosam hanc tibi depono,
Eximium ornamentum,
et calceos et galeam,
hastamque feris neciferam, quoniam mens mea alia volutat,
atque in puellam Gratiis amicam et formosam conversa est.

Melleos Græcos versiculos vix exprimere potest lingua Latina. Quanquam haud multum a vero emendatio mea abesse videtur, tamen aliam quoque proponere liceat. Fuit forte:

Τόδ' ἀνατίθημί σοι ῥόδον
Καλά τε σέλινα.

Non semel a poetis coronæ rosaceæ et apianæ conjunctæ. Memorabilis est locus, e carmine Anthema dicto, ap. Athen. Lib. XIV. pag. 629. qui sic numeris reddendus:

Ποῦ μοι τὰ ἴα; ποῦ μοι τὰ ῥόδα; ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα;
ποῦ μοι ταδὶ τὰ ἴα; ταδὶ τὰ ῥόδα; ταδὶ τὰ σέλινα;

Versus sunt symplecti. Cæterum cum Lycophronide comparandus locus Hedyles poetriæ, e carmine Scylla inscripto ap. Athenæum Lib. VII. pag. 297. Locum correctius scriptum subjiciam:

Ἢ κόγχου δώρημα φέροντ' ἐρυθρὰς ἀπὸ πέτρης,
ἢ τοὺς ἀλκυόνων παῖδας ἔτ' ἀπτερύγους,
τῇ νύμφῃ δυσπείστῳ ἀθύρματα· δάκρυ δ' ἐκείνου
καὶ Σειρὴν γείτων παρθένος οἰκτίσατο.
ἀκτὴν γὰρ κείνην ἀπενήχετο, καὶ τὰ σύνεγγυς Αἴτνης * * * *

Sermo est de Glauco, qui cum Scyllam amaret, in illius antrum ingressus est, dona ferens. Versu 3. male erat: τῇ νύμφῃ δύσπιστος; nec recte Casaubonus rescribebat, δυσπίστῳ. Legendum enim δυσπείστῳ. Etenim δύσπιστος, est is, *cui difficulter fides haberi potest*, δύσπειστος vero, *qui difficulter sibi aliquid persuaderi patitur*. V. Cl. Jacobs, ad Anthol. T. I. P. II. pag. 248. versum 2. ita scribit:

τῇ νύμφῃ δύστηνος ἀθύρματα - - -

admodum eleganter! Idem pro ἀκτὴν γὰρ κείνην, fuisse suspicatur:

- - - ἀκτὴν γὰρ Σικελὴν παρενήχετο.

At hæc emendatio splendida magis quam necessaria, nil enim locus habet, quod quemquam offendere possit. Quid sit ἐρυθρὰ πέτρη, nescio. Forsan sunt saxa in mari, quæ rubrum colorem a conchis adhærentibus ducunt. Recordor similem locum in Virgilii Cir. 103.

"Purpureis late videntia litora conchis."

Memorat quoque *concham*, ab colorem *purpuream*, auctor Mimorum apud Gellium, Lib. XV. pag. 327. Halcyones Nymphis erant dilectæ. Theocrit. Idyll. VII. 57.

Χἁλκυόνες στορεσεῦντι τὰ κύματα, τάν τε θάλασσαν
τόν τε Νότον, τόν τ' Εὖρον, ὃς ἔσχατα φυκία κινεῖ.
ἀλκυόνες, γλαυκαῖς Νηρηΐσι ταί τε μάλιστα
ὀρνίχων ἐφίλαθεν, ὅσαισί περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα.

Cum Hedyles loco convenit pulcherrimum Callimachi Epigramma, quod vitiis innu-

Ὡς οἱ Ζεὺς ᾤκτειρεν ὀδυρόμενον παρακοίτην,
Γήρᾳ ἐν ἀζαλέῳ χήρῃ [1] περικείμενον εὐνῇ.

[1] περιχείμενον S.

meris contaminatum, servavit Athenæus Lib. VII. pag. 318. Felicissime res successisse videtur Jacobsio, in restituendo epigrammate; temperare tamen mihi nequeo, quin totum locum apponam, ut in singulis locis emendatius legatur:

Κόγχος ἐγὼ, Ζεφυρῖτι, παλαίτερον· ἀλλὰ σὺ νῦν με
Κύπρι, Σεληναίης ἄνθεμα πρῶτον ἔχεις,
ναυτίλον. ὃς πελάγεσσιν ἐπέπλεον, εἰ μὲν ἀῆται
τείνας οἰκείων λαῖφος ἀπὸ προτόνων.
εἰ δὲ γαληναίη λιπαρὴ, θέον αὐτὸς ἐρέσσων
ποσσὶν ἀεὶ, ὡς καὶ τοὔνομα συμφέρεται.
ἔκ τ' ἔπεσον παρὰ θῖνας Ἰουλίδος, ὄφρα γένωμαι
σοί τι περίσκεπτον παίγνιον, Ἀρσινόη.
μηδ' ἐμοὶ ἐν θαλάμῃσιν ἔθ', ὡς πάρος (εἰμὶ γὰρ ἄπνους)
τίκτοιτ' αἰνοτέρη, ὤεον ἀλκυονίς.
Κλεινίου ἀλλὰ θυγατρὶ δίδου χάριν· οἶδε γὰρ ἐσθλὰ
ῥέζειν, καὶ Σμύρνης ἐστὶν ἀπ' Αἰολίδος.

De versu 9. hæc monet doctissimus Interpres ad Antholog. T. II. P. I. pag. 285. ' Verba ἐν θαλάμῃσιν, de templi penetralibus acceperim, ubi nautilus periculorum, quæ mare habet, securus jacebat. Dioscurorum θαλάμας memorat Eustath. ad Iliad. pag. 906. Rheæ θαλάμαι celeberrimæ. vid. Schneid. ad Nicandr. Alex. pag. 78. Totum autem distichon in hunc modum distinxerim et emendaverim:

μηδ' ἐμοὶ, ἐν θαλάμῃσιν, ἔθ', ὡς πάρος, εἰμὶ γὰρ ἄπνους,
τηρεῖται γοερῆς ὤεον ἀλκυόνος.

Quum hic, in Arsinoes templo jaceam, vita privatus, non amplius, ut olim feci, Halcyonis, luctuosæ avis ova, i. e. nidificationem observo. In his saltem γοερῆς ἀλκυόνος, verum puto.' Non omnino in suam sententiam nos perduxit vir doctissimus. θαλάμαι quidem Dioscurorum etiam a Photio memorantur in Lex. MS. Θαλάμαι, καταδύσεις. θαλάμαι δὲ τόπος ἱερὸς τῶν Διοσκούρων. At hoc loco θαλάμαι, non penetralia templi, sed *cubilia piscium*, inter saxa ad maris litus significare videntur. Sic ab Homero, cubile polypodis θαλάμη dictum, Od. ε'. 432.

Ὡς δ' ὅτε πουλύποδος, θαλάμης ἐξελκομένοιο.

Apollonius Sophista, vocem θαλάμη per κατάδυσιν explicat, i. e. foveam. v. 10. in Athenæo erat τίκτει δ' αἰνοτέρης ὤεον ἀλκυόνης. Nescio an recte verba restituerim. Alcyones in aqua nidulantur, sub desertis e mari prominentibus rupibus, ubi concharum cubilia. vid. Varro ap. Gellium Lib. III. 10. Dicta est αἰνοτέρη, Alcyon, aut quia edit nautilum, (nam conchas et cancros cibum esse Alcyonis res nota, unde et species aliqua a Franco-Gallis dicta, Martin Pêcheur Crabier, vid. Buffon Hist. Natur. T. XIII. p. 269.) aut, si privata est pullis, hos non curare videtur, et dura, i. e. αἰνοτέρη est. Cnf. Valmont de Bomare Dictionaire d'Histoire Naturelle, T. IV. p. 67. Sed ad Lycophronidem revertamur. Aliud hujus poetæ fragmentum e Clearcho laudat Athenæus Lib. XIII. pag. 564. B. — καθάπερ φησὶ Κλέαρχος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἐρωτικῶν, Λυκοφρονίδην εἰρηκέναι φησὶν, οὔτε παιδὸς ἄῤῥενος, οὔτε παρθένων τῶν χρυσοφόρων, οὐδὲ γυναικῶν βαθυκόλπων, καλὸν τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ κόσμιον πεφύκει. ἡ γὰρ αἰδὼς ἄνθος ἐπισπείρει. Nemo accuratius de hoc loco egit Wakefieldio, qui in Diatribe in Eurip. Hecub. p. 14. legendum censet παρθένων χρυσοφόβων; nec parum huic conjecturæ tribuere videtur. At minime opus, ut illius conjecturam sequamur, quia lectio vulgata optimum dat sensum. Tum etiam vox φόβη, si capillum significat, nunquam in compositione occurrit; semper ponitur χαίτη, κόμη, βόστρυχος, πλόκαμος aut aliud verbum. Amor dictus χρυσοκόμας, ab Anacreonte apud Athen. Lib. XIII. pag. 599. C. et Euripide, Iphig. Aul. 545.

- - - ἔθι δὴ
Δίδυμ' Ἔρως ὁ χρυσοκόμας
Τόξ' ἐντείνεται χαρίτων.

Præcipue vero Apollo. Eurip. Ion. 903.

- - - Ὦ Λατοῦς παῖ
πρὸς τάνδ' αὐγὰν αὐδάσω.
ἦλθές μοι χρυσῷ χαῖταν
μαρμαίρων - - -

cnf. Iphig. Taur. 1244. Supplic. 978. Troad. 255. Pind. Olymp. VI. 71. VII. 58. etc. Diana vero in Eurip. Phœn. 200.

Μή ποτε, μή ποτε τάνδ'
Ὦ πότνια χρυσεοβόστρυχε
Ὦ Διὸς ἔρνος Ἄρτεμι,
Δουλοσύναν τλαίην.

Philoxenus, Dithyrambographus, in Cyclope, apud Athen. Lib. XIII. p. 563. A.

Ὦ καλλιπρόσωπε,
Χρυσεοβόστρυχε Γαλάτεια,
Χαριτόφωνε, κάλλος ἐρώτων.

Sic videtur Philoxeni locus restituendus. Mihi, iterum iterumque Lycophronidis

Ita illius Jupiter miseratus est lugentem conjugem
Senecta in arida viduo incumbentem lecto;

fragmentum consideranti, nihil mutandum videtur. Locus modo recte exhibeatur:

Οὔτε παιδὸς ἄῤῥενος, οὔτε παρθένων
τῶν χρυσοφόρων, οὐδὲ γυναικῶν βαθυκόλπων
καλὸν τὸ πρόσωπον· ἀλλὰ κόσμιον πεφύκει.
ἡ γὰρ αἰδὼς ἄνθος ἐπισπείρει.

Eleganter poeta καλὸν πρόσωπον dixit. De Sole formulam loquendi adhibuit Sotades, in Iliade, apud Dionys. Halicarn. de Struct. Or. p. 32.

Ἔνθ' οἱ μὲν ἐπ' ἄκραις πυραῖς νέκυες ἔκειντο
γῆς ἐπὶ ξένης, ὀρφανὰ τείχεα προλιπόντες
Ἑλλάδος ἱερῆς, καὶ μυχὸν ἑστίης πατρῴης
ἥβην τ' ἐρατεινὴν, καὶ καλὸν ἡλίου πρόσωπον.

Verbo alio modo usitatus est Hipparchus, in Iliade Ægyptiaca, ap. Athen. Lib. III. p. 101.

- - - - ἀλλὰ
ἐν λοπάσιν μ' εὐφραίνει μήτρης καλὰ πρόσωπα.

De pulcra Persei facie, Simonides posuit, in Threno, ex emendat. Cl. Hermanni, de metris p. 452.

- - - - - πορφυρέᾳ
κείμενος ἐν χλανίδι πρόσωπον καλόν.

ἄνθος. Lexicon Sangermanense ap. Ruhnk. ad Timæi Lex. Plat. p. 153. ἄνθος - - - τὸ χρῶμα. In Homerico hymno in Cerer. 137. de Nymphis:

- - - - κουρήϊον ἄνθος ἔχουσαι.

De puero ætate florente, Theognis, in Elegiæ fragmento ap. Athen. Lib. VII. p. 310. dixit:

- - - - παῖς καλὸς ἄνθος ἔχων.

Ruborem quoque in egregia facie juvenis, ἀγλαὸν ἄνθος ἥβης, Tyrtaeus appellat, in Elegia ap. Lycurgum contr. Leocr. p. 227. cnf. Orpheus Argon. 1336. — Minime præterire possum Chæremonis Tragici locum, ex Alphesibœa petitum, ap. Athen. Lib. XIII. pag. 609. qui sic leviter refingendus:

Καὶ σώματος μὲν ὄψις κατειργάζετο,
στίλβοντα λευκῷ χρώματι διαπρεπῆ,
αἰδὼς δ' ἐπεῤῥύθμιζεν ἠπιώτατον
ἐρύθημα λαμπρῷ προστιθεῖσα χρώματι.
κόμαι δὲ κηροχρῶτες ὡς ἀγάλματος
αὐτοῖσι βοστρύχοισι ἐκπεπλασμένοι,
ξουθοῖσιν ἀνέμοις ἐνετρύφων φορούμενοι.

v. 1. Athenæus habet ὄψεις. στίλβοντα. Achæus Eretriensis ap. Athen. Lib. X. p. 414.

στίλβοντες ἄνθει.

Suidæ auctoritate retinui ἐρύθημα. Ait enim Grammaticus: ἐρύθημα — ἄνθος προσώπῳ ἐπιφυόμενον. Pudor dictus ἠπιώτατος, *blandissimus*, *suavissimus*; sic *blanda Venus*, dicta a Stesichoro in Helena, apud Schol. Euripid. Orest. 250. ἠπιοδῶρος. cnf. Æschyli fragmentum e Jaculatricibus, emendatum ab Heathio, in Observatt. in Tragic. p. 161. V. 5. Singulari etiam modo ἀγάλματα κόμης, Euripides dixit in Electra v. 875.

- - - οἷα δὴ 'γὼ καὶ δόμοι κεύθουσί μοι
κόμης ἀγάλματ' ἐξενέγκωμαι —

Ibid. 878.

Σὺ μὲν νῦν ἀγάλματ' ἄειρε
κρατί·

Unde forte corrigendus v. 886. ubi legitur:

Ὦ καλλίνικε, πατρὸς ἐκ νικηφόρου
γεγὼς, Ὀρέστα, τῆς ὑπ' Ἰλίῳ μάχης
δέξαι κόμης σῆς βοστρύχων ἀναδήματα.

Duriusculus est hic Anapæstus in fine Iambi. Scribe:

δέξαι κόμης σῆς βοστρύχων ἀγάλματα.

Vox χρυσοφόρος, quæ contra Wakefieldii opinionem, in Lycophronide servanda est, in memoriam mihi revocat Epigramma Jubæ, Mauritaniæ regis, quod ex Amaranti Grammatici [Fuit Amarantus Grammaticus Alexandrinus. Quo tempore floruit incertum est. Ad antiquiores certe pertinere videtur. Ejus liber περὶ σκηνῆς laudatur hic ab Athenæo, et Lib. X. pag. 414. Idem est, qui teste Auctore Etymol. M. auctor fuit Commentarii in Theocriti carmen Thalysia inscriptum. (οὗ ἡ ἐπιγραφὴ Λυκίδας ἢ Θαλύσια.) vid. Etym. M. voce Διεκρανώσατε, et Valck. ad Theocr. Id. VII. 155. In Scholiis quæ nunc exstant in Theocritum, ejus nomen non occurrit. Memoratur etiam in Etymologico Gudiano MS. v. Ἀσπάλαθος. — εἶδος ἀκάνθης, εἴρηται παρὰ τὸ σπῶ, σπάλαθος, καὶ ἀσπάλαθος. οὕτως Ἀμάραντος εἰς Θεόκριτον. Ἐπαφρόδιτος δὲ, παρὰ τὸ σπαλιεύειν ἐτυμολογεῖ. Vocem ἀσπάλαθος adhibuit Theocritus Id. IV. 57. Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομόωντι. Sub Nicandri nomine male hic versus laudatur ab Etym. M. pag. 156. 30.] de Scena libro couservavit nobis Athenæus Lib. VIII. p. 343. F. innumeris vitiis contaminatum.

Μή με Λεοντῆος τραγικοῦ κεναρήφαγον ἦχις
χεύσσων Ὑψιπύλης, ἐς κακὸν ἦτορ ὅρα.
ἦν μὲν γάρ ποτ' ἐγὼ Βάκχῳ φίλος, οὐδὲ τίνων δὴ
γῆρυν χρυσοβόλοις οὔασιν ἠγάσατο.

Οὕνεκά οἱ παῖδας μὲν [1] ἀμύμονος ἐκ μεγάροιο
Ἅρπυιαι κλωθῶες ἀνηρείψαντο μέλαιναι
Ἡμίσεας [2] πλεόνων· δοιὼ δ' ἔτι παῖδε [3] λιπέσθην
Νηπιάχω, ἀγνῶτε κακῶν, ἔτι πάμπαν ἀπύστω,
Οἵην [4] σφιν νηλὴς κατὰ μητέρα πότμος ἔμαρψε,

[1] ἀμύμονας S. M. B. [2] πλεόνοη A. [3] λίπεσθον A.

νῦν δέ με χυτρόποδες κέραμοι, καὶ τήγανα ξηρὰ
χώρησαν φαινῆς γαστρὶ χαριζόμενοι.

Epigramma hoc a Brunkio in Analectis prætermissum, scriptum est a rege Juba in tragicum Leonteum, histrionem, ὅτε κακῶς τὴν Ὑψιπύλην ὑπεκίρνατο, *cum male Hypsipylen saltasset*, ut Athenæus ait. Casaubonus, ex integrioribus libris in hunc modum restituere conatus est:

Μή με Λεοντῆος τραγικοῦ τὸν ἀρείφατον ἦχον
λεύσσων Ὑψιπύλης, ἐς κακὸν ἦθος ὅρα.
ἦν μὲν γάρ ποτ' ἐγὼ Βάκχῳ φίλος οὐδὲ τινὸς δὴ
γῆρυν χρυσοβόροις οὔασιν ἠγάσατο.
νῦν δέ με χυτρόποδες κέραμοι, καὶ τήγανα ξηρὰ
χήρωσαν φωνῆς, γαστρὶ χαριζόμενον.

In animadversionibus hæc scribit. ‘In primo disticho λεύσσων emendavimus ex libris, pro χεύσσων, quod inepte editum. Est autem sensus pro sensu positus. λεύσσων enim est, *spectans, videns*, atqui sonus non usurpatur oculis, verum auribus. τὸν ἀρείφατον ἦχον, fecimus ex illis κιναρήφαγον ἦχος, quod nihil significat. Illud interpretamur vocem malam, corruptam, et interfectam, ut apud Plautum: “interfecta hæc res est.” Apud Aristophanem (Ran. 985. Brunk.), τὸ τρύβλιον τέθνηκέ μοι, pro κέκλασται, *fractum est, interfectum est, periit* - - - - vel, vocem asperam et bello convenientiorem quam theatro. Nam ita et vox ἀρείφατος potest capi. ἦθος Ὑψιπύλης, est vox, qua usus histrio cum ageret Hypsipylen. Sed fuit cum distinguerem post λεύσσων, et nomen Hypsipylæ ad sequentia transferrem, hoc sensu: Si male egit histrio Hypsipylam, noli præterea de nobili heroina male sentire, et ob inepti actoris peccata, illam putare ineptam aut stultam. Quarto versu ἠγάσατο legimus, consentientibus membranis, pro ἠγήσατο, quod versus non capit. χρυσοβόροις etiam pro χρυσοβόλοις emendamus. *Aurivoras* Midæ *aures*, eleganter si quid judico, appellavit, et poetice, quæ propter auri famem illi sunt datæ. Nota Midæ fabula. Imperitum autem musicarum rerum judicem, Midæ aures, habere, hoc est, asininas, venustissimum dictum est - - - - quinto versu per χυτρόποδας κεράμους et ollas fictiles, intelligit Juba: *cibos elixos*: per τήγανα ξηρὰ, pisces ταγηνιστοὺς, id est, *frictos in sartagine*. In sexto χήρωσαν scribimus auctoribus libris, non χώρησαν.’ Quædam omnino divinitus restituit in Jubæ epigrammate Casaubonus, nonnulla vero non attigit. Duo priora disticha, egregiis adjutus Casauboni conjecturis, ita restituenda arbitror:

Μή με Λεοντῆος τραγικοῦ κιναρηφάγου ἦχον
λεύσσων Ὑψιπύλης, ἐς κακὸν ἦθος ὅρα·
ἦν μὲν γάρ ποτ' ἐγὼ Βάκχῳ φίλος, οὐδὲ τινὸς δὴ
γῆρυν χρυσοφόροις οὔασιν ἠγάσατο.

Juba, Leonteum tragicum post infeliciter actam Hypsipylen loquentem inducit. Petit autem a spectatoribus, qui testes fuerant illius inscitiæ, ne se propter male repræsentatam Hypsipylen, tam artis suæ rudem omnino fuisse putent. Gratus, ait, quondam Baccho eram, in Dionysiis forte spectaculis, at postquam gulæ cepi me tradere, cibi varii et multiplices vocem mihi ademerunt, quam sonoram habui. In primi versus emendatione, Casaubonus longissime a Jubæ sententia aberravit. Agitur omnino de aliquo cibi genere, quo Leontei vox adempta est. κινάρα enim, Latinis *cinara*, genus cacti spinosi, cum nostra *Artischocke* quodammodo comparandi, cibarium est fervidum, idoneumque ad libidinem accendendam. vid. Phanias ap. Athen. Lib. II. p. 70. D. cnf. Salmas. Exercitt. Plin. p. 226. Adhibita hac emendatione patet jocus Jubæ, dicentis, tragicum Leonteum, priusquam agebat Hypsipylen, cacto se ingurgitasse et piscibus, quibus consumptis, suaviloquentia equidem non splendere poterat. Recte, ni fallor, scripsi χρυσοφόροις. Bacchus enim anulis auriculariis ornatus. Sic sæpius in Vasculis Græcorum pictis, ab Hancarvillio, aliisque editis occurrit.

Ὀδυρόμενον παρακοίτην] Inconsolabilem insatiabilemque luctum, quo mortem Regillæ prosequutus est Herodes, multis describit Philostratus in ejus vita. Non defuerunt tamen, qui fictum illum luctum fuisse contenderent. Hoc nomine reus

Quoniam illi liberos egregia e domo
Rapaces Parcæ abstulerunt atræ,
Dimidiam partem e pluribus: duo autem gnati adhuc superant
Infantes, malorum inscii, adhuc prorsus ignari
Qualem illis sævum Fatum matrem rapuerit,

[4] σφιν νηδὴς S. M. σφιν νηλὴς tanquam ex marmore cæteri.

quoque actus est a Bradua, Regillæ fratre, at absolutus. Falsum fuisse crimen adstruere conatur Philostratus. cnf. Salmas. et Viscont. Cum porro Herodes secundum Consul fieri posset, noluit, et hoc conjugis manibus tribuit, quod eam scilicet lugeret. Memorat etiam Philostratus, Herodem totam domum et parietum picturas, nigris induxisse velis, quæ res tum nova erat. Lectionem Salmasianam χήρα περιχείμενον εὐνῇ defendere studet Reiskius ad Constantini Porphyrog. Ceremoniale aulæ Byzant. p. 54. B. Omnino περιχεῖσθαι εὐνῇ, *sese circumfundere stragulis*, verbum in ea re proprium est. Ita Mnesitheus Atheniensis ap. Athenæum l. XI. p. 486. C. εἶτα ἐὰν ἐμέσῃς ἱκανῶς, ἀναπαύου μικρῶς περιχεάμενος. At præfero vulgatam lectionem.

Οὕνεκά οἱ παῖδας - - - Ἡμίσεας πλεόνων] Opinio apud antiquos obtinebat, subita morte exstinctos, a diis rapi inferis, a Plutone, Proserpina, aliis. Hac certe persuasione se et alios consolabantur, quoties quis in natando, venando, aliove modo perierat; imprimis, si corpus non inveniretur, fluctibus submersum, vel a feris comestum. Jam Homerus, quem forte ante oculos habuit Marcellus, Od. α'. 241.

Νῦν δέ μιν ἀκλειῶς Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο.
Ὤχετ' ἄϊστος, ἄπυστος, ἐμοὶ δ' ὀδύνας τε γόους τε
Κάλλιπεν.

Od. υ'. 76.

τόφρα δὲ τὰς κούρας Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο,
καί ῥ' ἔδοσαν στυγερῇσιν Ἐριννύσιν ἀμφιπολεύειν.

Scholiastes: Ἅρπυιαι, δαίμονες. ἢ ἄνεμοι ἁρπακτικοί. De Aurora, Od. ο'. 250.

ἀλλ' ἤτοι Κλεῖτον χρυσόθρονος ἥρπασεν Ἠὼς,
κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

Epigramma DCCIX. in Analect. Brunk. T. III. pag. 304.

Νύμφαι Κρηναῖαί με συνήρπασαν ἐκ βιότοιο,
καὶ τάχα που τιμῆς εἵνεκα τοῦτ' ἔπαθον,
νηπίη, οὐδὲ δυοῖν ἐτέοιν τέλος ἐξανύσασα,
Φιλησίη τὴν κλῆσιν, Αὐσονὶς γένος.

Callimachus, in Analect. Brunk. T. I. pag. 470.

Ἀστακίδην τὸν Κρῆτα τὸν αἰπόλον ἥρπασε Νύμφη
ἐξ ὄρεος· καὶ νῦν ἱερὸς Ἀστακίδης.
οὐκέτι Δικταίῃσιν ὑπὸ δρυσὶν, οὐκέτι Δάφνιν
ποιμένες, Ἀστακίδην δ' αἰὲν ἀεισόμεθα.

cnf. Jacobs in Antholog. Græc. T. I. P. II. pag. 301. Cæterum cum Marcello conferendum venustissimum epigramma ap. Brunk. Analect. T. III. p. 305. cnf. Toup. in Theocriti Syracus. p. 329. Poeta noster Parcas vocat ἁρπυίας κλωθῶας. Κλωθὼ, una e Parcis, et sic omnes quoque dictæ. Hesychius: Κλῶθες — αἱ μοῖραι. ubi Salmasius putabat legendum esse Κλωθῶες. Sed Κλῶθες vera lectio est, Codicis Marciani et antiquarum edd. nam Homero dictæ Parcæ κατακλῶθες, Od. η'. 197.

- - - - ἔνθα δ' ἔπειτα
πείσεται ἅσσα οἱ αἶσα, κατακλῶθές τε βαρεῖαι
γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Scholiastes: τὸ δὲ κλῶθες ἢ κατακλῶθες μεταπλασμὸν ἔπαθεν ἐκ τοῦ αἱ κλωθοὶ, οὗ εὐθεῖα ἡ Κλωθώ. δηλοῖ τε τὰς μοίρας παρωνομασθείσας ἀπὸ μιᾶς αὐτῶν τῆς Κλωθοῦς. v. Ernesti ad Hom. l. c. Observat Viscontius ad h. l., in nummo Imperatoris Diocletiani, tres Parcas et quidem nentes, repræsentatas esse, cum inscriptione: FATIS VICTRICIBUS, vid. Viscont. p. 81.— ἀνηρείψαντο est verbum Homericum, illustratum ab Albert. ad Hesych. voc. ἀνηρίψαντο et ἀνηρείψαντο, ex Iliad. υ'. 234. et Od. α'. 241. itemque Hesiodo et Appollonio. Adde Orph. Argon. 288. v. 15. ἡμίσεας πλεόνων. Quatuor liberos Herodi tribuit auctor Inscriptionis, dissentit vero Philostratus. Difficultates ex hac dissensione et varietate ortas, expositæ in not. (11), ad Vit. Herod. Attici.

Σφιν νηλὴς] Lapis exhibet: ΣΦΙΝΗΛΗΣ, omissa litera ν. Passim similes observati sunt errores in Inscriptionibus et auctoribus antiquis. In Inscriptione ap. Chishull, Antiq. Asiat. pag. 98. lin. 35. legitur: ΤΑΣΤΗΛΑΣ, pro ΤΑΣ ΣΤΗΛΑΣ. p. 102. lin. 18. ΤΙΣΤΟΧΑΖΟΙΤΟ, pro ΤΙΣ ΣΤΟΧΑΖΟΙΤΟ. In Codd. MSS. non infre-

Πρίν περ [1] γηραιῇσι μιγήμεναι [2] ἠλακάτῃσι.
Τῷ δὲ Ζεὺς ἐπίηρον ὀδυρομένῳ ἀκόρητον,

[1] γεραίησι S.

quens error. vide exempla ap. Pierson. Verisim. I. 9. pag. 107. Non absimilis huic errori corruptela in Æschyli loco ex Heliadibus, apud Athen. Lib. XI. p. 469. Ibi legitur: ἔνθ' ἐπὶ δυσμαῖς ἴσου πατρὸς Ἡφαιστοτευχὲς δέπας, ἐν τῷ διαβάλλων κτλ. Anapæsti duo miserrime depravati sunt. Legendum:

Ἔνθ' ἐπὶ δυσμαῖς σοῦ πατρὸς Ἡφαι-
στοτευχὲς δέπας, ἐν τῷ διαβάλλων
κλ.

Concursus duarum literarum σ, errorem, protulit. Cætera quæ sequuntur tam corrupta sunt, ut nihil intelligam. Hac opportunitate, de nonnullis poetarum locis, ubi tales errores librariorum observavimus, nobis animadversa communicabo. In Aristophanis Lysistrata, v. 518. ait mulier:

- - - πῶς ταῦτ', ὦ 'νερ, διαπράττεσθ'
ὧδ' ἀνοήτως;
ὁ δ' ἔμ' εὐθὺς ὑποβλέψας φάσκεν ἄν· εἰ μὴ
τὸν στήμονα νήσεις,
ὀτοτύξει τοι μακρὰ τὴν κεφαλήν.

mi vir, qui fit, ut hæc tam stulte agatis? at ille statim limis me intuens dicebat: nisi subtemen neveris, dolebit tibi caput diu. Brunk. in Notis, p. 37. bene monuit hæc: 'Corrupte vulgo legitur hic versus tum quoad metrum, tum quoad φράσιν:

Ὁ δέ μ' εὐθὺς ὑποβλέψας ἔφασκε, κεἰ μὴ
τὸν στήμονα νήσω—

persanatum eum fore credidit Orvillius ad Charit. p. 506. si legatur φάσκεν. Sed non animadvertit absurdum esse κεἰ μὴ νήσω. Nullus hic locus esse potest copulæ. Regii vocem ἔφασκε omittunt: præterea in A. scriptum ὑποβλέψας, εἰ μὴ τὸν στήμονα νήσεις, quod postremum verissimum est: unde maximam partem optime reposui:

Ὁ δ' ἔμ' εὐθὺς ὑποβλέψας φάσκεν ἄν· εἰ
μὴ τὸν στήμονα νήσεις.

Ob librarii errorem, Viri docti veram lectionem non assequuti sunt. Credo legendum esse:

Ὁ δ' ἔμ' εὐθὺς ὑποβλέψας ἂν ἔφασκ',
εἰ μὴ τ. σ. ν.

Quid est, quod aut reliquis non bene respondeat, aut Aristophaneum dicendi genus minus deceat? Excutiamus nonnulla alia in Aristophane, virorumque doctorum observationes. In Thesmophor. 225., Mnesilochus ait:

- - - εἰς τὸ τῶν σεμνῶν θεῶν.
Οὐ γὰρ μὰ τὴν Δήμητρά γ', ἐνταυθοῖ μενῶ
τεμνόμενος.

Ne minimam quidem hoc loco particula γε vim habet, ad quam cæterum, ut recte observavit Cl. Jacobs in præf. ad Exercitatt. Critic. p. XX., confugere solent, qui versus mensuram aliter explere non possunt, Critici. Ubi acumen Brunkii? Legendum sine controversia:

Οὐ γὰρ, μὰ τὴν Δήμητρ', ἔτ' ἐνταυθοῖ
μενῶ.

Aristophanes talem emendationem postulare videtur, nam in Nub. 814. ait:

Οὔ τοι, μὰ τὴν Ὀμίχλην, ἔτ' ἐνταυθοῖ
μενεῖς.

Vesp. 1442.

Οὔ τοι, μὰ τὴν Δήμητρ', ἔτ' ἐνταυθοῖ
μενεῖς.

Aves 1443.

Οὔ τοι, μὰ τὰς κεχῆνας, ἔτι σοῦ σχήσομαι.

E mea opinione locus quoque corruptus, in Equit. 460.

Ταυτὶ, μὰ τὴν Δήμητρά, μ' οὐκ ἐλάνθανε
τεκταινόμενα τὰ πράγματ'· ἀλλ' ἠπι-
στάμην
γομφούμενά γε τὰ πάντα καὶ κολλώμενα.

Liber Ravennas vs. 3. ita exhibet:

γομφούμεν' αὖ τὰ πάντα κ. κ.

Omnino illud γε a librario intrusum, deest etiam in antiquis Edd. Miror Invernizzium, cui optima copia data emendandi multa illustrandique alia, nihil hic monuisse. Legendum puto:

γομφούμεν' αὐτὰ πάντα καὶ κ.

Transeamus ad loca nonnulla poetarum apud Athenæum. Lycophron, magis Cassandra sua, quam aliis carminibus notus, Satyram in Menedemum, Eretriacæ sectæ principem aliosque philosophos scripserat, e qua elegantissimum locum, at valde depravatum, conservavit nobis Athenæus, Lib. X. p. 420. quem sic partim e Toupii partim e mea sententia scribendum esse existimo:

Παῖδες κρατίστου πατρὸς ἐξωλέστατοι
ἐγὼ μὲν ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, στρηνιῶ.
δεῖπνον γὰρ οὔτ' ἐν Καρίᾳ, μὰ τοὺς θεοὺς,
οὔτ' ἐν Ῥόδῳ τοιοῦτον οὔτ' ἐν Λυδίᾳ,

Antequam ad seniles accederet colos.
Illi porro Jupiter, solatium deflenti inexplebile,

[2] ἠλακάτηισι A. ἠλακάτησιν B.

κατέχω δεδειπνηκὼς, Ἄπολλον, ὡς καλόν!
* * * * * * ἀλλὰ καὶ κυλίχνιον
ὑδαρὲς ὁ παῖς περιῆγε τοῦ πεντωβόλου
ἀτρέμα παρεξεστηκότος, ἀλιτήριος
καὶ δημόκοινος ἐπεχόρευε δαψιλὴς
θέρμος, πενήτων καὶ τρικλίνου συμπότης.

Improbi filii patris optimi,
ego, ut adspicitis, hic vobiscum lascivio.
Nulla etenim per deos cœna ejusmodi
nec Caria, nec Rhodi, nec Lydia
acceptus sum, Apollo, quam splendida!
* * * * * * *pocillum etiam*
aqua impletum puer præbuit, emptum
obolis quinque,
vini subvapidi; infamis
plebeiusque saltabat lupinus,
multus, inopum triclinio compotor.

versu 6. in Athenæo legebatur:

ἀλλὰ καὶ κυλίκιον ὑδαρὲς
ὁ παῖς περιῆγε.

adhibui Toupii emendationem:

* * * * ἀλλὰ καὶ κυλίχνιον
ὑδαρὲς.

vid. ejus Emendat. in Suid. T. II. p. 277. Quod hic habes πεντωβόλου, ad poculi vilitatem pertinere mihi videtur, ad vinum vero transtulit Toupius, qui acute vitiosum in Athenæo, ἀτρέμα παρεξεστηκὸς, in ἀτρέμα παρεξεστηκότος mutavit. οἶνον enim παρεξεστηκότα, *vilissimum* et *subvapidum*, Lycophron vocat, quomodo etiam Aristides, et alii a Toupio laudati. De voce ἀλιτήριος consule Interpp. ad Hesych. h. v. Spanhem. ad Callim. p. 80. Ruhnk. ad Tim. Lex. Plat. p. 24. Infeliciter ni fallor tentavit v. 9. Toupius, qui sic legitur in Athenæo:

καὶ δημόνικος ἐπεχόρευε δαψιλὴς
θέρμος.

putat legendum esse:

καὶ δημόλοιχος ἐπεχόρευε δαψιλὴς
θέρμος.

Vera lectio est δημόκοινος. Est enim θέρμος δημόκοινος, *cicer plebeium, infame.* Proprie δημόκοινος est *tortor.* Herodianus Grammaticus ad calcem Phrynichi: Δημόκοινος — ὁ στρεβλῶν καὶ βασανίζων. Ammonius voc. Δήμιος. δήμιος καὶ δημόκοινος διαφέρει. δήμιος γάρ ἐστιν ὁ ἀναιρῶν τοὺς καταδίκους. δημόκοινος δὲ ὁ βασανίζων. cnf. ib. Valk. Pollux, Lib. VIII. 71. et Commentatores, quibus adde Maussac. ad Harpocrat. v. δημόκοινος. Cyrillus Lex. MS. δημόκοινον — — τὸ δημόσιον. Eustathius ad Od. Σ. T. III. p. 1835. ed. Rom. ubi copiosus est de titulis, hominibus misellis datis, ait: - - - - ἐξ οὗ σκῶμμα πονηροῖς ἐπέκειτο, τὸ δημόκοινος. Cicer est συμπότης πενήτων καὶ τρικλίνου. Sic *sulem* in Cassandra, 135., ξένοις σύνδορπον dixit:

- - - - τὸν ξένοις
σύνδορπον Αἰγαίωνος ἀγνίτην πάγον.

ubi vid. Schol. Lupini vilissimum pauperum et philosophorum cibus. v. Burmann, ad Petron. c. 14. Verbo ἐπεχόρευε, eodem modo usus Diphilus apud Athen. Lib. VI. p. 230.

Εἰς τὸ μέσον ἐπεχόρευσε σαπέρδης
μέγας.

Refert Athenæus, ex eodem Lycophrone: ἑξῆς δὲ φησὶν, ὅτι ζητήσεις ἦσαν παρὰ πότον,

- - - - τράγημα γὰρ
ὁ σωφρονιστὴς πᾶσιν ἐν μέσῳ λόγος.

ἱστορεῖται δὲ καὶ ὅτι πολλάκις συνόντας αὐτοὺς ἐπὶ πλεῖον, ὁ ὄρνις κατελάμβανε τὴν ἕω καλῶν, τοῖσι δὲ οὐδέπω κόρος. *deinde vero inter potandum quæstiones ait propositas,*

- - - *bellarium enim*
sapiens sermo in medio habitus.

Narratur quoque, sæpenumero accidisse, ut congressi longius sermones cum protraherent, gallus Auroram denuntians, eos suis disputationibus nondum satiatos interpellaret. Hæreo, ut verum fatear hoc loco, nam disjecta membra poetæ in versus ordinare, impossibile fere est. Cæterum verbis τοῖσιν δὲ οὐδέπω κόρος, e Lycophrone petitis, utitur conviva ap. Athen. Lib. X. p. 445. σὺ δὲ παροινῶν καὶ μεθύων οὐδέπω κόρον ἔχεις. Ipse Lycophron in incerta tragœdia apud Stobæum, Tit. CXX. p. 491. Grot. οὐ γὰρ ἔστ' αὐτοῦ κόρος. Duo versus Lycophronis, paullo emendatiores, leguntur etiam in Diogene Laertio, in Menedemo, Lib. II. sect. 140. pag. 161. Menag. - - - - ἅπαντα φησὶν ὁ Λυκόφρων ἐν τοῖς πεποιημένοις Σατύροις αὐτῷ, οὓς Μενέδημον ἐπέγραψεν, ἐγκώμιον τοῦ φιλοσόφου ποιήσας τὸ δρᾶμα. ὧν καί τινα ἐστὶ τοιαυτὶ

Ὡς ἐκ βραχείας δαιτὸς ἡ βαιὰ κύλιξ
αὐτοῖς κυκλεῖται πρὸς μέτρον· τράγημα δὲ
ὁ σωφρονιστὴς τοῖς φιληκόοις λόγος.

Aliter ergo ab Athenæo, aliter a Diogene Laertio, locus Lycophronis laudatur. Fuit forsan duplex recensio poematii. De Menedemo philosopho vide eruditam disputationem, in observationibus ad ver-

Καὶ βασιλεὺς Διῒ πατρὶ φυὴν καὶ μῆτιν [1] ἐοικώς.
Ζεὺς μὲν ἐς Ὠκεανὸν θαλερὴν ἔστειλε γυναῖκα,
[2] Αὔρῃσι ζεφύροιο κομιζέμεν Ἠλυσίῃσιν.
[3] Αὐτὰρ ὁ ἀστερόεντα περὶ σφυρὰ παιδὶ πέδιλα

[1] ὅμοιος S. M. B.

[2] Αὔρῃσι tanquam ex marmore H.

sionem τῶν LXX. Danielis, pag. 490. (Rom. 1773.) κυκλεῖν, haud dubie hic significat, *in orbem distribuere*, κύκλῳ χορεύειν, ut Antiphanes Comicus dixerat ap. Athen. in Epitome Casaubon. p. 781. ex emend. Valkenarii ad Callimachi elegiaca, p. 258.

- - - - χρυσοκόλλητον δέπας
μεστὸν, κύκλῳ χορεῦον.

Verbum προκυκλεῖν, tali significatione occurrit in Chelidonistarum carmine, ap. Athen. Lib. VIII. p. 360. C. quod sic legendum:

ἦλθ', ἦλθε χελιδὼν, καλὰς ὥρας
ἄγουσα καὶ καλοὺς ἐνιαυτοὺς,
ἐπὶ γαστέρα λευκὰ, κἀπὶ νῶτα μέλαινα
παλάθαν οὐ προκυκλεῖς;
ἐκ πίονος οἴκου;
οἴνου τε δέπαστρον
τυροῦ τε κάνιστρον
καὶ πυρῶν;

vid. Cl. Hermann de metris p. 337. Athenæi lectionem προκυκλεῖς, servandam puto, quam nullo jure Casaubonus et Meursius rejicere voluerunt. Jam vero et sequentem locum, levi mutatione et proba distinctione donatum, hic ad partes vocabo:

πότερ' ἀπίωμες, ἢ λαβώμεθα;
* * * *
* * *
* * * *
εἰ μέν τι δώσεις, εἰ δὲ μὴ, οὐχ ἐάσομες
ἢ τὰν θύραν φέρωμες, ἢ τὸ ὑπέρθυρον
ἢ τὰν γυναῖκα, τὰν ἔσω καθημέναν
μικκὰ μέν ἐστι, ῥᾳδίως μιν οἴσομες
ἂν δὴ φέρῃς τι, μέγα τι σοὶ δὴ καὶ φέροις,
ἄνοιγ' ἄνοιγε τὰν θύραν χελιδόνι,
οὐ γὰρ γέροντες ἐσμὲν, ἀλλὰ παιδία.

Emendationes meas vix cuiquam displicere posse arbitror. v. 4. pro μικρὰ, scripsi μικκὰ, postulante Dorica dialecto; Dores enim, teste Gregorio, de dialect. Dor. p. 130. τὸ μικρὸν μικκὸν λέγουσι, laudato in testimonium loco Theocr. Id. V. 66. cnf. Id. VII. 64. XV. 12. 42. etc. Eadem forma usus Callimachus ap. Etym. M. p. 582.

Ἀεὶ τοῖς μίκκοις μικκὰ διδοῦσι θεοί.

vid Fragm. Callimachea, CLXXIX. Bentl. et XXXV. p. 294. Valken. cnf. Hymn. in Cer. 111. Bœotus, in Aristoph. Acharn. 909.

μικκός γα μᾶκος οὗτος.

Μικκύλα occurrit in Moscho, Id. I. 13. ed. Jacobs. Etym. M. p. 587. Μικκίλος (l. Μικκύλος), μικρὸς, ὑποκοριστικῶς. Phot. Lex. MS. Μίκκαιον — μικρότατον. v. Eustath. ad Iliad. ε'. pag. 610. Ælius Dionysius ap. Eustath. ad Iliad. β'. p. 217. usum verbi Ionibus tribuit; at Eustathius ipse ad Iliad. ε'. pag. 610. recte Æolicum vocare jubet. Versus 5., ita ab Athenæo exhibitus:

ἂν δὴ φέρῃς τι, μέγα δή τι καὶ φέροις.

Sed metrum claudicat. Barnesius ad Homeri Εἰρεσιώνην, ita emendat:

- - - - , μέγα τί μοι δὴ καὶ φέροις.

Cl. Ilgen, (in Opuscul. philolog. T. I. p. 168.) contra, scribendum putat:

- - - - , μέγα τι δή μοί κεν φέροις.

At sine dubio legendum est:

- - - - , μέγα τι σοὶ δὴ καὶ φέροις.

si quid nobis adfers, magnum tibi quoque gratiam parat. Elegantissime Græci dicunt μέγα τι φέρειν, et μέγα τι ποιεῖν, pro *gratiam reddere, referre gratiam alicui*, aut *remunerari rem.* μέγα κακὸν ποιεῖν, pro *malo adficere*, mulier dixit ad mœchum suum, in Locrico luxurioso carmine, quod Athenæus conservavit, Lib. XV. p. 697. B.

Μὴ προδῷς ἄμμ' ἱκετεύω· πρὶν καὶ μόλεν κεῖνον, ἀνίστω.
Μὴ κακὸν μέγα ποιήσῃς καί με τὰν δειλάκραν.
Ἁμέρα καὶ ἤδη· τὸ φῶς διὰ τᾶς θυρίδος οὐκ ἐσορῇς;

Sic locus distinguendus, soluta oratione Athenæi immistus. v. 1. male erat ἄμμ'. Hesych. δειλάκρα. δειλαία. Etym. Gudian. MS. δειλακρείων, ὁ δειλὸς. Ἀριστοφάνης, ὦ δειλακρείων πῶς ἦλθες - - - εἴρηται καὶ δείλακρος καὶ δειλάκρα.

Πρίν περ γηραιῇσι μιγήμεναι ἠλακάτῃσι] Verbum μίγνυσθαι, pro πελάσαι, *appropinquare* positum esse, observavit Visconti. Idonea probatio e Homero petenda. v. Iliad. α'. 91. γ'. 206. Od. ε'. 386. ζ'. 136. η'. 246. Eleganter γηραιαῖς

Et Imperator, Jovi patri specie et consilio similis.
Jupiter quidem ad Oceanum floridam misit uxorem
Zephyri deferendam Elysiis auris;
At is stellatos circum talos puero calceos

[3] Αὐτὰ S. M.

ἠλακάταις μιγῆναι, de iis dicitur, qui *ad senectam proveniunt.* Simili plane locutione Martialis, *breves colos* dixit, de vita brevi ac non diuturna. Lib. IX. 28.

"Latonæ venerande nepos, qui mitibus herbis
Parcarum exoras pensa, brevesque colos."

Animadversione præterea dignum, ἠλακάτας hic ab auctore dici, non ἠλακάτην, quamvis de unius vita fatoque agatur, ut a Martiale, *colos*, non colum. Lib. VII. 46.

"Non tulit invidiam nigri regnator Averni,
Et fatis raptas reddidit ipse colos."

Ἐπίηρον] *pro solatio, ad consolationem ipsi,* ἔστειλεν, ἔδωκεν *Imperator.* Vocem ἐπίηρον inauditam esse bonis scriptoribus, Brunk monuit ad Analect. T. III. pag. 112. et 220. Idem esse ac ἐπιήρανον credidit Visconti. Fallitur vir doctissimus, præterea omnino alia ratio habenda Homerici ἐπίηρα φέρειν. Voce ἐπίηρα, ut substantiva et neutrius generis usum fuisse Antimachum Colophonium, ex Hesychio patet. Ἐπίηρα. τὴν μετ' ἐπικουρίας χάριν μεγάλην, ἢ ἐκ τῆς περιουσίας· ὡς Ἀντίμαχος. Hoc ergo contra eos est, qui omnino vocem e Græcitate eliminant, ut Interpp. ad Hesych. v. ἦ ῥα. et Brunk. l. l. In tanto quidem naufragio Græcorum poetarum, quorum quantilla pars servata fuit, non licet tam audacter aliquid mutare, non decet, quidquid unus et alter Criticorum faciant. Acuta est de voce ἐπίηρα observatio Cl. Wolfii, in Præf. ad Hom. Iliad. p. XXI. 'In primis' (ait) sæpe a librariis præpositiones verbis male appictæ sunt, quæ separatim scribi debebant, tum maxime, cum præpositio aliqua post suum nomen posita, aliove modo per tmesin ab eo avulsa erat - - - Retulerant in iis dudum Interpp. ad Hesych. T. I. p. 1648., verbum ἐπίηρα, Iliad. α'. 572. 8. in quo ἐπὶ ab ἦρα distractum, ad φέρειν referri docuerunt. Sed et hic diversas fuisse Grammaticorum sententias, Glossographi Græci arguunt. Probabilem quidem illam observationem hoc facit, quod afferunt, ἦρα φέρειν alibi vel nude esse, vel præpositionem si adsit, interdum ab ἦρα divulsam et alii vocabulo junctam occurrere; ut, Od. γ'. 164. π'. 375. Addi poterat similis forma Hom. χάριν φέρειν τινί, favens iis, qui ἦρα substantivum esse putant. At vero mox eadem dubia redditur loco Od. τ'. 343. Οὐδέ τι μοι ποδάνιπτρα ποδῶν ἐπιήρανα θυμῷ γίγνεται. Nihil nostram quæstionem juvat altera ibi lectio ἐπίηρ' ἀνὰ θυμῷ, merito improbata ab Eustathio. Quod si et hic ἐπὶ scriptura separare velles, ab ἤρανα, unde contractum videtur ἦρα adjectivum, nec id facile alicui probares, cum sic ἐπὶ ad γίγνεται trahendum esset. Probare autem Aristarchus videtur vulgatum ἐπίηρα. vid. Etym. M. p. 359. 43. Schol. Wassenb. p. 185. et Eustath. p. 152. ubi ineptæ derivationis ab ἦρ, in Etym. M. primo loco positæ, auctor laudatur Herodianus.'

Ὀδυρομένῳ ἀκόρητον] Vide quæ supra ad v. 11. monui.

Καὶ βασιλεὺς, Διῒ πατρὶ φυὴν καὶ μῆτιν ἐοικὼς] Est Marcus Aurelius Antoninus Philosophus. Tempore Antoninorum primum assueverunt Græci, Augustos Augustasque salutare βασιλεῖς et βασιλίσσας, quem usum magna eruditionis copia illustravit Spanhem. de Usu et Præst. Numism. Dissert. XII. p. 398. 400.

Ἐς Ὠκεανὸν θαλερὴν ἔστειλε γυναῖκα] Insulæ fortunatæ, in Oceano a veteribus positæ. vid. Salmas. et Viscont.

Αὐτὰρ ὁ ἀστερόεντα - - - Νύκτα διὰ δνοφερὴν] In gratiam ac solatium Herodis, imperator M. Antoninus, ejus filium senatorem fecit. ἀστερόεντα πέδιλα, vocat *calceos lunatos*, quibus luna assuta erat; quod patriciorum insigne. vid. Salmas. Fuere, qui putarent, semicirculum illum, qui assuebatur calceis patriciorum, non lunulam referre, sed notam centenarii numeri, quod initio tot Senatores fuerint. Auctor est Isidorus, Orig. Lib. XIX. c. 34. hæc monens: "Patricios calceos Romulus reperit quatuor corrigiarum, assutaque luna, his soli Patricii utebantur. Luna autem in eis non sideris formam, sed notam centenarii significabat, quod initio patricii senatores centum fuerint." Philostratus, de Herodis filio verba faciens, ornamentum in calceis, ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηνοειδὲς vocat. Quam Marcellus dat historiam originis, adfigendi patriciorum calceis lunam, apud nullum alium auctorem, eorum qui nunc exstant, occurrit. Fabulam ergo, aut, ut Salmasius putat, ex iis hausit poeta, qui τὰ Αἴτια scripserunt, quorum præcipui memorantur, inter Græcos Callimachus, inter Latinos, Varro;

Δῶκεν ἔχειν, τὰ λέγουσι καὶ Ἑρμάωνα φορῆναι,
Ἦμος ὅτ᾽ Αἰνείαν πολέμου ἐξῆγεν Ἀχαιῶν,
Νύκτα διὰ δνοφερήν· ὁ δέ οἱ περὶ ποσσὶ σαωτὴρ
Παμφανόων ἐνέκειτο [1]σεληναίης κύκλος αὐγῆς.
Τὸν δὲ καὶ Αἰνεάδαι [2]πότ᾽ ἐνεῤῥάψαντο πεδίλῳ,
[3]Υἱάσιν Αὐσονίων εὐηγενέεσσι γεραΐα.
[4]Οὔ μιν ὀνόσσηται, [5]καὶ Κεκροπίδην περ ἐόντα,

[1] CEΛ . . . . . KYKΛO . . . . L. κυκλο . . . . ρο S. M. A. σεληναίης κύκλος αἴγλης ex conj. S. quem secutus B.

[2] ΠO . . . . ENEPPAΨANTO L. παρενεῤῥάψαντο S. M. B. παρενεγράψαντο A.

[3]. . . . . CON . . . HΓENEECIC L. Σύμβολον Αὐσονίοισιν εὐγενέεσσι γεραιόν ex conj. S. quam sequitur B.

aut, quod probabilius e Viscontii sententia, ex deperditis auctoribus τῶν παραλειπομένων. Virgilius, ad locum aliquem incerti auctoris τῶν Τρωϊκῶν respexisse videtur, ubi hæc fabula exposita erat, referens, stellam cœlo delapsam, viasque sectantem præluxisse Æneæ, et Idæa se sylva condidisse, eaque duce, Æneam et socios salvos ad eum locum pervenisse, ubi se condiderat. Sic autem ille, Æn. II. 696.

> " de cœlo lapsa per umbras
> Stella facem ducens multa cum luce concurrit.
> Illam, summa super labentem culmina tecti,
> Cernimus Idæa claram se condere silva,
> Signantemque vias; tum longo limite sulcus
> Dat lucem, et late circum loca sulfure fumant."

Sanctum sidus, paulo post vocat, v. 699.

> "Hic ergo victus genitor se tollit ad auras
> Affaturque deos, et sanctum sidus adorat."

Poeta noster, non stella, sed Mercurio duce, qui stellam in lunæ modum talaribus infixam habebat, Æneam Idam petiisse, et in tutum se recepisse scribit: et in ejus rei memoriam Æneadas stellæ illius vel lunæ figuram calceis suis adfuisse: quod postea nobilitatis insigne fuit Romanis. Quintus Smyrnæus non stellam, nec Mercurium stelligera habentem talaria, sed Venerem ipsam ducem Æneæ fuisse tradit, cum Trojæ fugeret incendium. Totus Quinti Smyrnæi suavissimus locus, paulo emendatius a Rhodomanno scriptus, ita se habet, Lib. XIII. 13. sq.

> - - - - ὣς παῖς ἐσθλὸς ἀμύμονος Ἀγχίσαο
> ἄστυ λιπὼν, δηΐοισι καταιθόμενον πυρὶ πολλῷ
> υἱέα, καὶ πατέρα σφὸν ἀναρπάσας, φορέεσκε,
> τὸν μὲν ἐπὶ πλατὺν ὦμον ἐφεσσάμενος κρατερῇσι
> χερσὶ, πολυτλήτῳ ὑπὸ γήραϊ μοχθίζοντα·
> τὸν δ' ἁπαλῆς μάλα χειρὸς, ἐπιψαύοντα πόδεσσι
> γαίης, οὐλομένου δὲ φοβεύμενον ἔργα μόθοιο
> ἐξῆγεν πολεμοιο δυσηχέος· ὃς δ' ὑπ' ἀνάγκης
> ἐκρέματ' ἐμπεφυὼς ἁπαλὸς παῖς· ἀμφὶ δὲ δάκρυ
> χεύατό οἱ ἁπαλῇσι παρειάσιν· αὐτὰρ ὁ νεκρῶν
> σώμαθ' ὑπέρθορε πολλὰ θοοῖς ποσί. πολλὰ δ' ἐν ὄρφνῃ
> οὐκ ἐθέλων στείβεσκε· Κύπρις δ' ὁδὸν ἡγεμόνευεν,
> υἱωνὸν, καὶ παῖδα, καὶ ἀνέρα πήματος αἰνοῦ
> πρόφρων ῥυομένη· —

Tryphiodorus, qui ex eodem forte hausit fonte, ita breviter ait Excid. Il. 643.

> Αἰνείαν δ' ἔκλεψε καὶ Ἀγχίσην Ἀφροδίτη,
> οἰκτείρουσα γέροντα καὶ υἱέα, τῆλε δὲ πάτρης
> Αὐσονίην ἐπένασσε —

In Tabula Iliaca, conspicitur Mercurius, Æneam cum familia sua e Trojæ excidio abducens. Viri docti vero qui tabulam illustravere, Fabrettum dico, Bergerum et B. de Montfaucon, non nostri poetæ locum attulerunt, in quo diserte narratur, Æneam Mercurii ductu evasisse. In gemma, ap. Augustin. Gemm. T. II. n. 3. fuga repræsentata est Æneæ, ibique Mercurius dux, stellam in fronte gerit, lunari forma, radiosam. cnf. Mus. Stosch. Cl. II. n. 385.

Πολέμου ἐξῆγεν Ἀχαιῶν, Νύκτα διὰ δνοφερὴν] Quintus Smyrn. Lib. III. 326.

> —— οὐλομένου δὲ φοβούμενον ἔργα μόθοιο
> ἐξῆγεν πολέμου δυσηχέος - - - -

Dedit habendos, quos aiunt et Mercurium gestasse,
Tum, quum Æneam ex bello eduxit Achivorum
Noctem per tenebrosam. Illi vero circum pedes salutifer
Resplendens inerat Lunaris luminis orbis.
Hunc olim Æneadæ assuerunt calceo,
Filiis Ausonum nobilibus honoris signum.
Non eum vituperaverint, etsi Cecropidam,

[4] v. 30. et 31. transposuit S. . . O . . OCCHTAI L. οὐ . . . ὀσσεῖται S. οὐ . . . οσσηιται M. οὐ . . . ὀσσηται A. οὔ μιν . . . οσσηται H. ὥς μιν ἐκόσμησε ex conj. reponit S. quam cæteri servant.

[5] καὶ om. S. M.

Παμφανόων ἐνέκειτο σεληναίης κύκλος αὐγῆς] Lacunam in lapide:

- - - CEΛ - - - C KYKΛO - - -

facili, vera, et ab omnibus probata conjectura, sic Salmasius explevit:

> Παμφανόων ἐνέκειτο σεληναίης κύκλος αἴγλης.

habuit enim vir doctissimus in mente, versum Apollonii Rhodii, Lib. IV. 167.

> Ὡς δὲ σεληναίην διχομήνιδα παρθένος αἴγλην.

Omnino αἴγλη sæpissime de fulgore solis et lunæ dicitur. Poeta incertus apud Alexandrum Grammat. p. 639. Ald. - - - ὦ Σμίνθι' Ἄπολλον, τίνα χρὴ προσειπεῖν πρότερον, ἡλίου, καὶ πηγὴν τῆς οὐρανίου ταύτης αἴγλης. Visconti, magis in fine probat verbum αὐγῆς, quia concursio syllabarum κλος et γλης dura est. αὐγαὶ fere semper Soli tributæ. v. Homer. Iliad. π'. 188. θ'. 480. Od. ϛ'. 181. ζ'. 98. λ'. 496. Mimnermus ap. Stob. p. 536. Tragicus ap. eund. p. 401. Auctor Pæanis ap. Athen. Lib. XV. p. 696. poeta incertus ap. Plutarch. Opp. T. II. p. 827. De lucernarum radiis vocem adhibuit Philoxenus in Cœna, ap. Athen. Lib. IV. p. 147. A. et de oculorum fulgore, Licymnius Chius ap. eund. Lib. XIII. p. 564. Non minus Lunæ radii αὐγαὶ, dicti. vid. Tryphiod. 509. ibique Interpp. Hinc Luna, Σελήνη καταυγάστειρα dicta, in Hymno Orphico, VIII. 6. cnf. Homeric. VIII. 13. — κύκλος et κύκλα Σελήνης etiam poetis in usu, quando de Luna plena sermo. Æsopus, in Analect. Brunk. T. I. p. 76.

> ἡδέα μὲν γάρ σου τὰ φύσει καλὰ, γαῖα, θάλασσα,
> ἄστρα, σεληναίης κύκλα καὶ ἠελίου.

Ad quem locum Cl. Jacobs, laudat Leonid. Tarentin. Ep. XLIX. ἱερὰ κύκλα σελήνης, et λαμπρὸς ἡλίου κύκλος apud Sophocl. Antig. 416. Adde Eurip. Phœn. 181. χρυσεόκυκλον φέγγος, et Sophoclis locum ap. Achillem, in vita Arati p. 122. a. ubi legitur, στρέφοντα κύκλον ἡλίου.

Ποτ' ἐνεῤῥάψαντο πεδίλῳ Υἱάσιν Αὐσονίων εὐηγενέεσσι γεραΐα] Sic legendum est e felici Viscontii emendatione. E corrupto apographo lectionem nobis procudit Salmasius: παρενεῤῥάψαντο, a verbo παρενεῤῥάπτω. At hoc nihili est. Perspicue in lapide exstant literæ ΠO - - - v. 29. ita Salmasius explevit:

> Σύμβολον Αὐσονίοισιν εὐγενέεσσι γεραιόν.

'Huic versui restituendo (ait) supplendoque, non magnam dedimus operam, sed bonam; quod illis solis ut negent permitto, qui aliter restitui potuisse ostenderent, quam hoc modo. Pediculos et apices literarum rimetur qui volet, et si poterit, labem et vitium lapidis melius resarciat, nos contenti simus hoc Catone.' Sequor lectionem Viscontii, qui in lapide YC, initio versus positas, accurate observavit; et in fine integram vocem γεραΐα.

Οὔ μιν ὀνόσσηται καὶ Κεκροπίδην περ ἐόντα] Hæsitavit ob lacunam, quam in Apographo invenit Salmasius. 'Verba ipsa auctoris (inquit) non tam facile possumus hoc loco restituere, quam in superiore versu. Sententiam tamen æque bene. Sic enim legimus:

> Ὡς μὶν ἐκόσμησεν καὶ Κεκροπίδην περ ἐόντα.'

Reperit Salmasius in apographo:

- - - OY - - - OCCHTAI - - -

Visconti vero in lapide, deletas fere literas:

- - - OYMINO - - OCCHTAI - - -

Ingeniose inde conjicit:

> Οὔ μιν ὀνόσσηται καὶ Κεκροπίδην περ ἐόντα.

Sensus ipse supplementum confirmare videtur. Appellat poeta noster talaria, γέρας, ἐπισφύριον ἀνδρῶν Τυρσηνῶν, alludit enim, ut Viscontius monuit, ad illud calceamenti genus, quod Thuscum dicebatur, quo genere utebantur Senatores Romani. Virgilius de Evandro, Æn. VIII. 458.

> " Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis."

[1] Τυρσηνῶν ἀρχαῖον ἐπισφύριον [2] γέρας ἀνδρῶν,
Ἕρσης [3] ἐκγεγαῶτα καὶ Ἑρμέω, εἰ ἐτεὸν δὴ
[4] Κήρυξ Ἡρώδεω πρόγονος [5] Θησηϊάδαο.
Τοὔνεκα τιμήεις καὶ ἐπώνυμος, ᾗ μὲν [6] ἄνασσαν
[7] Ἐς βουλὴν ἀγερέσθαι, ἵνα πρωτόθρονες ἕδραι·
Ἑλλάδι δ' οὔτε γένος βασιλεύτερος, οὔτ' ἔτι [8] φωνὴν,

[1] Θυρσηνῶν S. M. Τυῤῥηνῶν H. [2] ΤΕΡΑC L.
[3] ἐργειδῶτα S. M. ἐργειδῶτα A. ἐκγεγαῶτα corr. S. quem sequuntur cæteri.

Servius ad h. l. 'Thusca calceamenta dicit crepidas, quas primo habuere Senatores, post equites, deinde milites. Alii calceos senatorios intelligi volunt, quia hoc genus calceamenti a Thuscis sumptum est.' Pollux, Lib. VIII. 13. Τυῤῥηνικὰ, τὸ κάττυμα ξύλινον, τετραδάκτυλον. οἱ δὲ ἱμάντες ἐπίχρυσοι. σανδάλιον γὰρ ἦν. ὑπέδησε δὲ αὐτὸ Φειδίας ἐν τῇ Ἀθηνᾷ. Photius, in Lex. MS. Τυῤῥηνικά. σανδάλια πολυτελῆ. Cæterum plura invenies coacervata in auctoribus, qui de re vestiaria scripserunt.

Γέρας] Quadratarii errore, in lapide expressum ΤΕΡΑΣ, pro ΓΕΡΑΣ. Sæpius a librariis γ et τ confundi observamus. In Philodemi de Musica libello, legitur Col. I. 9. ΤΕΝΝΑΙΟΤΗΤΑ pro ΓΕΝΝΑΙΟΤΗΤΑ. Col. V. lin. 27. et 33. ΔΗΜΙΟΥΡΤΟΙ, et ΕΤΙΝΕΤΟ, pro ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΙ, et ΕΓΙΝΕΤΟ. Col. XX. lin. 27. ΚΩΜΩΔΟΤΡΑΦΟΥ pro ΚΩΜΩΔΟΓΡΑΦΟΥ. Turbatur adhuc sensus in Aristophanis Lysistrata, 82., ubi vice versa, γ pro τ, positum, ait Lysistrata:

ὡς δ' εὐχροεῖς, ὡς δὲ σφριγᾷ τὸ σῶμά σου.
κἂν ταῦρον ἄγχοις. ΛΑΜ. μάλα γὰρ οἴω, ναὶ σιώ.
Γυμνάδδομαί γα, καὶ ποτὶ πυγὰν ἅλλομαι.

quo pertinet illud γὰ Laconicum? scribendum sine dubio:

γυμνάδδομαί τε,—

Admonet cæterum, commovetque hic locus, ut simile vitium exhibeam. In Equit. 510. legitur:

Εἰ μέν τις ἀνὴρ τῶν ἀρχαίων κωμῳδοδιδάσκαλος ἡμᾶς
ἠνάγκαζεν ἔπη λέξοντάς γ' ἐς τὸ θέατρον παραβῆναι,
οὐκ ἂν φαύλως ἔτυχεν τούτου κλω.

In altero versu corruptela sic tollenda:

ἠνάγκαζεν λέξοντας ἔπη πρὸς τὸ θέατρον παραβῆναι.

His scriptis video Ravennatem librum, et auctorem argumenti in Aristoph. Nub. comprobare emendationem nostram. Magna præterea accedit auctoritas ex Acharn. 628.

Οὔπω παρέβη πρὸς τὸ θέατρον λέξων.

et Pac. 734.

Χρῆν μὲν τύπτειν τοὺς ῥαβδούχους, εἴ τις κωμῳδοποιητὴς
αὐτὸν ἐπῄνει πρὸς τὸ θέατρον παραβὰς—

Simili modo particula γε imperito librario intrusa, sensum turbat in Ran. 1055.

Μὰ Δί', ἀλλ' ὄντ'. ἀλλ' ἀποκρύπτειν χρὴ τὸν πονηρὸν τόν γε ποιητὴν,
καὶ μὴ παράγειν, μηδὲ διδάσκειν. τοῖς μὲν γὰρ παιδαρίοισιν
ἔστι διδάσκαλος, ὅστις φράζει· τοῖς δ' ἡβῶσίν γε ποιηταί.

Scribe v. 3. τοῖσιν δ' ἡβῶσι π. Primus versus in memoriam mihi revocat alium non recte exhibitum locum in Thesmoph. 149.

Χρὴ τὸν ποιητὴν ἄνδρα πρὸς τὰ δράματα,
ἃ δεῖ ποιεῖν, πρὸς ταῦτα τοὺς τρόπους ἔχειν.

Quando nomen ἀνὴρ ponitur cum substanstantivo, nullus locus conceditur articulo. τὸν ergo insertum ab imperito librario. Lege: χρὴ γὰρ ποιητὴν. Hoc melius quoque cum sequentibus cohærere videtur. cnf. Astydamantis Tragici locum apud Athen. Lib. X. p. 411. a.

Εἰ ἐτεὸν δὴ Κήρυξ] Sic Apollonius Rhod. Lib. IV. 292.

- - - - - εἰ ἐτεὸν δὴ
ὑμετέρης γαίης Ἀχελώϊος ἐξανίησι.

et Lib. II. 210.

- - - - - εἰ ἐτεὸν δὴ
οἵδ' ὑμεῖς.

Aratus, Phænom. 30.

- - - - - εἰ ἐτεὸν δὴ
Κρήτηθεν.

Poeta incertus, laudatus a Phania apud Athen. Lib. VI. p. 232.

ἐτεὸν γὰρ ἐν Ἰλίου εὑρέϊ πύργῳ
Ἦν.

Notanda methodus Latina scribendi, ut ita dicam, quam in voce κήρυξ scribenda ad-

Antiqua talaria, Tyrrhenorum ornamentum virorum,
Quum Hersa prognatus sit et Mercurio, siquidem vere
Ceryx Herodis Thesidæ progenitor.
Propterea honoratus, et Consul ordinarius, ut regium
Ad Senatum se conferat, ubi princeps locus.
In Græcia porro neque genere nobilior, neque eloquentia quisquam

[4] ΚΗΡΥΧ L. [5] Θησϊαδάω S. M. B. A. [6] ἄνασσα S. M.
[7] Εἰς S. M. B. Εἰ A. [8] φονὴν S. M.

hibuit quadratarius. Scalpsit enim ΚΗΡΥΧ. vid. Viscont. Litera ξ, in Græcis inscriptionibus, sæpius Latinorum X expressa. v. Corsini, Spiegazione de due antichissime Inscrizioni Greche, (Rom. 1756) p. 8. De Ceryce, Mercurii filio, vid. Pollux, Lib. VIII. segm. 9. Ovid. Metam. II. 107. seq. ibique Interpp. Hinc antiquissima nobilissimaque familia Athenis, Κήρυκες dicta, e qua ortum se ferebat Herodes. Theodorus, ἐν τῷ ά περὶ τοῦ Κηρύκων γένους laudatur ab Etym. M. et Photio in Lex. MS. voce ἡμεροκαλλές. Herodes dictus Thesides, aut quia Atheniensis; nam Virgilius Georg. II. 383. dixit:

" Præmiaque ingeniis agros et compita circum
Thesidæ posuere."

aut quia cum nobilissima illa familia cognatus erat.

Τοὔνεκα τιμήεις - - - πρωτόθρονες ἕδραι] Quocunque modo Salmasius aliique Interpp. hos versus distinxere, nullum sensum præbuit lectio vulgata, qui dignus sit poeta. Fuit primus Viscontius, qui rectius positis distinctionis signis, locum clarum et perspicuum reddidit. Legenda omnino longa viri docti observatio, in hunc locum: de qua ii judicent, qui, quid doctum sit et acutum, intelligant. Herodis enim filius, nomine Atticus, licet tam stupidus, ut viginti quatuor pueris æquales ipsi adjungendos putaverit pater, literarum appellatos nominibus, ut per hos tandem literarum addisceret rudimentum, Consul tamen factus An. 185. Hinc appellatus v. 34. τιμήεις καὶ ἐπώνυμος. Nam pater consulis honore splendebat an. 143. Vocem ἐπώνυμος tali fere significatione adhibuit Agathon Tragicus, in Thyeste ap. Athen. Lib. XII. p. 528. E.

ἐπώνυμον γοῦν εὐθὺς ἔσχομεν κλέος
Κουρῆτες, εἶναι κουρίμου χάριν τριχός.

Callimachus, in Schol. Nicandri, inter Bentleiana Fr. CXXXIX.

καὶ τριτάτη Περσῆος ἐπώνυμος, ἧς ὀρόδαμνον
Αἰγύπτῳ κατέπηξε.

cnf. Valk. in Callimachea fragm. p. 10. Pancrates Arcas, referente Athenæo, Adriano imperatori cum esset Alexandriæ, velut ostentum ingens, spectandum præbuit lotum roseum, Ἀντινόειον *Antinoium* vocandum esse dixit; pulcherrimi Pancratis versiculi, conservati ab Athenæo, Lib. XV. p. 677. F.

οὐλὴν ἕρπυλλον, λευκὸν κρίνον, ἠδ' ὑάκινθον
πορφυρέην, λευκοῦ δὲ χελιδονίοιο πέτηλα,
καὶ ῥόδον εἰαρινοῖσιν ἀνοιγόμενον ζεφύροισιν,
οὔπω γὰρ φύεν ἄνθος ἐπώνυμον Ἀντινόοιο.

Senatum Romanum, ἄνασσαν βουλὴν vocat. Simili modo Martialis, *dominum Senatum* appellat Lib. XIV. 17.

" Synthesibus dum gaudet eques, dominusque Senatus."

εἰς βουλὴν ἀγερέσθαι, *referri in Senatum, adscribi Senatui*. Apollonius Rhod. Lib. IV. 244.

ἐς δ' ἀγορὴν ἀγέροντ' ἐνὶ τεύχεσιν—

Noto metaplasmo πρωτόθρονες ἕδραι dixit, pro πρωτόθρονοι ἕ. Sic Homerus Iliad. ό. 354. et π'. 370. ἐρυσάρματες ἵπποι, pro ἐρυσάρματοι. ubi vid. Schol. Nec in compositis tantum vocibus, sed in simplicibus quoque frequenter hujusmodi metaplasmi. Sic ap. Hom. Iliad. λ'. 600. ἰῶκα δακρυόεσσαν; quod etiam per metaplasmum declinationis pro ἰωκὴν, siculi pro φυγὴν, Herodotus Lib. III. p. 370. in prosa habet φύγα, quasi ex tertia declinatione esset ἰὼξ, ἰῶκος, et φὺξ, φυγός. Epicharmus etiam ap. Athen. Lib. VII. v. 288., αἰόλαι πλῶτες, pro πλῶται. Sed vide Salmasium.

Ἑλλάδι δ' οὔτε γένος βασιλεύτερος] Eleganter hic βασιλεύτερος, *præstantiorem et genere nobiliorem* significat. Græci sæpius βασιλεῖς vocant homines, qui arte sua excellunt, aliosque superant ingenii præstantia. Adrianus Sophista apud Philostratum, Herodem vocabat βασιλέα τῶν λόγων. En ejus verba: Ἡρώδην δὲ τὸν βασιλέα τῶν λόγων ἀγαπητὸν, ἣν ἄοινός τε καὶ νήφων ὑποκρίνωμαι. Apud Eunapium, c. 27. Proæresius, in inscriptione statuæ, βασιλεύων λόγων dicitur. πολλὰ δ' ἐστὶ πολλοῖς

Ἡρώδεω· γλῶσσαν δέ τέ μιν καλέουσιν [1] Ἀθηνέων.
Ἡ δὲ καὶ αὐτή περ καλλίσφυρος Αἰνειώνη,
Καὶ Γανυμηδείη, καὶ Δαρδάνιον γένος [2] ἤην

[1] Ἀθηναίων S. M. Ἀθῆναι ex conj. B.

ἀγασθέντος καὶ τυχόντος ἐπαίνων, ἀνδριάντα κατασκευασάμενοι χαλκοῦν ἰσομέτρητον ἀνέθηκαν ἐπιγράψαντες, ἡ βασιλεύουσα Ῥώμη τὸν βασιλεύοντα λόγων. *Regnum dicendi*, tali modo Martialis usurpavit, Lib. III. 26.

"Ille decus linguæ faciet, regnumque
loquendi."

Verbum βασιλεύειν de rebus quoque dicitur, quæ splendescunt. v. Wernsd. ad Himerii Or. XIV. p. 617. sic *rosa* apud Achillem Tat. Lib. II. 1. dicitur τῶν ἀνθέων βασιλεύειν. Latini sic utuntur verbis *rex* et *regnum*. cnf. Græv. ad Cic. Epist. IX. 18. 1. Tibia Phrygia ob præstantiam forte βασίλεια dicta in corruptissimo Telestis fragmento apud Athen. Lib. XIV. p. 617. B. quod sic forte restituendum: Φρυγία καλλιπνόων αὐλῶν ἱερῶν βασίλεια, ἀηδόνειαν ἁρμόσαισα πρᾶτα, Δωρίδος ἀντίπαλον Μούσας νομαίολαν ὀμφὰν, πνεύματος εὔπτερον αὖραν, ἀμφιπλέκων καλάμοις. De Telestis loco, vario modo a viris doctis tentato, vid. Vossium ad Catull. p. 227. et Cl. Huschke, Epist. critic. p. 47. Scripsi ἀηδόνειαν ἁρμόσαισα — ὀμφὰν. In Aldina erat: αὔδονος ἥρουσε. Casaub. edidit: ἀηδόν' ὃς ἥρμοσε. Vossius emendandum putavit ἀηδόνα et sic tibiam appellari affirmavit. Sed hoc nullo exemplo confirmari potest. Quantus præterea foret loci sensus, si eum e Vossii sententia interpretaremur. Eleganter a poeta tibiæ phrygiæ philomelæ cantus tribuitur. *Aedonia vox* poetis innumeris locis celebrata. Salejus Bassus, in Pithœi Vet. poet. p. 260.

"Sic et aedonia superantur voce ci-
cadæ."

Vox rara ἀντίπαλος, in Critia occurrit apud Athen. Lib. XIII. p. 600.

Τὸν δὲ γυναικείων μελέων πλέξαντά ποτ' ᾠδὰς
ἡδὺν Ἀνακρείοντα Τέως εἰς Ἑλλάδ' ἀνῆγεν,
συμποσίων ἐρέθισμα, γυναικῶν ἠπερόπευμα,
αὐλῶν ἀντίπαλον φιλοβάρβιτον, ἡδὺν, ἄλυπον.

ἀμφιπλέκων, est idem ac συμπλέκων aut διαπλέκων. vide exempla a Cl. Huschke allata, l. c. νομαίολος i. q. αἰόλος aut ποικίλος. Jam supra in Pratinæ versibus αἰόλον μέλος illustravimus. Adde initium carminis Ithyphallici, apud Athen. Lib. XIV. p. 622.

Σοὶ Βάκχε τάνδε Μοῦσαν ἀγλαΐζομεν
ἁπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες αἰόλῳ μέλει,
καὶ μὰν ἀπαρθένευτον. οὔτι ταῖς πάρος
κεχρήμεθα νῦν ᾠδαῖσι, ἀλλ' ἀκήρατον
κατάρχομεν τὸν ὕμνον.

Tibi, Bacche, splendidam damus hanc Musam,
effundimusque simplicem rhythmum ornato carmine,
intentatum aliis. Non equidem prius usitatos
cantus afferimus; hymnum contra inusitatum
tibi exordiamur.

Sic videtur locus distinguendus et reddendus. ἀγλαΐζομεν. Sic Pindar. Olymp. I. 12.

ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ —

χέειν φωνὴν, μέλος, *effundere carmen, vocem*. Homer. Od. τ'. 521. de philomela. χέει πολυηχέα φωνήν. Lycophron Alex. 5. χέασα παμμιγῆ βοήν. Apollon. Rhod. Lib. IV. 749. ἀμφὶ δὲ πέπλον Ὀφθαλμοῖσι βάλλουσα γόον χέεν. Menalippides Lyricus ap. Athen. Lib. X. p. 429. τοὶ δὲ παράπληκτον χέον ὀμφάν. Nilus Scholasticus, in Analect. Brunk. T. III. p. 14. τί πρὸς ἕκαστον ὁρᾶν τόνδε γέλωτα χέεις; Lyricus incertus ap. Demetr. Phaler. s. 142. πτερύγων ὑπὸ καταχέει λιγυρὰν ἀοιδάν. Menalippides Tragicus, in Proserpina apud Stob. Grot. p. 165. ἄχεα προχέων dixit, quod bene Grotius reddidit; *tristia fundens lamenta*. Latini enim *fundere*, eodem modo sæpissime dicunt. Auctor carminis in Phœnicem, v. 45.

"Incipit illa sacri modulamina fundere
cantus
Et miram vocem, luce movere nova."

ubi vid. Burmann. Mentione facta carminis Ithyphallici, breviter sententiam nostram de alio carmine dicemus, cujus initium conservasse videtur Athenæus l. c. p. 622. B. οἱ δὲ Ἰθύφαλλοι, ait, φησὶ, καλούμενοι προσωπεῖον μεθυόντων ἔχουσιν, καὶ ἐστεφάνωνται (κισσῷ), χειρίδας ἀνθινὰς ἔχοντες. χιτῶσι δὲ χρῶνται μεσολεύκοις, καὶ περιέζωνται ταραντίνιον καλύπτον αὐτοὺς μέχρι τῶν σφυρῶν, σιγῇ δὲ διὰ τοῦ πυλῶνος εἰσελθόντες, ὅταν κατὰ μέσην τὴν ὀρχήστραν γένωνται, ἐπιστρέφουσιν εἰς τὸ θέατρον, λέγοντες, ἀνάγετε, εὐρυχωρίαν ποιεῖτε τῷ θεῷ. ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐσφυρωμένος διὰ μέσου βαδίζειν. Latet hic, quod Casaubonus non observavit, particula carminis Ithyphallici, sic forte restituenda:

Herode, quem et linguam vocant Athenarum.
Illa vero et ipsa pulcra Æneæ neptis,
Et Ganymedea, et Dardanium genus erat

[2] εἴην, sed ex conj. ἦεν, S. et sequuntur cæteri.

Ἀνάγετε - - - - - - εὐρυχωρίαν
ποιεῖτε τῷ θεῷ.
ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐσφυρωμένος
διὰ μέσου βαδίζειν.

In primo versu desunt verba nonnulla. Forte vox ἀνάγετε erat repetita, sed semper deest κῶμον, aut simile quid. Repetitio verborum in choro poetis non infrequens. Sic Euripid. in Palamede ap. Isocrat. Encom. Busird. p. 220.

Ἐκάνετ', ἐκάνετε κτλ.

Exstant apud Athenæum Lib. XI. p. 497. versus nonnulli ex Ithyphallis Theoclis, qui etiam ad hoc exemplum restituendi sunt:

Ἐθύσαμεν γὰρ σήμερον σωτήρια
πάντες οἱ τεχνῖται.
μεθ' ὧν πιὼν τοδὶ κέρας, ὡς τὸν φίλτατον
βασιλέα πάρειμι.

vid. Casaub. ad Athen. p. 442. Varii erant Ithyphallica carmina generis. Multa enim ad religionem Bacchi, Priapi et similium deorum, multa ad amorem et summam lasciviam pertinebant. Neque tamen puto, antiquissimis temporibus, obscœni aliquid in Ithyphallicis carminibus fuisse, quod parte aliqua probari potest loco, ex Euphorionis carmine petito, ap. Dionys. Halicarn. de Struct. Or. p. 29. Quantopere vero postea desciverant Græci moribus, nullo documento certius constat, quam ex Ithyphallico carmine, quod triginta circiter annis, post Philippi mortem publice cantarunt Athenis, in honorem Demetrii, Antigoni filii. Qui illud carmen servavit nobis, Athenæus Lib. VI. p. 253. D. (magnam partem emendatum a Casaubono, Animadv. p. 443. et Toup. Epist. Critic. p. 175.) ibidem illos cecinisse scribit: ὡς εἴη μόνος θεὸς ἀληθινὸς, οἱ δ' ἄλλοι καθεύδουσιν, ἢ ἀποδημοῦσιν, ἢ οὐκ εἰσίν. Post, exhibitum carmen, F., ταῦτ', ait, ᾖδον οἱ Μαραθωνομάχαι. Quo respicit Clemens Alexandr. Protrept. p. 48. Μαραθωνομάχους legerat in Aristoph. Nub. 982. Acharn. 180. Carmen Ithyphallicum, longe elegantissimum, et tum antiquitatis, tum Atticæ adulationis illustre monumentum, hic e Toupii emendatione, pauculis a me mutatis apponam.

ΞΕΝΙΣΜΟΣ
ΔΗΜΗΤΡΑΣ ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ.

Ὡς οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν καὶ φίλτατοι,
τῇ πόλει πάρεισι.
Ἐνταῦθα γὰρ Δήμητρα καὶ Δημήτριον
ἅμα παρῆγ' ὁ καιρός.
Χ' ἡ μὲν τὰ σεμνὰ τῆς κόρης μυστήρια
ἔρχεθ' ἵνα ποιήσῃ.
Ὁ δ' ἱλαρὸς, ὥσπερ τὸν θεὸν δεῖ, καὶ καλὸς,
καὶ γελῶν πάρεστι.
Σεμνὸς ὅθι φαίνονθ' οἱ φίλοι πάντες κύκλῳ,
ἐν μέσοισι δ' αὐτός·
Ὅμοιος ὥσπερ εἰ οἱ φίλοι μὲν ἀστέρες,
ἥλιος δ' ἐκεῖνος.
Ὦ τοῦ κρατίστου παῖ Ποσειδῶνος θεοῦ,
χαῖρε κ' Ἀφροδίτης.
Ἄλλοι μὲν ἢ μακρὰν γὰρ ἀπέχουσιν θεοὶ,
ἢ οὐκ ἔχουσιν ὦτα,
Ἢ οὐκ εἰσὶν, ἢ οὐ προσέχουσιν ἡμῖν οὐδὲ ἕν.
Σὲ δὲ παρόνθ' ὁρῶμεν,
Οὐ ξύλινον, οὐδὲ λίθινον, ἀλλ' ἀληθινόν.
Εὐχόμεσθα δή σοι.
Πρῶτον μὲν εἰρήνην ποίησον, φίλτατε,
Κύριος γὰρ εἶ σύ·
Τὴν δ' οὐχὶ Θήβαν, ἀλλ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος
Σφίγγα περικρατοῦσαν
Αἰτωλίδ', ὅς τις ἐπὶ πέτρας καθήμενος,
ὥσπερ ἡ παλαιὰ,
Τὰ σώματ' ἡμῶν πάντ' ἀναρπάσας φέρει,
κ' οὐκ ἔχω μάχεσθαι·
Αἰτωλικὸν γὰρ ἁρπάσαι τὰ τῶν πέλας·
νῦν δὲ καὶ τὰ πόρρω·
Μάλιστα μὲν δὴ κόλασον αὐτός· εἰ δὲ μὴ,
Οἰδίπουν τιν' εὑρὲ,
Τὴν σφίγγα ταύτην ὅς τις ἢ κατακρημνιεῖ,
ἢ σπινὴν ποιήσει.

Vs. 3. Contra genium Linguæ Græcæ Toupius legit Δημήτριος. Idem v. 4. ἅμα παρῆν ὁ καιρός. reddiditque: *simulac tempus advexit.* Ego probo viri docti emendationem, in Appendice ad Toup. Emend. in Suid. T. IV. p. 494. ἅμα παρῆγ' ὁ καιρός. *tempus simul adduxit.* Majorem vim versus accipit. v. 12. ἥλιος δ' ἐκεῖνος, elegantissime poeta dixit, et vere Attice. Sic Menander in Hypobolimæo apud Stob. Tit. CXXII. p. 497. τὸν ἥλιον τὸν ἐκεῖνον. vulgo v. 31. legitur σχόλασον αὐτός· quod recte observante Toupio, nauci non est. Elegans est emendatio summi critici κόλασον αὐτός. Sensus erit: *Sphingem vero illam, quæ nos vexat, vel tu reprime, vel alium qui reprimat, mitte.* Verbum κολάω, κολάζω, Comicis Atticis valde tritum. vid. Aristoph. Vesp. 244. Equit. 455. fragm. ap. Gellium, Lib. XV. 20. p. 630. Theopompus apud Suid. v. Ἄττις.

Κολάσομαί γε σὲ,
Καὶ τὸν σὸν Ἄττιν.

Καὶ Γανυμηδείη, καὶ Δαρδάνιον γένος ἦην Τρωὸς Ἐριχθονίδαο] Sequor cum Viscontio, lapidis scripturam ἦην. vid. Var. Lect. ἦην

Τρωὸς [1] Ἐριχθονίδαο. [2] σὺ δ', εἰ φίλον, ἱερὰ ῥέξαι,
Καὶ θῦσαι· [3] θυέων ἀτὰρ οὐκ ἀέκοντος ἀνάγκη·
[4] Εἰ δέ [5] τι εὐσεβέεσσι καὶ ἡρώων ἀλεγίζειν.
Οὐ [6] μὲν γὰρ θνητὴ, ἀτὰρ οὐδὲ θέαινα τέτυκται.
Τοὔνεκεν οὔτε νεὼν ἱερὸν λάχεν, οὔτ' ἔτι τύμβον,
Οὐδὲ γέρα [7] θνητοῖς, ἀτὰρ οὐδὲ θεοῖσιν [8] ὅμοια.
Σῆμα μέν οἱ [9] νηῷ ἴκελον δήμῳ ἐν [10] Ἀθήνης·
Ψυχὴ δὲ σκῆπτρον Ῥαδαμανθύος [11] ἀμφιπολεύει.

[1] Ἐριχθονίδεω ex conj. S. quam arripuit B.
[2] CYΔIΦIΛON L. οὐ δι' φίλον S. M. A. H. ᾧ δὴ φίλον ex ingenio S. item B.
[3] οὐέων A. om. M.
[4] Εἴδεται ex ingenio B.

sæpe in Homero occurrit, fereque semper in initio versus, vid. Iliad. λ'. 807. Od. τ'. 283. ψ'. 310. ω'. 342. cnf. Payne, Analytic essay on the Greek Alphabet, p. 95.

- - - σὺ δ', εἰ φίλον, ἱερὰ ῥέξαι, Καὶ θῦσαι] Acute Visconti, σὺ δ' εἰ φίλον rescripsit, pro CYΔIΦIΛON, quæ lapidis scriptura. Illa confusio inter ει et ι omnino frequentissima est. Jam supra nonnulla notavi, ubi v. 16., CICEICA pro CEICACA exaratum. In Salmasii apographo pro CY erat OY, deinde habuit, nescio unde ΩI, mutavitque inde literas ΔH in ΔI, et præcedens Ἐριχθονίδαο, in Ἐριχθονίδεω. v. Var. Lect. θῦσαι. *hostias mactato.* Menander in Scholiis MSS. ad Hom. Iliad. φ'. 390. communicatis mihi a Cl. Heynio,

Καὶ τοῦτο θύων οὐδὲ πώποτ' ηὐξάμην
ἐγὼ τὸ σῷζον τὴν ἐμὴν συνοικίαν
ἀλλὰ παρέλιπον, οἰκετῶν εἶναι στάσιν
ἔνδον παρ' αὐτῷ πρᾶγμα χρησιμώτατον.

In primo versu conservavi ηὐξάμην. sic sæpius Attici comici. Sopater in Galatis ap. Athen. Lib. IV. p. 160. Κἀγὼ — ηὐξάμην. cnf. Etym. M. p. 400. 32. Herodian. ad calcem Phrynichi p. 202. Eustath. ad Iliad. α'. 458. T. I. p. 111. ed. Rom. et Brunk ad Eurip. Hecub. 18. Literas AI et I etiam a librariis confundi, erudite observavit vir doctus in Observatt. Miscellan. T. I. P. I. p. 128. Animadvertendum hoc in venustissimo fragmento e Dionysii Ænei elegia, ap. Athen. Lib. XV. p. 668. quod sic forte legendum:

Κότταβον ἔνθα δέ σοι τρίτον ἱστάναι οἱ δυσέρωτες,
ἡμεῖς, προστίθεμεν γυμνασίῳ Βρομίου
Κώρυκον· οἱ δὲ παρόντες ἐνείρετε χεῖρας ἅπαντες
ἐς σφαίρας κυλίκων, καὶ πρὶν ἐκεῖνον ἰεῖν,
Ὄμματι βηματίσασθε τὸν αἰθέρα τὸν κατακλινῆ,
εἰς ὅσον ἶς λάταγος χωρίον ἐκτέταται.

v. 4. male erat in Athenæo, ἰδεῖν. Sensus est: *Priusquam cottabum emittitis, oculis metimini æthera devexum, ut sciatis, in quantum spatium latax evolaverit.* Ultimo versu erat: εἰς ὅσον αἱ λάταγες χ. ε. Non infeliciter restituisse hæc videor. ἶς enim, quod proprie *nervus in corpore*, significat etiam δύναμιν. Deinde etiam de omnibus rebus vim habentibus, v. c. de vento, fluvio, et hoc loco de latage, tropice dicitur. Sic apud Homer. Iliad. μ'. 320. ἶς ἀνέμου. cnf. ο'. 39. ξ'. 739. ἶς ποταμοῦ, Iliad. φ'. 356.

Εἰ δέ τοι εὐσεβέεσσι καὶ ἡρώων ἀλεγίζειν] Frustra hic versus sollicitatur ab Interpp. Maittaire, subintelligendam putat vocem φίλον e versu 40. Quo jure, non intelligo. Brunkius, dum legit εἴδεται, faciliorem quidem lectionem profert, sed quæ non a manu poetæ est. Conservanda lectio lapidis, immerito etiam a Viscontio correcta. Ponitur enim pro: εἰ δέ τοι τῶν εὐσεβέων τοῦτό ἐστι. Præterea particulæ δέ τοι, sæpius conjunctæ. Æschyl. Sept. ad Theb. 478.

Πέμποι μ' ἂν ἤδη τόνδε σὺν τύχῃ δέ τοι.

Ibid. 185.

φιλοθύτων δέ τοι
πολέως —

Sophocl. Antig. 331.

— ἐὰν δέ τοι
Λησθῇ τε καὶ μή.

cnf. Hoogev. de particul. p. 275. Bene observavit Viscontius, sæpissime OI pro I positum esse. Mirum hoc non est. Uno enim olim efferebantur sono, ideoque sæpius ista bina a librariis confusa. vid. Valk. ad Euripid. Phœn. pag. 165. Brunk ad Aristoph. Ran. 922. Afferamus nonnulla a nobis notata, nam fortasse non omnes ea recordantur. Athenæus Lib. XV. p. 668. Ἀχαιὸς δ' ἐν Λίνῳ περὶ τῶν Σατύρων λέγων φησὶ,

Ῥιπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνύντες τίμου
λέγοντες, ὦ κάλλιστον Ἡρακλεῖ λάταξ.

Locus ita emendandus:

Ῥιπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνύντες θ' ὁμοῦ
λέγοντες· ὦ κάλλιστος, Ἡράκλεις, λάταξ!

Jactantes, ejicientes, frangentes, simulque clamantes: o festivus mehercule latax!

Trois Erichthonidæ. Tu autem, si libet, sacra facito,
Et hostias mactato: verum inviti non est opus sacris,
Sed si quis piis hominibus amor curam heroum gerere:
Neque enim mortalis, at neque dea est:
Idcirco neque templum sacrum sortita est, neque sepulcrum,
Neque honores mortalibus, et neque diis similes.
Monumentum quidem ipsi templi instar Athenis est,
Anima vero circa sceptrum Rhadamanthi versatur;

[5] TOI L. [6] MEΓΓAP L. μεγὰρ S. M. μὲν γὰρ tanquam ex marmore A.
[7] θντοῖς S. M. [8] ὄλλοια A. [9] νέῳ ἴκελον S. A. [10] Ἀθήναις A. [11] ἀμαπολεύει A.

Alio modo Achaei locum emendatum dedit Toup. Emend. in Suid. T. II. p. 470. Memorabilis est usus verbi ἐκβάλλειν, quod de poculis dicitur, post cœnam fractis et abjectis. Colligo hoc quoque ex antiqui poetæ Chœrili loco ap. Athen. Lib. XI. p. 464.

——— χερσὶν
ὄλβον ἔχω κύλικος τρύφος ἀμφὶς ἐαγὸς
ἀνδρῶν δαιτυμόνων ναυάγιον· οἷά τε πολλὰ
πνεῦμα Διωνύσοιο πρὸς ὕβριος ἔκβαλεν ἀκτάς.

- - - - - - - - - - manibus
opes ego habeo, undique fracti calicis testam,
convivarum hominum naufragium; qualia multa,
Bacchi procella ejicit ad litus superbum.

Male erat in Athenæo v. 4. πρὸς ὕβρεος ἔκβαλ' ἄνακτος. Cæterum, uti Chœrilus ὕβριος ἀκτὰς dicit, ita Pindarus, in Excerpto libri XI. Athenæi, apud Casaubon. Animadv. Lib. XI. c. 4. 782. (Fragm. ed. Heyne p. 112.) ψευδῆ πρὸς ἀκτὰν ait. E Chœrilo illustrandus Euripidis locus ex Œneo, apud Athen. Lib. XV. p. 666.

πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχίου τοξεύμασι
κάρα γέροντος.

τοξεύματα Βάκχου, sunt *fragmenta calicis.* Chœrili versus e longo carmine petiti videntur epico, in quo convivium descriptum erat hominum luxuriosorum. cnf. fragmenta apud Athenæum Lib. XII. pag. 529. 530. et Strabon. Lib. XIV. pag. 989. A.

Οὐ μὲν γὰρ θνητὴ, ἀτὰρ - - - ἀτὰρ οὐδὲ θεοῖσιν ὅμοια] Sensus loci est. Si quis volet rem divinam Regillæ facere, faciat. Nemo vero ad hoc cogitur. Non peccabit, qui faciet, eamque isto honore dignabitur: non enim mortalis est. Non tamen hoc officium ab invitis etiam exigitur, cum de dearum numero minime censenda sit, quibus necessario sacra facienda sunt, sed heroinarum tantum, quarum cultum minime sibi negligendum putant, qui magna pietate et religionis amore præditi sunt. Regillam igitur ut heroinam vult coli, eique hac de causa, non templum ut deæ, non tumulum ut fœminæ mortali, sed ἡρῷον ædificatum esse scribit. Ædificium heroi aut heroinæ conveniens, ἡρῷον, ἡρώϊον, et ἡρώειον, vario modo scribitur. v. Pollux, Lib. IV. 4. Mazocchi ad Tabb. Heracleens. pag. 156. 147. Paciaud. ad Mon. Pelop. T. II. p. 63. Visconti ad h. l. In lapide sculptum MEΓΓAP pro MEN ΓAP. Hæc mutatio frequens. vid. Interpp.

Σῆμα μέν οἱ νηῷ ἴκελον δήμῳ ἐν Ἀθήνης] Monumentum hoc idem est, ac Odeum, ab Herode Attico, in Regillæ honorem Athenis erectum. vid. Pausan. Lib. VII. 20. Philostrat. de Herode, §. 5. 8. Consule præterea egregiam de Odeo Herodis disputationem Viscontii ad h. l. Statius, Epicedio in patrem, v. 20. scribit, si sibi fortuna permitteret, magnificum se et templis parem tumulum patri exstructurum, theatrumque ibidem ei dedicaturum, in quo Musici Ludi celebrentur in honorem ejus. Locum ipsum non gravabor adscribere, non parum enim poetæ nostri sententiam illustrat:

"Atque utinam fortuna dares mihi, manibus aras
Par templis opus, aeriamque educere molem,
Cyclopum scopulos ultra atque audacia saxa
Pyramidum, et magno tumulum prætexere luco.
Illic et Siculi superassem dona sepulcri,
Et Nemees lucum, et Pelopis solemnia trunci;
Illic Œbalio non finderet aera disco
Graiorum vis ulla virum, non arva rigaret
Sudor equum, aut putri sonitum daret ungula fossa:
Sed Phœbi simplex chorus; heic frondentia vatum
Præmia laudato genitor tibi rite dicarem."

Illud Statii: *par templis opus*, idem plane cum hoc nostro, σῆμα νηῷ ἴκελον.

Ψυχὴ δὲ σκῆπτρον Ῥαδαμανθύος ἀμφι-

Τοῦτο δὲ [1]Φαυστίνῃ κεχαρισμένον ἧσται ἄγαλμα
[2]Δήμῳ ἐν [3]Τριόπεω, [4]ἵνα οἱ πάρος εὐρέες ἀγροὶ,
Καὶ χορὸς ἡμερίδων, καὶ [5]ἐλαιήεντες ἄρουραι.
Οὐ μὲν ἀτιμήσειε [6]θεὴ βασίλεια γυναικῶν
Ἀμφίπολον γεράων ἔμεναι καὶ ὀπάονα νύμφην.
Οὐδὲ γὰρ Ἰφιγένειαν ἐΰθρονος Ἰοχέαιρα,
Οὐδ' Ἕρσην γοργῶπις [7]ἀπητίμησεν Ἀθήνη·
Οὐδέ μιν [8]ἡρώνῃσι [9]παλαιῇσι μεδέουσα
Καίσαρος ἰφθίμοιο παρόψεται ὄμπνια μήτηρ
Ἐς χορὸν ἐρχομένην προτεράων ἡμιθεάων,
Ἣ λάχεν [10]Ἠλυσίῃσι χοροστασίῃσιν ἀνάσσειν,
[11]Αὐτή τ', Ἀλκμήνη τε, μάκαιρά τε Καδμειώνη.

[1] Φαυστείνῃ S. [2] Δήμῳ S. [3] Τριοπέῳ S. M.
[4] νάοι πάρος S. M. ναοῦ πάρος corr. S. et sequitur B. [5] ἐπαίνεντες A.
[6] θεὰ omnes præter H. [7] ἀπητίμασεν S. M. [8] ἡρώμησι S. M. ἡρώμισι A.

πολεύει] Diximus jam supra Rhadamanthum a poeta nostro in beatis locis collocatum esse, judicis loco. Regilla in Elysium deducta, σκῆπτρον Ῥαδαμανθύος ἀμφιπολεύει, sedet itaque is cum insigni judicis.

Τοῦτο δὲ Φαυστίνῃ κεχαρισμένον ἧσται ἄγαλμα] Recte observavit Salmasius, Faustinam juniorem hic memoratam esse, M. Antonini uxorem, quæ jam in vivis esse desierat, statua Regillæ dedicata. vide ad v. 6. Vocem ἄγαλμα erudite illustravit Ruhnk. ad Tim. Lex. Plat. h. v. est h. l. i. q. εἰκὼν, quam vocem de statua auctor adhibuit Epigrammatis in insula Chio reperti, cujus particulam hic habes ineditam:

Σοὶ * * * *
ὤπασεν ἁ κλεινὰ πρεσβυτέρων σύνοδος
εἰκόν' ἀναστήσασα σέθεν μορφᾶς τύπον ἔμπνου,
καί σ' ἐν Ὁμηρείῳ γυμνασίῳ θεμένα.

- - - - - - - ἵνα οἱ πάρος εὐρέες ἀγροὶ - - - ἐλαιήεντες ἄρουραι] Locum non recte exhibuerant Interpp. excepto Arcudio, qui veram lapidis lectionem protulit:

ΙΝΑΟΙ ΠΑΡΟϹ ΕΥΡΕΕϹ ΑΓΡΟΙ.

Viscontius accurate reddidit: *dov' eran prima le vaste possessioni di lei.* Sic in columna Capitolina insculptum invenies:

CUIUS HÆC PRÆDIA FUERUNT.

Eleganter poeta, χορὸν ἡμερίδων, *vinearum ordines* vocat. Sic *vitium choreas*, Manilius dixit Lib. V. 360.

"Et te Bacche tuas nubentem junget ad ulmos
Disponetque jugis imitatus fronde choreas."

In vinea στίχοι sunt, ut et in choro. ὄρχους, Glossaria Græca reddunt: στίχους ἀμπέλων. ὄρχὸς et χορὸς idem est. Sic χορὸν εὐκελάδων δονάκων, Coluthus memorat Rapt. Helen. 122. — ἐλαιήεντες pro ἐλαιήεσσαι dixit. Sic Homerus Od. α'. 246. ὑλήεντι Ζακύνθῳ, pro ὑληέσσῃ. Idem Iliad. β'. 742. κλυτὸς Ἱπποδάμεια, pro κλυτή. vid. Etym. M. p. 152. 13. Thom. Mag. p. 86. Eustath. ad Iliad. δ'. p. 1515. Ioann. Grammat. post Corinth. de Dialect. p. 317. ἐλαιάεσσαν νηδὺν, varie olim apud Sophoclem interpretati sunt Grammatici. Hesychius in Brunkii Lex. Sophocl. T. II. pag. 55. (ed. 4to) ἐλαιάεσσα νηδύς. Σοφ. Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι. ἤτοι λαιάεσσα, ἀντὶ τοῦ σκαιὰ, ἀγρία· ἢ ἀπὸ τοῦ λῃίζεσθαι, πάντα ληϊζομένη καὶ κατεσθίουσα. ἢ ἀπὸ τοῦ ἐλαίου, λιπαρά.

Οὐ μὲν ἀτιμήσεις - - - ὀπάονα νύμφην] Divæ Faustinæ, Regillam quasi nympham pedisequam et sacrorum ministram non spernendam fore scribit. Simili modo Hecate, Proserpinæ dicta ministra in Hymno Homerico ad Cerer. 440.

ἐκ τοῦ οἱ πρόπολος καὶ ὀπάων ἔπλετ' ἄνασσα.

Sacerdotem Rheæ, Ἰδαίης ἀμφίπολον θαλάμης, Dioscorides in Reiskii Antholog. Cephal. n. 655. Nymphæ et Gratiæ Veneris ἀμφίπολοι dictæ, in pulcherrimo e Cypriis Carminibus petito loco ap. Athenæum Lib. XV. p. 683. F. Adde Coluthi locum, ubi Hermiones comites ἀμφίπολοι dictæ, Rapt. Helen. 321.

πολλάκι δ' ἀμφιπόλους θαλάμων ἔκτοσθε λαβοῦσα,
ὀξύτατον βοάουσα, τόσην ἀνενείκατο φωνήν.

Variis modis viros eruditos occupatos tenuit hic locus. Forsan sic legendum:

Hoc autem Faustinæ gratum locatum est simulacrum
In pago Triopæ, ubi illi prius erant ampli campi,
Et ordo vitium, et olivis consiti agri.
Nec spernet dea regina feminarum
Famulam ipsi honorum esse, et sequacem nympham:
Neque enim Iphigeniam pulcrum tenens solium Diana,
Neque Hersen terribiles habens oculos despexit Minerva:
Neque Regillam ipsam heroinis antiquis imperans
Cæsaris magnanimi parvi pendet alma mater
Ad chorum adventantem priscarum semidearum,
Cui contigit Elysiis choreis præesse,
Ipsi, et Alcmenæ, et beatæ Cadmeidi.

[9] παλαίησι S. M. B. [10] κλυσίησι A.
[11] ΑΥΤΗΙΤ L. αὐτῆς S. M. αὐτῇ γ' H. αὐτή τ' A. αὐτή γ' conj. S. et probat B.

πολλάκις δ' ἀμφιπόλους θαλάμων ἔκτοσθ' ἐλαοῦσα.

quæ sequuntur in Colutho, mire hanc emendationem confirmant. Cæterum præclaros defunctos homines, ministros appellatos esse deorum dearumve, non infrequens in inscriptionibus. Exempla observavi in Torremuzzæ Inscriptt. Sicul. p. 190. Winkelmanni Storia delle Arti, T. II. pag. 133. Marini Inscriptt. Alban. p. 129. Morello, de Styl. Inscriptt. pag. 105. Columm. ad Ennii fragm. p. 54. Gruter. Thes. p. 769. 4. Murator. pag. 1323. n. 1. pag. 1385. n. 1. Buonarotti, Vetri, p. 106. Amici, Catania illustrata, Lib. X. c. 7. p. 275. Maffeii Veron. illustr. p. 268. Gori Inscriptt. Flor. T. I. p. 353. Inscr. Biblioth. S. Gregor. p. 382. etc.

Ἀπητίμησεν Ἀθήνη] Ἀπητίμησεν ab ἀπατιμάω, *contumelia afficio, non honore habeo.* ἀπατιμᾶν, bene reddidit Visconti: *rifiutar con dispregio.* Fallitur vero vir doctissimus scribens, verbum hoc in aliis scriptoribus desiderari. Habet Homerus Iliad. ν'. 113. τὸν Πηλείωνα ἀπητίμησε.

Οὐδέ μιν ἡρώνῃσι παλαιῇσιν μεδέουσα] ἡρῷναι, Attice, pro ἡρωΐναι, ut jam in superioribus observatum. Sic et pro ἡρωΐς dicebatur ἡρωΐσσα, et contracte ἡρῷσσα. cnf. Sophron. ap. Priscian. Lib. VI. p. 170. Apollonius Rhod. Lib. IV. 1309. 1320. 1358.

- - - - ἡρῷσσαι Λιβύης τιμήοροι.

Nicænetus, in Analect. Brunk. T. I. p. 415.

ἡρῷσσαι Λιβύων ὄρος ἄκτιον αἵγε νέμεσθε,
ἡρῷσσαι Λιβύαι χαίρετε δεσποτίδες.

Sic e Toupii emendatione legendum, in Epist. Critic. p. 16. Notavit et hanc formam Valk. ad Theocr. Adoniaz. pag. 321. et ad Callimachea fragm. p. 14. et 287. cnf. Cl. Jacobs, in Antholog. Græc. T. II. P. I. p. 226.

Καίσαρος ἰφθίμοιο παρόψεται ὄμπνια μήτηρ] Intelligit Salmasius, Faustinam. At de Faustina jam supra v. 51. verba fecit, et minime conveniens est titulus: *almæ matris.* Magno acumine probavit Visconti, intelligendam esse Domitiam Calvillam, aut Lucillam, Marci Antonini matrem, miro modo a poeta in societatem Alcmenæ et Semeles collocatam. Alcmena quidem mytho singulari Rhadamantho nupsisse traditur, Elysiosque campos habitasse. Adduxit Viscontius hos versiculos e carmine Anthologiæ ineditæ:

Ἀλκίδας ὁ θρασὺς Ῥαδαμάνθυϊ ματέρα τάνδε
Ἀλκμήναν ὅσιον πρὸς λέχος ἐξέδοτο.

Summa diligentia, notisque doctissimis illustravit hanc fabulam Visconti. Edidit præterea carmen, eruditasque notas adjecit Cl. Jacobs, in Exercitatt. Critic. etc. T. II. p. 186—188. Cum nihil reliquum sit, quod ad poetam notemus, similitudine totius carminis admoniti, addere liceat carmen Antiphili Byzantini, a Viscontio primum ex Anthologia inedita (p. 232.) cum viris doctis communicatum, critico vero acumine emendatum a Cl. Eichstædtio, in Ephemerid. Ienens. Litterar. l. c. p. 487.

ΕΙΣ ΤΑΦΟΝ ΕΞΟΡΥΧΘΕΝΤΑ ΥΠΟ ΑΡΟΤΟΥ ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Οὐχ ὅτι με φθίμενον κῆδος λίπεν, ἐνθάδε κεῖμαι
γυμνὸς ὑπὲρ γαίης πυροφόροιο νέκυς.
Ταρχύθην γὰρ ἐγὼ τὸ πρίν ποτε· νῦν δ' ἀροτῆρος
χερσὶ σιδηρείη μ' ἐξεκύλισσεν ὕνις.
Ἦ ῥα κακῶν θάνατόν τις ἔφη λύσιν· οὔ ποτ' ἐμεῖο
ξεῖνε, πέλει παθέων ὕστατον, οὐδὲ τάφος.

Male erat v. 5. ὅπποτ'. Acute rescripsit Eichstædt, οὔ ποτ'. Præterea deerat signum interpungendi, quo sensus erat turbatus.

RAPHAELIS FIORILLO

DIATRIBE

IN

HERODIS IAMBOGRAPHI

FRAGMENTA.

Corollarii loco subjiciam nonnulla de Herode Iambographo observata. Gravissimo enim errore Interpretes ad Plinii Epistol. Lib. IV. ep. 3. et Fabricius, Biblioth. Græc. T. VIII. p. 710. ed. vet. confudere Herodem Atticum, cum antiquo et incognito fere Herode Iambographo. Plinius, Aristarchi summi critici judicio neglecto, qui Simonidem et Hipponactem Iambographorum principes esse ait, vid. Proclus Chrestom. pag. 342. et Grammat. Biblioth. Coislin. pag. 597. palmam in hoc poeseos genere tradit Herodi. Ait enim: "Ita certe sum affectus ipse, cum Græca epigrammata tua, cum Iambos proxime legerem. Quantum ibi humanitatis, venustatis, quam dulcia illa! quam antiqua! quam arguta! quam recta! Callimachum me, vel Herodem, vel si quid his melius, tenere credebam."

Multa ad laudatum locum Plinii moliuntur Interpp., satisque ostendunt, se de Herode Iambographo, ne fando quidem quidquam audivisse. Omnino, quo tempore vixerit poeta incertum est nobis. Floruit forte tempore Hipponactis. Memoratur certe Herodes aliquis in Hipponactis versiculo, conservato a Scholiaste ad Nicandri Theriac. p. 44. b. ed. Ald. Μαιμώσσων, ἀντὶ τοῦ ζητῶν. γράφεται καὶ λαιμώσσων ἀντὶ τοῦ παινῶν, ὡς Ἱππῶναξ,

Λαιμώσσει δέ σου τὸ χεῖλος ὡς Ἡρώδου.

Non improbabile est, tam acerbo joco ingenium Herodis ab Hipponacte perstrictum esse. Restant pauca tantum fragmenta e Mimiambis ap. Ioann. Stobens. Serm. LXXI. p. 439. LXXVI. p. 453. XCVI. p. 530. CXVIII. p. 591. S. Maximum T. II. Opp. pag. 636. Zenobium Cent. VI. 10. Nomen ejus apud Stobæum in notius Hesiodi transiit, nam loca duo, quæ apud Stobæum, Serm. CXVIII. sub Herodis nomine leguntur, in editione anni 1543. male adscripta Hesiodo, in edit. anni 1609. Fragmenta, quæ in antiquis scriptoribus observavi, hic a me proferentur.

A.

Ἄγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτριον.[1]

B.

Προσφὺς ὅκως τις χοιράδων ἀναρίτης.[2]

Γ.

Ἵνα τὰ Ναννάκου κλαύσω.[3]

Δ.

Ἢ χαλκέην μοι μυῖαν ἢ κύθρην παίζει
Ἢ μηλολόνθης ποσσὶν ἅμματ' ἐξάπτων
Τοῦ κεσκίου μοι τὸν γέροντα λωβῆται.[4]

[1] Etym. M. p. 411. 41. Ζήτριον διὰ τοῦ ῐ συνεσταλμένον. καὶ παρὰ Ἡροδότῳ, Ἄγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτρειον. Ἔστι δὲ χολιαμβικὸν τὸ μέτρον. Nomen hic Herodis Mimiambographi, in Herodoti transiit. In mendoso Ἡροδότῳ, hærebat Wesselingius, in Dissertat. Herodot. p. 29. Idem Etymologi locus induxisse videtur Scaligerum ad Varronem de L. L. pag. 149: ut Iamborum scriptorem Herodotum vocaret. Diversas fuisse olim Grammaticorum de voce ζητρεῖον vel ζήτρειον opiniones, Glossographi Græci arguunt. v. Pollux, Lib. III. 78. 7. 19. Auctor Etym. M. formas laudat, ζώστειον, ζώτειον, ζήτρειον, ζητρεῖον, et ζήτριον. cnf. Suid. v. ζατρεύω. In Eupolide Comico, ζήτρειον legerat forte Photius, nam in Lex. MS. ait: ζήτρειον, τὸ τῶν δούλων κολαστήριον. Εὔπολις. Etym. Gudian. MS. ζήτρειον, διὰ τῆς ει διφθόγγου κατὰ τὴν παραλήγουσαν. σημαίνει τὸ τῶν δούλων δεσμωτήριον, ἤγουν τὸν μύλωνα. ἐκεῖ γὰρ ἐδεσμεύοντο οἱ δοῦλοι. γίνεται δὲ παρὰ τὸ δεῖν, ὃ σημαίνει τὸ δεσμεύειν, καὶ τὸ τρεῖν, ὃ σημαίνει τὸ φοβεῖσθαι, δείτριον, μετατιθέντος τοῦ δ εἰς ζ καὶ τῆς ει διφθόγγου εἰς η - - - - ἢ παρὰ τὸ ζα καὶ τὸ τρεῖν ζάτρειον καὶ ζήτρειον, τροπῇ τοῦ α εἰς η. ἐξ οὗ καὶ ζάπλουτος.

[2] Athenæus Lib. III. p. 86. B. Ἀρχίλοχος δὲ τῆς χηράβος μέμνηται. τοῦ δὲ ἀναρίτου, Ἴβυκος. καλεῖται δὲ ὁ ἀναρίτης καὶ ἀνάρτας. κογχῶδες δὲ ὂν τὸ ὄστρεον, προσέχεται ταῖς πέτραις ὥσπερ αἱ λεπάδες. Ἡρώνδας δὲ ἐν Συνεργαζομέναις, Προσφὺς κλ. Is. Casaubonus, negat se alibi Herondam Comicum invenire. At, non Comicus, sed ut ex subjecto Choliambo patet, Iamborum scriptor Herodes, qui patronymica et Doribus propria forma, Ἡρώνδας dicitur: quod bene vidit Salmas. Exercitatt. Plin. pag. 111. Hemsterhus. ad Callimach. fragm. pag. 590. Valken. ad Schol. in Eurip. Phœn. p. 764. et ad Theocriti Adoniaz. p. 267.

[3] Zenobius, Cent. VI. 10. pag. 154. Τὰ Ναννάκου] Εἴρηται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν θαυμαζομένων. Ναννάκας γὰρ ἐγένετο Φρυγῶν βασιλεὺς, ὥς φησὶν Ἑρμογένης ἐν τοῖς Φρυγίοις, πρὸς τῶν Δευκαλίωνος νόμων (leg. χρόνων), ὃς προσειδὼς τὸν μέλλοντα κατακλυσμὸν, συναγαγὼν πάντας εἰς τὰ ἱερὰ μετὰ δακρύων ἱκέτευεν. Ἡρώδης δὲ ὁ Ἰαμβοποιὸς φησὶν, Ἵνα κλ. Pro Ἵνα τὰ Ναννάκου, apparet legisse Stephanum ἐπὶ Ναννάκου κλαύσειν. Vatican. vero codex habet: τὰ ἀπὸ Ναννάκου κλαύσι. vid. Schotti Observatt. 10. Suid. v. Ναννάκος.

[4] Stobæus, Sermon. LXXXVI. p. 433. Hi e Mimiambis petiti versiculi, ita laudantur a Stobaeo:

Ἡ χαλκαίην μοι μυίην, ἢ * κύθρην παίζει·
ἢ παῖσι μελολόνθης ἅμματ' ἐξάπτων
τοῦ κεσκέου μοι τὸν γέροντα λωβῆται.

Nullam lectionis varietatem antiquæ Stobæi editiones præbent annor. 1543. 1549. 1559. et 1609. pro κύθρην quidem Gesnerus putat scribendum esse χύθρην, at nihil mutandum esse, bene observavit Grotius, qui Herodis locum optime emendatum dedit, reddiditque: *Nunc ludit ollam, nunc aheneum muscam, Nunc Melolonthæ vincla pedibus ut nectat, circumvoluta pauperat*

E.

Μὴ δὴ κόρη τὺ τὴν χολὴν ἐπὶ ῥῖνας
Ἔχ' εὐθὺς, ἤν τι ῥῆμα μὴ σοφὸν πεύθῃ·
Γυναικός ἐστι κρηγύης φέρειν πάντα.[1]

colum stuppa. Acute Grotius, pro χαλκαίην μοι μυίην, rescripsit χαλκέην μοι μυῖαν, idem κύθρην conservavit. Est enim Ionice pro κύθραν aut χύτραν. Sic κιθὼν et χιτὼν Ionibus dicitur. v. 2. Grotii conjectura optima est, ἢ μηλολόνθης ποσσὶν, pro vulgato ἢ παῖσι μελολόνθης, versu et sententia adversante. E Salmasii opinione legendum v. 3. κεσκίου pro κεσκέου. Hesych. κεσκίον, στυππεῖον. Memorantur cæterum ab Herode ludorum puerilium genera, quæ partim ab ultima antiquitate ad nostram pervenere ætatem. vid. Martin. Var. Lect. Lib. IV. c. 2. p. 199. Primum ludi genus, prisci *Muscam aheneam*, vocarunt. cnf. P. Victorii Var. Lect. Lib. XV. p. 327. Quod ad formam attinet, eam describit Pollux, Lib. IX. 123. apud quem videre poteris. Ait enim, ita olim exerceri ludum, ut puer aliquis, cum fascia oculos obvolvisset, in orbem versaretur, clamaretque: *aheneam muscam venabor*, alii vero respondentes, *venaberis nec tamen capies*, cæderentque illum scutica, e levi materia facta, donec aliquem ex numero ipsorum comprehendisset. Eustathius etiam ad Iliad. β'. p. 1127. meminit hujus ludi. quo loco etiam docet, unde χαλκῆ, i. e. *ahenea musca* vocata sit, tradens, genus esse quoddam muscarum, quæ a colore æris illo modo a Græcis vocatæ sint. Vocem κύθρην de quadam osculi specie intelligendam esse credidi, nonnulla enim de ea monuit Suidas v. χύτρα. Meminit et Tibullus, Lib. II. 5. 91.

"—— natusque parenti
Oscula comprensis auribus eripiet."

P. 667. 2. φῦναι] φάναι B. l. p. Bekk. 6. μεγάλης l. Ibid. μεγάλα] μέγα B. Bekk. 8. οἰκείας] ἰδίας B. 9. ἔρωτος φιλ.] ἐρωτός τε φιλ. B. l. p. Bekk. 11. ὁ τὴν] ὁ om. B. l. p. Bekk. 12. ἃ] καὶ B. 15. προσθήσομαι l. 16. εἰς Τρ.] εἰς τὴν Τρ. l. p. Bekk. τὴν add. sup. lin. in B. 17. βουλήματι] βουλεύμασι pr. βουλήμασι corr. B. Ibid. κελεύσματι] βουλήμασι pr. βουλεύμασι corr. B. 18. ψηφίσμασιν B. 19. ἢ ἔρωτι ἁλοῦσα om. B. l. p. 20. ἄξιος] οὐκ ἄξιος l. Bekk. antep. ἧσσον] ἶσον B. pen. κρείττονος] κρείσσονος B. Bekk. Ibid. τε καὶ ἄγεσθαι· τὸ μὲν γὰρ] καὶ ἄγεσθαι, καὶ τὸ μὲν B. l. p. Bekk. ult. ἧττον] ἶσον B. ἧσσον l. Bekk.

P. 668. 1. κρείσσων] κρεῖσσον B. l. Bekk. 5. et 8. εἰ δὲ] ἡ δὲ B. l. p. Bekk. Ibid. ἢ] ὡς B. 6. ἄξιος ὁ] ἄξιος οὖν ὁ B. l. p. Bekk. 7. λόγῳ καὶ νόμῳ καὶ ἔργῳ, λόγῳ μὲν αἰτίας, νόμῳ δ' ἀτιμίας B. 11. πέπονθε] ἔπαθε B. l. p. Bekk. 12. οἰκτείρειν B. p. 13. ἦν - ὁ] ἦν om. B. l. p. Bekk. 15. σμικροτάτῳ B. l. p. 18. ἐργάσασθαι l. 19. δόξῃ] δόξω l. 21. ἧς τοὺς] ἣ ὡς B. 22. καὶ φιλ.] καὶ πόθος φιλ. B. Bekk. καὶ ζῆλος φιλ. l. 23. εὐτυχίας καὶ δυσπραγίας] εὐτυχίαις καὶ δυσπραγίαις B. Bekk. antep. ἡδοναὶ ἐπαγ.] ἐπῳδαὶ ἐπαγ. B. Bekk. Ibid. μὲν ἡδονῆς, ἀπαγ. δὲ] μὲν et δὲ om. B. l. p. Bekk. ult. μετέστησε γοητ.] μετέστησεν αὐτὴν γοητ. B. Bekk.

P. 669. 4. ψευδῆ] δὲ ψευδῆ B. l. p. Bekk. 6. ὢν] ἦν B. 7. ἢ τὰ] εἶτα post lineam dimidiam vacuam l. 9. εἶχεν] ἔχει B. l. p. Bekk. 13. Ἑλένης ὁμοίως] Ἑλένης ὕμνος ἦλθεν ὁμοίως B. p. Bekk. ἑλένην λόγον ἐλθόντα ὁμοίως l. Ibid. νέαν] ἂν οὐ νέαν B. ἄνουν νέαν l. Bekk. ἄνουν ἐὰν p. 14. ὡς περὶ] ὡσπερεὶ B. l. p. Bekk. Ibid. ἁρπασθῆναι] ἡρπάσθη B. p. Bekk. ἁρπάσαι l. Ibid. τῇ γὰρ πειθοῖ ὁ νοῦς παρέσυρε] τὸ γὰρ τῆς πειθοῦς ἐξῆν, ὁ δὲ νοῦς B. τὸ γὰρ τῆς πειθοῦς ἔσχεν ὁ νοῦς l. τὸ γὰρ τῆς πειθοῦς ἕξειν, ὁ δὲ νοῦς p. Bekk. 15. ὄνειδος] ὁ εἰδὼς B. Ibid. οὖ] οὖν B. p. post οὖ lacuna lit. 8. capax in l. 16. τὴν secundum om. B. Ibid. πείσας ἦν] cod. Barocc. Bekk. 19. ἀναγκ. λόγῳ] ἀναγκ. τῷ λόγῳ B. Bekk. 21. καὶ om. l. pen. ἐργασάμενοι] ἐνεργασάμενοι B. p. Bekk. ult. ἄδηλα καὶ ἄπιστα] ἄπιστα καὶ ἄδηλα B. ἄδηλα καὶ ἄπιστα l. p. Bekk.

P. 670. 1. ante τοὺς lit. 3. eras. in B. Ibid. ἀγοραίους] ἀναγκαίους B. l. p. Bekk. 2. ἔτρεψε] ἔτερψε B. l. p. Bekk. 3. ἀλλ' οὐκ l. Ibid. τρίτον φιλ.] τρίτον δὲ φιλ. l. δὲ om. Bekk. 4. post ὡς lit. 2. eras. in B. 6. λόγου] νόμου l. p. 8. ἄλλα ἀλλαχοῦ] ἄλλους ἀλλαχοῦ B. p. ἄλλους ἄλλα χυμοὺς l. Bekk. Ibid. ἐκ om. l. 9. ἐκ τῶν B. 10. ἔτρεψαν B. 12. ἐξεφαρμάκευσαν καὶ ἐγοήτευσαν B. 15. ταῦτα πάντα πρ. B. 17. καὶ γὰρ ὁρῶμεν] ἃ γὰρ ὁρῶμεν, ἔχει φύσιν, si de umbris lit. recte divino, in rasura B. Bekk. 18. ἕκαστος] ἕκαστον Bekk. 19. καινοῖς] κἂν τοῖς B. l. p. Bekk. 20. καὶ πολέμιον] καὶ πολέμιον ἐπὶ πολεμίοις B. p. πολέμιος ἐπὶ πολέμιον l. Bekk. Ibid. ὁπλίσῃς] ὁπλίσει B. ὁπλίσῃ l. p. Bekk. antep. ἀλεξιτήριον B. pen. θεάσαιτο l. ult. ἀκινδύνου cod. Barocc. Bekk. Ibid. μέλλοντος οὐδέπω] τοῦ μέλλοντος B. l. p. Bekk.

P. 671. 1. ἰσχυρῶς] ἰσχυρὰ B. l. p. Bekk. 5. παρόντι φρον.] παρόντι χρόνῳ φρον. B. Bekk. 7. ματαίαις νόσοις καὶ δεινοῖς πόνοις] ματαίοις πόνοις καὶ δειναῖς νόσοις B. Bekk. 8. περιέπεσαν pr. B. 9. ἀνέγραψεν] ἐνέγραψεν B. l. p. Bekk. 11. τὰ secundum om. B. p. 15. ὄμμασιν ὄψιν.] ὄψιν om. B. l. p. Bekk. 16. λιπεῖν] λυπεῖν B. l. p. Bekk. Ibid. πεφ. ὄψιν] πέφ. τὴν ὄψιν B. Bekk. 17. ἐργάζοντα B. 18. τῶν πραγμάτων.] πραγμάτων καὶ σωμάτων. B. Bekk. 19. ὄμμα] σῶμα B. pen. δύναμιν κρατεῖ] κρατεῖ om. B. l. p. Bekk.

Ibid. ὃ ἧσσον l. Ibid. τούτων p. om. l. ult. δυνατὸν l.

P. 672. 2. γὰρ ἦλθε] γὰρ ὡς ἦλθε B. l. p. Bekk. 6. ἐρασθ. εἴτε ὑπὸ] ἐρασθ. εἴτε λόγῳ πεισθεῖσα εἴτε βίᾳ ἁρπασθεῖσα εἴτε ὑπὸ B. l. p. Bekk. 7. ἀναγκ. ἔπραξε] ἀναγκ. ἔπραξεν ἃ ἔπραξε B. Bekk. antep. νόμῳ ὂν] μώμῳ ὂν pr. μώμῳ ὂν ἐν corr. B. Ibid. ἐπ' ἀρχῇ] ἐν ἀρχῇ B. Bekk. pen. ἀμαθείαν] ἀμαθίαν B. l. p. Bekk.

ΥΠΕΡ ΠΑΛΑΜΗΔΟΥΣ.

P. 672. Tit. ΓΟΡΓΙΟΥ] τοῦ αὐτοῦ B.

P. 672. 1. καὶ ἡ ἀπολογία add. in
χρὴ
marg. M. 2. γίγνεσθαι B. M. ult. δεῖ M.

P. 673. 3. ἀποκτεῖναι μὲν γὰρ] ἀποκτεῖναι γάρ με B. Bekk. 5. ἐγὼ οὐδὲν M. 7. δοξάζων με] δοξάζοντά με B. M. δοξάζων γε Bekk. 9. γὰρ, ὅς] γὰρ οὗ; ὅς Bekk. 11. κακουργίᾳ] πανουργίᾳ B. antep. ἦν pr. B. Ibid. γινόμενον M.

P. 674. 1. ἠβουλήθην] ἐβουλήθην ἔργοις B. Bekk. om. M. 10. τούτῳ M. 11. γενέσθαι] γενέσθω Bekk. 14. ἀγνοήσωμεν B.
ω
Ald. ἀγνοήσαιμεν M. Ibid. ἀλλήλους M.
δεομένων
16. μελλόντων M. 21. γὰρ ἦν] γὰρ ἂν ἦν B. Bekk. 22. ἐκείνου] ἐκείνῳ B. M. Ald. pen. πολλοὶ ἦσαν] πολλοὶ ἂν ἦσαν B. Bekk.

P. 675. 1. νυκτός; ἀλλὰ] νυκτός; νυκτός; ἀλλὰ Bekk. 6. δὲ φανερὸς] δ' ἂν φανερὸς B. M. Bekk. 8. γινόμενα M. 11. ἐγίνετο M. Ibid. ἀπώτερον M. 12. πράττομεν μὲν γὰρ οὗτος B. M. Ibid. ἔπραττεν] ἔπραττον Bekk. 20. ἐμοὶ ταῦτα] ἐμὸν
οἱ
ταύτας Bekk. 21. ἀνείγειν M. antep. κλίμακος] [διὰ] κλίμακος Bekk. Ibid. οὐκοῦν B. M. ult. ἐν om. B. M.

P. 676. 4. εἰ καὶ] καὶ om. B. M. Bekk.
β α
Ibid. πάντων μάλιστα M. 5. οὐδεὶς βουλ.] οὐδεὶς γὰρ βουλ. B. M. Bekk. 8. ἀλλ' ὑμῶν; ἀλλ' B. 11. βαρβάρων om. B. M. Ald. [βαρβάρων] Bekk. 16. τιμωρίας] μωρίας B. Bekk. τι μωρίας Ald. 18. ἐλευθερίας] βασιλείας B. Ibid. τις ὅτι] τις
χείρησα οις
ἂν ὅτι B. Bekk. 19. ἐπεθύμησα τούτους M. 22. ante οὐχ lit. 3. aut 4. eras. in B.
δ
Ibid. βουλεύοντες M. 24. οὐδέν M. 25. παροιχόμενον βίον corr. M.

P. 677. 2. γένοιντο τιμαί M. 3. ἀπετύγχανον] ἐτύγχανον B. M. Bekk. Ibid. γὰρ ἐντιμ.] γὰρ ἐν τοῖς ἐντιμ. B. γὰρ ἐπὶ τοῖς
πολέμιος
ἐντιμ. Bekk. 4. ἡμῶν M. 6. θεμέλιος M. 8. τὴν δίκην] τὴν δὲ [δίκην B. Bekk. 13.
ὠφέλουν
ἐχθροὺς καλῶς M. antep. ἔχει M. ult. ὡς δὲ om. B. M. [ὡς δὲ] Bekk.

P. 678. 1. ταῦτα γὰρ πρ. B. M. 5. ἐνεχείρησα M. et pr. B. Ald. 7. με χρὴ M. 10. παραμελήσαντι - - - βαρβάροις add.
α
in marg. M. 12. ἀποῤῥίψαντι B. 16. ἠπίσταντο M. πάντων ἠπίσταντο ded. vid. pr. B. 19. ἀναλάβῃ B. M. 20. οὐδ'] οὔτ' B. M.

P. 679. 1. ἄξιον - - - κατηγορεῖς om. pr. M. 4. εἰδὼς] ἰδὼν B. Bekk. 12. ἀγέννητά πως ἀδύνατα B. ἀγέννητα πῶς ἀδύνατα M. 14. οὐδὲ μόνον ῥάδιον om. M. 15. μόνον] μόνῳ B. M. Ibid. ἐμοὶ δὲ οὐδέτερον εὑρεῖν add. in marg. B. 17. δὲ] δὴ B. Ibid. μὴ om. B. M.

P. 680. 1. οὔτε] οὐδὲ B. M. 4. ὥςπερ οὐχ] ὅπερ οὐχ B. ὥπερ οὐχ M. ὥ περ οὐχ Bekk. 5. εἶναι om. M. 9. τις τοὺς] τις om. B. M. Bekk. 16. τούς τε B. M. 20.
δυνάμενος
εἴη B. 22. βουλόμενος M. Ibid. alterum βούλομαι om. B. M. 25. πρὸς ὑμᾶς] πρὸς δ' ὑμᾶς B. M. Bekk. 26. κατηγορημένῳ B. M. 27. κατηγορουμένῳ B. M. Ibid. οὐ om. B. M. 29. τι ἐμοὶ pr. B. pen. κατηγορημένον δεῖν] κατηγορουμένον δεῖν M. κατηγορημένον δεινὰ Bekk. ult. ἀγαθὸν B. M. Ibid. ὑπερήδιστόν μοι] ὅπερ ἥδιστόν μοι Bekk.

P. 681. 1. καὶ δεύτερον] καὶ δεύτερον καὶ B. Bekk. 2. ἀναμάρτητος om. M. 3. ἁπάσης M. Ibid. αἰτίαν] ἐλπίδα M. 7.
ω
ψευδαίμην M. 11. πορικὸν pr. B. 12. πολεμικὰς] πολεμίας B. M. Ald. Bekk. Ibid. πλεονέκτημα M. 13. τε τοῦ] τε om. Bekk. 18. ὑμᾶς om. M. 20. τὸν γὰρ] τὸ γὰρ B. M. Bekk.

P. 682. 5. οἰκτείρμων] οἰκτίρμων B. M.
σῦτων
Bekk. Ibid. πλεῖστον M. 7. τασσόμενον] προσταττόμενον Bekk. 11. λοιπὸν B. M. Ald. 12. λιταὶ] τι B. M. 13. χρήσιμα· παρὰ δ' ὑμῖν] χρήμασι παρὰ δύναμιν B. M. 16. ἀπαντήσαντα pr. M. 22. μεγάλοις B. 23. ἀνηκέστων] ἀκεστῶν Bekk. 24.
σι νήπια
μετανοήσαντι δὲ ἀδύνατα M. pen. ἦν om. M. ult. καθαράν γε B. M.

P. 683. 1. κρίσις] [ἡ] κρίσις Bekk. Ibid. ἡ διὰ] ἤδη B. Bekk. ἡ διὰ M. Ibid. ἐπεὶ M. 6. ὁ μὲν] τὸ μὲν B. M. Ald. 9. παρὰ om. B. M. [παρὰ] Bekk. 11. ἡμῖν M. Ibid. δίκης om. M. 15. ἀποκτενότες B. 18. τὰ add. sup. lin. a pr. in B. antep. τοὺς δὲ om. pr. M. Ibid. Ἕλληνας om. pr. M.

FINIS.

Londini: imprimebat J. F. Dove in area quæ est Divi Joannis.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 89. 9. in Var. Lect. infra Textum add. ἐγένοντο—13. corr. [5]ἕτεροι—p. 104. in Var. Lect. infra Textum corr. ἀδίκων—p. 108. ult. corr. [3]οὐδ'—p. 122. 17. corr. [6]τοῦτο—p. 123. 17. corr. τετταράκοντα—p. 125. 7. corr. [1]υἱέος—p. 136. 17. corr. λειφθεὶς—18. corr. [4]Μνήσωνος—p. 141. 8. corr. γὰρ—9. corr. ἀῤῥένων—p. 155. 2. corr. in marg. 201—p. 281. 2. corr. in marg. 92. 1—p. 287. 8. corr. [2]Νικοδήμῳ—p. 304. in Var. Lect. infra Textum corr. [3]ἡμετέραν—p. 316. 21. add. in marg. inter. 35—p. 321. 22. corr. [4]μόνων—p. 323. in Var. Lect. infra Textum add. [1]ὅπως—p. 424. 16. add. in marg. exter. 180—p. 455. 6. corr. ὑμετέροις—p. 548. 6. corr. οὔτε—p. 655. 22. corr. [7]κατέδειξε, et in Var. Lect. infra Textum [7]ἐδίδαξε—p. 663. Not. col. 2. 5. corr. Reisk.—p. 666. Not. col. 1. pen. corr. Reisk.

VOLUME 5

ORATORES ATTICI

ET QUOS SIC VOCANT

SOPHISTÆ


OPERA ET STUDIO

GULIELMI STEPHANI DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCII

TOMUS QUINTUS

DEMOSTHENES



LONDINI

EXCUDIT J. F. DOVE

(APUD QUEM ETIAM VENEUNT)

A. S. MDCCCXXVIII.

DEMOSTHENIS

QUÆ EXSTANT OMNIA

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA

VARIETATE LECTIONIS

SCHOLIIS TUM ULPIANEIS TUM ANONYMIS

ANNOTATIONIBUS VARIORUM

IL. WOLFII OBSOPŒI TAYLORI MARKLANDI JURINI MOUNTENEII STOCKII HARLESII
F.A. WOLFII SPALDINGII AUGERI RÜDIGERI WUNDERLICHII BREMII
ALIORUMQUE ET SUIS

ILLUSTRAVIT

GULIELMUS STEPHANUS DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCIUS

ACCEDUNT ANIMADVERSIONES

REISKII DOUNÆI WEISKII AMERSFOORDTII

ET NUNC PRIMUM PUBLICI JURIS FACTÆ

THOMÆ STANLEII VEL POTIUS JACOBI DUPORTI

NECNON ADVERSARIA

PETRI PAULI DOBREE

GRÆCARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES

NUPER PROFESSORIS REGII

TOMUS PRIMUS

PRÆFATIONES ETC. ET DEMOSTHENIS PHILIPPICÆ ET SUASORIÆ

LONDINI

PROSTANT APUD J. F. DOVE

A. S. MDCCCXXVIII.

PRÆFATIO EDITORIS.

Numine Dei Opt. Max. absoluto opere, mihi tandem restat, Lectores candidi, ut et benevolentiam vestram conciliem, et rationem, quam secutus sim, exponam, vosque de omni re faciam certiores. Sciatis profecto annos multos esse, cum istos labores subivi, literarum amore magis impulsus, quam quo arbitrarer me ad hanc rem satis. Quod si totius operis consilium, si studium meum, operamque ac diligentiam, usui vestro impensam, excusseritis, benevolentiæ spero vestræ, quam sanctissime nobis colendam puto, me satisfacturum.

Ut autem a præcipuis ordiamur, primus veniat in medium Textus: quem a me sic intelligetis e diversis fontibus derivatum, ut Auctoribus passim nostris, quantum valerem quantumque possem, consulerem. H. Wolfio enim, aut vero Reiskio, permulta mutanti, sed ita, ut ea, quæ corrigere vult, plurimis quidem depravare videatur, adhærescere verebar: et Textum sive Lutetianum sive Felicianeum hoc diei Typographo rursus recoquendum dedisse, morosum (ut videbatur) et difficilem potius Editorem, quam providum diligentemque, sapuisset. His de causis feci continuo multos participes Textus novæ Editionis, Bekkerum puta, Taylorum, F. A. Wolfium, Spaldingium, ut e Tabulis Contentorum optime intelligetur: in cæteris meo remigio

rem gessi; est autem adhibita in ea re ipsa summa a me moderatio; quanquam fatendum in Suasoriis esse actum paulo liberius. Unum obiter notandum, nempe Taylori socordiam in expurgando textu Wolfiano Reiskium, Anglicorum criticorum prorsus omnium acrem vituperatorem, jure increpuisse; et de subtilitatibus, quotquot occurrunt, grammaticis novaque sua accentiuncularum ratione me velle adeatis ipsum Bekkerum. Textui porro ubique apposita est Lectio Reiskiana. Ergo hoc primum.

Sequitur illud, ut de Annotationum serie commemorem. Primum igitur, omnibus omnino Notis, quas in Editione sua Reiskius hic illic protulit, usus sum; deinde, quas præstiterunt recentiores, commiscui; postremo Petitum, Heraldum, Salmasium, philologos alios, ideo perquisivi, ut Exceptiones potissimum causæque privatæ magis utibiles evaderent. Jam vero Reiskii, H. Wolfii in Olynthiacam primam, Dounæi, Weiskii, Amersfoordtii, Thomæ Stanleii, vel potius Jacobi Duporti (V. infra), Animadversiones, cum essent prolixiores quam quæ Textui subjici possent, seorsum ederem necesse erat: hæ quintum volumen sibi vindicant.

Deinde Scholia: quorum alia sub nomine Ulpiani venditantur, alia prorsus anonyma sunt. In Ulpianeis H. Wolfium sum secutus, ita tamen ut Lectiones Variantes, tum MSS., tum Aldinæ Lutetianæque, Textui apponerentur: Anonyma vero, e marginibus diversorum MSS. exscripta, in unum corpus coegi; et in plurimis quidem locis, eo quod in Ulpianeis jampridem prostant, Lectionis Varietates tantum exhibui.

Extremum illud est, cui multi partes secundas forsitan tribuant, Interpretatio Latina. In Philippicis deque Corona Adversariis Stockium, in cæteris bonum Wolfium, interpretem habetis: Versionem tamen passim ad novam Editionem velim intelligatis accommodari.

De Varietate Lectionis et Indicibus, qui in complementum operis accedunt, hæc dicta sunto. Variantes Lectiones cum labore operoso denuo digessi, et incuriam Taylori, pæne in singulis paginis, sæpius castigavi: collationes præterea MSS., hinc illinc petitas, in veterem caudicem inserui; et vellem certe mihi licuisset nuperam Editionem Immanuelis Bekkeri de voluntate usurpasse. Hunc vero nactus locum, facultatem non dimittam, quin dicam Parisiensem Codicem, a nobis p 9. signatum, nihilo minus delicias Bekkeri esse, quam Augustanum primum delicias (uti eum nuncupabat F. A. Wolfius) Reiskii. Indicibus denique numeros centenis in locis supplevi, in millibus eosdem correxi. Atque hæc hactenus.

De Prælectionibus, e Stanleii MSS. exscriptis, monebo, et finem faciam. Nullus itaque dubito, quin Jacobi Duporti sint, inque Stanleii scrinia pari modo ac Prælectiones ejusdem Theophrasticæ irrepserint: in his enim ad illas refert, et contra: omnem etiam utrobique aucupat occasionem disserendi de bellis civilibus (quorum temporibus vixit) et tumultu intestino. Exemplis parco, quæ multa facilius quivis detexerit. Illud unum addam, me doctissimo Blomfieldio, notas Æschyleas Stanleio abjudicanti, lubentissime assentiri; miror tamen pigritiam V. D., qui Vitam Duporti nuperrime conscripsit, quod MSS. Stanleianos agitare omittebat, cum in ipso Prælectionum Theophrasticarum limine Demosthenicas alluserit Duportus.

Nec vero memoriæ parum tenacis me incusabit Jacobus Baileius, antiquus non solum amicus, verum

etiam consultor, qui apud me præclarissime posuit, tum propter amicitiæ conjunctionem et singularem necessitudinem, tum quod consilio ejus fideli ac bono semper utebar.

Cæterum, ut unde est orsa, in eodem terminetur Præfatio mea, benevolentiam vestram, Lectores candidi, iterum et sæpius vos rogo, ut qui vitia typographica maculasque leviores haud iniquo lapillo numeretis; et Editorem, qui de die in diem chartas ad prælum solus apparabat, solusque, antequam siccatæ sunt sole, plagulas corrigebat, benigne tractetis. Εὐτυχεῖτε.

Ex Museo meo, in vico quem vocant HIGHGATE, prope Londinum, die Decembris sexto et vicesimo A. D. MDCCCXXVI.

TABULA

EORUM QUÆ CONTINENTUR

IN

TOMO QUINTO.

DEDICATIONES

ATQUE

PRÆFATIONES

DEMOSTHENIS EDITORUM.

ALDI MANUTII
PRÆFATIO
AD
DEMOSTHENEM SUUM.

ALDUS PIUS MANUTIUS

Romanus Danieli Clario Parmensi

S. P. D.

Summum locum in oratoria tenere apud Græcos Demosthenem, et in poetica Homerum, nemo est, qui ambigat, sic apud Latinos M. Tullium in oratoria esse facile principem, in poetica vero Mantuanum poetam. Quod ita mihi verum esse videtur, ut non modo non futurum unquam putem, qui hos superet, adæquetve, sed ne accedat quidem propius. Et quanquam duo hæc admirabilium ingeniorum paria successu adeo felici suos elucubrarunt libros, et tradiderunt posteris, ut æternos reliquerint: non tamen eodem successu aut vitam vixerunt, aut oppetierunt mortem. Nam Poetæ et quietiorem egerunt vitam, et sua morte mortui sunt: oratores vero in summis semper vixerunt molestiis, et tandem crudeliter occubuerunt: quippe qui rebuspubl. regendis incubuere: in quibus, si rudis es, et ineptus, abjectus vivis et inglorius, atque publicorum munerum omnino expers: sin vero aptus, ac paulo, quam cæteri, ingeniosior, adtrahis ad te ærumnas, ὡς κακίας νέφος, adisque plerumque periculum capitis, quemadmodum accidisse Demostheni et M. Tullio legimus. Verum ex duobus his infelicior Demosthenes fuit. Nam et cum vitiis quibusdam natus est, quæ industria non mediocri tolli oportuit. Unde Valerius Max. Alterum Demosthenem natura, alterum industria fecit, et puer admodum privatus patre, sub infidis et avaris tutoribus educatus est, quos, male administrata tutela, in jus vocare coactus, non sine labore immodico, ac periculo, deperdita etiam ablatorum parte, evicit. De eo sic in ejus vita Libanius: ὀρφανὸς δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος· ἦν μὲν, ὥς φασιν, ἀσθενὴς τῷ σώματι καὶ νοσώδης, ὥστε μηδὲ εἰς παλαίστραν φοιτῆσαι, καθάπερ πάντες οἱ τῶν Ἀθηναίων παῖδες εἰώθεσαν· ὅθεν καὶ ἀνδρωθεὶς, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν εἰς μαλακίαν ἐσκώπτετο, καὶ βάταλος ἐπωνυμίαν ἔχων·

hoc est, ut et græcarum literarum rudes intelligant. Privatus autem patre admodum juvenis, fertur imbecilli fuisse corpore, et valetudinario adeo, ut neque ad palæstram accederet: quemadmodum omnibus Atheniensium pueris moris erat. Quapropter vir factus ab inimicis in molliciem mordebatur, appellabaturque cognomento Batalus; et paulo inferius: *εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς, εὐθὺς ἀγῶνα κατὰ τῶν ἐπιτρόπων ἐνεστήσατο, κακῶς διῳκηκότων τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. καὶ εἷλε μὲν αὐτοὺς, οὐ μὴν ἠδυνήθη πάντα ἀπολαβεῖν, ὅσα ἀπολώλεκε·* id est, cum primum adscitus est inter viros, statim tutoribus, male ipsius facultatibus administratis, diem dixit, et evicit quidem eos, sed non omnia potuit, quæ amiserat, recuperare. Et in eadem: *ἔτι κᾀκείνων μνημονευτέον, ὅτι τραυλὸς μὲν ἦν τὴν γλῶτταν ἐκ φύσεως· τὸ δὲ πνεῦμα ἀτονώτερος.* hoc est, ad hæc et illa commemoranda, Demosthenem et lingua balbum et imbecillis fuisse lateribus. Idem in eadem: *καὶ γὰρ δειλὸς ἦν τὸ πρῶτον πρὸς τοὺς τοῦ δήμου θορύβους καὶ εὐκατάπληκτος, ὥστε εὐθὺς ἐξίστασθαι· διά τε τοῦτό φασιν αὐτὸν ἄνεμον ῥαγδαῖον τηροῦντα καὶ κινουμένην σφοδρῶς τὴν θάλατταν παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς βαδίζοντα λέγειν, καὶ τῷ τῆς θαλάττης ἤχῳ συνεθίζεσθαι φέρειν τὰς τοῦ δήμου καταβοάς·* hoc est, et enim primo timidus ad concionum strepitus fuit, ut statim deficeret et consternabundus. propterea vero aiunt ipsum vehementem ventum, commotumque admodum mare observando ad littora accedere, et recitare, sonituque maris populi clamores ferre consuevísse. Idem in eadem: *παρειλήφαμεν δὲ κᾀκεῖνο, ὡς καὶ ξίφος ποτὲ ἐκ τῆς ὀροφῆς ἀπήρτησε, καὶ ἱστάμενος ὑπὸ τούτου ἔλεγεν. ἐποίει δὲ τοῦτο δι' αἰτίαν τοιαύτην· ἐν τῷ λέγειν ἀπρεπῶς τὸν ὦμον εἰώθει κινεῖν· ὑπερεκρέμασεν οὖν τοῦ ὤμου τὸ ξίφος ἐν χρῷ, καὶ οὕτω τῷ δέει τῆς πληγῆς ἠδυνήθη κατασχεῖν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῦ πρέποντος σχήματος:* hoc est, accepimus vero et illud, suspensum ab eo fuisse ensem de recto, atque sub ipso stetisse, cum recitaret. Quod hanc ob causam fecisse dicitur: Inter dicendum movere indecenter humerum assolebat: suspendit igitur ensem ad cutem humero imminentem: atque ita metu plagæ in decenti se forma continuit. Præterea cum maxime in patria floreret, nunc invidia civium, nunc Philippi Alexandrique Macedonum maximorum regum persecutione nunquam quievit, immo a Philippo in pugna victus magna cum ignominia fugit. Tum bis exulavit, primo in Ægina, et Trœzene, L. etiam talentis ab Areopagitis damnatur Alexandro rege, secundo autem Antipatro imperante capitis a populo damnatur, autore Demade, in Neptuni templum, quod erat in Calaurea insula, non tam salutis gratia, quam ut inde quotidie patriam prospiceret, e Trœzeniorum urbe confugit, inibique hausto veneno, cum a satellitibus traheretur, excessit e vita. Quemadmodum in ejus vita Plutarchus meminit. Operæ precium autem visum est, quædam ex ejus epistola ad magistratus populumque Athenien-

sium hic inserere, sunt enim hujusmodi. (hoc est) Sed de his cum multa possim scribere prætermitto. Nullius enim me conscium esse culpæ, ad utilitatem quidem imbecillum esse experientia didici, ad majorem vero mœstitiam inferendam, vehementissimum omnium. Quoniam autem omnibus accusatis reconciliati estis, id quod bene factum dixerim, et mihi velim reconciliemi, viri Athenienses: nam vos neque ulla adfeci injuria, Deos testor et heroas, mihi autem testis est omnis anteacta vita, cui magis justum est ut fidem habeatis, quam culpæ mihi nunc injuria illatæ, neque ego pessimus, minimeve eorum fide dignus videbor, qui calumnia sunt circumventi. Atqui discessus meus immerito vos mihi reddit iratos; neque enim spe vestri destitutus discessi; neque alio animum applicuerim meum, sed primum quia ignominiam carceris moleste animo ferebam: deinde quoniam propter ætatem imbecillo corpore miseriam perferre non poteram. Item non existimabam, nolle vos vacare me vituperio, quod nullo vobis emolumento fuit, me vero perdidit. Ad hæc in vobis, nullis aliis animum fuisse meum, multis signis poteritis perspicere. Nam et urbem petii, non in qua res maximas essem ipse acturus, sed in quam et majores nostros profectos esse cognoveram, quo tempore illis de Persarum rege periculum imminebat: et cujus plurimam erga vos benivolentiam esse perspexeram, hæc autem est Trœzeniorum civitas, cui opto, ut Dei potissimum, ob ipsius erga vos benivolentiam, et collatum in me benificium, sint omnes benivoli, tum ipse, servatus a vobis, queam referre gratiam. Cæterum cum in hac nonnulli, ut mihi gratificarentur, increpare nos conarentur, idque mei animi ignoratione ego eos pro viribus, ut bene dicerent, ut meum erat, admonui, qua potissimum causa puto eos omnes admiratos publice me honorasse. Sed cum viderem, benivolentiam quidem hominum magnam, sed vires in præsentia imbecillas, in Neptuni templum profectus, in Calaurea insula me contineo, non solum tutelæ gratia, quam mihi esse spero ob reverentiam numinis (neque enim certe scio, nam quæ in aliorum arbitrio et voluntate posita sunt, tenuem ac incertam præbent periclitanti tutelam), sed etiam quia patriam prospicio inde quotidie: erga quam tantæ mihi conscius sum benivolentiæ, quantam consequi opto a vobis. Quapropter, viri Athenienses, ne diutius hisce detinear malis, ea mihi decernite, quæ olim aliis, tum ne quid indignum vobis mihi eveniat: tum etiam ne supplex aliis esse cogar, nam nec vobis quidem id decori fuerit. Quod si redeundi vobiscum in gratiam nulla mihi sit spes reliqua, mori me esset melius. Videtis, quantis semper in malis versatus fuerit miser. Quare non miror a satyro scriptum, Diis ille adversis genitus, fatoque sinistro. Quid quod illo etiam tot jam secula mortuo, suum adhuc fortuna, licet semper varia sit, atque instabilis, servare tenorem videtur? Nam abhinc fere tri-

ennium desideranti tibi orationes Demosthenis, brevi me informatas mea cura publicaturum recepi. Sed tot id mihi tentanti acciderunt impedimenta, ut persæpe excudi cœptas intermiserim, Carteromacho etiam nostro demirante, illudque Juvenalis sæpe repetente, Diis ille adversis genitus fatoque sinistro, cum etiam admodum quam pauca earum orationum exempla imprimenda curaverim, idque coactus, quod in nullo ante accidit volumine excuso in thermis nostris. Quorum omnium est mihi optimus testis Angelus Chabrielus patricius Venetus, excellentis vir ingenii, et in utraque lingua doctissimus, Demosthenisque studiosissimus, qui a me hoc opus quotidiano fere, ut ait ille, convicio, ut jam excudendum curarem, efflagitabat. Quanquam et illud servasse videtur fortuna, ut, quemadmodum felix ille semper fuit eloquentia, et æternitate scriptorum suorum, ita nescio, quomodo pulcherrimus hic liber omnium, quos imprimendos vel latine vel græce curavimus, exit in publicum ex ædibus nostris. Quamobrem si serius ad te venit, quam et tu volebas, et ipse desiderabam, non mihi velim imputes, sed Demosthenis infortunio, quem summo cum labore et industria fecisse, quæ fecit, omnia, legimus. Rursus pulcherrimis characteribus et perquam decenti forma, habituque, nec non castigatissimus, exit in manus hominum, *ὡς κατὰ τὴν παλιγγενεσίαν*, non tamen industriæ nostræ, sed assiduis curis adscribas, quam illius gratiæ, et felicitati, quam semper in suis habuit lucubrationibus. Has vero Demosthenis orationes, Clari doctissime, nomini tuo nuncupatas, ex Neacademia nostra emittimus, ob multas causas, sed præcipua est singularis benivolentia in te mea, ob miram probitatem tuam, et doctrinam, bonarumque literarum cognitionem. Tum quia in inclyta ista urbe alumna virorum nobilium Epidauro, cui nunc Rhacusæ est nomen, et latinas, et græcas literas profiteris, instituisque juventutem istam eloquentiæ studiosam arte dicendi, quod duce Demosthene, et te interprete, quam facillime consequetur. Id quod eo etiam feci libentius, quoniam si cuipiam reipublicæ Demosthenis orationes die nocteque volvendos accurate existimo, isti existimo. Nam etsi viros omni virtute præditos, et prudentissimos habet, quales vidi ipse Venetiis Danielem Restium secundum apud Venetos fungentem legationis officio, et Petrum Mentium Restii collegam, tamen præceptis quam optimis oratorum omnium Demosthenis facile principis, quanta tyrannis, et Philippis habenda sit fides, non obscure cognoscet. Nam cum aliis plurimis rempublicam Atheniensium admonet divinus orator cavendum esse a tyrannis, qui sint natura rerum publicarum inimicissimi, ut lupi ovium, tum his verbis in prima pro Olynthiis oratione: *καὶ ὅλως ἄπιστον οἶμαι ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννὶς ἄλλως τε κἂν ὅμορον χώραν ἔχωσι.* hoc est: et omnino tyrannis infida res est rebuspubl. præsertim si vicinam illi regionem habuerint, et in se-

cunda contra Philippum: *οὐ γὰρ ἀσφαλεῖς ταῖς πολιτείαις αἱ πρὸς τοὺς τυράννους αὗται λίαν ὁμιλίαι.* hoc est, non enim tutæ sunt rebuspubl. nimiæ hæ cum tyrannis consuetudines. Et paulo post: *ἓν δέ τι κοινὸν ἡ φύσις τῶν εὐφρονούντων ἐν ἑαυτῇ κέκτηται φυλακτήριον, ὃ πᾶσι μέν ἐστιν ἀγαθὸν, καὶ σωτήριον, μάλιστα δὲ τοῖς πλήθεσι πρὸς τοὺς τυράννους· τί οὖν ἐστι τοῦτο; ἀπιστία. ταύτην φυλάττετε, ταύτης ἀντέχεσθε. ἐὰν ταύτην σώζητε, οὐδὲν δεινὸν μὴ πάθητε· τί οὖν ζητεῖτε ἔφην. ἐλευθερίαν. εἶτ' οὐχ ὁρᾶτε φίλιππον ἀλλοτριωτάτας ταύτῃ καὶ τὰς προσηγορίας ἔχοντα; βασιλεὺς γὰρ καὶ τύραννος ἅπας ἐχθρὸς ἐλευθερίᾳ καὶ νόμοις ἐναντίος.* hoc est, commune vero quoddam natura prudentum possidet in se tutamen, quod bonum omnibus est, et salutare, maxime autem populis adversus tyrannos: quodnam igitur illud est? incredulitas, hanc custodite, hanc complectimini: si hanc servaritis, nihil adversi patiemini. Quid igitur quæritis, inquam? Libertatem. Nonne videtis Philippum alienissimas ab ea vel appellationes habentem? omnis enim rex et tyrannus inimicus est libertati, et contrarius legibus. Habes igitur tandem, mi Clari ab Aldo tuo, quas jamdiu desiderasti Demosthenis orationes, habet urbs Epidaurus quem debeat librum ad suam utilitatem nocturna versare manu, versare diurna, habent et cæteræ respubl. quemadmodum prudenter se regere, gubernareque atque a tyrannis reddere tutas queant, habet studiosissimus quisque, a quo una cum græca lingua, et eloquentiam optime discere, et utilissimum in sua republica præstare se possit. Vale. Venetiis mense Octobr. M. D. IV.

ERASMI ROTERODAMI

AD HERVAGIANAM PRIMAM PRÆFATIO.

Des. Erasmus Rot. Ornatissimo Adolescenti Joanni Georgio Paumgartnero

S D

UT antehac pessime de studiis merebantur isti, qui præsentis lucelli cupiditate maledicis ac futilibus libellis implebant orbem: ita bonorum omnium favore digni sunt, qui curam omnem atque industriam huc conferunt, ut vetustos multorumque seculorum consentientibus suffragiis probatos autores nobis revocent, idque cum dignitate. Demosthenem autem inter Græcos rhetores sic esse primum, ut vix invenias, quem cum illo possis conferre, magnus eruditorum omnium consensus est. Neque non recte præceptum est illud, ab optimis auspicandum esse. Eoque quondam apud Latinos e probatissimis poetarum pueri discebant literarum elementa. Nec id dissimulat Horatius ita de suis poematibus vaticinans, Hoc quo-

que te manet, ut pueros elementa docentem Occupet in vicis Sosiorum balba senectus. Plurimum enim refert, qui succus rudem etiamnum ingenii testulam imbuat. Utiliter quidem primam Latini sermonis institutionem a selectis poetis auspicabantur, quod hi præter virtutes oratorias, habent aliquid proprii nitoris ac jucunditatis, qua velut esca, dulcibus magis quam salubribus gaudens ætas alliciatur ad studiorum amorem. Itaque quisquis Latinos poetas intelligit, rectius intelliget oratores. Apud Græcos diversa ratio est. Tantum enim discriminis est inter poetarum et oratorum dictionem, ut credas illos diversa lingua loqui. Eoque fit, ut qui a poetis fecerunt institutionis rudimentum, quum ad oratorum lectionem sese contulerint, subinde velut in peregrino sermone restitent, et licet quid quæque vox declaret, non ignorent, tamen sensum non percipiant. In causa est schematum, troporum et idiomatum proprietas, in quibus haud ita multum opitulantur Lexica. Hac quidem in parte præclaram operam τοῖς φιλογλώττοις navavit Guilhelmus Budæus. Verum ut puerilibus ingeniis Romanæ Linguæ non statim accommodus est M. Tullius, qui, Fabio judice, nulli valde placet, nisi qui jam egregie profecerit: ita Græcarum literarum peritiam ambientibus non arbitror admodum convenire Demosthenem, qui plus artis habet in recessu, quam prima fronte præ se ferat. Hic enim, quod honorifico joco dixit Demades, scripsit ad aquam, nec nisi a sobriis ac vigilantibus potest intelligi. Proinde quod de M. Tullio scripsit Quintus Fabius, pari jure de Demosthene dici potest: is se sciat in arte dicendi profecisse, cui Demosthenes valde placere cœperit. Quemadmodum tabula magno artificio depicta nemo magnopere delectatur artis imperitus, ita Demosthenis divinum illud et quod facundissimi quique semper in eo mirati sunt, τὸ δεινὸν, non sentitur, nisi et rhetoricis præceptionibus exercitatis, et historiarum cognitione instructis. Itaque patiar, ut puer quidem degustet Demosthenem, sed ad eum serio redeat, jam factus oculatior, quo perspiciat illam vere atticam venerem, illud excussum judicium, illa summo artificio contorta enthymemata, postremo vim illam omnibus admirabilem, vix ulli imitabilem. Elegans interim fuerit exercitatio, quod a veteribus nonnullis factum est in Homero ac Virgilio, si quis idem faciat in Demosthene et M. Tullio, ut ex collatione locorum deprehendat, quid hic ab illo sit mutuatus, et ubi noster sit Græco par, ubi superior, ubi ab exemplari nonnihil degeneret imitatio. Vix alia res æque conducit ad parandum judicium. Non hic sumpturus sum operam in laudando Demosthene, ad quem pro dignitate prædicandum opus esset eloquentia Demosthenica: imo nulla potius opus est eloquentia ad eum laudandum, quem uno ore in cœlum ferunt omnes: nec tibi calcar addere studebo, Georgi charissime, quem conspicio in hoc pulcherrimo stadio tuapte sponte haud segniter currentem. Quæres unde mihi cognitus cursus tuus, qui te nunquam viderim. Optimam tui partem vidi, adolescens fortunatissime, adeo ἐναργῶς te mihi suo penicillo depinxit Viglius Zuichemus, haud vulgaris artifex, cui domestica consuetudine penitus cognitus ac perspectus es. Quin tute mihi teipsum tuis ad me literis sic expressisti, ut si coram adesses, plus videre nequeam. Illic exosculatus sum istam felicem indolem tuam, qui, vix egressus annum decimum sextum, scribas epistolas primum bene latinas, deinde quod pluris facio, sensibus argutis, et apte sibi connexis. Quid autem collaudem istum ingenuum ac liberalem pudorem, quid singularem istam in me pietatem, quam tota spirat epistola? Et hic agnosco germane germanam ornatissimi viri Joannis Paungartneri prolem. Jampridem enim mihi cum eo viro ictum est amicitiæ fœdus, quam ego sane rem inter præcipuas felicitates meas numero. Quid enim illo candidius, aut amabilius? In hujus fœderis consortium temet tuo jure inseris, mi Georgi. In hoc enim possessionum genus, et fas est, et æquum est, vivo etiamnum patri hæredem existere. Ut tali parente multo beatior es, quam paternis opibus: ita istis egregiis animi dotibus, quas tibi partim largita est propicii numinis benignitas, partim industria tua tibi paris, longe verius ac splendidius locuples fueris, quam majorum tuorum quamlibet amplis facultatibus. Accipe igitur Demosthenem, qui nunc prodit ceu positis novus exuviis nitidusque juventa, simul et mutuæ meæ in te pietatis μνημόσυνον et studiorum tuorum incitamentum futurus. Multum debemus Aldo, qui nobis primus oratorum principem dedit, plus debemus Hervagio, qui non parum addidit illi, tum dignitatis, tum etiam commoditatis, haud mediocribus impendiis parique vigilantia, ut jam merito possint omnes admirabundi dicere, οὗτός ἐστιν ὁ ἐκεῖνος Δημοσθένης. Posthac igitur expectabimus abs te epistolas, semitullianas ac semidemosthenicas. Vale. Datum Friburgi Brisgoæ, postridie cal. Augusti. Anno M. D. XXXII.

I. BERN. FELICIANI

PRÆFATIONES AD SUUM DEMOSTHENEM.

Illustri ac Reverendo Abbati clivæ Mariæ Vangaditiæ Francisco Lauretano
Jo. Bernardus Felicianus
S.

Cum superioribus diebus, Abbas clarissime, Demosthenis, oratorum omnium facile principis, orationes collectis quibusdam antiquis codicibus recognoscendas suscepissem, quo ad studiosorum utilitatem castigatiores aliquantulo excuderentur, memini ex te audivisse, cum nonnulli docti viri apud te essent, quorum consuetudine sum-

mopere delectaris, ex hujusce rei occasione sermonem de eloquentia incidisse. ita ut alii supra modum eam extollerent, omnibusque et artibus et scientiis anteponendam arbitrarentur. alii non modo id non approbarent, verum etiam eam vituperarent, et ut suspectam vitandam omnino censerent. Id autem licet absurdum, novum tamen mihi esse minime videbatur. Cum enim mecum considero multos ex gravissimis simul atque antiquissimis auctoribus, qui eloquentiam vel laudare, vel vituperare studuerunt, eos comperio vel plura, quam par erat, ei attribuisse, vel plura detraxisse, quam res ipsa postulabat, atque ita utrosque, dum ejus vel præstantiam nimis admirantur, vel abusum nimis devitandum censent, multis de tota re non recte sentiendi ansam præbuisse. Nam qui eam commendant, fere uno consensu omnes bonorum omnium humanorum causam ei adscribunt. eam congregasse a principio homines, cum in sylvis ferarum more vitam traducerent atque ad urbes condendas induxisse. eam leges instituisse, sine quibus communis vita esse nulla posset. eam mansuetos e feris, civiles e rusticis homines reddidisse. eam demum esse, qua sola a bestiis differamus. Quod cum dicunt, non male illi quidem se gerere censendi sunt, si vel loquuti pro occasione, vel eloquentiæ nomine sapientiam omnem complexi esse intelligantur. Re enim vera non oratio est, sed ratio et intelligentia, quæ a brutis hominem distinguat. nec eloquentia est, sed sapientia et prudentia, quæ dispersos ac vagantes homines in unum collegerit, ac vitam humanam omnem et urbibus condendis, et legibus instituendis excoluerit. Sermo enim postea tanquam minister, et eloquentia tanquam ancilla subsequuta necessario est. Sed si ita absolute quæ dicunt, accipiamus, quam recte id fiat, alii viderint. Mihi certe persuaderi non potest, quo pacto recte illi sentiant, qui horum scriptorum auctoritate permoti in eam opinionem venerunt, ut nulli rei, nisi facundiæ, studendum esse credant, nullosque esse, qui scire quippiam possint, nisi etiam dicendi peritia præditi fuerint. Adde, quod hi quoque omnes eos scriptores, qui non ita eleganti stilo de præclarissimis rebus et verissimis monumenta posteris reliquerunt, vel tanquam indoctos et imperitos abjiciendos censent, quasi verborum lepore et fucis rerum cognitio et peritia metienda sit; vel licet earum scientiarum, quas tradunt, de quibusque disserunt, etiam peritissimos fuisse confiteantur, tanquam barbaros tamen et ineptos negligendos putant, plurisque faciendum asserunt eum, qui de quibuslibet vel levissimis rebus eleganter et copiose tractarit, quam qui de gravissimis, et maxime seriis generique humano utilissimis infacunde et jejune disputarit, remque hanc non secus, atque in artificum ac statuariorum operibus spectandam esse aiunt, in quibus forma longe majorem, quam materia, laudem et gloriam sine controversia mereatur. Ac propterea assiduum barbaris bellum indixere, ita enim appellant omnes eos, qui cultum orationis et lenocinia non persequuntur, licet veritatis subtilissimi et acutissimi indagatores alioqui sint. ut si quando in sanctissimos theologos et doctissimos philosophos incidant, eos omnino abhorreant, et quasi inculto sermone nihil vere et recte explicari potuerit, sed omnia perversa et salsa dici necesse sit, statim rejiciunt, ac damnant. neque vident, si formæ eloquentiam comparare voluerimus, statuariorum exemplum minime hic esse accommodatum. quippe quum materia extrinsecus artifici huic suppeditetur, scriptor ipse sibi eam plerumque faciat, et materia artifici propter formam exhibeatur, in rerum explicatione et dissertatione forma ob materiam illustrandam et patefaciendam adhibeatur, ut videlicet, quod animo concepimus, id eloquendo ita exprimamus, ut alteri innotescat. Quocirca si modo facere id volunt, longe meliorem et accommodatiorem veritati comparationem sumere a nummis possent, quibus forma materiæ causa imprimi consuevit, quo signo fit, ut quid et quanti valeat materia, cognoscentes ea ad necessarias res uti facile possimus. Qui igitur nummum vel plumbeum, vel alioqui adulterinum, sibi carum propterea habet, quia signum in eo artificiose factum admiratur, neque eum, etsi maxime legitimus sit, maximeque ipse indigeat, ad vitæ usus impendere vult, is nummo abutitur, utilitatemque ejus, ob quam signum illi inditum est, nullum percipit. At nobis ita faciendum non est, sed sicut qui vel necessaria, vel divitias, sibi comparare vult, omnes vel quam pessime signatos nummos, modo boni sint, non veretur admittere. Sic nos, qui intelligentia indigemus, committere non debemus, ut vel barbare admodum scriptos libros, si bonarum rerum scientiam polliceantur, ullo modo repudiandos, vel quam dissertissime compositos, si de inutilibus et vanis rebus tractant, magni faciendos censeamus, quin etiam, si de seriis et utilibus maxime disserant, non temere admittendos putemus, ne, quemadmodum illorum oculos monetæ forma ita præstringebat, ut uti ea in necessarios etiam sumtus non paterentur, sic animum nostrum ornatus orationis et dicendi elegantia extrinsecus adeo occupatum detineat, ut ad sensa ipsa consideranda penetrare non sinat. Nam si neglectis rebus, id quod facimus, non tam, cum eas prorsus non discimus, quam cum non ab iis discimus, qui eas docent, sed ab iis, qui eas tantummodo eloquuntur, sermoni excolendo vacare voluerimus, verendum est, ne, dum in ea re cæteris hominibus præstare conamur, qua homines brutis antecellere credimus, picis et psittacis similiores evadamus. Si recte quidem fortasse ad imitationem loquamur, quod ratione carentibus etiam animalibus aliquando contingit, sapiamus autem, quod proprium hominis est, parum recte. At vero qui eloquentiam vituperant, ut cætera omittam, artem ejus inter adulationum species reponunt, atque id esse animæ dicunt, quod corpori est obsonatrix.

Sicut enim illa variis condimentorum illecebris gustum fallit, nec permittit, ut ciborum naturalis et sincerus sapor percipiatur, ita hanc variis verborum lenociniis turpibus et injustis rebus honestatis et justitiæ specie obducta judiciorum rectitudinem omnem distorquere ac pervertere. Ut qui his assentiantur, contra quam priores illi faciebant, nihil admittere sine suspicione velint, quod aliquod in se vel mediocre eloquentiæ ornamentum ac lumen præ se ferre videatur, eloquentiamque omnium pene malorum in caussa esse hominibus arbitrentur. quippe cum ea prava ex se sit, non nisi prave uti quispiam possit. Nam si ad veras res, quas in animo habemus, exprimendas, non ad fingendas falsas et fucandas ea uti vellemus, satis unumquemque in ea re, quam bene novit, esse eloquentem posse. sed miror, si hæc revera, et non ad hominum petulantiam, quibuscum loquebatur, exagitandam diceret Socrates, quippe qui eam turpem sane doctrinam gloriose profiterentur, qua causa inferior dicendo superior efficeretur, cur medicinam laudaret, cum ipsa, quæ ad salutem hominum inventa est, ad perniciem nonnulli interdum abutantur. non enim quod electionis et hominis vitium est, arti est attribuendum. Nam eloquendi et dicendi ars, quæ rhetorica est, cum instrumentum sit, ac similis dialecticæ, laudabilis ac vitæ humanæ perquam necessaria facultas, quæ non secus atque illa non aliquam definitam ac certam materiam habet, in qua versetur, sed in unaquaque re probabilitatem indagat, atque invenit, tam destruitur ac tollitur, si in ejus rei præstantiam transmutetur, cui applicatur, quam si ejus qui ea utitur, pravitas ipsi adscribatur. Quemadmodum enim dialectica si decipiendi proposito distorqueatur, dialectica non amplius est, sed sophistica et captiosa, cujus non in arte, sed in abutentis voluntate, vitium est: sic rhetorica, quæ fallit ac decipit, licet nomen aliud distinctum non habeat, sed Rhetorica etiam ipsa appelletur, Rhetorica tamen non est, sed captiosa, et falsa Rhetorica, vitio utentis perversa. Quæ merito quidem vituperatur, modo cum id fit, hominum pravitatem tunc, non artem, reprehendi non ignoremus. Ars enim ipsa ad imperitos homines, eosque omnes, qui in subtilibus rationibus percipiendis non sunt exercitati, docendos persuadendosque necessaria admodum est. Quod enim dialectice inter philosophos, id inter civiles munus rhetoricæ est. Nam si in civitatibus hæc non esset, quæ, an utile aliquid esset, aut inutile, inter consultores, an justum, aut injustum, apud judices, an honestum, aut turpe, apud spectatores ostenderet, confusa omnis vitæ traductio, atque administratio haberetur. Cum enim pro sua quisque opinione facile decipi possit, et segnes natura ad discenda bona homines sint, tum etiamsi sciverint, facile affectu aliquo ita depraventur, ut ad non agenda bona procliviores evadant, ille, qui hac facultate est præditus, tria hujusmodi gerendarum rerum impedimenta

ex animis hominum aufert, tribus ad persuadendum idoneis modis adhibitis. Ne enim plerique, an utile sit, quod agendum videtur, an justum, quod judicandum est, an honestum, quod est approbandum, ignorent, iis orator eloquentiæ artifex rationibus, non subtilibus illis quidem, sed ad civilium hominum captum accommodatis, docendo in tribus causarum generibus veritatem manifestat. ne item ad discendum segnes sese exhibeant homines, delectando allicit, ne quamvis verum sciant, vitio tamen depravati aliud facere velint, movendo afficit, atque ita ad agendum quodammodo compellit. Nam si quis hæc tanquam suspectas artes, et violentas machinas evitandas censet, is auditorum inscitiam si vult, damnare potest, qui nullo alio modo intellecturi erant, eum vero, qui ad illorum imbecillitatem orationem suam accommodat, nisi laudare certe non debet. Tantam siquidem auctoritatem, dignitatem et excellentiam apud omnes obtinet, ut, sicut vituperandus nullo modo est, ita laude et gloria ex sese adeo abundet, ut laudibus extrinsecus petitis minime indigeat. Nam quamvis aliis scientiis et disciplinis instructus ad persuadendum accedat, propria tamen laude esse contentus potest. Sicut orator hic noster, qui clarissimus inter omnes hoc in genere est, quem præ manibus habemus, licet aliis disciplinis fuisset eruditus, et ex Platonis schola multa præclara didicisset, et Thucydidi, scriptori Atheniensi, tantum studium adhibuisset, ut octies sibi ejus historias describendas putarit, nullius eorum gloriam sibi videtur affectasse, nisi ejus rei, quæ hujus tantummodo artis sine dubio propria est. Cum enim quinque hæc partes habeat, inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam et pronunciationem, ab Andronico histrione interrogatus, quid in Rhetorica primum esse existimaret, pronunciationem dixit, et secundo, et tertio idem respondit, quoad desiit ille interrogare, ut non tam præcipuam, quam solam rhetoricæ propriam partem pronunciationem esse significaret. propterea videlicet quum cæteræ omnes ita aliarum rerum cognitionem interdum innexam habent aliisque omnibus etiam philosophicis disputationibus communes sunt, ut aliarum, si quis recte non advertat, videri scientiarum possint, hæc sola sine ulla controversia non alteri, quam huic arti, adscribi queat, atque iccirco tantam operam sibi ei adhibendam duxit, ut non tam orationes ejus et scripta, quam industria et exercitatio in ore omnium sit, et apud omnes celebretur. Quis enim est, qui meditationes ejus in cubiculo subterraneo non admiretur, cum inæqualem tonsuram etiam capiti adhibuisset, ne sibi aliquando inde exeundum esset, atque ita studium intermitteretur. Quis lecti ejus angustiam non decantat, qua id consequi procurabat, ut incommoda cubatione occasio ei surgendi tempestivius exhiberetur? Quis id non celebrat, cum se antelucanis fabrorum vigiliis superari ægre ferebat? Quem illa ejus diligentia non movet, cum ad Phale-

ricum profectus ad undarum fragores calculis etiam in ore sumtis pronunciare orationes asuescebat, quo postea et clarius verba proferret, et tumultibus populi non exturbaretur? Quid, cum gladiis de tecto suspensis, ita pene, ut humeros attingerent, domi se ad dicendum exercebat, ne gestu humeri incomposito actionem corrumperet, nonne animos hominum capit? Hanc igitur pronunciationem, cui præcipue sibi incumbendum censuit hic auctor, cujusque præcipue gloriam videtur appetivisse, præcipuum quoque in ejus orationibus locum obtinere existimandum est, ut cum eas legimus, non modo cæteris aliorum omnium anteponamus, sed quia pronunciationem auctoris animo concipimus, ipsas se ipsis quoque esse admirabiliores judicemus, et plus, quam legamus, intelligamus, et licet vox ejus non audiatur, semper tamen adversarii ejus voce illa aures nostræ personent, quid si ipsum audiremus? ut non immerito Macedonum rex Philippus, contra quem acriter semper invehebatur, cum ei recitatæ orationes aliquæ ejús essent, neque se alium quempiam, quam ipsum, in bello adversum se consultorem fuisse electurum dixerit. orationesque ipsas ob vim actionis, quam præ se ferebant, cum Isocratis quasdam athletis e palæstra similes sibi videri asseruisset, militibus comparavit, quippe cum ita urgeant rem semper, ita instent, ita vero certamine, et non umbratili semper utantur, ut terrere veritate ipsa et cogere videantur. Tametsi mihi quidem etiam, dum lego Demosthenem, arrogans illa Gorgiæ, et Protagoræ, aliorumque veterum sophistarum professio non admodum absurda apparet, qui discipulis suis pollicebantur se eos esse arte sua civilium agendarumque rerum peritos esse effecturos. nam si id intelligere volebant, si quis recte præcepta artis fuisset secutus, atque ex eorum præfinitione in civitatibus opportune deliberationes, et judicia, vel etiam demonstrationes pertractasset, eum non mediocrem civilem peritiam in orationibus suis præ se laturum, quis non videt, ut omittam interim inventionis acumen, dispositionis apta momenta, elocutionis diluciditatem, et gravitatem, ac demum actionis summam vim, qua tanquam spiritu quodam reliqua omnia noster hic orator animavit, tantam in scriptis ejus ad vitæ humanæ actionem pertinentium sententiarum copiam inesse, ut sapientissimi philosophi munere fungi videatur? tantam morum civitatum, et rerum publicarum administrationis peritiam, unde salus ipsis comparetur, unde periculum et pernicies impendeat, ut ex ejus lectione, si quis diligenter advertat, tam, pene dixerim, ad res agendas instructus unusquisque possit discedere, quam ex quovis accuratissimo historico? Sed hæc hactenus, ne ineptus existimer, si laudes ejus dicendo illustrare videar velle, qui dicendo omnium pene laudes obscuravit. Hæc enim ea de causa dicta a me sunt, ut eloquentiam sicut propria laude fraudandam non esse, ita sua tantum posse esse

contentam ostenderem. et egregium hunc oratorem etiamsi non aliunde, quam ex arte eloquentiæ, gloriam ei attribuamus, ex ea adeo clarum ac celebrem apud omnes esse, ut aliam laudem, quamvis adeptus sit, non multum tamen desiderarit. Cum igitur, præsul optime, hic tibi non immerito adeo placeat, ut in aliorum etiam graviorum studiorum occupationibus lectionem ejus tibi nunquam intermittendam censueris, posteaquam excusus jam est, eum tibi dicandum duxi, ut sub ejus nomine in manus hominum prodiret, qui illius esset studiosissimus. Tum etiam, ut, cum ego in eo excudendo operam nonnullam impenderim, labore hoc qualicunque tibi oblato, observantiæ in te meæ, qua multis de causis jam diu te prosequor, significandæ occasio mihi in præsentia daretur. Nam præterquam, quod vestra ista familia tum morum integritate ac virtutum splendore, tum imperatorum, quorum copia maxime floruit, gloria et rerum gestarum amplitudine, tum Leonardi, avi tui, Principis optimi, præstantia, ac dignitate illustrata adeo clara ac celebris semper fuit, ut conciliare sibi animos omnium facile potuerit, atque ob id ipse etiam communi nomine propenso erga eam animo semper fuerim, privata tamen causa atque illa quidem tam gravis benevolentiæ mihi accessit, ut nunquam eam ex animo meo quoad vixero ulla deletura oblivio sit, Antonius, omnibus quidem, qui illum noverunt, non sine præfatione nominandus frater tuus. qui cum adolescentiæ annos nondum excessisset, et abbas electus tanta ingenii perspicacia esset præditus, tanto scientiarum, et literarum præcipue sacrarum amore inflammatus, tanta in negotiis tractandis prudentia instructus, ut ex ista familia prodiisse, quasi præcipuum germen agnosceretur, et sacerdotii istius præsul dignissimus jam haberetur, me, a quo summopere observabatur, maxima prosequebatur benevolentia, atque inter eos delegerat, quibuscum sæpenumero versaretur, ac de literarum studiis colloqueretur. ut temperare a dolore interdum vix possim, cum memoria repeto, quam repente morte præventus ex hominum consuetudine maxima omnium cum jactura et mœrore sublatus fuerit. in tantam enim spem omnes induxerat, ut nemo esset, qui dubitaret, quin, ubi maturior ætas accessisset, et eruditionis et sanctitatis nostris temporibus singulare exemplum esset futurus. Nam ex ejus obitu licet boni omnes jacturam maximam fecisse censendi sint, speque omni, quam summam de eo habebant, frustrati jacuerint, ego non tam moleste tuli, quod ejus sanctissima consuetudine tam repente caruerim, etsi id mihi contigit molestissimum, quam quod, cum ex ejus familiaritate specimen quasi quoddam et probitatis et amicitiæ concepissem, ubi ipse decessit, ita animum desponderim, ut, quia, quod simile ei esset, non facile reperiebatur, probitatem amplius hujusmodi ullam inventurum me esse diffiderem. Nunc vero, cum tu, clarissime Francisce, qui

in locum ejus successisti, et ingenio, et studiis plane eum referas, eandemque morum probitatem præ te feras, ut non tam dignitatis, quam propositi, atque animi etiam ejus successor fuisse videaris, nihil vereor, quin eam exspectationem, quam ille de se apud omnes concitaverat, sustinere ac tueri etiam magnifice possis. Suscipies igitur in præsentia Demosthenem, ac quoties eum in manus sumes, frequenter autem id facturum te esse non dubito, non tam summum oratorem, quam maximum etiam amoris in te mei judicium sumere te existimabis. Vale.

Studiosis S.

Cum Demosthenis orationes ad commodum vestrum parva hac forma excuderentur, in tres patres eas dividendas censuimus, ne, si uno volumine omnes fuissent comprehensæ, in tantam magnitudinem excresceret liber, ut vana omnis utilitas fieret, quam ex forma hac eratis habituri. Apte autem incidit, ut absque ulla nisi parva admodum veteris ordinis mutatione facta divisio sit. Nam in prima parte deliberativæ omnes positæ sunt, eo quo prius erant ordine collocatæ. atque id merito quidem, propterea quod par erat, ut consultandi, et deliberandi Rhetoricæ species, quæ prima et gravissima, maximeque ad civitates regendas necessaria est, primum etiam in ordine locum obtineret. His et deliberativa exordia, et duas demonstrativas orationes subjunximus, quæ in finem libri in veteri impressione rejecta fuerant, illa, quia ad idem genus spectabant, has, quia, cum adeo paucæ essent, ut nullum volumen conficere per sese possent, sed alicui ex aliis tanquam appendix annectendæ essent, ei annecti commode posse videbantur, quod minimum omnium erat futurum. Secunda pars judicialibus iis tantum dicata est, quæ vel de decretis et legibus præter leges latis, vel de legationibus male actis, vel hujusmodi aliis publicis causis scriptæ sunt. Tertia cæteras omnes complexa est, quæ ad tutelas, hæreditates, mercaturas, atque id genus privata commercia attinent. Hæc enim tertium, quemadmodum publica secundum, locum sibi merito vendicant. nam sicut privata publicis, ita judicia esse inferiora deliberationibus debent. quippe cum judicia sint, quæ non tam ea, quæ ex legibus, quam quæ ex deliberationibus constituta sunt, si recte gerantur, honoribus, si male, pœnis cives afficiant. Tres autem hæ partes diversas lectiones, quæ in contextu asterisco notatæ sunt, suas quæque in calce repositas habet. Errata vero, quæ inter excudendum contigere, in calce tertiæ omnia omnium partium restituenda curavimus. Valete.

ΠΑΥΛΟΣ ΑΛΔΟΥ ΜΑΝΟΥΚΙΟΣ

τῷ αἰδεσιμωτάτῳ πατρὶ, Λευδοουΐκῳ Βεκατελλίῳ, τῷ Ῥαβέλλου ἐπισκόπῳ, ἀποστολικῷ Ἐνετΐησι ληγάτῳ, χαίρειν.

Ὅσον μὲν ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς εἰς τὴν χαλκογραφικὴν ταυτηνὶ τέχνην συνεισήνεγκεν, σχεδὸν οἶμαι πάντας εἰδέναι. παραλαβὼν γὰρ αὐτὴν ἐλλειπῶς ἔτι καὶ πονήρως φερομένην, οὕτω σφόδρα φιλοπονησάμενος ἐπηύξησέ τε καὶ μετεκόσμησεν, ὥστε μηδεμίαν τό γε ἐς αὐτὸν ἧκον, τοῖς ἐπιγιγνομένοις ὑπερβολὴν καταλιπεῖν. ἐγὼ δὲ καὶ πάλαι μὲν προεθυμούμην τοῖς τοῦ πατρὸς ἐγχειρήμασιν ἐπεξελθεῖν, μηδὲ καταδεέστερον ἐμαυτὸν παρασχεῖν τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων, ὑπό γε μὴν παντοδαπῶν ἀσχολιῶν καὶ ὧν μετὰ χεῖρας ἔχω ξυγγραμμάτων περισπώμενος, ἔτι δὲ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχων, ᾑρούμην τέως ἡσυχίαν ἄγων, κατολιγωρεῖσθαι μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειρῶν οὐδὲ πολλοῦ δεῖ τῆς ἐσομένης ἄξια διαπραξάμενος δόξαι προσδοκίας. καίτοι πολλοί μοι προσίοντες ὁσημέραι τῶν φίλων ἐπιπλήττειν ἐπεχείρουν, ὡς ἄρα αἰσχρὸν, εἰ μεγίστας καὶ καλλίστας ἔχων παρὰ τοῦ πατρὸς τὰς ἀφορμὰς ὑπὸ ῥᾳθυμίας ἐθελοκακοίμην, καὶ περιορῴην ἐμαυτὸν ὑφ᾽ ὧν ἥκιστα ἐχρῆν παρευδοκιμούμενον, καὶ τὴν τέχνην ταῖς τῶν ἄλλων πλεονεξίαις διαφθειρομένην, ἐξὸν κατ᾽ ἴχνη χωροῦντα τοῖς ἐκείνου ἐπιτηδεύμασιν, ἀείμνηστον εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον μνημεῖον ἐμαυτῷ παρασκευάσαι. οὗτοι τοίνυν καίπερ εὐνοϊκῶς ἔχειν δοκοῦντες, οὐκ ἐλάνθανον λόγῳ ξυμπροθυμούμενοι μόνον, ἔργῳ δ᾽ οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἂν τὴν τυχοῦσαν ἐπικουρίαν παρασχόντες: ὅπερ ποιεῖν εἰώθασιν οἱ πολλοὶ, συμβουλεύοντες μὲν προθύμως, παρὰ δὲ τὰς χρείας οὐδοτιοῦν τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες. σὺ μέντοι μόνος ἀμφότερα παρασχόμενος, δεῖγμα μέγιστον τῆς σῆς μεγαλοψυχίας καὶ τῆς πρὸς ἐμὲ φιλίας ἐξενήνοχας, σεβασμιώτατε πάτερ, οὐ μόνον τὰ κράτιστα ξυμβουλεύων, ἀλλὰ δὴ καὶ πόρους χρημάτων ἐξευρίσκων, καὶ δαπανῶν, αὐτός τε ἐκ τῶν ἐνόντων ἐπιχορηγῶν, καὶ τοὺς ἄλλους πείθων: ὥσθ᾽ ἱκανὴν ἤδη παρασκευὴν συγκεκροτῆσθαι τοῖς ἄξιόν τι λόγου ποιεῖν προαιρουμένοις. ἐδόκει μὲν οὖν τοιούτων ἀφορμῶν λαβομένοις μὴ μένειν, ἀλλ᾽ ἐγχειρεῖν τὴν ταχίστην, ἅπανθ᾽ ἁπλῶς ἐντυποῦντας, καὶ τὰ πρὸ τοῦ, καὶ τὰ μηδέπω, τὸ καὶ τήμερον ἐκδεδομένα. σκοπουμένοις δ᾽ οὐδὲν ἐφαίνετο τό γε νῦν ἔχον οὕτω προὔργου τοῖς νεωτέροις ἐσόμενον, ὡς τὸ τοῦ παιανιέως τουτὶ βιβλίον· ὃν δὴ καὶ τῇ τέχνῃ, καὶ τῇ τῶν νοημάτων εὑρέσει, καὶ τῷ κάλλει τῆς ἑρμηνείας, καὶ, συλλήβδην εἰπεῖν, πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῦ λόγου πλεονεκτήμασι καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτὸν ἀνθρώπους ὑπερβαλλόμενον ἅπαντες ἴσμεν. τούτου τοιγαροῦν τοὺς λόγους ὡς οἷόν τ᾽ ἦν ἐπιμελέστατα διορθωσάμενοι, καὶ τοῖς δοκιμωτάτοις τῶν ἀντιγράφων ἀντεξετάσαντες, σοὶ προσφωνοῦμεν, οὐ μὰ δία τοῦ γε δοκεῖν ἀμείβεσθαί σε τῆς μεγαλοδωρίας, (ἀνόητος γὰρ ἂν εἴην, εἰ, τοσούτων καὶ τηλικούτων ὑπαρξάντων μοι παρά σου εὐεργετημάτων, προῃρούμην δι᾽ ἐπιστολῆς ἀπολύσασθαι τὸ χρέος) ἀλλ᾽ ὥστε

πᾶσι ποιῆσαι καταφανὲς τῆς τε σῆς καλοκἀγαθίας τὸ μέγεθος, ἔτι δὲ καὶ τοῦ βιβλίου τουτουὶ, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκδοθησομένων, εἴπερ ἄρα τι περιέσται τοῖς νέοις ὄφελος, σοί γε πάντως τὴν περὶ τούτου προσήκειν χάριν, τῷ μόνῳ τὸ καλὸν τοῦτο καὶ ἐπωφελὲς ἔργον ἐνστησαμένῳ. ὅτι μὲν οὖν καὶ τοῖς παροῦσιν ἀγαπήσεις, καὶ μόνης ἡμᾶς ἀποδέξῃ τῆς προθυμίας, εὖ οἶδα, εἴπερ ἐγὼ τὸ φιλόσοφον τοῦ τρόπου καὶ τὸ μεγαλόφρον οὐκ ἀγνοῶ τὸ σόν. ἐγὼ δὲ πειράσομαι μὲν ἀεὶ τιμᾷν σε τούτοις, οἷς τυγχάνω δυνάμενος, εἰ δ' οὐχ, ὡς προσῆκεν, οὐδὲ κατὰ τὴν ἀξίαν τὴν σὴν, τό γε μὴ παντάπασιν ἀχαρίστως ἔχειν τῆς γνώμης πᾶσιν οἶμαι φανερὸν καταστήσειν. ἔῤῥωσο.

IOANNES HERVAGIUS

GRÆCARUM LITTERARUM STUDIOSIS

S. D.

Quanquam res ipsa docere poterat, quantum hæc nostra Demosthenis Orationum editio, reliquis omnibus, quæ adhuc editæ sunt, emendatior sit: nostri tamen muneris est, vobis, o studiosi, indicare, undenam exemplaria tam emendata habuerimus: ne et illi merita laude suorum laborum fraudentur: et vos, tantorum virorum nominibus auditis, rarum aliquid atque præclarum in nostra hac editione esse, nullo modo dubitetis. Solent enim res non sua modo vi et natura, sed cum etiam ab artificio, tum vel maxime ab artificis excellentia et nomine laudari. Mirabantur veteres, si quis Apellis vel Zeuxidis tabulam ostendisset: et nos quoque, si quis Dureri germani, aut Titiani itali picturam proponat: non tam sæpe artificii caussa, quam artificis. qua in re non fallimur omnino. Permagni enim refert, quem quodque opus autorem præ se ferat: quod ab excellentibus artificibus non nisi præclara opera soleant proficisci. Sic ille pastor non ineptus apud poetam, pocula quod divini Alcimedontis opera essent, magni facienda censet. Quid si omnia reliqua accedant, quæ valent ad laudem, et materiæ bonitas, et artificii pulchritudo, et artificis præstantia, nonne tum perfecta et consummata laus esse videatur? Quamobrem cum nos in nostro hoc Demosthene edendo, duorum clarissimorum virorum, Petri Danesii Galli, et Vincentii Obsopœi Germani, exemplaria, castigationesque secuti simus, jam existimare debetis, qualem vobis exhibeamus Demosthenem, nitidum certe, et innumeris erroribus repurgatum. Neque enim ullis aut sumtibus, aut laboribus parcimus, quo vobis veteres illos utriusque linguæ autores clarissimos suo pristino nitori restitutos exhibeamus. Habetis igitur in hoc autore omnia illa, quæ modo ad perfectam laudem requiri dicebam: Demosthenem ipsum primum, at Dii boni, quantum artificem? qualemve oratorem? cum, quem aspectabant, cujus ob os Graii ora obvertebant sua: de quo prætereunte dicebant: Hic est ille Demosthenes, qui Ciceronem nobis, quantus est, effecit. Deinde etiam, quos modo laudavi, Danesium et Obsopœum, qui in Demosthene restituendo præclaram navarunt operam. Artificium vero, etsi ex ipso artifice jam cognosci potuit, tamen melius et certius ex ipsarum orationum textura et lectione intelligetur. Superest materies, in qua artifex iste divinus artem suam declaravit: ea vero hic tam ampla est, tamque late patens, ut omnes philosophiæ partes attingere videatur. Nam et res in obscuritate naturæ latentes interdum hic orator in apertam lucem splendida et illustri oratione trahit, et de virtutibus et vitiis ornatissime dicit: et argumentis sic pugnat, ut contra stare adversarius nullo modo possit. Verum hæc ad tria caussarum genera omnia referunt oratores: ad consultationes, ad laudes, et ad judiciales controversias. Judiciales autem caussæ sunt sunt bipertitæ; aliæ enim sunt de publicis rebus civitatis, aliæ de privatis civium inter se litibus. Itaque et ex his tribus orationum voluminibus, primum consultationes et laudes, quod hæ pauciores sint, quam judicia, continet: secundum, judiciales causas eas, quæ de publicis rebus disceptant: tertium, privatas civium controversias. Noluimus enim commoditatem, si qua in hac tripartita divisione inest, aspernari, ne vobis aliqua ex parte defuisse videamur. Valete. Basileæ, Calend. Januarii. 1547.

DIONYSIUS LAMBINUS

Lectori.

Absoluta est tandem, lector erudite, Demosthenis editio, omnibus literarum græcarum studiosis tamdiu exspectata, et tantopere exoptata: atque iis quidem temporibus absoluta, quibus vix quisquam hoc auderet optare, nedum sperare. Cum enim scirent omnes homines qui literarum græcarum studio delectantur, Demosthenem a Gulielmo Morelio, typographo regio, viro experiente ac strenuo, et, quamquam non admodum locuplete, magnis tamen et multis artis typographicæ facultatibus atque adjumentis ornato, annos abhinc circiter duodecim, temporibus reipublicæ etiam tum tranquillis et pacatis, cœptum esse excudi: sed propter motus civiles tum primum in Gallia ingruentes atque orientes, et tempora turbulenta ac formidolosa, esse intermissum: quid erat minus credibile, quam propter quas causas opus tam præclarum, tam plausibile, tam vendibile denique, fuisset de manibus positum, annosque circiter decem jacuisset inchoatum, iisdem causis manentibus, atque adeo auctis ac multiplicatis, ab homine, si non minus ad tantam rem faciendam idoneo, at certe paucioribus adjumentis ad eam necessariis instructo, minusque exercitato, de integro in manus sumi, ac re-

tractari et retractatum ad finem perduci? Verum tamen vicit omnium opinionem Io. Benenati conatus laudabilissimus atque honestissimus, industriaque singularis, qui, omnibus jam sperando et exspectando defessis, Demosthenis editionem tot annos intermissam et repetiit, et repetitam, diis hominibusque approbantibus, absolutam et confectam reddidit. Verum, ut intelligas, lector, quid inter hanc editionem et cæteras superiores intersit, aut quid ad hanc accesserit, quod ab aliis absit: hoc totum tibi breviter exponam. Gulielmus Morelius annis aliquot ante, quam Demosthenis editionem susciperet, duo exempla, unum Aldinum, Venetiis, alterum Germanicum, Basileæ impressum, cum octo vetustis codicibus manu scriptis, ex bibliotheca regia depromtis, diligentissime contulerat, omnesque scripturæ varietates, ac dissimilitudines, etiam eas interdum, quæ videri possint minus probabiles, et vix tolerabiles, ad oram exempli Germanici adscripserat. Præterea scholia in marginibus librorum illorum regiorum scripta, quæ in Ulpiani commentariis usque adhuc impressis non reperiuntur, et utilissima, et plurima, ita ut quartam partem Ulpiani commentariorum hodie exstantium magnitudine et amplitudine exæquent: hæc, quæ dico, scholia in oram illius exempli transscripserat. His et aliis facultatibus necessariis instructus Morelius operi tam præclaro manus admovit. Si nihil aliud, quam rem tantam, auspicatus atque exorsus esset, atque in ipso operis limine ac vestibulo vel rei difficultas non satis antea explorata, vel casus aliquis improvisus atque inopinatus (ut sunt humana) eum rem cœptam, inchoatam relinquere coegisset: tamen cum, sapientum virorum sententia, principium totius sit dimidium, et in omni re honesta solus conatus, etiam si eum non perficias, laudari soleat: magnum quiddam fecisset, laudemque fortasse aliquam meruisset. Nunc autem cum reapse declaravit, se non inanem conatum, neque præcipitem, aut irritum impetum ad negotium susceptum attulisse: (quod facere consueverunt, qui, non adhibito ad rem, quam instituunt, consilio, neque rei magnitudine diligenter et attente considerata, ad aliquid magnum aggrediuntur,) summa laude dignissimus est: qui quamdiu reipublicæ tempora tulerunt, tanto studio in id, quod semel considerate susceperat, incubuit tantaque animi alacritate in eo perseveravit, ut Demosthenis editionem usque ad orationem de male obita legatione perduxerit: hoc est paullo minus, quam totius operis dimidium, attigerit. Cum ad eam orationem pervenisset anno, opinor, cIↃ. cI. LX. magnæ turbæ in Gallia coortæ, temporaque reipublicæ calamitosa consecuta, bellum domesticum, pestilentia, hujus scholæ universæ infrequentia et solitudo, et pæne dicam vastitas: hæc et similia mala, opus magno animo incœptum, et ad id loci perductum, interrumpere coegerunt. Non multo post ille, morbo partim ex vigiliis intempestivis et labore immoderato, partim ex communium et publicorum incommodorum acerbitate contracto, supremum vitæ diem obiit. Quo mortuo spes omnis hujus editionis absolvendæ omnibus mortalibus præcisa est, præsertim crescentibus in dies discordiis civilibus, et post superiora mala sedata ac sopita (non enim dicam exstincta) novis subinde aliis gravioribus suborientibus, quibus nondum etiam hodie defuncti sumus. Ita cum Demosthenis editio inchoata multos annos mansisset: Io. Benenatus, totius instrumenti typographici successor, matrimonio cum vidua contracto, factus, partim sua sponte, partim hominum tam longam incœpti operis intermissionem querentium et ægre ferentium vocibus assiduis victus, consilium tandem cepit operi inchoato, et deposito, et ut ita dicam, conclamato, subvenire. Qua in re cum sibi adjutorem aliquem adhibendum esse existimaret, qui et vellet et posset ei rei operam aliquam navare, se ad me potissimum contulit: quem et publicis commodis libenter inservire cognoverat, et plurimum sibi in negotio suscepto prodesse posse existimabat. Ego, quamvis in aliis rebus a me institutis occupatissimus, homini amico, præsertim in re tam præclara, deesse nolui. Itaque continuo reliquam partem exempli impressi, ad cujus oram et scripturarum contextus Demosthenis varietates a Morelio adscriptas, et scholia illa Græca nondum impressa, transcripta fuisse supra dixi, diligenter atque attente relegi, ac recognovi. Ac scholia quidem illa, quæ propter Morelii obitum immaturum erant adhuc confusa, et perturbato ordine collocata, ita ut, quo pertinerent, non facile quivis interdum cerneret, suo quæque loco digessi atque in ordinem redegi: et Ulpiani commentarios in editionibus vulgatis corruptissimos, quoad ejus fieri debuit ac potuit, castigavi atque emendavi. In contextu vero Demosthenis recognoscendo viam mihi jam a Morelio præmonstratam secutus sum, simulque Benenati voluntati morem gessi, ut nihil prorsus a vulgata et recepta scriptura mutarem: sed omnes dissimilitudines vel ad oram libri adpingendas, vel in calce collocandas curarem. Qua quidem in re tanta fuit Benenati religio, cui facile assensus sum, ut lectiones et interpunctiones vulgatas nonnunquam vitiosas retinere maluerit, dummodo earum emendationes vel in margine, vel in calce libri repræsentarentur, quam cuiquam malevolo ullam justam reprehendendi ansam relinquere. Meminerat enim, de mea Ciceronis editione, qui sermones hominum partim imperitorum, partim iniquorum fuissent, cum dicerent, me nimium mihi juris in Cicerone emendando assumsisse: non oportuisse a lectione recepta discedi: satis fuisse lectionis varietates et scripturas in antiquis codicibus repertas, aut quantumvis probabiles conjecturas, in annotationibus locari. Ne quid igitur in Demosthene quicquam tale a nobis esse factum queri possit, (quamvis hominum invidorum et in-

doctorum sermones semper contemserimus, et nostram in Cicerone emendando industriam doctis omnibus probatam esse compertum habeamus) ita religiosi, ut dixi, in hac editione fuimus, ut lector hoc sibi certo promittere queat, et Demosthenem omnium, qui unquam editi sunt, emendatissimum, Gulielmi Morelii, Io. Benenati opera, nonnihil etiam mea, quod quidem in mea manu fuit, nunc se esse adeptum, et nihil tamen, quod quisquam vel malevolentissimus criminari possit, in eo esse immutatum. Hæc te, lector, scire volui priusquam ad Demosthenem legendum tuum studium conferres. Si qua operarum errata sunt, alienam culpam præstare non debemus. Vale et hoc labore fruere. Lutetiæ anno cIɔ. Iɔ. LXX. Kalend. Febr.

IO. BENENATUS TYPOGRAPHUS

Lectori.

Cum duodecim abhinc annos Gulielmus Morelius Demosthenem, oratorum omnium facile principem, typis mandare cœpisset, et hanc editionem primum turbulenti reipublicæ motus, bellaque intestina, et difficultas rei familiaris ex malis communibus nata, intermittere coegissent: deinde ejus viri mors brevi consecuta totam rem ita impedisset, ut perexigua et perquam tenuis spes ejus de integro aggrediendæ relinqueretur: nobis tandem, anno superiore, Gregorii Nazianzeni ab Iacobo Billio Brunæo, S. Michaelis in Eremo abbate, viro literis græcis et latinis, omnique doctrina liberali perpolito, in latinum sermonem conversi editione absoluta, in mentem venit, Demosthenem, quem ab omnibus græcarum literarum studio deditis valde amari atque expeti sciebamus, aliquando repetere, ejusque editionem inchoatam relictam absolvere. Cui oneri sustinendo cum humeros nostros invalidos esse facile intelligeremus, sive sumtus in eo negotio faciendus, sive difficultas in exemplo recognoscendo, et scripturarum varietatibus considerandis, ac scholiis ordine disponendis, spectaretur, auxilium ab aliis nobis petendum esse existimavimus. Et quod ad sumtum quidem attinet, hunc nodum non tam cito, neque facile expedivimus: altera autem difficultas non multo minor restabat: qua qui nos libentius, aut facilius levaret, quam Dionysius Lambinus, literarum græcarum professor Regius, non videbamus. Itaque cum ad eum confugissemus, ab eoque petivissemus, ut nobis tanto oneri ferundo imparibus opem ferret: ille continuo, pro sua erga omnes humanitate, et pro suo in literas et literarum studiosos amore, de quibus bene merendi neque finem, neque modum ullum facere potest, quamvis esset in aliis rebus, iisque difficillimis et utilissimis rei literariæ futuris occupatus, nobis operam suam pollicitus est et promissum exsolvit.

Quod si ejus occupationes, ut summo jure poterant, ita hoc nobis adjumentum denegassent, nisique quasi quidam Hercules Atlanti defesso in partem laboris successisset, profecto, ut ingenue fatear, tantam negotii molem perferre non potuissem. Cum igitur Dionysio Lambino hujus editionis absolutæ magna gratia debeatur, tum Gulielmo Morelio mortuo nulla satis ampla laus tribui potest, qui primum hoc opus orsus est: deinde librorum veterum regiorum ope fretus, Ulpiani commentarios plus quarta parte auctos nobis reliquit: cum præter diligentiam et industriam nihil de suo addiderit. nam quicquid additum est, additum ex libris manuscriptis quibus in recognoscendo Demosthene usus est: ex quibus omnes scripturæ varietates in marginem unius exempli Hervagiani fidelissime transtulerat, idemque et in multis aliis libris, antequam e vita decederet, fecerat, et in pluribus facturus erat, si vita suppeditasset. Quare omnium bonorum favore dignus erat, qui tantum studium, tantamque industriam ad vetustos codices quasi e situ eruendos, et ex eorum auctoritate vulgatos restituendos conferebat.

Quod ad Demosthenis laudes attinet, ridiculus sane essem, si in tanto oratore laudando inanem operam hic sumere vellem. Satius enim est de eo tacere, quam pauca dicere, ejusdem tamen aliquot elogia ex veteribus sumta, in quibus colligendis nobis operam navavit D. Lambinus, subjecimus.

Vale, lector benevole, et si quid bene de tuis studiis meremur, vicissim fave.

Hoc autem, lector erudite, admonendus es, cum Morelius octo, ut dixi, codicibus in recognoscendo Demosthene usus sit, eos literis græcis in margine hujus editionis significari, verbi gratia, unus significatur litera α. alius litera β. alius litera γ. et sic de reliquis. Cæterum notæ marginales respondent notis, quæ sunt in contextu. Voces, quæ includuntur hujusmodi obelisco`, et hujusmodi nota apostrophi ', desiderantur in libris sua litera significatis. Hujusmodi autem asteriscus * indicat, vocem vel voces additas esse in margine, quæ absunt ab aliis codicibus non significatis. Numeri qui sunt ad marginem commentariorum, respondent numeris indicibus, qui sunt ad marginem contextus. Multas scripturæ varietates, et dissimilitudines, præter eas, quæ sunt in margine libri, in calce posuimus, et cum eis, si qua errata operarum humanitus admissa sunt, eorum emendationes conjunximus. Iterum vale, et nos ama.

HIERONYMI WOLFII

Ad Eusebium Episcopium industrium et magnificum Typographum

In varias lectiones Demosthenicas

Præfatio.

INSTITUTUM tuum, viro bono et docto, et tuo quoque cognomine dignum (quod *παρὰ τὸ ἐπισκοπεῖν* fieri scis) non modo multos et magnificos autores: sed et ornate et emendate, cum accuratis indicibus, eosdem in publicum edendi, magnopere probo: tibique et fructuosum et laudi sempiternæ fore confido. Inter quos et Demosthenicum hoc opus, propter summam utriusque oratoris autoritatem, non postremas esse laturum, consentaneum est. Quo libentius etiam rectæ voluntati tuæ, et D. Theodori Zwingeri acerrimo judicio, perlegendo et conferendo et excerpendo Luteciano Demosthene, morem gessi, quamvis et perpetuis laboribus fessus, et variis morbis pæne confectus. Ac quod Ulpianum attinet, Morelius non malam navavit operam, eumque nobis et auctiorem et paulo correctiorem exhibuit: cujus editionem in exprimendo sequaris licebit: conjecturis tamen etiam nostris (si videbitur) alicubi adhibitis. Scholia quoque, etsi pleraque non magni momenti, quibus longe plura (fortassis et meliora) e Lexicographis colligi possent, equidem non rejicio: vereor tamen, ne qui me rideant, qui istiusmodi *λεπτολογήματα* conversione mea dignatus sim: eoque magis, quod in declaratione verborum, cum utriusque linguæ, in etymologiis, derivationibus, significationibus, in translatis, synonymis, contrariis, constructionibus, in aliis compluribus, diversa ratio sit: ineptiæ et nugæ inanes vitari vix possunt. Nam Græca ex altero latere sita, Latinis admiscere, quamvis æque ineptum, tamen alicubi vitare non licuit: quod Scholiastes iste, quisquis fuit, sæpe nimium diffisus lectorum ingeniis, elementarios pueros docendos potius suscepisse videtur, quam eloquentiæ Demosthenicæ candidatos. Sed utut sit, ego nihil ab ullo editum in hoc opere, præterire volui: cum non ignorem, ea, quæ plerique docti viri pro nihilo ducunt, a quodam non postremæ notæ professore magno cum supercilio et ostentatione exquisitæ diligentiæ atque doctrinæ pro suggesto fuisse decantata, vel deplorata potius ac elatrata, ut fuit *ἐμπαθὴς* ille homuncio et quamvis pene edentulus, mordacissimus, et in canina facundia (qua nimis petulanter et in me et in alios et me et se longe doctiores et clariores viros invectus est) exercitatissimus, et, cum lippus esset, in perspiciendis omnium scriptorum erroribus ac vitiis acutissimus. Qui quidem recte sibi cavit, quod nihil in publicum edidit: *μή τι πάθῃ τό κ' ἔρεξε· δίκη τ' ἰθεῖα γένηται.*

Sed ille valeat cum suis asseclis et imitatoribus; nos cœpta bonis avibus prosequamur. Ulpianum igitur, ut dixi, pellegisse non pœnitet. In ipso autem Demosthene conferendo, haud scio an operæ pretium fecimus. Nam conjecturæ nostræ *οὐκ ἄσκοπα τοξεύουσαι*, Aldino, duobus Hervagianis, Feliciano, Manutiano, Pannonio, Augustano Demostheni adhibitæ, *καὶ ἐπίκρισις ἀπὸ μεγάλης φρονήσεως, καὶ ἐμπειρίας πολυχρονίου γενομένη* (*εἰ καὶ φορτικώτερον τοῦτ' εἶναί τισι δόξει τῶν βασκαινόντων*) interposita, id præstitisse videntur, ut acutus et eruditus lector alia exemplaria, vel expressa, vel manuscripta, non magnopere sit desideraturus. Curatum enim est diligenter, ut et orthographica errata vel alioqui depravata tollerentur, et confusa distinguerentur, neque quidquam, quod ad rem pertineret, prætermitteretur. Itaque, si quid apud te valet mea auctoritas, mi Episcopi, sequeris eos codices, qui manu mea emendati sunt, et sub Calend. Januar. ad te missi: omnibus tamen asteriscis repudiatis, qui librum magis deformant, quam lectorem adjuvant. Qui si ita ignavus est et socors, ut annotationes nostras in locis suspectis et dubiis consulere gravetur, non asteriscis, sed obeliscis erit excitandus. Paucas tamen clausulas, quæ ex Augustano et Luteciano codice accesserunt, suis locis contextui facile inseres et Græco et Latino. Has enim converti: cæteras varietates græce tantum notavi, alicubi tamen censura addita. Quod si spatium et tempus datum fuisset, *συμπάσας τὰς πολυπλόκους ἀναγνώσεις*, ordine orationum ipsarum et distinctione servata, contulissem: supervacaneas (in diversis enim libris eædem sæpe exstant) resecuissem: retentis tantum aut necessariis, aut non omnino respuendis, cujusmodi sunt *τὰ συνώνυμα καὶ ἰσοδυναμοῦντα*. Nunc cum trimestri non amplius spacio tantum opus, una cum Isocrate Græcolatino, proximis nundinis edito, inter varias occupationes, perlegendum fuerit, malui *τὴν κράμβην δεκάκις παραθεῖναι ἢ μηδάπαξ.* Nam supervacanea facilius auferuntur, quam prætermissa supplentur. Ac varias lectiones omnium editionum consignatas habes, quarum numeros, si foliis impressiones duæ accommodari nequierint, prætermittendos censeo: lectorem monendum ex ipsa serie orationum et locorum, quo quæque nota pertineat, facile deprehendi. Obsopœi castigationes integras excudi placet, iisque ordine subjici Lutecianas et Augustanas: nisi forte istic habeas virum doctum et acri in Græcis judicio præditum, qui id efficiat, quod ego temporis angustiis exclusus, non volens prætermisi. Agnosco enim et in hoc opere fortunam meam: quæ subinde aut aliquid turbarum dat, otium speranti, aut adjumentum rei accurate conficiendæ surripuit. Nam primum, ne diu optata, et perquam meæ valetudini necessaria quiete, paucos hosce, qui restant, vitæ meæ dies fruerer, oportuit Luteciam nunc demum parere, quod integrum Zodiacum annorum parturiit. Neque id

factum reprehendo, de quo gratiam habemus omnibus iis, qui aliquid operæ ac studii ad id contulerunt: sed factum meum narro, *καί τοι οὐχὶ τῇ τετράδι, ἀλλὰ μετὰ τὴν πανσέληνον διαμέτρησιν γενόμενος.* Deinde si ad manum habuissem exempla Demosthenis et Ulpiani a me correcta: facilius et consignare, et suis locis inserere omnia potuissem. Nunc verendum est, ne quædam aut transponantur, aut inculcentur sæpius, aut detrahantur. Quæ sollicitudo ita me angit: ut ipse Basileam irem, cavendæ istiusmodi confusionis ergo: nisi et servitute et imbecillitate corporis, quod, hoc tempore, nec pedestre iter, nec vectationem ferre potest, impedirer. Tua autem sollertia et cura, perspecta in cæteris lucubrationibus meis, non parum me recreat. Quod si D. Zwingerus Amphitheatro suo *παγκοσμίῳ καὶ ἀειμνήστῳ* exornando minus occupatus esset; is unus *οὐ μόνον ἰατρὸς, ἀλλὰ καὶ φιλόσοφος ἀνὴρ, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,* omni me cura liberaret. Sed cum nefas sit, graviores illius occupationes, *καὶ φιλοσοφωτέρας οὔσας, τοῖς ῥητορεύμασι τοῖς ἡμετέροις* interpellare: si vel ipse ea quæ ex Luteciano et Augustano codice excerpta sunt, pellegeris, vel, ab alio non indocto perlegenda curaris: facile apparebit, quid, et quo loco, vel Demostheni, vel Ulpiano sit inserendum, quid omittendum. Si vero per alia negotia nec ipse præstare hæc potueris, nec hominem idoneum nactus fueris, neminem tam ingratum, tam iniquum fore puto, qui non potius candide probet ea, quæ dedimus, quam quæ, necessitate coacti, prætermisimus, importunius requirat. Et ut existant tales (sunt enim qui metere velint, ubi non severunt: et ea exigant, quæ non dederunt: et ad suum arbitrium fieri et dici oportere omnia, somnient) his unum illud responsum volo: *οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ.* Quanto enim supercilio illi me accusarint, tanto eos animo contemnere decrevi: *μέγα τῆς συκοφαντίας ἀλεξιφάρμακον πάλαι παρεσκευασμένος, τὸ ἀφροντιστεῖν ἐκ περιουσίας, μᾶλλον δ' ἐμφύτου βασκανίας τὰ μὲν ἡμέτερα διαβαλλόντων, οὐδὲν δὲ τούτων βέλτιον ἐκ τῆς ἰδίας πολυμαθημοσύνης, ἧς οὐ κενεώτερον ἄλλο, προφερόντων καὶ ἐπιδεικνύντων.* Atque hæc, de Ulpiano, de Scholiis, de ipso Demosthene dicta, hoc loco sufficiant. De varietate autem tanta, tamque multiplici codicum, ut de veritate lectionis pene desperari queat, paulo pluribus agendum est. Ac primum statuendum, eruditos scriptores, cum lucubrationes suas publicarent, in singulis sententiis uno quodam certo eloquendi genere, non pluribus ac diversis, esse usos: eoque, quod aptissimum et elegantissimum, ex magna et ampla verborum copia selectum, judicarent. Non igitur tanta diversitas ab ipsis librorum autoribus, sed ab eorundem corruptoribus proficiscitur, sive librariis, sive criticis, sive scholiastis: quorum hi postremi non tam sua, quam describentium culpa mutationibus germanæ scripturæ occasionem dederunt. Glossemata enim, eaque aut diversis libris

diversa, aut in eodem varia, sive marginibus, sive superne versibus addita, sæpe in contextum irrepserunt, locoque moverunt veteres, ut ita dicam, colonos. Sic alia pro aliis substituta, necessaria prætermissa, supervacanea inculcata, elegans et numerosa structura perversa est sæpenumero. In quo genere multum peccatur ab iis, qui memoria potius quam oculis in describendo utuntur, sententiam animo complectentes, eandemque suo modo efferentes, et verbis et ordine verborum neglectis. Cum autem bibliopolæ veteres mancipiis uterentur, e quibus unus aliquid pronunciaret, quæ reliqui scriberent: si vel dictator ille parum commode et distincte est locutus, vel e scribis aliqui, aut surdastri, aut fortuito strepitu ac tumultu perturbati fuerunt: quis alios alia scripsisse miretur? Accessit insolens quoddam *καλλιγραφίας καὶ τῆς διὰ σημείων τινῶν συντομίας* studium: nihilo melius quam ipsa *κακογραφία.* Utraque enim *τὸ εὐανάγνωστον* (qui omnis scripturæ finis præcipuus est: ut orationis *τὸ εὐκατάληπτον καὶ εὐήκοον*) impediit, cum eosdem characteres et ductus et notas compendiarias alii aliter, pro sua quisque intelligentia et perspicientia, legerent. Itaque *τὰ ἐκ τοῦ δυσαναγνώστου παροράματα* non pauciores mutationes, quam *αἱ παρακοαὶ,* pepererunt. Nam de libris aut mutilatis, aut vetustate, et casu quopiam corruptis, aut a blattis et tineis erosis, atramento etiam exolescente, *καὶ ἐξίτηλα τὰ γράμματα* exhibente, quorsum attinet dicere? Jam librariorum inscitia, incuria, perfidia cui non nota est? Quæ *μεταπλασμῶν* genera non crebro occurrunt? Omnia certe plena videas *προσθέσεων καὶ ἀφαιρέσεων, ἐπενθέσεων καὶ συγκοπῶν, παραγωγῶν καὶ ἀποκοπῶν, ἀντιστοιχιῶν καὶ μεταθέσεων. ἐν αἷς καὶ αἱ ἐκτάσεις καὶ αἱ συστολαὶ ἐμπεριέχονται· διαιρέσεών τε καὶ συναιρέσεων, καὶ οὐ συλλαβῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ λέξεων· ἃς οἱ μὲν ἀπολύτως οἱ δὲ ὑφὲν γράφουσι συναλοιφῶν τε καὶ ἐκθλίψεων.* Nec desunt *ὑπερβατὰ, ἀναστροφαὶ, διακοπαὶ, συγχύσεις, ὕστερα πρότερα.* nec *ἐκλείψεις καὶ πλεονασμοὶ καὶ ἄρυθμα καὶ κακοσύνθετα:* nec *ἀντιπτώσεις καὶ ἀντιμέρειαι, καὶ ἐναλλαγαὶ προθέσεων, ἄρθρων, συνδέσμων, ἀντωνυμιῶν, ἐπιῤῥημάτων, συγκριτικῶν, γενῶν, ἀριθμῶν, εἰδῶν, σχημάτων, χρόνων, διαθέσεων, ἐγκλίσεων, πνευμάτων, τόνων, παθῶν, συντάξεων,* omnium denique eorum, quæ Grammatici Græci *ἑπόμενα,* Latini accidentia partium orationis appellant, et reliquarum præceptionum, quæ orationem, aut observatæ, planam ac perspicuam reddunt, aut neglectæ, obscurant et deformant. Hujusmodi mutationum tanta multitudo vel in uno Demosthene occurrit, ut, si quis et otio abundet, nec ingenio careat, et eruditione polleat: *λεξικὸν σφαλμάτων ἐπανορθωτικὸν* conficere posse videatur: et in salebrosis, obscuris, dubiis, impeditis locis aliorum etiam autorum, non tam quid scriptum sit, quam quid scribendum fuerit, e dictione scriptoris, e ratione Grammatica, e sententia et constructione, temeritate remota, divinare. Nos autem

aliis nunc rebus utilioribus, aut saltem magis nobis necessariis, vacaturi: pauca quædam, nullo ordine, ut occurrent, velut specimen proferamus: quæ ad cætera genera, quæ modo exposita sunt, facile referentur. Sumanus igitur hæc: *καὶ ταῦτ' αὐτοῦ καταμαρτυροῦντες πράξειν φησί.* Legendum esse *καταμαρτυρεῖν τὰς πράξεις* me sententia docuit et erroris animadversio *ἐκ τοῦ ὑφ' ἓν καὶ τῆς ἀντιστοιχίας*, ut et alia plurima sæpe destitutum quindecim codicum auxilio. *Διενεγκεῖν· δεῖ ἐνεγκεῖν. πέντε καὶ δέκα τάλαντα τούς· πεντεκαιδεκαταλαντιαίους οἴκους.* Sic *πεντεκαιδεκαναία·* ut causidicæ ac potius sycophanticæ artis uno verbo apud Aristophanem descriptio, *στρεψοδικοπανουργία. ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι* alii, *ὦ ἀθηναῖοι*, alii, *ἀθηναῖοι*, utraque voce præcedente omissa. *ὅτι θεοκρίνης ὀφείλει· θεοκρίνην ὀφείλειν. ἀλφοῖς· ἀλῷ οἷς. ὧν ἔνεστιν· ὧν ἕν ἐστιν. ὑπόλογον· ὑπὸ λόγον. γεγραμμένα· γράμματα. θεσμοθητοῦντα· θεσμοθέτην. ἀφείς· ἀφ' ἧς. παιδός· ἄπαιδος. ἄποθεν· ἄπωθεν. γράμματι· πράγματι. ταῦτα· πάντα.* Hæc videntur *εἶναι τῆς παρακοῆς* e soni similitudine. *ἀληθές· ἀκριβές. τἀληθές· τἀκριβές. ἠφάνισεν· ἐξήλειψεν. ὁποίας· οἵας. τιμωρίας· κολάσεις. ἡλίκον· ὅσον.* Hæc Synonymorum permutatio scholiis debetur. *πάντα ὅσα· ἅπανθ' ὅσα. κατέγνωτε· κατεγνώκατε. ᾔδεσαν· εἴδεισαν. ἐξαλήλιπται· ἐξήλειπται. διακεκριμένον· διακεχριμένον. ἐνεχείρησε· ἐνεχείρισε. εἰπών· ὑπειπών. ἀναγκαζομένους· συναναγκαζομένους. ἕνα· μὴ ἕνα. τὰ ἐκ· τά τε ἐκ· παρακατατιθέμενον· παρακατατίθεσθαι. αὐτός· οὗτος. οἰκουμένας· οἰκονομουμένας. κρατεῖν· κροτεῖν. παρ' ὑμῖν· παρ' ὑμῶν. ἐγέγραπτο· ἐνεγέγραπτο. ἄδικος· ἀνάδικος. ἀδικεῖν, ἀντιδικεῖν· ἀνταδικεῖν. ἐξαιτήσομεν οὕς· ἐξαιτησομένους. διοικῆσαι· διοικίσαι. αὐτόν· αὑτόν. ῥήτωρ· ὁ ῥήτωρ.* Sed modus sit rei prope infinitæ: quam privato quisque studio, ex iis, quæ et a nobis, et ab aliis notata sunt, observet. At inquies, quis in tanta varietate veram lectionem deprehendet? Alicubi fortasse nemo: *ἴσων γε τῶν ψήφων γενομένων*: quoties et verborum eadem vis est, et ratio sententiæ atque syntaxeos constat, et non dissimilis est numerorum concinnitudo. Ubi vero alius codex ad hæc propius accedit, aliusque ab iisdem recedit longius, quis dubitet, uter utri sit præferendus? Atque hæc mea adjumenta fuerunt in iis autoribus interpretandis, quorum aut singulos tantum, aut plures consentientes codices habui, neque conjecturas meas, quæ et rationem Grammaticam, et sententiæ veritatem, et dictionem autoris sollicite consectantur atque diuturnum in græcis litteris (in quibus ætatem consumsi) usum et judicium cum multis cariosis exemplis (etsi hoc invidis et imperitis arroganter dictum videbitur) commutata vellem. Neque hoc a me temere jactari, docere poterunt, Isocrates, Plutarchus, Epictetus, Suidas, Byzantina historia, scholia Ptolemæi, Ulpianus, alia complura, et hic ipse Demosthenes: quem non pluribus locis tot tam diversa exempla, quam divinationes nostræ *καὶ γνώμη ἐπιτυ-*

χῆς correxerunt. Ea autem ut addantur, quæ a librariis non depravata, sed *τρωϊκῷ τινὶ πηδήματι* omnino prætermissa fuerunt, quæque non nisi libri integri subsidio restitui possunt (quæ perpauca quidem sunt) non est ab homine postulandum. Illud vero, mi Episcopi, et optandum est, et opera pro virili danda, ne operæ tuæ, quæ nos tanto labore emendavimus, per inscitiam et incuriam denuo corrumpant et depravent. Quod absit ut fiat cum utriusque nostrum injuria atque infamia, et justa inscriptionis criminatione. Neque vero fiet, te vigilante, *καὶ ἐπισκοποῦντος*, ut soles, qui multis egregiis voluminibus editis, fidem tuam atque industriam omnibus candide judicantibus approbasti. Vale. Augustæ Vindelicorum XXIII Augusti; quo die typographicis scriptionibus confectis, onus Ætna gravius excussisse, et e dura servitute aureæ LIBERTATI restitutus esse mihi videor. Anni M. D. LXX.

Ad Magnificum et Generosum Virum

D. IOANNEM IACOBUM FUGGERUM,

Kirchbergæ Wissenhorni et Phyrettarum dominum, Cæsareæ et Regiæ Majestati a Consiliis etc. ingenio, doctrina, virtute ornatissimum, Hieronymi Wolfii in Demosthenem, latinum a se factum, Præfatio.

QUOTIES, Ioannes Iacobe Fuggere, vitæ meæ cogito studiorumque rationem, fato quodam rapi mihi videor ad hoc litterarum genus, in quo multos jam annos, nescio quam feliciter, sedulo quidem certe versor ac diligenter. Cum enim puerum olim nulla discendi occasio, nullæ parentum et amicorum cohortationes invitarent, sed potius plurimi deterrerent, natura tamen ita mihi fuit insitus et infixus incredibilis quidam græcarum litterarum et poeseos amor, ut in magnis et fere perpetuis cum fortunæ, tum valetudinis incommodis, nunquam hactenus a semel instituto studiorum cursu potuerim ullis rationibus dimoveri. Quam prudenter in eo fecerim, non dico: et si quid peccatum est, satis graves erroris mei pœnas do, qui ex adamatis litteris nihil fere præmii, præter labores et molestias, fero neque ullum prospicio portum, in quo post diuturnas veluti tempestatum jactationes tandem consistere liceat, cum hactenus quidem ab alio exilio (quid enim aliud dicam, etsi non longinquas, crebras tamen et æque molestas peregrinationes) subinde fuerit in aliud abeundum. Sive igitur ea Fortunæ, præpotentis dominæ, sive simplicitatis meæ culpa sit: ferendum est, non culpandum, quod jam mutari non potest: et miseriis meis hæc fingenda consolatio, stationem hanc mihi divinitus esse attributam, atque in ea strenue pro parte

virili elaborandum. Id quod in hunc usque diem facere non desisto, majore omnino contentione, (si quid amicorum reprehensionibus credendum est) quam vires ac valetudo mea patiuntur. Cum enim docendi provincia me plus satis exerceat, quicquid reliqui temporis datur, id universum, sæpe genio defraudato, legendo, meditando, scribendo consumo. Quod cur faciam, si quis me rogat, verissime respondeo, me sine magna animi molestia non aliter posse facere: sive quia sic assuevi, et natus fortasse ad ærumnas sum; sive quod (ut Plinius dicere solebat) omne tempus perire existimo, quod studiis non impendatur. Ac potuissem quidem, et haud scio, an debuissem etiam, hanc sedulitatem in alio vitæ genere consumere, quod plus et fructus haberet, et dignitatis. Sed quia serum est post facta consilium, Spartam, quæ mihi obtigit, ornare studeo. Anno igitur superiore Isocratem in publicum edidi a me conversum, qui etsi propter necessariam festinationem et alias incommodationes, non sic emendari potuit, ut vel mihi ubique satisfaceret: ea tamen liberalitate amplissimi et prudentissimi Senatus Norimbergensis (cujus honorificis de me judiciis non minus debeo, quam munificentiæ, ac semper debebo) eo candore doctorum est exceptus, ut me non ideo pœnitere debeat illius lucubrationis, quam nunc succisivis horis secundæ editioni adornare conor, ut tantorum virorum favore et eruditorum approbatione dignior aliquanto videatur. In quo autore cum tyrocinium non inauspicato fecissem, ac majus opus aggrediendi tempus esse videretur, non magnopere sum adversatus Ioannis Oporini, doctissimi viri, mihique amicissimi, judicio, qui Demosthenem latinum jam multis annis a studiosis flagitari indicabat. A quo opere eo minus abhorrebam, quod jampridem ejusdem autoris non modo quasdam orationes ingenii exercendi gratia converteram, sed et locutiones minus pervulgatas, et sententias omnes insigniores, in peculiare volumen contuleram: et assiduitate diligentiæ fretus, me navare aliquid atque efficere posse sperabam, quod boni et docti viri approbaturi essent. Neque tamen non providebam malevolorum quoque calumnias, et importuna sciolorum judicia, quæ tam multa, tam varia, tam inter se discrepantia sunt, ut ea persequi et refutare sit infinitum. Delibanda tamen pauca mihi sunt, ut mei mihi consilii ratio nonnulla constitisse videatur. Ac primum eorum sollicitudo, qui metuunt, ne adolescentes conversionibus freti, græcas litteras negligere incipiant, ita mihi videtur inanis, ut studiosos adolescentes nulla ratione magis incitari posse ad græcas litteras discendas existimem, quam si prospiciant, se fidelium interpretum auxilio, quasi compendiaria via, sine magnis molestiis et difficultatibus ad elegantissimæ et eruditissimæ linguæ jucundissimam simul et utilissimam cognitionem perventuros. Quos enim prius fortasse nec a præceptoribus, nec copia librorum satis instructos, desperatio retardabat, ii fiducia in-

terpretationis difficillimum quemque autorem in sua lingua suscipere legendum audebunt: et eam sibi felicitatem gratulabuntur, quod, quæ in latino sermone rudiora sunt, et longe infra excellentiam ipsorum autorum, ea non mutilata, non inquinata, non depravata, non imminuta, sed integra, pura, correcta, solida, ut ab autore ipso publicata sunt, cognoscant. Quod certe tanti refert, ut optabilius esset, omnes iis esse ingeniis, ea industria, ea felicitate, ut trium linguarum conjuncta scientia, omnes res cognitu necessarias et utiles, sive ad pietatis cultum, sive ad rempubl. gubernandam, sive ad mores formandos, sive ad rem domesticam constituendam, et curam valetudinis pertinentes, non ex inquinatis interpretum rivulis, sed ex limpidissimis ipsorum autorum fontibus haurirent. Sed videmus, eam ignaviam nostri seculi, et in summa discendi copia fastidium, ut hoc optare audaciæ, sperare stultitiæ esse videatur. Quare non improbandum erit eorum studium, qui in id operam dant, ut præstantissima veterum monumenta possint etiam a mediocriter literatis aliquo modo intelligi. Idque nonnulli sunt (graves profecto et eruditi viri) qui non paulo utilius esse putent, quam quod nunc complures sibi studio habent, ut hinc inde male consutis quasi centonibus, novos, eosque nugaces plerumque libellos (pauci enim vere docti sunt et eloquentes, ad quos hæc reprehensio nihil pertinet) concinnent, et cramben, non bis, sed sexcenties repetitam apponant. qui quid efficiunt aliud, quam ut varietate præceptionum ingenia distrahantur: et bibliothecis in immensum exaggeratis, neglectis libris melioribus, deteriores non raro celebrentur. Plures fere nunc sunt (ut de aliis taceam) artium dicendi methodi, quam ipsarum artium studiosi. Quanto autem esset præstabilius, Aristotelem et Ciceronem eruditis illustratos commentariis studiose legi atque edisci. Quanquam qui sua compendia eo retulerunt, ut illis rectius intelligendiis serviant, eos plurimum profuisse nemo non intelligit et fatetur. Ac eandem etiam interpretationum eruditarum rationem esse censeo: et ego in Demosthene convertendo eo respexi, non modo, ut a rudibus græcarum literarum legeretur, sed ut cum græco autore conferri possit mea interpretatio et ei per omnia (quantum liceret) exquisite responderet, ac nihil malim, quam ut (quod in multis autoribus factum esse video) cum latinis ex adverso græca conjungerentur. Non quod vim illam, et (ut Græci vocant) δεινότητα Demosthenicæ orationis et atticam venerem, et numeros oratorios ulla ex parte me consecutum sperem: quod quis sibi arroget (his quidem temporibus) nisi prorsus amore sui nimio et admiratione cæcutiat? sed quod in optima conscientia lucem non reformido, et sententias sententiis appendere summa fide sum conatus, ad eamque rem et tempus (quamvis id sane justo brevius) et diligentiam adhibui quam fieri potuit attentissimam. Quod ipsum in hoc au-

tore consequi, quam sit arduum, ex eo apparet, quod in tanto græcæ linguæ interpretum numero nemo hactenus totum Demosthenem convertendum suscepit: alii professi nescio quid (neque enim tam facile est præstare magna, quam polliceri) distulerunt: alii ea ediderunt, quæ qualia sint, aliorum esto judicium. Neque enim mihi propositum est, quenquam vel tacita cogitatione perstringere: laudare quidem eos, qui in aliquot orationibus explicandis egregiam operam navarunt, cuperem, et quidem pro officio deberem, qui id ipsum, quod ego sum conatus, si vellent, longe luculentius præstarent, nisi assentationis suspicionem pertimescerem. Nunc dum alii vel cessant, vel quæ scripserunt, Horatii secuti consilium, in nonum annum premunt, laborem hunc imponi mihi passus sum, partim hortantibus, partim susceptum opus approbantibus, non paucis eruditis. Non equidem sum omnium audacissimus, nec sine omni deliberatione et virium mearum æstimatione tantum opus sum aggressus (quo quid queat esse turpius?) aut me unum id efficiendi facultatem habere credidi, de quo complures desperassent. Sed duabus præcipue rebus fretus fui: tolerantia laborum, quibus in honesto proposito non facile succumbere soleo: et mediocri multorum annorum græcæ linguæ usu et exercitatione. Præterea mihi Demosthenem legenti et sæpius relegenti non tantum inesse difficultatis videbatur, quantum plerique persuasum haberent: et si qua difficultas esset, eam pendere partim ab ignoratione linguæ græcæ, quæ jam non autoris culpa est, sed lectoris: partim ab exemplarium depravatione, de qua nos quoque non injuria conquerimur. Nam cum oratorem hunc nostrum sic certe loqui oportuerit, ut a cerdonibus, a nautis, ab agricolis (hoc enim ejus fuit auditorium) intelligeretur: putavi, me, quanquam in media Germania natum, assidua tamen optimorum græcæ linguæ scriptorum lectione id esse consecutum, ut Demosthenes (toties præsertim relectus) nihilo mihi esset obscurior, quam alicui naviculario, aut rustico, qui quotannis eum semel atque iterum pro concione dicentem oscitanter audivisset. Ea tamen excipio instituta veterum, de quibus nihil certi nobis est traditum; et codicum mendas, quæ certe maximam difficultatis opinionem pepererunt. Ego vero ad eam superandam quibusdam artibus sum usus, quibus me profecisse aliquid existimo. Una hæc est, quod mihi non persuadeo, me quicquam scire, quod nescio: quo vitio multi, nisi multum fallor, et suo et aliorum malo laborant. Locos igitur ambiguos et dubios in omnem verso partem, et quam attentissime cum toto genere Demosthenicæ orationis, aliorumque bonorum autorum comparo: diligenter inquiro, an aliqua verba desint, redundent, vitiata sint, aut transposita: si plura exemplaria habere possum, confero: si quem locum ab aliis citatum, declaratum, aut conversum esse memini, consulo. Atque in hac quidem

parte non parum adjutus sum *Ioannis Berenardi Feliciani*, doctissimi viri, diligentia, qui curavit ut exemplar Demosthenis ex officina Francisci Brucioli Veneti, quod Hervagius nuper æmulatus est, multis in locis haberemus correctius. Quanquam is quoque nostræ industriæ permulta et investiganda reliquit, et divinanda, quæ in nostris Annotationibus indicata eruditi lectoris judicio committemus. Altera est, quod, si difficultas non corrupti exemplaris esse, sed vel verborum, vel ipsarum rerum videtur: nullius me laboris, nullius operæ piget, in consulendis et evolvendis optimis quibusque, tum veterum, tum recentium, græcorum et latinorum commentariis: nec doctos etiam viros, si occasio datur, sciscitari erubesco. Atque utinam laudabilis illa veterum consuetudo reduceretur, qua illi opera sua, priusquam in publicum ederentur, in consessu doctorum, libere candideque judicantium, recitabant. Nam ea ratione infinitæ et verborum et rerum ineptiæ vitarentur. Nemo enim tam acutus est, nemo tam vigilans, quin alias incogitantia, alias ignorantia, et cæco amore sui hallucinetur. Sed cum ut alia multa, sic hoc quoque bonum ætati nostræ desit, uno contentus fui, *Sebastiano Castalione*, homine acerrimi ingenii, egregia trium linguarum cognitione (id quod ipsius monumenta et declarant, et declarabunt, neque ullo alio præcone indigent), candore et humanitate singulari, et meliore fortuna liberalisque patroni benignitate dignissimo: qui, qua est facilitate, pro amicitia nostra non recusavit conferre mecum ad græcum exemplar magnam Demosthenicarum orationum partem, et de multis sermonis vitiis me admonuit, quæ ego, fretus autoritate recentium scriptorum, quorum ab ineunte ætate plus satis fui studiosus, ante pro vitiis non habebam: nunc admonitus, pleraque facile cavere posse videor. Denique, ubi me hæc omnia præsidia destituunt, non video, cur non in æqui lectoris humanitate certissimam veniæ spem repositam habere debeam: etsi confitear, me velut in salebris hærere. In quo ego suaviter interdum eorum ridere soleo puerilem arrogantiam, qui inscitiam suam ab acutis lectoribus deprehendi, quam ingenue confiteri, malunt. Quasi vero propterea sis reprehendendus, si post adhibitam omnem diligentiam, quædam ignoraris? aut ullus omnino sit autor in utraque lingua vel minimus, de cujus locis aliquot non sit homini prudenti, et judicium non præcipitanti, dubitandum? Quid de Demosthene dicemus, qui præter loca depravata complura, tam acutus, tam brevis, tam rotundus, tam lubricus est, ut ego quidem iis ignoscam qui ejus sententiam alicubi non sunt assecuti: et ignoscendum mihi putem, si in tam longo opere aliquando somnus obrepserit, diuturnitate laborum et vigiliarum defatigato: in magna præsertim temporis brevitate, multisque incommodis. Nam cum præter cætera mala et negotia, quæ non pauca nec opinanti objecta sunt, docendi me labor quaternas

singulis fere diebus horas detineret, eaque provincia optimas quasque horas suo sibi jure vendicaret, ac vixdum aggressum, cum maxime fervebat animus, e medio plerumque veluti cursu revocaret, cum non ut Demosthenes in subterraneo specu abditus laterem, sed in loco turbulentissimo versarer, adeo, ut interdum pene obsurdescerem strepitu et clamoribus hominum: non pluribus tamen mensibus (id quod convictores mei et familiares non pauci norunt) totum latine conscripsi Demosthenem ab initio usque ad finem, quam qui in tot occupationibus ad diligenter perlegendum requirantur. Quare beati isti et otiosi, qui, si unam atque alteram Demosthenis, aut Isocratis, aliorumve scriptorum oratiunculam, longiore etiam spatio, quam elephanti pariunt, elucubratam ediderint, dii sibi videntur, iniqui in me judices esse non debebunt. Ego enim, si fortuna pateretur, eorum tarditatem imitari facile possem: ipsi meam properationem fortasse non imitarentur. Neque hæc ostentationis causa dico (neque enim nescio, non tam celeritatis esse laudem, quam bonitatis) sed ad veniam duntaxat facilius impetrandam volo pertinere. Cur enim non malim solidam potius laudem expetere, mora longiore interposita, quam aliquorum reprehensionibus nimia festinatione dare locum? Sunt enim, qui summæ temeritatis esse censeant, brevi tempore conari quicquam in Demosthene, cujus omnes orationes fuerint longo tempore meditatæ. Sunt, qui ætatem meam exagitent: sunt, qui usum rerum in me desiderent. Quasi vero aut idem sit convertere, quod conscribere: aut Nestor, antequam tria vixisset secula, homo non fuerit: aut grammaticus, in optimis utriusque linguæ scriptoribus ab ineunte versatus ætate, munere suo fungi nequeat, nisi idem, quemadmodum Alexander Magnus, orbis terrarum imperium administrarit? Ridiculæ sunt istiusmodi cavillationes, et ipsa malevolentia jejunæ. Nam illud profecto non valde metui, ne quis hanc velut adoream mihi præriperet. Neque enim is est Demosthenes, qui se vel legi ab omnibus, nedum converti patiatur. Et qui id possent in Italia, Gallia, Germania, atque aliis nationibus, in quibus literarum studia florent, complures eruditi majoribus aut splendidioribus occupati rebus, scholasticum hoc, atque adeo grammaticum interpretandi græca munus negligunt. Sed duæ me res vehementer incitarunt: una est, ac præcipua, valetudinis (quam per servitutem et inopiam satis curare non licet) perpetua fere imbecillitas, quæ in hoc opere laborantem non semel in desperationem vitæ conjecit. Sic, quæ res alios segniores ad laborem reddit, ea mihi ingens calcar addidit, metuenti, ne cœptum opus, in medio veluti cursu, immatura morte abrumperetur. Deinde verebar (non ignarus fati mei, me nusquam fere diutius consistere patientis) ne mihi alio abeundum, et tota ratio studiorum (id quod in peregrinationibus, multis de causis accidere solet) perturbanda ac immutanda esset. Hæc igitur incredibilem ardorem primo quoque tempore conversionis absolvendæ in animo meo excitarunt. Itaque neque noctes, neque dies conquievi, repudiatis omnium voluptatum illecebris, propulsatis variis difficultatibus, antequam ad optatum finem cœpti operis pervenissem. Quod quum a studiosis et bibliopolis vehementer flagitari cognovissem, non differendam diutius editionem esse censui. Quid enim vetat, hominibus interim et prodesse, et gratificari? Nam si vita mihi benignitate numinis contigerit aliquando tranquillior (de quo non despero) ac diuturnior, quam polliceri mihi per valetudinem vix audeo: semper erit emendandi et exornandi locus. id quod, ut a quibusdam reprehensum est, censoria plane severitate, quicquid omnibus suis numeris absolutum non sit, veluti loco moventibus, atque in ordinem cogentibus, sic a doctissimis quibusque tum nostræ ætatis, tum veteris memoriæ viris, aut cum laude, aut certe non sine venia, semper est usurpatum. Nam præclare poetarum sapientissimus Euripides, *αἱ δεύτεραί πως*, inquit, *φροντίδες σοφώτεραι*: et interdum graves justæque causæ sunt, propter quas, non quidem præcipitandæ, sed maturandæ tamen sint editiones. Neque tamen hoc sic accipi velim, quasi me sententias alias allaturum esse putem (dedi enim operam, ut ne in ea re socordiæ accusarer), sed quod genus orationis, de quo rebus ipsis intentus animus non perinde laborat, limari multis in locis et splendescere cura et diligentia poterit. Sic neque jacturam ullam facient, qui nunc legent (sententiam enim Demosthenis, quoad ejus a me fieri potuit, germanam habebunt) et qui posteriorem editionem emerint, id commodi capient, ut dictione minus horrida magis delectentur. Hic igitur labor meus, qualis qualis est, equidem opto, ut studiosis hominibus prosit, sive mediocriter doctis, sive rudibus græcarum literarum. Utrisque sane consultum volui, ac toties et legi et relegi Demosthenem, toties meam conversionem cum ipso autore contuli, toties emendavi, toties in singulas prope syllabas inquisivi: ut ignoscendum mihi esse putarem, si me aliquid præstitisse profiterer, quod alios minus diligentes et attentos præterisset: ac sperarem, tum latine duntaxat doctos græcum codicem non magnopere desideraturos: tum in græcis literis non satis exercitatos, conversionis meæ velut adminiculis, ad ipsum autorem perlegendum tanquam rivulo non inamœno duce ad fontem limpidissimum atque uberrimum facile perventuros. Ego certe, cum primum Demosthenem Marte meo (nec enim diu magistrorum opera uti mihi licuit) legere cœpissem: quanta animi alacritate, quanta exsultatione accepturus fui conversionem summi oratoris, hac mea nihilo meliorem, aut aliquanto etiam deteriorem? Nam ut ullius boni autoris interpretatio sit exemplari melior, aut æque bona, fieri fortasse non

potest: ego quidem nequaquam id mihi arrogo: sed quoties rem cum re confero, et animo meo perpendo, tantum interesse video inter meam et Demosthenicam orationem, quantum interfuit inter Demosthenem dicentem et scribentem, hoc est, inter viventem et mortuum. Neque enim dubium esse debet, eam fuisse non modo dexteritatem et artem, sed suavitatem etiam et vehementiam, eam vim, eum impetum actionis et pronunciationis Demosthenicæ, ut nec ullis comprehendi literis, nec a nobis, in hac (quantacunque vulgo putetur) eloquentiæ nostratis barbarie, vel intelligi, vel cogitari satis ab ullo possit. Hoc testatus est ipse etiam Demosthenes. qua de re præstat audire Ciceronem, qui præceptioni decori, libro de oratore tertio, hæc verba subjicit: Sed hæc ipsa (inquit) omnia perinde sunt, ut aguntur: actio, inquam, in dicendo una dominatur, sine hac summus orator esse iu numero nullo potest: mediocris hac instructus, summos sæpe superare. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, quum rogaretur, quid in dicendo esset primum, huic secundas, huic tertias. Quo mihi melius etiam illud ab Æschine dictum videri solet, qui, quum propter ignominiam judicii cessisset Athenis, rogatus a Rhodiis, legisse fertur illam orationem egregiam, quam in Ctesiphontem contra Demosthenem dixerat: qua perlecta, petitum est ab eo postridie, ut legeret illam etiam, quæ erat contra a Demosthene pro Ctesiphonte edita: quam cum suavissima et maxima voce legisset, admirantibus omnibus: Quanto, inquit, magis admiraremini, si ipsum dicentem audissetis? Quo satis significavit quantum esset in actione: qui orationem eandem, aliam esse putaret, actore mutato. Hactenus Cicero. Quod si tantus orator Æschines, quo idem Cicero nihil divinius posse cogitari asserit: quem inimicus Demosthenes a magnitudine vocis *μεγαλοφωνότατον* appellat, imparem se fatetur eloquentiæ Demosthenicæ, quid de mutis literis est dicendum: quæ solum inventionem et dispositionem reddunt integram: sed elocutionem, quæ sine pronunciatione suum tueri vix nomen potest, dimidiam? Itaque longe falluntur, qui, legendis Ciceronis et Demosthenis aliorumque oratorum scriptis, se totam heroum illorum eloquentiam comprehendisse putant: multo ineptiores sunt, qui se illis una atque alteraorati uncula nitidulis verbis et sententiolis, lucubratione multorum annorum quamvis belle concinnata, non pares modo, sed superiores etiam, si Diis placet, esse opinantur. Longe, longe, inquam, alia res est, quam vulgus hominum existimet, eloquentia. Cujus etiam præstantissima quæque scripta quid aliud sunt, quam vita et spiritu carentia, eaque mutila simulacra? Esto, ut in corpore humano, caput et summa pectoris, quæ Apelles in celebrata illa sua Venere politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic inventio et dispositio reliquis orationis partibus, si res ipsa

spectetur, non vulgi applausus, qui multum a judicio doctorum dissidet, antecellat: tamen ut illa ipsa Venus multo haud dubie fuisset admirabilior, si manus etiam et pedes ac cætera membra omnia pari elaborata artificio accessissent: sic ea quoque eloquentia multo præstabilior est, quæ non dimidiatam duntaxat elocutionem habet, hoc est, verborum et sententiarum ornamenta, sed perfectam, quæ sententiis et argumentis ratione inventis atque ordine collocatis, non mutas figuras literarum, sed vocem, cultum, gestum et motum totius corporis artificiosum et decentem, accommodat et adjungit. Neque hæc in orationibus modo, sed in poematis etiam, ac multo magis, animadverti possunt. Virgilium enim (ut non ignobilis grammatici verbis utar) pronunciasse maxima suavitate accepimus, et miris lenociniis: ac Julium quendam Montanum dicere solitum, involaturum se quædam Virgilio, si et vocem posset, et os, et hypocrisim. Eosdem enim versus eo pronunciante, bene sonare: sine illo, inarescere quasi mutos. Quid jam de conversionibus est dicendum? quæ cum (ut ita dicam) simulacri simulacra, et umbrarum umbræ sint, an fieri ullo modo possit, ut (quod paulo ante dixi) optimo exemplari, pari et bonitate et fide optima respondeant, equidem nescio. Ut enim nationis, sic etiam linguæ cujusque peculiaris et alicubi prorsus est inimitabilis Genius, diversi mores, diversa instituta et sæpe contraria, quæ necesse est etiam suo quodam orationis genere explicari, quæ suis verbis jucunde, alienis moleste dicuntur. Quod si pro iisdem similia velis substituere, maxima tamen erit nihilominus in ea similitudine dissimilitudo. Sed ut hoc Ciceronis divinitati ingenii et meritæ autoritati fortasse concessum fuit, atque aliis ejusdem ætatis, qua et græca et latina lingua floruerunt, præstantissimis viris: ita nobis, qui utriusque fragmenta in scriptis habemus reliqua, qui magnis difficultatibus conflictamur, illud satis, opinor, esse debet, si sententias bona fide, eodemque ordine appenderimus, et genus orationis facile et mundum adhibuerimus: in quorum utroque non parva certa est difficultas. Sed in eloquendo, quam intelligendo, longe major. Quare valere eos jubeo (nam ob paucitatem et ignaviam minor eorum debet esse autoritas), qui a græcarum literarum interpretibus ubique splendorem Ciceronianum, hoc est, aquam e pumice, petunt. Quasi vero eadem sint tempora nostra, quæ Ciceronis: et non illud quoque sit operæ pretium, adjuvare homines studiosos, ut primum per interpretem, utcunque latine balbutientem audiant Demosthenem, et tum in litore balbutiebat, antequam *ἧκε φέρων τὸ ρ ῥερητορευμένον*, lapillis linguæ subjectis: post etiam expedite et magna vi in frequentia populi Atheniensis Attice concionantem audituri? Quod si nefas esse putant, contaminari male describendo Demosthenem, primum ab eis postulabo jure optimo, ut ea, quæ reprehendunt, ipsi

meliora faciant: deinde rogabo, cur in omnibus scholis ejus sententias latine explicari patiantur æquo animo? Quod si utile esse concedunt (sicut utilissimum esse adeo negare non possunt, ut nulla ratione alia hoc tempore doceri græcæ literæ possint commodius), quæ invidia est, si quis ejusdem autoris conversionem in publicum ediderit, eum proscindere et calumniari. Quanquam contaminatum a me esse Demosthenem, negare et posse et debere videor. Etsi enim Ciceronianæ imitationis præclaram laudem nec mihi arrogo, (non enim, ut ille ait, cuivis homini contingit adire Corinthum) neque cuiquam invideo: illos ipsos tamen, quibus major ingenii vis et fortuna contigit, parum candide facere puto, addam etiam imprudenter et temere, si nitore verborum omnia metiantur, de sententiarum veritate et gravitate parum laborantes. Quas ego me sane spectasse præcipue non dissimulo: sic tamen, ut verba non negligerem. Nam utramque difficultatem (de quibus paulo ante dicere memini) tum intelligendi, tum eloquendi, assiduitate diligentiæ studui superare, et dictione uti volui, quæ nihil haberet salebrosum, aut barbarum: nihil affectatum, aut insolens, sed et latina, et facili ad intelligendum, et ad verba Demosthenis quam proxime accedente. Necessario tamen interdum usurpanda fuerunt quædam in ea notione minus fortasse trita veteribus, quia tum meliora non occurrebant. Qua de re cum plura dicturi simus in nostris annotationibus, (quas utinam fortunæ iniquitas ita me perficere pateretur, ut ad græce legendum Demosthenem omnibus optima cum spe accedere liceret) nunc non ero longior; ac mihi fore persuadeo, ut, quicquid est ejusmodi, ingentium laborum causa, quos cœpi, æquus et candidus lector, vel imbecillitati ingenii, vel occupationibus et incommoditatibus meis ignoscat et condonet. Nec enim video plura dicere quorsum attineat, apud te præsertim, *Ioannes Iacobe Fuggere*, vir ornatissime, qui pro ingenii tui excellentia et exquisita eruditione, quæ in tanto fortunæ opumque fastigio, eo est admirabilior, quo rarior, tanto melius æstimare potes, quid sit de hoc meo labore sentiendum, quantum prudentia et candore cæteris antecellis. Qua re ego fretus et eruditione tua, et humanitate singulari, quam honestissimus vir, *Georgius Hermannus*, qui (ut eo dignum est, qui virtutem et eruditionem cum naturæ fortunæque ornamentis conjunxit) inter cæteros studiosos, quibus sedulo consultum vult, me quoque magna benevolentia prosequitur, mirum in modum mihi prædicavit: te non modo patronum et defensorem, sed etiam judicem et censorem lucubrationum mearum delegi. Ac quod ad ipsum Demosthenem attinet, ea est de ejus eloquentia, ex quo tempore vixit, annis abhinc fere bis mille præcepta opinio, ut, quod de Virgilio quidam usurpant, id huic quoque tribui possit: ei nec accedere quicquam laudationibus, nec decedere vituperationibus aliorum. Quod si

quis ejus laudatores requirat, in promtu sunt præter cætera, Ciceronis et Quintiliani latinorum, Plutarchi ac Luciani græcorum testimonia, quæ ad secundum nostri laboris Tomum reservavimus, qui Ulpiani enarrationes, annotationes item nostras in obscuriora loca et dubia, nec non alia fortasse continebit, quæ in his pædagogiæ molestiis et impedimentis sic a me absolvi non potuerunt, ut nunc ederentur, quanquam id maxime voluissem. Neque mihi nunc vel morum, vel consiliorum ejus defensionem suscipiendam esse censeo: aut cum iis rixandum, qui ut malum virum et civem patriæ perniciosum hunc, ut et Ciceronem, exagitant. Illud tantum dico, si quis eorum scripta æquo animo legat et expendat, præsertim orationem de corona: et homines eos fuisse, non deos, cogitet, ac difficillimis temporibus cum acerbissimis adversariis conflictatos: in eorum vita etiam plura laudanda, quam vituperanda, reperiri. Verum quam bonus aut malus vir fuerit Demosthenes, id Atheniensium olim interfuit: nunc nostra nihil interest, qui ex ejus eloquentia prudentiæ dicendi fructum colligimus. In quo genere satis ipse Demosthenes sese laudat, si lectorem fuerit nactus prudentem et attentum. Fuit enim et aquam bibere, et ad lucernam scribere, et in multam noctem lucubrationes producere, et antelucana opera opifices antevertere solitus Demosthenes. Quare sobrium etiam et vigilantem lectorem, non minus, quam interpretem, requirit, qui vim verborum, qui pondera sententiarum, qui acumen inventionis, qui argumentorum copiam et violentiam, qui exemplorum gravitatem, qui reipublicæ gerendæ scientiam, qui divinandi solertiam, qui collocationis artificium, qui exquisitam similitudinem nostrorum temporum, qui summam denique (ne ea, quæ infinita sunt, infantia mea conetur persequi) cautionem et prudentiam, cum pari autoritate et severitate conjunctam, consideret, perspiciat, admiretur: et quantum quisque viribus ingenii et diligentiæ subsidio consequi possit, imitetur. Quod si honestissimis ejus consiliis vel hominum perversitas, vel fatalis aliqua calamitas obstitit, eo profecto nomine commiseratione dignior est, quam insectatione: et iis, qui tanto sapientiores illo videri volunt, elaborandum, et votis a Deo exoptandum, ut sint eo fortunatiores. Sed ut ad rem redeam, qui illa, quæ recensui, vel in una præstiterit oratione, huic abunde laudatus erit Demosthenes, domestico, non alieno præconio. Nam ubi testimonia rerum adsunt, quid opus est verbis. Et hæc omnia multo erunt evidentiora et expressiora legenti græca, in quibus elucet Attica illa sinceritas: quam nec Cicero expresserit, nedum homo quispiam semilatinus. Quod vero ad sententiarum veritatem et germanam intelligentiam attinet, fidem et industriam meam spero me omnibus græcæ latinæque linguæ peritis probaturum. Quod si cui genus orationis alicubi sterilius

videbitur, et exilius, is cogitet velim, ipsum Demosthenem plus habere ossium et nervorum, quam sanguinis et carnis. Ut igitur illa (volentes quidem) ei non detraximus, ita hæc addere non fuerit interpretis, sed paraphrastæ, suo arbitratu declamantis. Cicero profecto, si ei causæ eædem agendæ fuissent, longe utique in plerisque majorem apparatum verborum adhibuisset: et quæ a nostro autore indicata sunt brevius et occultius, dicendo extendisset et illustrasset. Quod an in conversione orationum Demosthenis et Æschinis inter se contrariarum sibi permissurus fuerit, equidem nescio. Sed si eas orationes convertit (qua de re quosdam acutos homines non omnino sine causa dubitare video), eam rationem haud dubie secutus est, quam se secutum esse profitetur. Atque utinam exstaret illa conversio: quæ, quantumvis elegans fuerit, talem fuisse tamen non puto, ut orationem pro Milone legere non mallemus. Est enim durissima provincia, pectori alieno tuum os accommodare, ac ejus sententias tuis verbis et stilo persequi. Quod in ipso argumento τῶν ἀντιπάλων λόγων explicando (in quo nescio quo modo dictio esse sterilior videtur) ipse Cicero non dissimulat: a cujus ratione si mea multum dissidebit, id erit non voluntati, sed imbecillitati meæ, et occupationibus et festinationi tribuendum, per quam facillime fit, ut ab autoris sententia, tametsi non aberres, in græcis tamen verbis annumerandis fidelior sis, quam oporteat, et imprudens aliquando latinitatem prætervectus, Demosthenice magis, quam Ciceroniane dicas. Præstiti, quod potui: et plus potuissem, si justum tempus et spatium datum fuisset. Nunc est ea studiosorum hominum conditio, ut sint quovis cerdone miseriores et abjectiores: neque profecto mirum esset, aliquem pœnitere et ingenii et industriæ suæ, si ita comparatum est, ut qui fame perire nolit, ei pene sint omnes indignitates perferendæ. Sed querelæ non sunt hujus loci: neque mihi nunc propositum est scilicet fortunam meam deplorare. In eo potius est elaborandum, ut hoc meum opus, quocunque sive successu sive dispendio confectum, excellentiæ tuæ non improbetur. Quod ut fore confidam, multa in causa sunt, ac in primis præstantia ingenii tui et eruditionis: qui cum sis propter amplissimas opes (quæ et ipsæ insigne Dei donum sunt, et bono ac sapienti viro luculentum virtutis instrumentum) suspiciendus, et propter beneficentiam et liberalitatem colendus: eæ sunt ingenii et animi tui dotes, ut etiam sine fortunæ splendore in magnis viris esses numerandus. Quanquam enim ego te coram nunquam vidi, natura tamen ita fert, ut, quicquid in rebus humanis excellit, auribus magis, quam oculis, celebretur: quod fama dimanare facile ad multos, eadem videndi copia non omnibus contingere potest. Celebratur a multis, iisque præstantibus viris, felicitas ingenii tui, quod ubicunque intendatur, valeat, tam philosophicis, quam civilibus in rebus: celebratur eruditio,

qua si velles ad ostentationem uti, animi tui conscientia non contentus, ipse nomen tuum posses tradere memoriæ posteritatis. Neque id mirum videri debet. Solet enim in claris familiis vigor ac vis naturæ esse major. Deinde accedunt alia commoda, liberalis educatio, eruditi præceptores, tranquillum otium, justum discendi spatium, optimorum librorum copia: quæ magna ex parte homines tenues destituunt. ac proinde commiseratione potius quam insectatione dignum est, si quibus ingenia liberalia contigerunt, ea fortunæ iniquitate veluti sordescere: in tanto præsertim contemtu bonarum literarum, et mecenatum, qui eas foveant, paucitate. Quo tu etiam majorem laudem mereris, *Ioannes Iacobe Fuggere*, qui præter beneficentiam in homines afflictos et miseros quotidianam (qui verissimus et Deo gratissimus, generi mortalium utilissimus divitiarum fructus est: et una stabiliendarum opum, et ad posteros propagandarum firmissima ratio) complures ingeniosos adolescentes (id quod regum, et principum, et civitatum munus est) tuis sumtibus non modo in Germania, sed in Galliis etiam, et Italia, benigne foves et sustentas, dum summum doctrinæ gradum assequantur. In quo laudatissimum exemplum *Remundi* patris, et *Antonii* patrui tui, clarissimorum virorum, sapienter imitaris: qui præter cætera ornamenta, quibus abundat honestissima vestra familia, immortalem ea re gloriam sibi pepererunt. Non enim ingratæ sunt musæ, quanquam orbæ et indotatæ puellæ videantur, vel cultoribus vel patronis suis, sed utrosque honesta fama et nominis memoria sempiterna remunerantur. Quæ præmia qui contemnit, aut parvi facit, eum aut celsitudine animi Deo simillimum, aut abjectissimum hominem esse necesse est. Me quidem in multis incommodis, et malignis industriæ meæ ac miseris præmiis, non parum (ut ingenue, quod sentio, fatear) consolatur spes, quod valde suspicor fore (si qua modo fides astris est), ut etiam post obitum me honeste vixisse appareat, et non transegisse vitam (ut Sallustii verbis utar) more pecudis: sed eorum bonorum, quæ in vita humana præcipua sunt (etsi in assequendo fortunam habeam parum propitiam), virtutis et sapientiæ, fuisse studiosum. Quod si rem vere consideremus, homines eruditi (quod ad hanc quidem vitæ partem attinet) summorum etiam regum potentiam superant: quorum omnis memoria, nisi a doctis celebrarentur, uno alterove ad summum seculo funditus interiret. Quamobrem præclare Virgilius: Vivitur ingenio, cætera mortis erunt. Laudabiliter etiam tu, *Ioannes Iacobe*, atque adeo omnis splendidissima *Fuggerana* familia, qui non contenti cæteris ornamentis, ut sunt amplissimæ opes toto terrarum orbe celebres, affinitates illustres, summorum principum amicitiæ, atque apud illos talis autoritas, ut vos ad gravissimarum rerum deliberationes adhibeant, quæ fortuna vobis largita est, solida etiam et peculiaria vestra bona con-

jungatis, virtutem et sapientiam: neque doctos foveatis solum, sed tum ipsi eruditione floreatis, tum liberos vestros ab ineunte ætate liberaliter institui curetis: ut omnibus et animi et fortunæ bonis cumulati sint: et homine prudenti maxime dignam moderationem, qua una et Dei et fortunæ et hominum favor tum paratur, tum conservatur, vestro exemplo discant ac retineant: et hac vita sic utantur, ut beatæ immortalitatis spem habere possint. Quæ cum ita sint, omnino mihi persuadeo, vir ornatissime, te meum hoc opus, magno studio ac labore (quisquis tandem sit eventus, quem non malum fore et opto et spero) confectum, æqui bonique facturum: et in splendidissima bibliotheca tua, quam magnis sumtibus in Italia comparasse diceris, instructam multis egregiis libris, qui hactenus a paucis sunt visi, latino Demostheni aliquid loci daturum: et me una cum patruo tuo *Antonio*, a latinis literis non abhorrenti, et fratre *Georgio*, qui et ipse cum cæterarum disciplinarum, tum divinæ Matheseos in primis studiosus esse dicitur: et altero fratre *Hulderico*, adolescente summi ingenii, et optimis studiis, magna modestiæ fama, deditissimo, patrocinio complecti et fovere non dedignaturum. Equidem spero, me hactenus eam vitæ studiorumque rationem et secutum esse, et, quoad vixero, secuturum, ut quicquid in me, pro liberalitate vestra et humanitate contuleritis, id non tam mihi necessarium, quam vobis honorificum fuisse videatur.

Ad eundem

HIERONYMI WOLFII

In Demosthenicæ conversionis recognitionem
Præfatio.

Evenire videmus, vir præstantissime, Domine et patrone observande, nescio quo sive hominum affectu, sive genio librorum, ut alii vel ante suos autores moriantur, alii iterum atque iterum et sæpius recusi, ad posteritatis memoriam propagentur. Neque hæc nostræ duntaxat ætatis conditio est, sed omnium temporum: neque earum scriptionum, quas suo quisque ingenio perficit, sed illarum etiam, quæ ex peregrinis linguis in alias transferuntur. Sic autem diuturnitatis et propagationis scripti cujusque certissima spes est, ut consentientem seculorum approbationem emeruit: ac ii, tum typographi, tum bibliopolæ, suis rationibus, ut non in præsentia (nam hominum imperitia et vanissimæ novitatis studium veritati sæpe obstat) tamen ad diuturnitatem optime consulere videntur, qui vetustissimos quosque autores, quorum perspectus est ipsa ætate genius, sibi familiares reddiderunt. Neque vero eos improbo, qui nova quædam,

erudita præsertim, et utilia studiosis, conscribunt: sed maximis laudibus dignos esse judico, vel propter conatus egregios. Sed ego cum in illo genere me vel parum præstare posse, vel inanem operam sumturum esse intelligerem: et eo me temporum ratio, vel perturbatio potius compulisset, ut contra voluntatem etiam et institutum meum aliquid audendum esset: non temere omnino duos Græciæ præstantissimos oratores latina oratione explicandos delegi: maxime, cum fortunæ suffragium, cujus gravissima est in rebus mortalium autoritas, consilium meum approbarit. Distractis enim fere primis (sic typographi loquuntur) exemplaribus, majore doctorum applausu, quam improborum obtrectatione, sub incudem utrumque opus revocandum fuit. Quod ut intellexeram, etsi vix ab immensis utriusque editionis laboribus respirassem, et ea, quæ tenuitas doctrinæ meæ atque ingenii tum ferebat, fide optima, summaque diligentia præstitissem: tamen, quia posteriores cogitationes meliores esse dicuntur, neque fere quisquam artifex ullum opus ita perficit, ut ejus expoliendi nullum sibi locum relinquat: recognoscendi munus mihi defugiendum esse non putabam. Ut enim boni parentes genuisse suos liberos non contenti, eosdem etiam educare atque ornare omni diligentia conantur: sic ego mei officii esse duco, si quid lucis et nitoris scriptis meis afferre meditationis industria possim, nullis in ea re vigiliis esse parcendum, et candidi lectoris exspectationi ac voluntati, si qua ratione fieri queat, satisfaciendum. Quamvis enim ante hoc tempus ea consecutus fuerim præmia lucubrationum mearum, quæ voluntatem ad bene merendum de literis accensam restinguere potius, quam inflammare possent: excelsi tamen et liberalis animi habetur, majorem officii, quam emolumenti, ducere rationem: atque id non in minimo deputare lucro, si quibus prodesse possimus. Nam gloriolam quidem aucupandam, et vanam illam aurium titillationem tantis solicitudinibus et ærumnis esse redimendam, haud scio, an homo gravis et constans serio persuadere sibi possit: præsertim cum ea spes, sive ob ingeniorum tenuitatem, sive ex doctrinæ inopia, sive propter multorum vel ignaviam, vel fastidium, vel maledicendi libidinem, non paucos frustretur ac deludat: ut ne dicam, satius videri nonnullis, iisque non hebetissimis, aut ignavissimis, in vitæ obscuritate sine periculo delitescere, quam tam ancipitis aleæ jactu innotescere, ac in summo otio conatus aliorum licenter censere, quam tanto negotio malevolentiam et iniquitatem judiciorum infeliciter subire. Sed nimis aberro a proposito. Ut igitur ad rem veniam: Isocrate recognoscendo, in cujus interpretatione prima ingenii mei rudimenta posita fuerunt, plus aliquanto sudatum est, atque genus orationis ita mutatum, ut prope aliud videri possit: quod qua de causa contigerit, suo loco est a nobis expositum. Sententiarum quidem integritati, quæ una maxime spectanda est fideli in-

terpreti, nec priori editioni decessit, nec posteriori accessit multum. Quare neminem fore spero tam iniquum, ut factum hoc meum acerbe reprehendat. Demosthenis autem, de quo nunc potissimum nobis agendum est, alia conditio fuit. Nam in eo convertendo majore et religione et verborum parsimonia eram usus, et vestigia Demosthenicæ orationis pene superstitiose persecutus. Quare factum fuit, ut alicubi latina oratio paulo minus obscuritatis haberet, quam Græca, in qua vel Plutarchi et Dionysii testimonio summa esse creditur intelligendi quoque difficultas. Accesserunt et errata typographica, opinione mea sane et plura et graviora. Parum enim, ut re ipsa declaratum est, vel Oporini cura, vel præsentia mea valuit, contra operariorum negligentiam et importunitatem: quanquam in scripti exemplaris perturbationem culpæ aliqua pars conferri potest. Sumus enim ipsi male confuseque scribendo, et expungendis atque inserendis variis emblematis, in causa, (sed ignoscimus ipsi nobis) ut libri nostri aliquando non optime describantur. Nam Oporino, cujus domestica consuetudine menses complures sum usus, testis esse possum, qua solicitudine scripta archetypa legat, distinguat, adornet, emendet antequam excudantur. Eas igitur hac editione mendas omnes sustuli: ac similem calamitatem nunc, cum priore conatu quasi glacies fracta et via patefacta est, vitari posse confido. Prima igitur hæc erit hujus editionis utilitas, et quasi prærogativa: præterquam quod hæc enchiridii forma rationibus studiosorum, pauperum in primis, accommodatior est: et a locupletioribus magno volumini, quod et commentariis et aliorum interpretationibus est locupletius, facile sine detrimento rei familiaris adjungetur. Deinde si qua vel obscurius explicata, vel asperius collocata videbantur, (id quod in imitatione græcæ elocutionis raro effugitur) ea planiora, ut spero, et dilucidiora effecimus: ut, quanto ipsius autoris oratio melior et ornatior est, tanto nostra plus et lucis et facilitatis habere videatur. Sunt etiam explicata nonnulla (ut dies diem docet) quæ nobis ante dubitationis aliquid attulerant. et relicta tamen (ne quid verum dissimulem) sive depravata, sive alioqui per se obscura nonnulla, quæ nulla investigationis diligentia restituere ac declarare potui. Quod ut ego ingenue confiteor, ita mihi candide ignosci velim: vel hac de causa, quod eos nodos (ut Horatius vocat) dignos esse vindice, quivis haud dubie peritus utriusque linguæ intelliget: nosque tum hæsitationis occasionem, tum ignorationis excusationem aliquam habuisse fatebitur. Quemadmodum autem liberalitatis est, ea quæ habeas, benigne impertiri: sic verecundi et prudentis animi fuerit, ea, quæ non habeas, a locupletioribus corrogare. Atque id mihi fuisse propositum, et Thrasonicam eorum arrogantiam, qui se scire omnia profitentur, displicuisse, vel ex eo conjici potest, quod, ubi ad hujusmodi salebras perventum fuit, in Isocrate dubitationes meas in calce operis annotavi: atque in Demosthene Græca pridem marginibus adjeci: et in fine annotationum ad primam Olynthiacam mearum æquos lectores rogavi, ut suum ad me perscribere judicium non gravarentur. Quod hactenus quidem a nemine, quibuscunque de causis, esse factum cognovi: atque ii etiam me destituerunt, quos coram oravi, ut suam censuram interponere, ac tum mihi tum aliis, utriusque linguæ amatoribus, inservire obscuriorum locorum (quantum fieri posset) illustratione dignarentur. Illud quidem abunde mihi contigit, quo nulli præstantes viri (etsi ego me in eum numerum minime refero) unquam caruerunt, ut existerent homunciones ignavi, arrogantes, delicati, maledici, qui caninam contra me facundiam exercerent: quos ego vel opinione sua beatos esse, vel livore contabescere, vel latratu auras implere facile patior, et conscientiæ meæ testimonio contentus, et posteritatis æquioribus judiciis fretus, valere jubeo. Quæ cum ita sint, ego me, qui ea, quæ tenuitas et ingenii et fortunæ meæ ferunt, omnia diligenter fideliterque præstiterim, boni viri officio, et reipublicæ literariæ studiosi functum esse confido. Faxit Deus Optimus Maximus, sine cujus favore frustra nos fatigamus, ut opera mea tantum prosit omnibus, quantum ego vellem: utque labores hi mei eodem animorum candore a lectoribus excipiantur, quo a me suscepti perfectique sunt. Peracerbum enim est, nullo suo emolumento, publicæ duntaxat utilitatis gratia laborantem, virulentas etiam calumniatorum linguas experiri: quorum susurros atque aculeos si evitare non licebit, illud me consolabitur, quod Magnus Alexander usurpabat, *regium esse audire male, cum facias bene.* Mitigabit et illa ratio dolorem meum, quod cordati omnes haud difficulter perspiciunt, id genus criminationes non tam ab improbatione magni conatus ac difficilis operis contemtu proficisci, quam ab æmulatione, malevolentia, invidia: quæ in summa turpitudine id solum habet boni, quod iis, in quorum animis sedem fixit, plurimum affert mali. Ego vero illorum miseria non delector, sed eos ita felices esse vellem, ut, quæ reprehendunt et exagitant, corrigerent, ac longe meliora efficerent. Ita demum et existimationi suæ consulerent, et studiosis prodessent, et meæ famæ, si gratia doctorum indignum esse putant, (etsi persuasum habeo, temere fortasse, sed tamen persuasum habeo, neminem bonum et doctum mihi esse inimicum) incommodarent. Sed bene sperandum potius est, quam male ominandum: et hujus nostræ laboriosæ conversionis, atque operosioris etiam recognitionis eventus, fortunæ lectorumque judiciis permittendus: quæ quo æquiora cognoverimus, eo reddemur ad absolvendos justos in Demosthenem et Isocratem commentarios, alacriores. Æquitatis autem esse puto, pauculos errores, quos in prolixo opere cavere difficillimum est, et

ignorationes, cum eorum, quæ fortasse non male diximus, ac diligenter explicavimus, multitudine comparare. Atque hæc ad lectores sive morosos, sive invidos, sive etiam imperitos, vel monendos, vel placandos, si quid æqui a se impetrari sinent, pertinere volo. Nam quod ad tuum de me judicium attinet, vir amplissime, animo sum et securo et magno. Qui cum pridem conatum meum boni consulueris minus absolutum, idque moribus et studiis meis nondum ita perspectis: plane desiperem, si post tantum a me nunc adhibitum studium, et tam luculentam orationum atque epistolarum Æschinis accessionem, quæ quidem Demostheni magnam lucem, et utilitatem lectoribus haud exiguam cum pari voluptate conjunctam afferent (ne annotationes, aliaque complura commemorem), de tua erga me et lucubrationes meas voluntate dubitarem. Præsertim cum non parvi temporis domestica consuetudine, cum cæteris in rebus excellentem virtutem, ac ingenii præstantiam, tum humanitatem tuam in tanto fortunæ fastigio admirandam, magna cum voluptate et fructu meo non pœnitendo cognorim. Itaque Demosthenes opera mea nunc tandem Æschini, abolito illo veteri odio, reconciliatus atque conjunctus, denuo se tuo patrocinio commendat: in spe optima situs, te talem clientem nec aspernaturum, neque neglecturum, sed eo habiturum esse loco, quo se dignum judicaris. Tantum autem tuo acerrimo judicio tribuit, ut si excellentiæ tuæ probatus fuerit, cæterorum omnium malevolentiam et obtrectationes animo æquissimo et maximo contemnere decreverit. Quod si illud præter spem evenerit, ut et invida obtrectatorum ora conticescant, et aliqui candorem viris bonis et doctis dignum in judicando adhibeant, ea felicitas non tam industriæ meæ, quam liberalitati tuæ erit adscribenda: qua factum est, ut, plus tranquilli otii nactus, expendere omnia diligentius et perpolire possem. Quod ita fore ut credam fortunatissimus tuus genius efficit, et virtute atque ingenio tibi parta autoritas: quarum rerum si ex uberrimo tuo fonte vel tenuem alveolum in nostros agellos derivaris, lætos honesti nominis fructus aliquando percipiemus. Augustæ Vindelicorum, ex bibliotheca tua. Idibus Augusti, natali meo: Anno 1553.

HIERONYMUS WOLFIUS

Henrico fratri, philosophiæ et medicinæ Doctori, Noribergensi Physico

S. D.

Specimen hoc Demosthenicæ recognitionis et explicationis ad te, frater, eo nomine maxime nunc mittendum esse duxi: ut ex te potius, ut candido et severo judice, quid in hoc conatu meo vel

probares, vel improbares, quam aut ex obtrectatoribus alienæ laudis et industriæ, aut ex assentatoribus (quorum utri molestiores mihi sint, haud facile dixerim), mature cognoscerem, et, pro virili vel prætermissa adjicerem, vel supervacua resecarem, vel minus bella corrigerem, atque confusa in certum ordinem redigerem. Neque enim is ego sum, qui ita mihi placeam, ut, quid alii de me sentiant, susque deque feram: sed et imbecillitatem ingenii mei, doctrinæque tenuitatem satis agnosco: et in sententiis eorum, qui acutius vident ac rectius judicant, libens acquiesco. Etsi enim me unum (ut fert natura omnibus insitus, non cæcus magis, quam pravus amor sui) perspicere omnia et collimare maxime vellem: tamen, cum summos viros et veteris et nostræ memoriæ, a plurimis et pluribus in locis reprehendi videam, admoneri me ab ingeniosis et eruditis hominibus multo et honestius et utilius esse judico, quam ab invidis et morosis censoribus Hipponacteis præconiis celebrari. In quo genere ita sibi adversus me non pauci nec indocti homines indulserunt, ut æmulatione et morbo animi impulsi, non tantum modestiæ, et gratiæ, bene de se quoque merito debitæ (lucubrationes enim meas, ut opinor, non tantum reprehendendi gratia tam diligenter legerunt) obliviscerentur, sed atrocibus etiam injuriis me onerarent, quas ego Deo justo judici vindicandas relinquo, eorumque candore me consolor, qui et bene dictis gratiam, et erratis veniam a se paratam esse mihi voluerunt. Quos longe plures esse Zoilis (meliores quidem esse viros quis dubitet?) multorum et privatim ad me scriptæ literæ, et in publicum editi libri testantur. Ac illos ipsos Zoilos nihil posse afferre melius, sed ex Wolfii insectatione famam aucupari, ut ille fecit, qui Ephesiæ Dianæ templum incendit, illud non innuit, sed clamat, quod intra annos octodecim mea qualiscunque conversio Basileæ bis, Venetiis semel edita et distracta, jampridem a studiosis de integro flagitatur. Cur igitur isti Attici et Ciceroniani oratores eam, quam ita contemnunt, ut infra omnes infimos homines interpretem abjiciant, et sceleris ac sacrilegii reum agant, edita meliore non tollunt? Meam enim interpretationem quanti facerem ipse, jam olim et versibus et præfationibus modestissime scriptis sum testatus: neque mihi ego cum Isocrate et cæteris summis oratoribus, philosophis, historicis, quos latinos feci, eloquentiæ certamen institui (id quod manifesti furoris esset), neque Græca exemplaria de manibus studiosorum excutere volui: sed illud efficere conatus sum, ut, quos ab iis legendis difficultatis opinio deterreret, audacia in transferendo mea (agnoscam enim, si istis ita placet, crimen hoc) confirmaret et adjuvaret. Neque meum conatum fuisse irritum, omnes Christiani orbis academiæ, ne Gadibus quidem exceptis, testantur, nec proscriptionis iniquissimæ injuria meis a lucubrationibus legendis deterritæ. By-

zantinam meam historiam ne Byzantinæ quidem bibliothecæ exclu- serunt: sed jam tandem velut ab exilio revocatam, honorifice et amanter susceperunt. Sextum jam Isocrates cum meis commentariis sub prælo est. An tu censes, vel typographos, vel bibliopolas in tot millia codicum laborem et pecuniam conferre, ut oleum atque operam perdant? Quis studiosorum et ingeniosorum hominum tantam frequentiam ita insanire credat, ut eos libros tam avide legant, quorum lectione non aut meliores, aut doctiores, aut paratiores et ad recte sentiendum, et ad bene vivendum, et ad ornate dicendum evadant? Neque vero eas mihi utilitates acceptas referri volo. Absit Thrasonicus iste sal, ut magno alieno labore partam gloriam verbis in me transmoveam. Ipsis autoribus ea laus debetur, qui sibi summam eloquentis sapientiæ et sapientis eloquentiæ laudem per tot jam secula vendicarunt. Illud tamen ingenue plurimi confitentur, se Græca sine interpretatione mea lecturos fuisse nunquam. Ab iis igitur id consecutus sum, quod volui: rana bovem intumescendo, anser olorem obstrependo, æquare nunquam studui, superare multo minus. Non equidem tali me dignor honore. Fortasse Leontinos quosdam et Vulcani de stirpe satos, et alios semideos atque heroas, natos scilicet melioribus annis, isti manent triumphi. Etsi profecto pugnæ hactenus ab illis depugnatæ, hoc est, oratiunculæ quædam ab istis Ciceronis germanis versæ, ne ovatione quidem mihi dignæ videntur. Quid enim in istis aut Cicerone aut Demosthene dignum apparet, præter male consuta quædam emblemata, ac centones potius? Quoties a sententiis oratoris toto cœlo, quod aiunt, aberrant? Qui quidem inanibus istis jactationibus cum primis efficiunt, ut mei laboris me jam minus minusque pœniteat. Nec enim isti me de gradu dejecerunt: sed dum altius, quam eorum natura et genius fert, assurgere conati sunt, ultro prostrati corruerunt, onere suscepto, quod infirmi eorum humeri sustinere nullo modo potuerunt. Sed si quis Hercules, aut Atlas potius, Demosthenem Romam perlatum tandem aliquando in rostris collocarit, quantopere non modo Quiritibus, sed et Feretrio isti Jovi ipse inter primos congratulabor? Interim ego meum saxum verso, quod

O utinam tandem jam summo vertice montis
Consistat, lassumque sinat requiete potiri.

Sed æmulorum iniquitas effecit, ut et longius ab instituto aberrarem, et contra ingenium et consuetudinem meam aliquid iracundius et arrogantius de me ipse dicerem. Ad te igitur nunc redeo, frater, et a te peto, ut libellum hunc, non modo necessitudinis nostræ, et ab ipsa natura institutæ, et iisdem studiis confirmatæ, pignus ac monumentum esse velis, sed censorem etiam agas, tuumque judicium interponas. Existimatio enim tua æque ac mea hic agitur. Nam cum tibi conjugium filiolas tantum incolumes donarit, mihi

filios vita cælebs negarit, neque nostræ gentis atque nominis quisquam superstes nobis fore videatur, libri nostri liberum loco nobis esse debent, quibus Wolfianum nomen ab oblivione posteritatis et ab interitu vindicetur. Quo magis etiam opera danda est, ut cum laude et gloria potius, quam cum ignominia et probro id fiat. Non me fugit, quid causari possis: multis jam annis tibi ad hæc studia vel respiciendi otium defuisse: domi cum sis, totius diei discursationibus ad ægrotos defatigari: sæpe etiam a nobilitate vicina et principibus evocatum a libris prorsus abesse. Scio ista, et honestas istas occupationes, cum præmiis autoritatis et gratiæ conjunctas, tibi gratulor. Sed idem non concedo, te occupatiorem esse C. Julio Cæsare, qui eodem tempore bellum Gallicum et gessit, et descripsit. Multi dantur, hyberno præsertim tempore, contractioribus diebus, ad studia reditus: et cum omnia non modo philosophorum et medicorum, sed oratorum etiam, inter quos præcipui tui fuere Camerarius et Sturmius, dicta, celeritate calami pene incredibili sis assecutus, fieri nullo modo potest, quin illa ita alte animo tuo sint infixa, ut nulla possint oblivione deleri, easque radices egerint, ut solida eruditio, et fructus eruditionis, judicium, inde pullularit et effloruerit. Etsi enim, me autore, paulo serius ad utramque linguam et ingenuas artes discendas accessisti, tamen Deus conatus tuos, et diligentiæ assiduitatem ita fortunavit, ut longe et diutius et felicius et constantius sub præstantissimis agonothetis in isto literato stadio, in celeberrimis, inquam, Germaniæ et Galliæ Academiis, ita decurreres, ut ordinatim honores peteres, et magna cum laude laureolam consequereris. Quare nihil tibi justæ excusationis relictum est, cum, quod ego postulo, id tu præstare et debeas, et facile possis. Si vero gravior aliqua causa te impedierit, illud certe negari abs te mihi nolim, ut doctorum, quos variis in locis habes amicos, et sæpe ipse convenire, et ab iisdem conveniri soles, judicia exquiras, eaque libere aperteque ad me perscribas. Minus enim apud te, quid sentiant, dissimulabunt, qui offensam animi mei aliquam fortasse vererentur, si eadem apud me expromenda essent: sine causa illi quidem. Is enim ego sum, qui inter calumniatorem et monitorem plurimum interesse censeam. Nam hic quidem ex benevolentia et reipublicæ literariæ studio errata sine acerbitate animi et contumelia verborum reprehendit *μετ' ἐλέγχων καὶ ἀποδείξεων*: ille ex invidia et odio ea vituperat, quibus non edit meliora: sed eo magnum virum se visum iri putat, si eos incessat, quibus ingenii monimenta nominis aliquid et gratiæ et autoritatis etiam pepererunt. Vale. Augustæ Vindelicorum. VIII. Cal. Maii, Anno a restituta humano generi salute, M. D. LXVIII.

LUDOVICUS CARINUS

HIERONYMO WOLFIO

S. D.

ABRAHAMO HOECHSTETTERO, qui mihi tuas literas attulit, cum ob eas causas, quas tu commemoras, tum ob tuam commendationem, quæ plurimum momenti apud me habet, ut hominis mihi summo amore et iisdem studiis conjunctissimi, nulla in re, in qua opera mea uti volet, deero. De animo meo erga te ac voluntate scio te nil dubitare: velim tamen mihi occasionem dari ipsa re, quanti te faciam, declarandi. Facio autem plurimi, tum ob suavitatem facilitatemque ingenii, tum doctrinam singularem, quam tibi ardenti studio, summo multorum annorum sudore, jactura etiam valetudinis, peperisti. Quæ, ut spero, tibi fortunam, in hoc annitentibus amicis tuis, inter quos me etiam numerari volo, te dignam, et tuis studiis aptam, pariet. Qua in re bonam operam tibi navarem, nisi hæc tempora iniqua, quæ omnes doctos apud nos premunt, me impedirent. Quæ si immutata fuerint, quod quidem fore spero, et Deus mihi reditum in Germaniam confecerit, nullam occasionem tui juvandi præterlabi sinam. Interim, mi Wolfi, te spe melioris fortunæ sustenta: quæ quo tardior, eo splendidior ac lautior (crede mihi) tibi continget, et te ubi semel complexa fuerit, ac fovere cœperit, inter Crassos ac Senecas collocabit: hoc est, plane te beatum faciet. Uterer hic exemplis doctissimorum virorum, quorum tu similis es, tui confirmandi causa, quos sero quidem, sed tamen respexit tandem, hera illa imperiosa: quæ sola, ut inquit ille, utramque paginam facit: nisi eorum fortunæ imago animo tuo impressa insideret. De Demosthene tuo mihi muneri misso te multum amo: quem ita a te conversum esse conjecto, ut eum minime relicto pallio togæ pudere arbitrer. Huic evolvendo, quicquid temporis ex meis occupationibus eripere potero, impendam. Vale, mi Wolfi, et tibi persuade, nihil esse, quod non æque libenter pro te, ac pro me ipso, omni tempore sim facturus. Ex Pictavio, Idibus Augusti. Anno 1550.

HIERONYMUS WOLFIUS

D. LUDOVICO CARINO

S. P. D.

TOT tamque illustres benevolentiæ singularis in me tuæ significationes, clarissime vir, mihi gratissimæ sunt: consolationes autem, quibus jacentem meum animum erigere cupis, *διὰ τὰς συχνὰς ἀτυ-*

χίας μικροψυχοτέρῳ τοῦ δέοντος γεγενημένῳ pene etiam necessariæ. Tametsi enim non parum vereor, ne, in hac valetudine, præclaras illas spes exspectare me fata non patiantur, tamen interim usura frui quid vetat? Delectat etiam augurium hominis non modo amicissimi, sed doctissimi etiam, et longo multarum rerum usu exercitati. Quare facile patior, te prospicere aliquid, quod me prætereat. Illud quoque nescio quid boni ominis habere videtur, quod literæ tam lætæ Idibus Augusti, natali meo, (nam eo ipso die 34. ætatis annum complevi) datæ sunt. Quod autem me hominem, literis vix mediocriter imbutum, inter doctissimos numeras, eo plus humanitati tuæ debeo, quo minus istæ præclaræ dotes in me reperiuntur. In Demosthene autem legendo nolim equidem te bonas horas male perdere. Quis enim est græcis literis eruditus, quas tu ante me natum opinor perdidicisti, cui non omnes omnium conversiones sordeant? Ego sane, qui me puto non omnium esse vel delicatissimum, vel morosissimum, ingenue fateor, neminem adhuc, eorum etiam interpretum, qui se germanos Cicerones esse putant, id a me impetrare potuisse, ut, tametsi omnium Græcorum scripta nobis eodem, aut etiam meliore genere orationis loquerentur, græcæ linguæ cognitionem supervacanei laboris esse judicarem. De meis autem interpretationibus quid ego sentiam, in præfationibus testatus sum. Itaque si præclaram istam de me opinionem retinere cupis, una hac ratione id assequeris, si non legeris. Minuet enim, ut ille ait, præsentia famam. *πολλὰ γὰρ καὶ τῶν ἐμμέτρων ποιημάτων, καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων, ἔτι μὲν ἐν ταῖς διανοίαις ὄντα τῶν συντιθέντων, μεγάλας τὰς προσδοκίας παρέσχεν· ἐπιτελεσθέντα δὲ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδειχθέντα πολὺ καταδεεστέραν τὴν δόξαν τῆς ἐλπίδος ἔλαβεν.* Sed de hoc pro candore tuo et humanitate statues: neque eos imitaberis, qui cavillandi mei frigidissimas captant occasiones, ipsaque malevolentia jejunas: qui, quod se facere fortasse putant, nec existimationi suæ commodant, nec meæ nocent. Quid enim? nonne loca permulta sunt Demosthenis, partim corrupta, partim per se ita obscura, ut vatem oporteat esse interpretem? Quod si illi sibi, quam mihi, credi malunt, non invideo equidem, sed tamen grammatici certant, et adhuc sub judice lis est. Neque vero difficile est *τῶν διδασκαλικῶν ἐπιβεβηκότι θρόνων, καὶ ἐξουσίαν καὶ δόξαν ἔχοντι, ἐκ τοῦ μονομεροῦς ἀναντιλέκτως ὥσπερ ἐρήμην τινὸς καταδικάσαι.* Et, ut in tanto opere mihi somnus alicubi obrepserit, quid tum postea? Aliquando bonus dormitat Homerus. Humanitatis certe quidem fuerit, paucos sive lapsus, sive *ἀγνοήματα*, ei condonare, qui id tentarit, absit invidia dicto, quod nemo hactenus præstare aut voluit, aut potuit, qui permulta depravata correxerit, ambigua distinxerit, obscura illustrarit. Typographica vero errata, quæ neminem fere attentum fallunt, scriptori imputare,

summæ iniquitatis est. Ego certe, volens quidem, nullum folium prætermisi, quin ipse post alios omnes emendarem, sed importuni illi Cyclopes, dum ego relego, et quam accuratissime corrigo ea, quæ Oporinum variis curis distractum, et correctores parum attentos præterierant, imprimere mendosum exemplum perrexerunt. Ita mihi et labor periit, et existimatio mea culpæ alienæ pœnas sæpe dare cogitur. *ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔξω τῆς ὑποθέσεως οὐ γὰρ ἀπολογίαν γράφειν, ἀλλὰ τῇ φιλανθρωπίᾳ σου ἀντεπιστέλλειν προειλόμην.* Ut igitur ad institutum redeam, si Demosthenem nostrum pulla et lacera toga indutum videbis, cogites velim, eum eversam lugere patriam, et in peregrinis finibus exulem et mendicum oberrantem, quicquid detur, æqui bonique facere. Qua de re venusta illa tua figura admonitus, paucos versiculos lusi, Musis et Apolline nullo, fateor equidem, sed a proposito tamen nostro non alienos. Hactenus Demosthenes *βεβαρβαρωμένος* (ut vides) *χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις*, quemadmodum Euripideus ille Menelaus: adeo ut *λιτιέρσην* canere potius, quam *ἀττικίζειν* videatur. Sed tu pro humanitate tua, et discipulo et magistro ignosces: et utrumque, ut facis, commendatum habebis. Vale, Luteciæ Parisiorum, 19. Augusti, Anno 1550.

Ad nobiles et magnificos viros, virtute et autoritate præstantes,
Hainricum Rechlingerum, Christophorum Peitingerum, duumviros:
Et ad Consules ac Senatum inclytæ Augustanæ Reipublicæ:
Dominos ac patronos summa observantia colendos,

HIERONYMI WOLFII

In Demosthenem et Æschinem Græcolatinos

PRÆFATIO.

Si tanta esset in me sapientis eloquentiæ facultas, viri amplissimi, domini et patroni colendi, quantum studii et laboris ab ineunte ætate in hunc usque diem conferre in eam rem nunquam destiti, nihil prius mihi esset, aut magis ex officio meo, quam vestram erga me beneficentiam celebrare, et justis efferre laudibus cum vos, tum Rempublicam vestram. Nunc, cum sapientia Dei donum sit, et oratores, ut et poetæ, non tam fiant, quam nascantur: meo me (ut prudenter Horatius præcepit) modulo ac pede metiens, nihil tale conari audeo: cum præsertim vestra urbs, toto terrarum orbe celebris, neque meis, neque cujusquam alterius præconiis egeat: et vos, pro vestra sapientia, omnem officii fructum, ipsum officium præclare judicetis. Illud tantum dico, vestra liberalitate et munificentia id mihi contigisse, quod ab ineunte ætate, præ aliis rebus omnibus, in votis semper habui, otium philosophicum: in quo nec

honesta deesset, et publice, ut spero, utilis augendæ ornandæque illustris Bibliothecæ vestræ et scholæ (in quam non exiguos sumtus facitis) pro virili mea tuendæ et adjutandæ, occupatio: neque calamo et scriptis complures per Europam studiosos adolescentes erudiendi occasio. Multa sunt egregia vestræ civitatis ornamenta: Respublica æquissime et prudentissime constituta: publica privataque magnificentia, hospitalitas, urbanitas, beneficentia in cives tenuiores: de omnibus bene merendi studium, lædendi neminem, nisi vis propulsanda sit: contra quam et mœnibus, et auxiliis, et commeatu, et omni armorum genere, ita parati et muniti estis, ut neque lacessatis quenquam, et nihil magis, quam pacem, concordiam, tranquillitatem, bonorum omnium amicitiam votis ac precibus a Deo Opt. Max. expetatis. Quæ tametsi excellunt, et magis incurrunt in cujusvis generis hominum oculos et sensus: tamen eruditi viri, et omnia vero judicio ponderantes, illud non in minimis vestris laudibus ponunt, quod, ut olim Athenæ, Alexandria, Tarsus, Berytus, et nostra ætate, Bononia, Lutetia, Argentina, complures aliæ illustres civitates, Musis etiam et Gratiis, hoc est, studiosis et doctis hominibus in vestra, vere augusta urbe, non hospitium modo, sed domicilium etiam esse voluistis. Etsi autem non ignoro, conqueri multos, neque fortassis absque causa, tum de moribus doctorum quorundam minus probatis: tum, scribendorum librorum nullum esse finem, quorum plerique nihil nisi aut ingenia occupent, rebus melioribus vacatura, aut Rempublicam Christianam, alioqui rerum suarum satagentem, magis etiam perturbent: mihi tamen de me dicere neque necesse est, neque decorum, vigesimum jam annum in hac urbe, sine cujusquam, ut opinor, boni viri ulla querela degenti: et mearum scriptionum hactenus longe aliam fuisse rationem, omnibus doctis candideque judicantibus, perspectum et exploratum esse confido. Neque enim mea somnia chartis illevi: neque rixarum aut turbarum quicquam dedi: neque insanabile scribendi cacoethes (quod tenere multos, in eorumque ægro corde senescere, Satyricus queritur) impetu quodam animi temerario atque cæco secutus sum: sed in convertendis et declarandis vetustis autoribus, seculorum omnium et nationum consensu approbatis, sedulo, nec sine successu mediocri, (quem, uti par est, divinæ benignitati acceptum refero) elaboravi. Id quod toties repetitæ in Germania, Gallia, Italia lucubrationum mearum editiones testari poterunt. Modus fortassis a me desiderari queat, et ignoratio tollendi manum de tabula, et supervacanea mei ipsius nocturnis diurnisque laboribus afflictatio reprehendi, cum et ætas et valetudo mea quietem potius atque otium postularent. Utinam vero non quidem ea essem ferrea et corporis et animi patientia, quæ Catoni Censorio tribuitur, rarissimique exempli est: sed illa tantum vel animi constantia et tolerantia, vel vi-

gore mentis atque ingenii vi, qua plerique olim et Græcorum et Romanorum proceres claruerunt; qui, quæ hominibus studiosis atque doctis, nostra ætate, gravis et laboriosa videtur occupatio, sive curandæ rei familiaris, sive lectionis atque scriptionis, eam illi animorum levationem atque oblectationem judicarunt. Quod ita esse, Xenophontis, Thucydidis, Lycurgi, M. Terentii Varronis, C. Julii Cæsaris, Ciceronis, Silii Italici, Boetii monumenta, et complurium aliorum exempla, testantur. Tum enim illi se occupatos esse, et negotiis implicatos putabant, cum aut amicos et clientes suos defendebant, aut consiliis atque armis Rempublicam tuebantur. Mea vero, non eo tantum, quod mihi vires quidem corporis exiguæ, ac prope nullæ, ingenium vero tenue atque infirmum contigit, longe alia ratio est: sed ob illud etiam, quod illis, patrio sermone scribentibus, in proclivi atque expedita fuerunt omnia, cum nos, peregrinis linguis, e mutis præceptoribus, cognoscendis, non parvam ætatis partem consumere necesse habeamus. Itaque non recreandi animi ergo, levandive tædii causa, me scriptitare, sed quia facere aliter, salva (quantulacunque illa est) existimatione mea, nequeo, et quas sustineo ærumnas, pene Herculeas videri mihi, speque mea plurimum me deceptum esse, ingenue confiteor. Nam cum annis abhinc quatuor et viginti, non tam mea voluntas, quam inexspectata quædam calamitas, et rerum meliorum spes, in typographicum pistrinum me conjecisset, parvi temporis molestia perpetuam studiis meis secure perfruendi facultatem me redemturum opinabar. Verum quanto aliter evenerit, nemo ignorat, qui aut bibliothecam vestram inspicit, qua meas lucubrationes dignati estis, aut bibliopolia scrutatur. Neque vero hæc gloriandi causa scribo, (quo quid ineptius?) aut ignoratione tenuitatis meæ, (quod enim difficile esse putatur, nosse sese, utcunque didici: studui certe quidem) sed ut fortunam meam narrem, quæ per labores, non tam jucundos et lucrosos, quam necessarios et inevitabiles, ad id ætatis et valetudinis me, nihil tale cogitantem, provexit, ut, cum maxime philosophandum esset, philosophari parum liceat, aut etiam libeat. Neque vero ego solus is sum, quem bonæ suæ rationes fefellerint: sed sive frustratio, sive calamitas hæc, cum multis mihi est communis, me longe sapientioribus. Demosthenes Pæaniensis (cujus eloquentia, quæ sine singulari prudentia et eximia virtute suum tueri nomen haudquaquam potest, quondam per Europam et Asiam celebrata fuit, et nunc etiam omnibus omnium nationum eruditis admirationi est) dum suos Athenienses, ignavia et luxu enervatos, ad recuperandum Græciæ principatum, quem ad annos LXX tenuerant, primum clade Hellespontiaca una cum libertate amissum, deinde Cononis industria receptum, nec multo post a Philippo Macedone callide interceptum, excitare studet, inter alia hoc quoque argumento utitur:

quemadmodum ipsi eos cives suos, qui Rempublicam semel gerendam susceperint, in otium se conferre ubi voluerint, non patiantur: sic et ipsis, qui totius Græciæ patronos se professi fuerint, ab eadem administranda, defendenda atque ornanda recedere, suumque negotium agere, esse nefas. Consimile quiddam, (etsi in magna dissimilitudine) viri ornatissimi, domini et patroni colendi, et ipsi mihi accidisse videtur: ut semel Græcis Oratoribus, Philosophis, Astrologis, Historicis ad interpretandum susceptis, in ea provincia, neque spe quæstus, (qui aut nullus est, aut certe non tantus, ut vel extremæ notæ quispiam notarius eadem mercede illos describendos susciperet) neque gloriolæ cupiditate, instar Crocodili se persequentes fugientis, fugientes persequentis, sed fatali quadam sive necessitate, sive calamitate, pene consenuerim: et vix hoc demum anno ab Atheniensi Republica (quæ peculiares olim servos habuit, quos δημοσίους vocabant) velut in libertatem assertus existimari queam. Et quidem gravi certamine defunctus, bellum difficile ac diuturnum confecisse mihi videor, qui Demosthenem, Æschinem, Ulpianum Rhetorem, cæterosque his adjunctos autores, ita emendatos, declaratos, illustratos et exornatos (quantum in me quidem fuit) exhibuerim, ut obtrectatores atque invidos meos hortari non dubitem, ut, si hæc mea non probant, ipsi proferant meliora. Qui etsi non pauci, neque parum molesti mihi fuerunt: tamen, si cum iis comparentur, qui bene de me sentiunt, meque et mea magnifaciunt et amant, facile, ut opinor, apparebit, et majorem et meliorem partem stare a nobis: eaque inter hos et illos exsistet proportio, quam apud Homerum Agamemnon Trojanorum et Græcorum esse affirmat: ut, si Græci in decurias conviviorum describantur, et singulis decuriis singuli Trojani ministri assignentur, complures decuriæ propter illorum paucitatem, horum multitudinem, sint pincerna carituræ. Neque ulli eorum, qui me reprehendunt et exagitant, non modo nihil elegantius et splendidius, sed (in eodem quidem scribendi genere) nihil prorsus intra quinque totas olympiadas, longissimum, in vitæ humanæ brevitate, spacium, ediderunt. Ut igitur illi verbis asperioribus me accusant et vituperant, ita factis fide dignioribus et absolvunt et laudant, et publice quasi proclamant, suis calumniis non habendam esse fidem, neque condemnandum aut contemnendum esse quenquam, nisi causa percognita et satis explorata. Interim vero me per annos complures hoc opus ita noctes diesque occupavit, ut non multo suaviorem vitam egerim, quam ii, quos Dionysius tyrannus in Latomias conjiciebat: ita certe quidem defatigavit, ut, qui mihi, post annorum XL servitutem, otium mediocre, quod vestra munificentia mihi fecit, honestoque stipendio decreto, hæc elaborandi potestatem et facultatem dedit, inviderit, omnes se Zoilos, omnes Momos, maledicentia et obtre-

ctandi libidine superare fateatur. Cæterum hæc qualia et quantulacunque sunt, non tam mea vobis, amplissimi viri, offero, quam vestra vobis restituo. Nunquam enim conari ea potuissem, nisi vestra benignitas, tanquam salutare quoddam sidus, mihi affulsisset. Neque vero vel primus hujus operis patronus, in cujus id nomine jam tertium apparuit, vel quisquam alius, levitatis arguere me poterit. Nam cum ille in prædia sua se recepturus, me quasi emancipatum e familia, vestræ fidei et liberalitati commisisset, una mecum etiam ea vobis tradidit, quæ Musæ meæ sub vestro patrocinio effecissent. Deinde ita prodit Demosthenes, (modo operæ typographicæ non de integro deformarint ea, quæ ego summo labore expolivi, longe a prelo absum, et alias alios codices et chartas typographo misi) sic igitur, inquam (quod quidem in me fuit) se spectandum Demosthenes cum non aspernando comitatu præbet,

JAM POSITIS NOVUS EXUVIIS NITIDUSQUE JUVENTA,

et tot auctus accessionibus, ut eundem esse vix quisquam agnoscat. Hoc quidem affirmare ausim, majore molestia pene unius orationis recognitionem mihi constitisse, quam totam primam interpretationem: sive, aut jam urgens, aut certe adventans senectus, laboris sensu nunc magis afficitur, quem tum juventutis vigor levabat: sive aliud est, quicquid in mentem inciderit, æstu quodam animi effundere: aliud, scribere meditata, et singula pene verba quasi statera aurificis expendere atque examinare. Neque tamen (quod sæpe testatus sum, et nunc postremo testatum esse volo) Demosthenicam eloquentiam expressisse me confido, qui et autoritate sua caret, (quæ quantum in dicendo valeat, quis nescit?) neque Lectores ita attentos habere potest, qui sua nihil interesse censent ea, quæ scripta sunt, ut fuerunt auditores, quorum et dignitas et salus agebatur: elocutione item et actione destituitur (cui et primas ille et secundas et tertias dedit) sed inventionem et collocationem tam rerum, quam verborum appendere, fide optima, et perspicuo puroque orationis genere repræsentare, sum conatus. Quæ et ipsa in sua nativa lingua multo sunt et magis propria, et significantiora, et jucundiora, et illustriora: eaque de causa interpretationi meæ Græcum archetypon est additum, quo hujus ornatissimæ et copiosissimæ linguæ vel periti vel studiosi fruantur. Nec tamen illud ipsum qui legent, ita miraturi sunt Demosthenem, (id quod Æschines, æmulus et adversarius ejus dixisse fertur) ut si ipsum audissent. Quanto alia res fuit, cum M. Tullius Consul, purpuratus, in sella curuli cum majestate assidens, ab omnibus bonis pater patriæ, et quasi alter urbis conditor habitus, solicitudinem de republica summam, salutis vero suæ prope neglectum præ se ferens, in summo orbis terrarum concilio (qui non tam senatorum, quam regum consessus videri potuit) omnium oculis atque animis in ipsum intentis, consilium, auxilium, incolumitatem ab eo expetentium, contra conjuratos maxima suavissimaque voce, cum singulari dignitate actionis, motuque et gestu corporis totius decentissimo, peroravit: quam cum eadem illa oratio nunc vel tacite ab otioso quopiam et securo percurritur: vel a rhetorculo, adeo nullum animi motum et dolorem adhibente, ut etiam sententias, earumque circumscriptiones, vel ex imbecillitate spiritus, vel ob artis pronunciandi inscientiam divellat atque disperdat, sine ulla varietate pro suggesto recitatur? Neque vero vobis, viri amplissimi, qui plerique in Italia, Hispania, Gallia, partim studiorum causa, partim ob gravissima et publica et privata negotia versati, homines eloquentes, et sacros oratores concionantes audivistis, ulla tali consideratione et fictione est opus: ipsi recordamini, ut illi soleant non mulierculas tantum, rudemque plebeculam permovere, sed homines etiam graves et constantes omni varietate affectuum agitare, nunc excutere lacrymas, nunc easdem quasi abstergere, modo iram exstimulare, mox placare iratos, et flectere ad commiserationem, jam deprimere ad inferos, paulo post velut extra sese raptos supra nubes attollere, ut in paradiso, et illustrissimo summi cœli amphitheatro, incredibili gestientis animi lætitia et exsultatione versari sibi videantur. Sed ad Græcum archetypon redeo, in cujus mendis si non tollendis, at minuendis, aut saltem indicandis, quid jam olim præstiterim, doctis non est ignotum: et tamen ejusmodi id fuit, ut pro laude ingenii ac diligentiæ, temeritatis in divinando, et corruptelæ crimen mihi a nonnullis, improbioribusne, an stultioribus dicam, nescio, impingeretur. Nunc vero XV codicum inter se collatio, id quoque crimen diluit, conjecturis meis plerisque scriptura vetere comprobatis: et iis, quæ sive librariorum incuria prætermissa, sive codicum mutilatione deleta, nullius ingenio addi poterant, completis. Et tamen illi quoque tot, tamque vetusti codices, nonnullis locis parum auxilii tulerunt: quæ loca mihi pleraque plana et aperta fecit meum quoddam divinationis genus. Quod cujusmodi sit, quæritis? Neque Delphici tripodis simile, neque auspiciorum et auguriorum, neque aliarum sive superstitionum, sive observationum veterum, sed simplex et naturale, et nemini docto et sagaci ingenio prædito negatum. Quod igitur illud est? Artis Grammaticæ cognitio accurata, multa et diligens optimorum scriptorum lectio, quorum alii alios declarant: stili autoris observatio: animus in sententias non minus, ac pene magis etiam, quam in verba, intentus: eorum, quæ antecedunt et sequuntur, inter se comparatio: ea denique persuasio, quicquid vel in verbis absonum, vel in sensis frigidum appareat, id non a viris diligentissimis, prudentissimis, disertissimis scriptum, sed a negligentibus, imperitis, temerariis librariis esse depravatum. Habeo etiam animo meo consi-

gnatas notas quasdam, et ex animadversione variæ scripturæ quasi vestigia impressa, quæ illos in errorem duxisse videantur. Qua de re alibi egi uberius. Nunc ad manuscriptos codices redeo: inter quos is, quem vestra Bibliotheca suppeditavit, antiquissimus, et in plerisque optimæ fidei, sic excelluit, ut principatum sibi merito vendicet. Quo minus autem usus illo jam pridem fuerim, minutæ et exoletæ literæ, quas, nec speculis adhibitis, perspicere potui, obstiterunt. Tandem in mentem venit M. Simonis Fabricii, mei collegæ, viri doctissimi, et in Græcis literis exercitatissimi, quem, cum acie oculorum non minus, quam ingenii acumine pollere scirem, rogavi, ut periculum faceret, num quid ex illo fructus capere possemus. In quo ille, pro nostra necessitudine, alacriter morem mihi gessit, susceptoque negotio, tantum volumen celeritate mirabili perlegit, et singulari sagacitate omnes varietates deprehendit, notavit, excerpsit, marginibus impressi codicis adscripsit, additis etiam scholiis, quæ non ingrata, neque inutilia τοῖς φιλέλλησι fore spero. Qui una mecum tam illius industriæ, quam vestræ beneficentiæ se debere fatebuntur. Erat hic aliquid dicendum de laudibus Demosthenis, nisi is et ipse lectori sui studioso abunde se commendaret, et in promtu essent Ciceronis et aliorum de illo elogia, et meam infantiam viri eloquentissimi et celeberrimi claritas repudiaret. Unum igitur hoc superest, amplissimi viri, domini et patroni colendi, vos ut orem, ut postremum hoc opus meum, quod epitaphii loco mihi esse volo, (nam si qua forte alia secuta fuerint, ea nihil ad hoc esse videbuntur) pari humanitate accipere dignemini, qua commentarios meos Ciceronianorum libellorum, anno abhinc septimo, vestræ bibliothecæ splendore non indignos judicastis: meque ministrum vestrum et clientem observantissimum (ingravescente ætate, et valetudine, ut solet, subinde labascente, et ruente in deterius) commendatum habere pergatis: ab eoque mei defendendi ornandique studio, nec aut invidorum calumniis, (quas quis unquam cavere potuit?) aut imperitorum hominum ineptiis (quas a gravitate et sapientia vestra negligi et repudiari certo scio) deterreamini. Etsi enim apud nonnullos præsentia mea, et simplicitas, atque ab ostentatione et pompa abhorrens animus, vitaque solitaria, minuunt famam: tamen nec exteræ nationes Wolfium ignorant, et posteri scient, et studiosi juvenes, doctique homines, vestram in me liberalitatem ac beneficentiam celebrabunt. Quo minus autem munus hoc meum ab amplitudine vestra repudiatum iri putarem, cum vestra humanitas facit, D. Paulo autore, tanta virtus, ut eam in Deo Opt. Max. cum primis celebret, tum collegarum vestrorum DDD. Matthæi Welseri, Io. Baptistæ Hainzelii, Io. Matthæi Stamleri, ornatissimorum virorum, neque a Musis et Gratiis abhorrentium, autoritas, consiliique mei comprobatio. Valete, publice et privatim incolumes, ac perpetuo florentes. Ex augusta vestra urbe, quam Ptolemæus Vindelicam, Rheticam alii Augustam dici volunt. Idibus Augusti, natali meo. Anno restitutæ humano generi salutis M. D. LXX.

HIERONYMI WOLFII

Œtingensis ad candidum lectorem in Ulpiani conversionem Præfatio.

En, candide lector, alteram promissi laboris partem, Ulpiani rhetoris X et VIII orationum Demosthenis enarrationem, citius etiam, quam sum pollicitus: opus minus fortasse lectu jucundum, sed studiosis adolescentibus, ut mihi persuadeo, non inutile futurum. Quæ etiam causa fuit, ut molestissimum laborem hunc capere non sim gravatus, et summum devorare tædium, quod quantum fuerit, ii demum intelligent, qui mendas Græci codicis, in singulis fere paginis infinitas, observarint. Ad hæc ipsa commentariorum natura est talis, ut modica voluptatis illecebra laborem et defatigationem levent interpretis, tametsi emendatissimi essent: et ut lectorem requirant, difficultatibus aliquibus intelligendi ipsius autoris conflictantem. Quæ res una fere facit, ut, quæ per se utilia sunt, non modo citra fastidium, sed magna etiam cum aviditate legantur. Etsi autem non dubito, esse plurima, tum grammatica, tum oratoria, quæ studiosus lector explicari sibi diligentius et copiosius, atque etiam dilucidius optet: non tamen abjiciendi videntur ii libri, qui, cum multa utilia contineant, quædam etiam supervacanea admiscent, quædam necessaria prætereunt. De quibus incommodis ego quoque in omni commentariorum genere mecum sæpissime queror: et tamen, cum cogito, si mihi in eodem argumento versandum esset, me quoque præstiturum, fortasse non quod vellem, sed quod possem, veniam do, et boni consulo ea, quibus illi tradere meliora non potuerunt. Quanquam in hoc nostro enarratore injuria temporum, et quorundam temeritas, qui in alienis libris vel mutilandis, vel augendis, vel ex diversorum scriptis, variis quasi centonibus sarciendis, omnem licentiam sibi sumunt, maximam sustinere culpæ partem videtur. Sed in hoc suo quisque judicio fruatur. Me quidem Ulpianum legisse non pœnituit, propter et historias nonnullas indicatas, et vocabula exposita, et artificium multis in locis erudite, nisi fallor, explicatum. In convertendo quidem magnos labores, et non parvas molestias cum ceperim, nescio tamen, an fecerim operæ pretium: non quod ipsos commentarios aspernandos ducam (de quibus quid sentiam, exposui) sed quod in iis tanta est difficultas interpreti, ut superari nulla ratione posse videatur. Pri-

mum enim exemplar ita depravatum est, tum confusione distinctionum, et verbis Demosthenis ab Ulpiani explicatione nulla nota aut intervallo separatis: tum aut immutatis, aut additis, aut repetitis, aut omissis vocabulis, interdum etiam totis sententiis, ut affirmare non dubitem, me nullum vel in Græca, vel in Latina lingua codicem vidisse pejus tractatum. Deinde *ἐξηγήσεις*, quas enarrationes interpretari licet, videntur orationem requirere perpetuam, cujus hic alicubi vestigia quædam apparent: ut existimem, ubi verba Demosthenis seorsim ponuntur, ibi ab aliquo librorum corruptore, et importune studioso brevitatis, Ulpiani verba complura esse resecta, ut scholiorum faciem, non *ἐξηγήσεων* præ se ferant, atque assuta aliena. In connectendis quidem aliorum verbis magna est Græcorum felicitas, præter cætera vel in his duabus particulis, *τὸ* et *δὲ*, quibus ceu Delphico gladio utuntur: cum eadem Latino sermone sine longis et molestis ambagibus explicari nulla ratione possint. Huc accedit vocabulorum maxima et copia et varietas, et longe alia, quam Latinorum, ratio: cujus generis sunt, ut e multis pauca delibem, *κεφάλαιον, τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, σημεῖα, εἰκότα, τεκμήρια, ἀντιπίπτον, ἀντίθεσις, ἀνθυποφορὰ, σύγκρισις, ἀντεξέτασις, παράθεσις, ἀντιπαράστασις, ἔνστασις, ἀντίστασις, κατάστασις, προκατάστασις, ἔκφρασις, διασκευὴ, διατύπωσις, ἀποσιώπησις, ὑποσιώπησις, ἀναίρεσις, ἀπόστασις, ἀνατροπὴ, περιτροπὴ, πηλικότης, ποσότης, μέγεθος, εἴσοδος, εἰσβολὴ, εἰσαγωγὴ, προκατασκευὴ, προθεραπεία, προδιόρθωσις, συνδρομὴ, περιδρομὴ, συγχώρησις, σύστασις, ἐπιχείρημα, ἀπόδειξις, ἔλεγχος, ἐνθύμημα, νόημα, ἔννοια*, et alia complura. nec enim omnia recensere institui. Jam quid facias in illis adjectivis, *ἠθικὸν, παθητικὸν, πραγματικὸν, προκαταστατικὸν, συνεκτικὸν, ἀντιστατικὸν, ἐπιλογικὸν, προοιμιακὸν, ἀπροσδιόριστον*, atque id genus aliis, quæ quomodo explicentur, nisi aut improprie, aut barbare, aut longis verborum ambagibus, equidem non reperio: ut nihil dicam, ea præcepta artium, quæ secutus est Ulpianus, ita abhorrere ab ea et Græcorum et Latinorum doctrina, quos hodie in scholis plerique sequuntur, ut sæpe difficile sit divinare, quid sibi velit. Hæc et hujus generis alia incommoda cum attentius perpenderem, parum abfuit, quin totum Ulpianum desererem, ipsius Demosthenis conversione contentus. Sed quum aliorum complurium editos in Demosthenem commentarios, qui sæpe in hoc opere citantur: cujusmodi sunt Apsinis Genethlii, Æsculapii, Alexandri, Diocori, Zenonis, Aspasii, et aliorum, e quibus multa in Ulpianum translata esse suspicor: et ipse Ulpianus quarta Philippica, *τάδ'*, inquit, *ἐν τούτοις ἀσαφῆ παραστήσουσιν οἱ ἐξηγηταί*: et in oratione de fœdere Alexandreo, *οὐκ ἔστιν ἄδηλον*, inquit, *τοῖς φιλομαθέσιν, ἐξ ὧν ἀνεγνώκασιν ὑπομνημάτων*: eos igitur omnes commentarios cum tempus aboleverit, et huic uni tamdiu pepercerit, (etsi enim

quis fuerit hic Ulpianus, quibusve temporibus vixerit, non constat, tamen eum ante aliquot secula vixisse probabile est) cogitabam, in eo vel genium, vel utilitatis aliquid inesse oportere, atque ipse, ut dixi, memineram, me ab eo admonitum, non pauca Demosthenis loca et intellexisse rectius, et diligentius pervestigasse. Quare non committendum arbitrabar, ut Græcarum literarum rudes ea utilitate penitus fraudarentur. In animo igitur erat, præteritis aliis, quæ plus verborum et obscuritatis, quam eruditionis, haberent, utilissima quæque ex eo decerpta inserere meis Annotationibus, quas in totum Demosthenem jampridem institui, et quarta ex parte propemodum absolvi, absoluturus etiam cætera, nisi fortunæ iniquitas certam ac tranquillam sedem, et necessarium ad tantum opus, propter quod plurimi, tum Græci, tum Latini scriptores, evolvendi erunt, otium negaret. Sed ab hoc instituto duæ me rationes depulerunt: una, quod injuria fieri videbatur Ulpiano, si ejus opus, jam ante mutilum, magis etiam truncaretur. Quod enim ego in meis operibus et conversionibus iniquissimo animo ferrem, (et quis ita lenis aut socors est, quin sua scripta temerariis aliorum manibus attrectari et compilari ægre patiatur?) ab eo religiose mihi abstinendum in aliorum etiam lucubrationibus arbitrabar. Altera, quod, quæ ego supervacanea censuissem, alius fortasse cumprimis opportuna sibi et commoda judicasset. Quot enim capita, tot sententiæ, et suam quisque opinionem putat esse optimam, et quam paulo ante probavit, post ipse repudiat, ut mihi cum Luciano exclamare subinde libeat:

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακριδόν ἐστι νόημα,
Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Etsi enim illam academicorum *ἀκαταληψίαν* non probo, infinitæ tamen doctorum et sapientum (ut perhiberi se volunt) cum ab aliis, tum a semetipsis dissensiones, etiam cum nihil dant ambitioni, aut æmulationi, cum simplicis veritatis rationem habere se dicunt, me vehementer movent, ut multis in rebus agendum et pronunciandum esse cautius existimem. Proinde ne studiosi Latini sermonis in hoc opere deteriore conditione essent, quam Græcis literis eruditi, convertendas etiam has Ulpiani enarrationes suscepi, non alia re magis fretus, quam candore et humanitate æqui lectoris, (quis enim iis difficultatibus, quas supra exposui, circumvento, veniam non daret, nisi a communi etiam sensu alienus?) et assiduitate diligentiæ ac in doctrinæ studiis, quibus me iniquum Saturni sidus exiguo cum fructu et voluptate alligavit, tolerantia molestiarum et laborum. Codicem igitur Græcum, ubi id mihi citra temeritatem, atque adeo vere posse facere videbar, partim verbis Demosthenis, ad quæ tota explicatio referenda est, diligenter inspectis, partim sagacibus conjecturis adhibitis, locis plus bis mille correxi, neque fere pauciora

incorrecta præterii, et suspecta atque obscura mihi omnia stellulis signavi. Et sic primæ difficultati mederi sum conatus. De ipso autem artificii oratorii et Ulpianicæ doctrinæ genere, pro sua quisque persuasione vel probet, vel improbet, quod videbitur: modo illud meminerit, eum usitatam suis temporibus rationem, quæ multis ingeniosis et eruditis hominibus placeret, secutum, obstitisse atque invidisse nemini, qui doctius aut explicatius aliquid afferre vellet in medium. Sed hoc ad verborum interpretem eatenus duntaxat attinet, ut ne otio (quo ego certe minime abundo) abusus esse videatur: cætera ipsi autori præstanda sunt, sive is bene, sive male scripserit ac docuerit. Illud autem facere non dubitavi, ut alicubi perpetuam Ulpiani orationem, brevitatis servandæ et molestiæ vitandæ causa, sine ullo autoris detrimento, intersecarem, et verba Demosthenis parentheseos signo clauderem. Veluti cum Ulpianus habet, *ἐν δὲ τῷ, οὐχ ἑνὶ δέδωκε τρόπῳ, σοφίζεται ὁ ῥήτωρ*, ego sic feci. *Non uno modo dedit)* Hic captiose agit orator. Alioqui si *ἐν δὲ τῷ*, voluissem exprimere, dicendum fuisset: In his autem verbis, *non uno modo dedit*, captiose agit orator, quod neque dilucidius est, et prolixius, et tale, ut si paucis in versibus sæpius repetatur, fastidio lectorem enecet. Nemo igitur, opinor, hoc factum reprehendet, præsertim cum ita tractatus sit Ulpianus, ut ab enarrationibus ad annotationes, tanquam ab equis ad asinos, devolutus esse videatur. In artis autem vocabulis, quoniam Latinis partim prorsus carebam, partim satis propria non habebam, aut Græca ipsa reliqui, aut Latinam interpretationem, non quam volui, sed quam potui, quamque festinatio et mea et typographi passa est, adjeci. Oporino enim, acerrimi judicii viro, certis de causis, quas nec ipse improbavi, non visum est Ulpianum seorsim esse edendum, sed, quoniam tam mature ad calcem pervenissem, interpretem cum autore suo conjungendum. Maxime autem illud eum ad editionem impulit pene præproperam, quod me longinquum iter adornare intelligebat, in quo (apud exteras præsertim nationes) homo valetudinarius levi aliquo casu ita prosterni potest, ut nunquam resurgat. Maluit igitur Ulpianum qualemcunque edere, quam tot mihi labores omnino perire, quorum fortasse lectoribus etiam aliquis usus esse posset. Nam si spatium ac tempus detur, multa, quæ mihi quoque obscura nunc sunt, declarare posse videor. Quod quia non negligentia mea, sed fortunæ culpa, me pilæ instar huc atque illuc jactantis, prætermissum est, veniam meretur. Et alioqui totum hoc opus omnino tale est, ut cum Ovidio dicendum sit:

En veniam pro laude peto: laudatus abunde,
Non fastiditus si tibi lector ero.

Vale. Basileæ. Cal. Martii. Anno M. D. L.

Clarissimo Viro

HIERONYMO PAUMGARTNERO,

Patricio ac Senatori Norimbergensi, Vincentius Obsopæus

S. D.

Venit nuper in manus meas admirandæ vetustatis exemplar aliquod orationum Demosthenis, Hieronyme, vir clarissime. Quod cum cœpissem cum Aldino conferre, multis in locis illud cum vulgato discrepare comperi. Eos ego locos subnotandos putavi, inque publicam studiosorum utilitatem invulgandos. Quanquam vero his solus privatim frui potuissem, aut in occulto servare tacitus, tamen, cum ab invidentiæ morbo natura abhorream, et candidas musarum januas esse oporteat, ferre non potui, ut, proverbiali convicio, canis in præsepi dicerer. Dabo itaque in lucem utriusque exemplaris lectionem, non statim pronunciaturus, utra sit rectior, nisi in locis aperte mendosis: verum ejus judicii censuram doctioribus relicturus. Tantum enim mihi temere non ausim sumere, ut ea de re judicium faciam. Neminem vero hic meus labor proderit, nisi cui Demosthenes domi fuerit. In tenui labor est, fateor: sed tenuis non gloria, si quibus in locis Demosthenem aut correxerimus, aut illi pristinum nitorem hujus vetusti exemplaris subsidio restituerimus. Non attollam hic verbis quicquam, non sunt ista meæ industriæ, sed diligentiæ, quam conferendis exemplaribus impendi. Sunt hodie non parum multi, qui, cum in autore aliquo vel unicum adverbiolum, aut conjunctiunculam secus positam, aut supervacuam invenerint, Dii boni, quos protinus triumphos, quas gloriationes proferunt? quam insolenter sibi placent, nimirum se solos acutissime perspexisse, quod homines alioqui oculatissimos fugerit. Estque ob unam atque alteram dictiunculam protinus totus autor emendatior habendus, et ad vetustissima exemplaria restitutus credendus. Quid autem mendarum et erratorum hodie hoc mendacio in scriptoribus quotidie in lucem prodeuntibus nobis non obtrudunt typographi? Adeo solenne et usu receptum est, omnium librorum titulis addere: Ad vetustissima exemplaria restitutus, et ab infinitis mendis repurgatus. Si tamen hoc licet alteri in latino quopiam, neque tantæ classis autore, invento uno atque altero verbulo rectiore et emendatiore, exclamare: Reperi, non quod pueri clamitant in faba se reperisse: cur mihi non idem liceat in Demosthene, autore tanto, tamque eximio? Quanquam quid nos repererimus, verbis jactantioribus opus non est: res ipsa indicabit. Atque utinam integrum exemplar nobis oblatum fuisset, ut ad eum modum omnes orationes inter se collatas emendare potuissemus, non permutassem opes

meas cum Crœsi aut Crassi divitiis. Sed enim, quæ nobis reperta sunt, ea aliis candide impertiemus: rogaturi lectores, ut hæc, qualiacunque sint, boni consulant, et his nobiscum utantur, et si quid rectius istis ipsi aliquando invenerint, nobis vicissim benigne communicent. Tibi vero, Hieronyme ornatissime, hoc quicquid est opusculi, nominatim dedico, cum Demosthenis amatori summo, tum lectori diligentissimo, et imitatori felicissimo. Neque enim antiquitate generis solum, sed pulcherrimis quoque virtutum ornamentis decoratus es, et utriusque literaturæ peritissimus. Accipe itaque libellum hunc studii in te mei monumentum et pignus, quod tibi amicitiæ nostræ quondam initæ, et condiscipulatus nostri memoriam refricet. Ornatissimos atque eruditissimos viros, Andream Osiandrum, Dominicum Sleupnerum, Venceslaum Lyncum, Thomam Venatorium, Ioachimum Camerarium, Michaelem Rotingium, D. Christophorum Kolerum, Erasmum Ebnerum, M. Hieronymum Schallerum, præterea D. Ioannem Magenpuchium, alterum Æsculapium, et reliquos literarii sodalitii proceres, meis verbis communiter saluta. Tu vero cum primis bene vale. Onoltzbachii, mense Novembri, Anno M. D. XXXIII.

Clarissimo Viro

HIERONYMO PAUMGARTNERO,

Hieron. F. consuli Norimbergensi, Hieron. Wolfius

S. D.

Fortes creari fortibus et bonis, etsi non semper id fieri videamus, Horatio facilius concedi potest, quam humanis et doctis humanos et doctos. Plerumque enim, paterna freti gloria, discendi laborem fugiunt, et literas et literatos contemnentes, et fastum ac despicientiam aliorum laudi sibi ducunt. In quorum utroque quantopere errent et peccent, nemini est obscurum. Tu vero, Consul ornatissime, contrariam viam ingressus, ad paternæ virtutis, eruditionis, humanitatis imitationem sic te composuisti, ut pater omni laude cumulatus, et illustri gloria per Christiani nominis orbem celebris in te revixisse videatur. Habet inclyta respublica Norimbergensis alterum, ac potius eundem Hieronymum Paumgartnerum, virum eruditum, civem patriæ amantem, senatorem gravem, consulem prudentem, et disertum. Habent homines docti et ingeniosi adolescentes patronum et Mecœnatem: recognoscunt cives tui prænomen et nomen idem: eandem staturæ proceritatem et formæ dignitatem cum grata recordatione patris intuentur: iisque rebus desiderium illius leniunt et consolantur. Fuit et mihi abhinc triennium, cum Norimbergæ in Christophori Fabii Iulii I. C. viri optimi

et humanissimi, veteris amici mei, ædibus una pranderemus, et conspectus tuus iis de causis, quas exposui, perjucundus, et multo gratior comitas orationis, qua me ultro ad renovandam rerum paternarum amicitiam perhumaniter invitabas. Cui etsi ego meam tenuitatem esse imparem, facile video, tamen *αἱ καθ' ὑπεροχὴν φιλίαι* sic locum habere possunt, si cum iis etiam *φιλανθρωπίας ὑπεροχὴ* conjungatur, quæ in Deo Opt. Max. tanta est et tam admiranda, ut ejus cogitatione mens humana extra sese quodammodo rapta penitus obstupescat, et illa abysso divinæ bonitatis absorbeatur. Quam ego olim considerans, cum nescio quid de mense Decembri scriberem, in hoc distichon erupi:

Omnia quod superat miracula, Christus Iesus
Tam voluit nasci, cum Deus *esset*, Homo.

Facit igitur *ἡ τῆς φιλανθρωπίας σου ὑπεροχὴ*, ut *τὴν καθ' ὑπεροχὴν φιλίαν σου*, non fraudi, sed laudi mihi fore sperem: vicissimque eandem observantiam tuæ quoque præstantiæ polliceor, qua patrem tuum ab ineunte ætate usque ab obitum sum prosecutus. Nam cum illi puer etiamnum a Sebaldo Heideno præceptore meo amantissimo, nescio quo ingenii et studii cujusdam singularis nomine commendatus fuissem, et tum bene de me sentire cœpit, et de adulto, dum reipub. vestræ inservirem, præsens et absens bene mereri non destitit. Itaque ut viventem colueram, ita etiam defuncti memoriam versiculis non tam bonis, quam bono animo scriptis, (nam me perpetuo cum morbis molestisque laboribus conflictantem et Apollo et Musæ omnes destituerunt) te præsertim hortatore, celebrandum esse duxi: quos ideo ad te mitto, ut in eodem opusculo, non magno illo quidem, sed magno autori intelligendo serviente, quem et pater et filius magnifaciunt, mentio utriusque, si minus honorifica, at ab animo grato et memori profecta, exstaret. Vale. Augustæ Vindel. Calendis Decembris. Anno M. D. LXIX.

HIERONYMUS WOLFIUS

Eusebio Episcopio suo

S.

Quanti manuscriptos codices plerique faciant (quod nec ipse contemno) cum non ignorarem, dolui sane, Augustanæ Reipublicæ vetustissimum Demosthenis exemplar, cum ob temporis angustias, tum propter minutas et exoletas literas, a me, nec vitreis istis Lamiarum oculis adhibitis, potuisse perspici et cum impressis conferri. Sed cum mihi Luteciana editio de sententia D. Theodori Zwingeri, cujus judicio plurimum tribuo, et tua, mi Episcopi, cujus voluntati in re honesta morem gerere et debeo et cupio, perlegenda, græcolatini Demosthenis impressionem prorogasset, egi cum egregie docto

et honesto viro, Simone Fabricio, scholæ nostræ magistro diligentissimo, cujus et ingenii acumen, et acies oculorum, et in græcis literis judicium atque exercitatio nota mihi esset, ut eam provinciam (si aut res facultatem haberet, aut, si quod operæ pretium se facturum esse confideret) suscipere non gravaretur. In quo ille mihi pro necessitudine nostra non modo privata, sed etiam publica, (sumus enim collegæ in eodem græcas latinasque literas docendi munere) et ob rei literariæ promovendæ studium haud graviter morem gessit, atque, opere confecto, hoc modo ad me scripsit:

Optimo Viro

HIERONYMO WOLFIO

Compatri suo unice colendo

S.

Mitto ad te, mi optatissime compater, Orationum Demosthenicarum exemplar, in quo varias ac diversas lectiones ex veteri manuscripto codice diligenter et accurate perspecto, et ad editionem Hervagianam collato, bona fide notavi, multisque in locis gravissimum ac eloquentissimum oratorem fœde ac turpiter mutilatum depravatumque offendi: (præter enim innumera pene librarii menda, constructionisque verborum perturbationem, integros interdum versus præteritos atque omissos reperi) quem tamen studio, opera atque industria tua perpolitum, integritatique ac nitori suo restitutum, sic jam exiturum speramus, ut non multa in ejus orationibus, sive splendorem verborum, sive sententiarum ornamenta spectes, homines ingeniosi ac docti desideraturi sunt. Ego tantum profecto veteris codicis antiquitati tribuo, ut is vel propter solam numerorum concinnitatem et suavitatem admirabilem compositionis (quæ in altera editione desiderari aliqua ex parte videtur) publicis sumtibus totus describendus, pervulgandus atque edendus mihi esse videatur.

Nam cum unus Demosthenes inter omnes oratores græcos excelleret, quod summam prudentiam, summamque vim haberet dicendi, ejus fulmina (ut inquit Cicero) non ita vibrassent, nisi numeris contorta ferrentur, quorum ceu lineamenta ac vestigia quædam singularia in manuscripto codice apparere atque conspici posse existimo. Continet is liber fere omnes Demosthenis orationes præter *ἐπιστολὴν φιλίππου, Δημοσθένους ἐπιστολὰς, προοίμια δημηγορικὰ, ἐπιτάφιον καὶ ἐρωτικὸν λόγον, τὸν πρῶτον καὶ δεύτερον κατὰ στεφάνου ψευδομαρτυριῶν, τὸν κατὰ εὐέργου καὶ μνησιβούλου, τὸν πρὸς κάλλιππον, τὸν κατὰ νεαίρας.*

Scholia quoque græca in margine notata descripsissem, atque ad te misissem: sed video pleraque esse eadem cum iis, quæ in exemplari græco Luteciance editionis reperiuntur.

Reliquum est, ut ipse, quem omnes in omni judicio elegantissimum judicant, pro ingenio tuo singulari, præstantissimum oratorem, artificio quodam et expolitione distinctum, notisque insignibus illustratum in lucem de integro nunc proferas, pristinæque dignitati suæ restituas: qua re non posteritati tantum plurimum commodabis, sed æternum etiam virtutis, doctrinæ, industriæ, laborumque tuorum præconium colliges, summamque gloriam ac laudem tibi comparabis. Vale.

Simon Fabricius
Marcopibertanus Francus.

Ego vero singulari diligentia et judicio viri egregie docti delectatus, pleraque ab eo notata subjeci: quamvis animadverterem, Augustanum codicem habere non pauca et cum meis conjecturis et cum cæteris *ἐκδεδομένοις τε καὶ ἀνεκδότοις* consentientia. In hoc enim genere contra præceptum Isocratis *πλεονάζειν, ἀλλὰ μὴ ἐλλείπειν εἱλόμην.* Quod factum nostrum in optimam partem candidos lectores accipere, et ærumnis nostris suo commodo frui velim. In eo autem, quod idem Fabricius censet, totum exemplar esse de integro describendum, his de causis ab illo dissentio, quod et qui id bona fide præstare possit, eo ipso excepto, hic scio neminem, et eandem lectionem ex æquo probaturi omnes non essent: et ex hac varietate diversarum lectionum, ea quivis homo doctus facile deliget, quæ maxime probet: et *ἡ τετριμμένη ὁδὸς, κατὰ τὴν πάλαι παροιμίαν, ἐστὶν ἀσφαλεστάτη.* Vale.

I. TAYLORI

AD SUUM DEMOSTHENEM DEDICATIO.

Nobilissimo Illustrissimoque Dno. Dno.

IOANNI

Comiti Granville, *Vice-Comiti* Carteret, *Baroni* Carteret *de* Hawnes, *Insulæ* Jerseiensis *Ballivo Regio, Domino de* Sto. Ouen, *Augustissimo Britanniarum Regi a Sanctioribus Consiliis,*

etc.

Offero Tibi, Vir longe Illustrissime, Scriptorem, cui, incredibili omnium ætatum consensu, maxima vis dicendi conceditur, Atheniensem Demosthenem: Metam illam eloquentiæ humanæ, in quo sc. natura, quid erat in illo genere laudis summum, experta esse videtur, et monumentum posteris tradidisse, quantum optima animi indoles acute et feliciter inveniendo, quantum mellitissima lingua ornate et eleganter dicendo, quantum denique (ut fama fertur, nam id hodie non sentimus) studium et oris confirmatio apte et erudite pronunciando, consequi potuisset.

Eum ut ad Te potissimum deferrem, Vir Nobilissime, nobis felicissime cessit, quod non mea me magis voluntas incitaret, quam admoneret publica omnium exspectatio. Efflagitarunt, inquam, populares Tui, ut prodiret iste orator Tuo numini consecratus, eodem animo, quo sentiunt, eodem ore, quo profitentur, Te unice natum esse ad eum feliciter imitandum. Voluerunt, ut esset, aliqua saltem ex parte, locus Tuæ sollicitudini in eo auctore edendo, quem omnibus iis virtutibus, quæ civilem hominem decent, quem gratia dicendi, consiliorum gravitate, incredibili studio reip. et genere orationis, totum effinxisti.

Proinde merito gaudebam, eum maxime ex omni antiquitate ad hanc nostram ætatem, meamque operam reservari expoliendum. Cujus evulgandi ratio tam propriam Tibi et peculiarem hanc nostram nuncupationem fecit, quam diuturni temporis usus istiusmodi commendationes vel communes reddit, vel suspiciosas. Nihil enim assentationi, nihil consuetudini datum iri sensi: nihil de Te ita dici posse, ut idem illud de alio, vel in hac, vel in longa majorum memoria, dici potuisse videretur: tantum autem a me exspectare orationis necessitatem, quantum ab aliis solet vel emendicare fortuna, et exprimere adulatio.

Præterquam vero, quod omnibus notum sit, qui de hujusce gentis laudibus aliquid norunt, quantum nobilissimum hunc scriptorem præ cæteris antiquæ eruditionis et eloquentiæ auctoribus didicisti, nobis id etiam privatim innotescit, tantum eum Tibi adferre voluptatis in evolvendo, quantum publice adtulerit fructus ad imitandum. Quoties Te audivi (audivi autem sæpenumero) memoriter ea loca adducere, prout sermonis nostri ratio postulabat, quæ ille vel sapienter in usum suorum civium elaboravit, vel magnifice ad posterorum admirationem, toties Te memini tanta cum gratia, tanta oris suavitate, tam eleganter ea recitare, quam ille scripserit feliciter.

Jam vero quale est illud, non solum studio et assiduo labore efficere, ut hæ artes essent in Te summæ, verum etiam gratia et præsidio, ut apud alios quodammodo essent perpetuæ! Nam cum oratorem hunc nostrum emaculandum in me receperim, (recepi autem diligenter, cum tanti auctoris celebritate, tum Tui nominis religione non mediocriter permotus) nihil a Te non est elaboratum, ut prodiret tum ornatissime, tum etiam emendatissime. Proinde Demosthenem Tuum omni officiorum beneficiorumque genere demereri velles, et ut tantum jam foret in consilio tuo sollicitudinis, quantum olim erat in exemplo auctoritatis. Non in adumbranda operis imagine, non in ordinibus disponendis atque adornandis, Tuum deerat studium aut diligentia, non hortatio ad ea loca penitius recolenda, ubi desiderari videretur quædam animi intentio, non in iis una recolendis solertia et auctoritas. Nemo erat vel supellectile libraria, vel ullo ad hanc rem aut usu aut consilio paulo instructior, cujus Tu fidem non implorasti. Postremo in quodam colloquio, cujusmodi consuetudine me honorare soles, cum de MStorum usu et præstantia sermo inter nos haberetur, atque in mentionem incideremus vetustorum exemplarium, quæ in instructissima Bibliotheca Viennæ Austriacæ adservantur, (idque memini me fecisse dolenti potius similem, quod propter vel itineris longitudinem, vel rei ipsius difficultatem, nostrorum hominum paucissimis eorum usus aliquis contingeret, quam optanti, neque exspectanti, fore, ut mihi aliquando contingeret) Tu protinus ea, qua merito eras apud Augustissimam Imperatricem gratia, curasti, ut mihi necopinanti depromeretur exemplar et ætate et sinceritate spectatissimum, atque ad nitorem Tui Demosthenis accederet quasi cumulus, istius membranæ varietas, summa, quam vidi, et morosa diligentia exactissime descripta. Ita res maximas imperii, et gravissimas nostræ reip. curas cum literarum fortunis temperasti; atque ea studia, quæ per hosce aliquot annos summa cum inclementia nonnulli ne in otio quidem patienter adspicere solebant, Tu interea in maximis muniis exercitatissimus, non solum diligenter excolere, verum etiam utiliter propagare potuisti.

Olymp. CXIV. 1. æt. D. 57. Mors Alexandri. quot annos regnavit, vixit, genus mortis. Schottus. Res Demosthenis præclare gestæ. Lucian. Enc. D. Plutarch. Apophth. p. 17. Leopard. Emend. XV. 9. Imago ejus Piræi. Pausan. Meurs. in Piræeo c. 7. obsidet Antipatrum Lamiæ. In bello Lamiaco, cum Antipater intra Lamiam a Græcis conclusus esset, Demosthenes dixit, non eandem sibi esse sententiam, ac Atheniensibus, qui ob hunc lætum nuncium sacrificabant. Novi enim, inquit, Græcos stadium pugnare et scire et posse, Dolichon autem non item. Plut. in X. orat. simile Phocionis Plut. Præcept. Polit. p. 388. fin. Demotionis, Areopagitarum principis, filia virgo, audito sponsi Leosthenis interitu, qui bellum Lamiacum concitarat, se interfecit asserens, quamquam intacta esset corpore, tamen, si alterum accipere cogeretur, quasi secundum acciperet, cum priori mente nupsisset. Hieronym. adv. Jovinian. l. 1. Pytheas et Callimedo Carabus. Hortantur græcas civitates hinc legati Antipatri, inde Athenienses. Demosthenes tum exsul resistit Pytheæ. Pytho Byzantius rhetor. πολλῷ ῥέοντι — Dem. ipse. Plut. in v. Dem. Sextus Empir. p. 297. ed. Fabr. Tzetz. Chil. VI. 38. Olear. ad Philostr. p. 283. Voss. de Nat. Rhetor. p. 81. Ælian. V. H. XIV. 28. Phot. cod. 241. Demetr. Phaler. c. 80. et 286. Lac Asininum. Decretum de Demosthene reducendo. Εἶπε Demo Pæaniensis. Missa triremi revocatur. Effusa turba excipitur. Præclarior reditus, quam Alcibiadis, quia populus sponte revocavit. Mulcta districtus. Elusa lex. Jovis Σωτῆρος ara. Munus Dem. locatum L. talentis, quanti scil. ei lis fuerat æstimata. Plut. Phot. Reditus Demosthenis. Justin. XIII. 5. Diod. Sic. rediise ait anno proximo.

CXIV. 3. æt. Dem. 59. Obiit, eodem anno quo Aristoteles. Laert. V. 10. in Aristot. NB. anno proximo Menander fabulam do-

cuit primam. moritur Aristoteles annum agens 63. et Dem. 60. Gell. XV. 28. Photius ex aliis annos 70. Demostheni tribuit. Antipater cum Cratero Athenas contendit. Aufugit Dem. aliique. Eos P. A. Demade rogante capite damnavit. Antipatri satellites. Archias dictus φυγαδοθήρας, olim histrio. Hic ex Ajacis fano, quod est Æginæ, extrahit Hyperidem oratorem, Aristonicum Marathonium, Hemeræum, Demetrii Phalerei fratrem. Hi missi Cleonas ad Antipatrum capite plectuntur. Hyperidi lingua præcisa. Plut. Arrian. de rebus post Alex. gestis. apud Phot. p. 124. Demosthenes in templo Neptuni, quod erat Calauriæ, sedet. Huc magnis actuariis contendit Archias, Antipatri gratiam pollicetur. Eustath. comm. ad Dionys. Perieg. versu 469. Insomnium D. Archia, nec histrio me movisti, neque nunc movebis promissor. Quo ad iram converso, Nunc, ait, oracula edis Macedonica, modo mimum egisti. Sustine parumper dum meos domi salutem. In interiora templi recedens, scribenti et meditanti similis, calamum veneno imbutum ori admovit capite inclinato. Stipatores, qui ad fores stabant, riserunt ut ignavum. Archias instat. Reditum in gratiam cum Antipatro ostendit. Intentis in Archiam oculis, Fac agas ex tragœdo Creontem etc. Cum aram præteriret, concidit animamque efflavit. ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ ΕΠΙΒΩΜΙΟΣ. Dr. Mead. Barton ad Plutarch. De morte D. et genere mortis Strabo l. 8. Pausan. in Attic. et Corinth. Hell. XVII. 21. Nep. in Hannib. Dr. Heberden. Dr. Askew. Eratosthenes in cavo annulo refert eum venenum habuisse, et hunc annulum pro brachiali gessisse. Plin. XXX. 1. Alii sub gemmis venena cludunt, sicut Dem. summus Græciæ orator, anulosque mortis gratia habent. Plin. XXXIII. 1. Pausan. in Att. p. 14. Vincent. Bellovac. spec. Nat. l. 7. Obiit 16. mensis Pyanepsionis. Plut. in utraque vita. Meurs. Lect. Att. IV. 21. Corsin. F. A. T. I. p. 108. Obiit die 17. Octobris, quem diem Cereris sacris tristissimum agentes fœminæ in templo Deæ jejunant. Contigit hoc 280. annis ante excessum Ciceronis. Ejus tumulus Calauriæ in fano Neptuni. Pausan. p. 13. et 248. Strabo l. 8. Circa Peloponnesum etiam nunc in Ægæo Phthiusa et Ægina Epidaurico litori proxima, Trœzenia Calauria inter ignobiles alias leto Dem. nobilis. Pompon. Mela II. 7. Cum domum æternam adiit, testamento reliquit Archippam uxorem servo Phormioni cum libertate. Thysius apud Gronov. Antiqq. p. 1370. [Thysium hæc scripsisse, si de Demosthene scripsit, nil miror; Taylorum autem etiam atque etiam miror, sive quod tam stulta commenta digna habuerit, quæ iteraret, sive quod prætermiserit notare atque corrigere, si tanti erat tam absurdas nugas recoquere. Non Demosthenes, sed Pasio, Apollodori pater, Archippam Phormioni legavit, de quo satis superque constat e Demosthenis orationibus pro Phormione et in Stephanum. Sed vere credidisse Thysio somnianti Taylorum, paret ex additis in continente] Ita Demosthenes pater uxorem etiam testamento reliquit T. Titulo Pueritia et Adolescentia. [quid sibi velit T. non intelligo. nisi est *Taylor*. Debuit Aphobo scribere.]

Olymp. CXXV. 1. Gorgia prætore (q. anno CXIV. 4. vel CXV. 1.) P. A. statuam æneam decrevit et victum familiæ in Prytaneo, rogante Demochare, sororis filio. Plut. X. orat. Basi statuæ inscriptum hoc epigramma. Εἴπερ ἴσην γνώμῃ ῥώμην, Δημόσθενες, εἶχες, Οὐδέποθ' ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδὼν, ab ipso Demosthene conscriptum, teste Demetrio Phalereo. Plut. Suid. in Antipatro. [Hic subjecerat Taylor, quam omittere mihi liceto, totam Democharis rogationem e Plutarcho transscriptam. Ne quid tamen, quamvis tenue, pereat reliquiarum Taylori, adscribam duas ejus ad hoc monumentum annotatiunculas. 1) ad v. Λευκονοεύς. Excusum Λευκονθεὺς, saltim in quibusdam exemplaribus editis. Sed scribendum est λευκονοεύς. Sic T. [id est Taylor] in D. bis infra. Suidas ι ante ευς inserit. Scribit enim Λευκονιεὺς δῆμος τῆς λεοντίδος. οἱ λευκόνοι. 2) ad illa verba πλείω πεντακοσίων ταλάντων adscripserat hæc. πλείω φησὶ τάλαντον codex Petav. erat nimirum ,φ' hoc pacto, id est 500. quod scriba arripuit pro φησί. In calce monumenti adscripserat v. quæ Ruald. Stephanus, Amiot. Casaub. MS. etc.

17. Demosthenis Vitia, amores etc. Laidem amavit. Athen. p. 588. Gellius ex Sotione 1. 8. legitur *Phocione*. Io. Sarisber. Tanti pœnitentiam non emo. v. Gron. de monetis veterum. οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν. Macrob. II. Saturn. σχ. Aristophan. Pluto ex Phocione peripatetico 149. Athen. l. 13. p. m. 291. Lais. viri docti ad Xenocratem Laertii. Carrion Antiq. Lect. II. 12. Polit. ad p. 611. Eustath. ed. Flor. Stephanus Poeta comicus (Fabric. Catal. Comic. N. [id est Nos] ad Neær. a Demosthene civitate donatus. Auctor anonymus præf. ad Aristophanem. Lais capta in expeditione Sicula Olymp. XCI. Λαΐδα τὴν ἑταίραν ἔτι κόρην ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις πραθεῖσαν εἰς Πελοπόννησον κομισθῆναι. Plut. in Nicia. Lais κόρη f. 15. annorum Olymp. XCI. 2. ergo ad Olymp. XCIX. 3. quo natus fuit Demosthenes, anni 33. 15 + 33 = 48. Demosthenes annos natus 15. tum 15 + 33 + 15 = 63. Lais et Nais. Aristoph. Plut. Athen. Lais ἀξίνη ἐπίκλησις. Ælian. V. H. XIV. 35. et alibi. Prolem ex meretrice suscepit, Athen. p. 592. sumptuosus, Athen. p. 593. vestitu nitido, Gell. I. 5. Adolescentes in amore habuit, Athen. ubi T. inter quos Cnosiona, cum quo concubuit Demosthenis uxor, Athen. l. c. plura de ejus intemperanti libidine, Athen. l. c. Os pollutum, Gell. 1. 5. Dem. in καπηλείῳ Diog. Laert. in Diogene Cynico. Ælian. V. H. IX. 19. Plut. quo-

modo quis etc. Βάτταλος ἐπίκλησις. Infamia de Moscho. Eubulus. Aristarchus. Biographi duo MS. Biblioth. Paris. Nos ad Midianam. σχ. ad Æsch. π. παραπρ. §. 46. ed. *Brooke*. σχ. n. 348. ed. Paris. [Demosthenis puta] Suid. Æsch. c. Timarch. Athen. σχ. Hermog. p. 190. Midianam et σχ. Vales. ad Harpocr. p. 80. Schott. ad Olymp. CXII. 3. Populi plausum ambivit. Æl. V. H. IX. 17. Cic. Tusc. V. Laert. in Diog. Cyn. l. 6. οὗτος ἐκεῖνος. Nannius apud Gruter V. I. p. 1333. 1334. L. Gyraldus T. II. p. 377. Horat. in Odis ad Musam Melpomenam ait. Totum muneris hoc tui est, quod monstror digito prætereuntium. Tractum est a Demosthene, qui, prout refert Plutarchus, adeo gavisus est lanista [alii mercenario] digito ostendente sociis suis, dicendo. Hic est ille Demosthenes magnus. Schol. ad Persium l. 28. ex cl. Wassei Bibl. Literar. An, si Demosthenes jure lætatus est, quod illum anus attica ita demonstravit, οὗτός ἐστι Δημοσθένης, ego celebritate mei nominis gaudere non debeo? Plin. IX. Ep. 23. Cum Dem. dicturus esset, concursus audiendi causa ex tota Græcia sunt facti. Cic. de clar. or.

18. Demosthenes et Cicero. Æmulatio naturæ et fortunæ. Et naturæ dotibus et fortunæ casibus simillimi. Omnino Gellius XV. 28. Politicæ similitudines Plut. D. et C. compar. Multa in utroque similia, cum in vita tum in oratione. Uterque paucos annos vixerunt, eodem ætatis tempore in forum progressi. Gell. XV. 28. Reip. causam sustinuit unus contra Philippum, alter contra Catilinam et Antonium. Exsulavit et revocatur. exsulavit bis. fuga salutem quæsivit, unus ad Chæroneam, alter ad Pharsaliam. Utrique mors violenta, eodem exacto vitæ curriculo, utrique immatura, et ab hoste inimicissimo profecta et ob eloquium. Eloquio sed uterque perit orator, utrumque Largus et exundans leto dedit ingenii fons. Uterque filiam dilectissimam amisit, redux ab exsilio cum honore, cum libertate publica interire. (sic) Quid habuit in libertate ultimum. Cic. et Roscius. Dem. et Andronicus. Corn. Nep. in Phocione XIX. 2. Uterque nactus famæ derogatores, hic Demadem, ille Antonium. sed plus cavendum est, ne fera propter jam propalati augmenta voluminis in aliquos forsitan incidamus vituperones, quorum fugere linguas cote livoris naturalitus acuminatas ne Demosthenis quidem Ciceronisque sententiæ artifices et eloquia fabra potuere, quorum anterior orator Demadem, citerior Antonium tolerav ere derogatores, qui lividi cum fuerint malitiæ claræ, dictionis obscuræ, tamen ad notitiam posteriorum per odia virtutum decurrunt. Sidon. VIII. Ep. I. In stylo et orationis genere Quintil. X. 1. Longin. §. 15. Cæcilius. v. Suid. et Plut. in vita Dem. Renatus Rapinus S. I. Nigronius S. I. Comparison of Cic. and D. gallice. Arch. D. Stephens. Perraultus. Fr. Maucroisius Paris 1685. Fontenelle Dialog. Mort. A. 1712. A. Schott. vitæ compar. Dem. et Aristotel. P. Clobardus, Flander, præfatur ad Olynth. 3. Antwerp. 1538. de compar. Cic. et Dem. Rob. Britannus Paris 1643. 4. latine vertit et edidit Dem. orat. ad Philippi epistolam, adjectis aliquot locis, quos Cicero ex Demosthene adumbravit vel vertit. Bergerus. Hermogenes. Ciceronis locus e Dinarcho expressus Muret. Var. Lect. II. 7. in pro Sylla e Dem. Mur. ib. II. 18. in II. Philipp. Muret. II. 19. VII. 27. VIII. 10. II. 19. 20. XIII. 10. XIX. 13. Lips. Var. Lect. I. 3. 22. II. 5. 16. 20. 27. III. 4. 6. 28. Petr. Victor. Var. Lect. XV. 3. XVIII. 21. Quantum ingemiscant patres nostri etc. Liv. 21. 53. ex Aristocratea. v. viros doctos ad Lucian. T. III. p. 464. Quod fretum, quem Euripum etc. Cicer. κῦμα v. Lips. in V. L. l. c. Muret. VIII. V. L. 10, 11. not. ad Æ. 414. 14. Tourreil. ad loc. rursus Tourreil. p. 466. 468. Hoc nec gratior exstitit quisquam — Cic. Orat. Unus eminet inter omnes — Id. ibid. Plane quidem perfectum — Id. in Bruto recordor me — Id. in Orat. Demosthenem igitur imitemur — Id. in Bruto. Demosthenes Ciceronem ex magna parte, quantus est, fecit. Quintil. X. 1. Sadolet. de liberis recte instituendis. Juvabit cognosse etc. M. Tullius cum se totum ad imitationem græcorum contulisset, effinxit vim Demosthenis, copiam Platonis, jucunditatem Isocratis. Hunc igitur spectemus, hoc propositum nobis sit exemplum. Ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit. Quintil. X. 1. Demosthenes tibi præripuit, ne primus esses orator, tu illi ne solus. v. Hieronymi epist. ad Nepotian. Nec vitium dixerim, si Cicero a Demosthene paululum hac in parte descivit. Quintil. IX. fine. Quicquid attica, quicquid romana præcipuum habet lingua, cognovit; aurum Demosthenis et ferrum Ciceronis expendit, utramque dicendi seriem latinus Relator implevit. Ennodius I. Epist. 5. Non Ciceronis modo, sed etiam ejus, qui est strictior multo, Demosthenis. Quintil. XII. 10. Quis ita ad Æsopi venustatem, quis ad sophisticas Isocratis conclusiones, quis ad enthymemata Demosthenis, aut opulentiam Tullianam, aut proprietatem nostri Maronis accedat. Auson. ad Symmach. Ep. 32. Ad explicandam incredibilis gaudii magnitudinem et tulliani fluvius siccaretur ingenii et contortæ Demosthenis vibrateæque sententiæ tardius languidiusque ferrentur. Hieron. Ep. 97. ad Demetriad. de servanda virginitate. Ubi mare illud eloquentiæ Tullianæ? ubi torrens fluvius Demosthenis? Hieron. Ep. 93. ad Salvianum lapsum. Ἐπιμονὴ or Amplification. αὔξησις Longin. Alexander Ald. Rhet. Gr. de σχήματι ἐπιμονῆ. Demosthenes et Pericles nunquam dixit ἀπερισκέπτως. Cum Athenienses ad dicendum vocarent, οὐ συντέταγμαι, inquit. non omnes meas copias in ordinem redegi. Plutarch. tract. I. item in Aldina ὁμολογοῦμαι (sic) μεμελετηκέναι. καὶ γὰρ etc. Epicli obji-

cienti orationem meditatam, dixit: erubescerem, si tanto populo consulens extemporali oratione uterer. Plut. X. orat. v. Historiam Midianæ Plut. polit. præc. p. 390. ad illam causarum operam, ad quam ego nunquam nisi paratus et meditatus accedo, adjungatur hæc juris interpretatio, quæ non tam mihi molesta sit propter laborem, quam quod dicendi cogitationem auferat, sine qua ad nullam majorem unquam causam ausus sum accedere. Cic. I. de Legg. Hermog. π. μεθ. δεινοτ.

Ciceronis sales et dicteria. In his vincit romanus, gravitate græcus. Quintil. VI. 3. X. 1. Cicero dicax etiam dicebatur. Macrob. Sat. II. 3. VII. 3. Seneca Controv. 8. E quibus (Atticis) tamen non omnes faceti, Lysias satis et Hyperides, Demades præter cæteros fertur, Demosthenes minus habetur. Quo quidem mihi nihil videtur urbanius. Sed non tam dicax fuit, quam facetus. Est autem illud acrioris ingenii, hoc majoris artis. Cic. Orat. Dicacitas proprie significat sermonem cum risu aliquos incessentem. Ideo Demosthenem urbanum fuisse dicunt, dicacem negant. Quintil. VII. 3. Bons Mots. ὄνου σκιά. prov. usus Sophocles in Cedalione, Aristophan. in Dædalo, Lucian. in sectis, Demosth. in Philipp. Menander in Enchirid. Plato in Phædro, Procop. in quadam epistola, Orig. præf. ad librum 3. adv. Celsum. Aristoteles apud Suid. in διδασκαλίαις ait hoc nomine fabulam exstare. Plut. X. orat. Zenob. Apostolius XX. 4. Suid. ὄνου σκιά. ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς. σχ. Aristoph. Vesp. 191. Apulei. Metamorph. l. 9. extremo. Demosthenes Scytha matre barbara natus, quid dixit. Rutil. Lup. T. Tit. Mater. Timothei dictum. Bons Mots. *Cum Demade.* Me Demosthenes. sus Minervam. Hæc Minerva nuper in Collyto in adulterio deprehensa est. Plut. Vit. et præc. pol. p. 390. Collyto. Juven. *Cum Phocione.* v. Corn. Nep. Phoc. Phocio short and pithy. Dictum Polyeucti (Polyeuctus ille cum Lycurgo et Demosthene legatus ad Peloponnesios) μέγιστον Δημοσθένην, δυνατώτατον δ' εἰπεῖν Φωκίωνα. Plut. in Phoc. et polit. præc. NB. quære num δειν. an δυνατ. quotiescunque assurgeret Phocio dicturus, dixit Demosthenes ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς ἀνίσταται. Plut. in polit. præc. in vita Dem. in v. Phoc. Stobæus serm. 37. p. 221. Demostheni dicenti ad Phocionem, occident te Athenienses, si quando cœperint insanire, respondit Phocio, te vero, ubi ad sanam mentem redierint. Plut. in Phoc. p. 184. et Apophthegm. p. 113. Annon hoc potius Demadis, quam Demosthenis? v. Plut. Moral. Mulier parata est depositum reddere etc. Valer. Max. VII. 3.

Hic desinebat Taylori diligentia compilandi. Nam loci e Stobæi et Maximi atque Antonii florilegiis transscripti, qui Adversaria Taylorana demosthenica claudunt, huc nil faciunt. Fessus equidem sum describendo, et nunquam hæc edidissem, quæ jam dudum

a Schotto et aliis occupata et in vulgus nota sunt, nisi voculas metuissem malevolorum, qui de fide mea fuissent dubitaturi, si quid a Tayloro profectum celassem, atque clamaturi, me Tayloranorum optima quæque suppressisse, aut mihi arrogasse. Ego profecto, ita medius fidius, si prævidissem in schedis Taylori me non inventurum esse meliora iis, quæ inveni, nunquam operam dedissem, ut eas adipiscerer; et sic locum omnem calumniæ atque suspicioni exclusissem. Sed fideliter verbo tenus reddidi, quæ inveni, in quo erunt, qui superstitionis me atque vecordiæ notent. Quid agerem, ubi cavere non possem, quominus in alterum scopulum humanæ iniquitatis impingerem; malui excessu religionis peccare, quam committere, ut Manium Taylori contemtor atque violator viderer.

ANTONIO ASKEW,

MEDICO ET CRITICO FELICI,

S. P. D.

IO. IAC. REISKE.

Demosthenem tibi meum, Askewi, Vir Clarissime, cur inscribam, caussæ mihi sunt, id quod te non fugit, publicæque, privatæque. Quæ nos intercedit satis vetusta necessitudo, Leidæ Anno 1745 inchoata, cum aliquamdiu, per locorum, quibus disjungimur, intervalla, negotiorumque dissimilitudinem, interquievisset, nuper eam benigna tua et imprimis liberalis promissio de schedis Taylori, Demostheni consecratis, quæ in potestate tua sunt, ad me mittendis, renovavit. Quæ promissio spem de te meam, ut non superavit modo, sed etiam antevertit, ita nihil poterat ea mihi neque jucundius, neque honorificentius accidere, cum ea sit Taylori schedarum auctoritas atque præstantia, ut si eas nihil aliud quam edidero, tametsi nulla de meo domestico penu auctas accessione, vel solæ tamen sint meam Demosthenicarum reliquiarum editionem, non ornaturæ modo, neque commendaturæ, sed plane etiam necessariam reddituræ. Et te, Askewi, tantum virum, quantus in rep. litteraria meritis tuis cognitus es, tanti me facere, ut provinciam, quam ipse tute in te suscepisse nuper a fama ferebaris, in me transferres, mihique schedas reciperes crediturum, tanti faciendas, ecquæ præjudicii gravitas! quam splendida, si vanus sim, jactantiæ materia! Quam de tuo erga me animo dubitationem silentii tui diuturnitas injecerat, eam istæc tuæ voluntatis veluti subito prorumpens quædam aura disjecit. Vere tu adhuc es vetus ille, qui Leidæ eras, certus et calidus amicus. O si fatalis nescio qui casus, o si fati mei maligni-

tas ne intercessisset, Italiam tecum peragrassem, Græciam, Asiam, Franciam, Britanniam; tot nobiles spectassem populos, musea, bibliothecas; viros adissem litterarum laude florentes; calamo exaratos tractassem optimorum auctorum, antiquitatis principum, codices, vetustate fideque venerabiles; monumenta vetusti ævi clarissima coram intuens veneratus essem; rivos, montes, oppida, tractus, poetarum atque historicorum seu natalibus, seu sedibus, seu testimoniis nobilitatos, salutassem; artificum in quocunque seu ingenii, seu manus exquisito opere summorum officinas lustrassem, calcassem vestigia. Particeps nunc essem gazarum, quas tu illinc, et magnas, et singulares, in Britanniam tuam tecum retulisti. Sed secus visum fuit superis, quibus gratias etiam habeo, a rebus adversis quam plurimis doctus, in mediocritate sortis meæ conquiescere. Ecquis enim auctor mihi sponsorque sit, futurum fuisse, ut itinerum tot molestias toleraret, tot evaderet discrimina, corpusculum hoc, quod natura mihi tribuit, ita valetudinarium? Comitatus te si essem, mi Askewi, ut condictum inter nos erat, nescio an Xanthi nunc arenæ, Simoentisve, ossa mea tegerent, neque liceret, id quod nunc licet, Demosthenis, aut si qui sunt alii e vetusta Græcia mihi familiares, eorum ossa legere, pro virili mea lavare, ungere, sertis redimire. Deo enimvero gratias habeamus, Askewi, qui te quidem salvum ac sospitem, spoliisque Orientis insignem, patriæ, amicis, litteris reddidit, quas tu multis egregiisque modis ornas; me autem in provinciam misit, non amplam quidem illam, neque quæstuosam, neque admodum delectabilem, eam tamen, in qua bonas, quas a puero amavi, litterulas, per otium, non plane nullo ad publicum fructu, exercere possim, in consuetudine conjugis, quæ mihi divinitus obtigit, fida et sollers studiorum meorum socia. Hæc hactenus. Ad te redeo, mi Askewi. te si aiam hujus mihi operis auctorem fuisse, haud vereor, ne a vero multum discessero. Diu enim inter spem boni successus, metumque adversæ fortunæ desperationemque cum dubius pependissem, eo inprimis accensus ad audendum permotusque sum, quod tu mihi de schedis Taylori ad me mittendis fidem tuam obligares. Quo factum est, ut spretis impedimentis, discriminibus et terriculamentis, quæ me plurimaque maximaque circumstabant, operi manum admoverem extrudendo. Quicquid ad Demosthenem decoris ab hac editione mea olim judicabitur accesisse, quod quantum sit futurum res diesque docebit, ejus partem haud contemnendam auctoritati tuæ, mi Askewi, grata posteritas imputabit. De singulari tua græcarum litterarum peritia ecquid ego multa hoc loco prædicem, de qua inter omnes constat? Jam Leidæ, cui deus bene velit, almæ studiorum meorum juvenilium nutrici, Leidæ, inquam, vidi penes te spissum volumen a te conscriptum, tum adhuc juvene, animadversionum ad græcos auctores,

sed tragicos inprimis, quod, qua eos assiduitate, qua ingenii felicitate, qua judicii severitate tractares, testaretur. Erit olim posteris, cum in lucem illæ prodibunt, de quo sibi congratulentur. Interim salutem civium tuorum tuæ artis felicitate tueris. Etiam hoc Britanniam tuam ornas, quod bibliothecam, a te magno sumtu, neque minore contentione, et felicitate adeo, collectam, usibus virorum doctorum patefecisti, tam locupletem, tam instructam codicibus græcis latinisque calamo exaratis, et editionibus auctorum veterum, typographiæ nascenti æqualibus, aliisque, paullo quidem illis juniorribus, hactenus tamen magni faciendis, quod margines earum seu varietates lectionum e bonis vetustis libris exscriptas, seu doctorum virorum scitas observationes præferant; ut certus sim hodie superesse privatum neminem, cui sint hujusmodi copiæ cum tuarum seu numero, seu excellentia atque raritate comparandæ. Quas tu copias non sepelis, non domi premis invidus, sed roganti cuique, qui bene honesteque iis usurus esse videatur, impertis. Legetur in annalibus litterarum et tolletur nomen tuum, piisque pro salute tua, donec supereris, cumulabitur votis, et in famæ perpetuitate vivet, quoties e gazis tuis præclarum quid proferetur, ut nuper fecit sempiternæ vir memoriæ, amicus noster, in Herodoto suo, Petrus Wesselingius. Laudiorum quam celebre, quam perenne sit nomen, Pembrokiorum, Bodleyorum, Seldenorum, Cottoniorum, Bernardorum, quos imitaris, ecquem fugit? Verus hic est et pæne solus ejusmodi opum usus et fructus, cum monumenta sunt de virtute dominorum, de sapientia, et industria, et officiositate, et caritate patriæ, et cura constantis gloriæ et providentia posteritatis, testantia magis, quam de fortunis; cum horrea sunt et armaria bonæ mentis, cum fontes publici, non materia otiosæ et inertis jactantiæ, non stela infamis, inscitiam dominis, et vanitatem, et invidentiam, et illiberalitatem et ἀμουσίαν exprobrans; non paratum vermibus atque muribus pabulum, non præda vetustatis, ultro eas, etiamsi aliæ clades atque injuriæ absint, tamen lento tacitoque dente depasturæ. Male profecto vera suæ gloriæ momenta tenent, male existimationi suæ consulunt, si qui petentibus chartaceos suos thesauros occludunt, brevi post ab ipsa vetustate dilapsuros; quæ vetustas, nisi continuis doctorum virorum manibus detergatur, assiduisque multorum rimantium et exscribentium studiis identidem regeneretur quasi, ministerioque typorum ad remotissima secula, nitida semper et recenti florens juventa, propagetur, cum ipsa semet absumit, atque in cineres dilabitur, tum gloriam pristinorum conditorum atque possessorum secum trahit. Musarum pæne ausim Alastoras ejusmodi appellare pestilentes homines, litterarum lucem exstinguentes. Cujusmodi in pestes ut iterum atque iterum impegi, ita rursus de edendo Demosthene deliberantem mea me secunda fortuna proceribus Augustanæ reip. Oeffe-

lio, Bruckero, Lessingio, Bartholomæo, VV. CC. conciliavit, qui sua cujusque bona ita benigne, pæne dixerim, mihi ingesserunt, ut esset in iis recti et elegantis vir judicii, Oeffelius, qui rogandum me potius censeret, suis ut vellem bonis uti, quam se, ut eorum copiam faceret; majusque se dantem, quam me accipientem, beneficium auferre affirmaret. Quæ quamquam tardioribus, aut quæstui deditis, habebitur humanitatis quædam intemperantia, perspicaciores tamen et liberaliores consentientem eam veritati invenient orationem. Hujus viri, cujus in laudes gestit animus excurrere, ita me mores ejus politi, ita candor animi, ita litteræ mirificæ, ita latinitas exquisita, qua suas ad me litteras condit, cepere; sed locus non patitur; hujus igitur subtilitatem atque elegantiam judicii sibi proponat imitandam, si quis intelligat, in quo sua, in quo publica litterarum res agatur. Nos profecto, quotquot sumus vulgo derisui, homines navi, honorum, et mollitiei, et luxus, et splendoris, et divitiarum contemtores, ætatem macris in litterulis agentes, iisque otium, fortunas, bonam valetudinem, spiritum ipsum insumentes, ultro etiam eramus invitandi, atque, suis ut bonis uteremur, rogandi ab his, si qui iis, aut a fortuna oblatis, aut labore partis, sive per negotia, sive quacumque alia de causa, ipsi uti nequeant. Nescio enim an possessori bonorum singularium et inventu rarorum majus etiam decus publicatio eorum afferat, quam obscura et infructuosa, quasi in carcere quodam mancipatio, minuti testis animi, aut cupiditatis bona sua prostituentis. Quid enim aliud bibliothecarii, membranas suas venales habentes, quam lenones, puellas suas plus licenti vendentes, et quæstum ex iis facientes? Beatos itaque illos, qui a te, Askewi, a gazisque tuis propius absunt, quibus in iis, in tuaque humanitate et communicandi facilitate paratum est præsidium! Beatos posteros, quibus hic fons a te apertus manabit! Beatum me quoque, cui tu hoc tribueris, ut ministerio meo Taylori schedas, viri de Demosthene cæterisque oratoribus atticis egregie meriti, orbi litterato velles impertire. Summi a me Taylorum, sic meritum, fieri, cum hic testor bona fide, tum in præfatione, et alibi sæpe testatus sum. In locos autem ejusdem præfationis cum incides, mi Askewi, eos, ubi de Taylori atque Marklandi, civium tuorum, de Demosthene meritis, libere, pro sensu meo, judicandum mihi esse duxi, tam bene de tua, populique tui universi, æquitate spero, ut confidam, ejusmodi locos offensioni vobis non esse futuros, reputantibus hoc primum, humanis in rebus omnibus nihil esse perfectum numerisque omnibus absolutum; deinde, privatum hoc esse meum de vestris civibus judicium, quod nemini pro lege irrogatum velim; et a quo prævideo fore ut bene multi in diversa discedant; tum, paris hujus virorum clarissimorum causam ad populum illum, quem litteris suis illuminarunt, universum nil pertinere, cujus dignitati ab illorum paucis quibusdam facileque ferendis lapsibus nil quicquam decedit; nævos denique si quos in corpore cæteroquin formoso notemus, totum ideo a nobis nullo modo contemni. Egomet ipse quam numero multi sint magnique operæ a me ad ornandum Demosthenem collatæ nævi, ut probe teneo, et nescio an magis etiam, quam illi, si qui erunt, ejus reprehensores, ita nil me puduit ipsum ore meo profiteri. Neque enim fieri potest ut mihi desint Toupii, et si qui alii sunt, aut erunt, ejus similes Momi, qui, facto quasi agmine, in me censores asperi et iniqui consurgent. Quorum ego minas et importunitatem tanti non feci, ut ab iis absterreri me paterer, quo minus in publicum prodirem; bene mihi conscius, a me in tanta multarum rerum insuperabili et penuria et iniquitate, qua septus fui, tantum elaboratum esse, quantum bonus et æquus quisque aut exspectet, aut flagitet; plus etiam, (juvat enim ad deprimendum vanorum istiusmodi hominum nasum nonnihil insolescere et juveniliter gloriari) plus etiam, quam alius quispiam eodem loco, quo ego fui fataliter conclusus, præstiturus fuisse videtur. Tibi, mi Askewi, si non prorsus displicuero, qui arbiter sis hujusmodi rerum, et intelligens, et æquus, rem gessisse modis non omnino pœnitendis mihi videbor. Bene vale. Scr. Lipsiæ d. 8. Aprilis 1770.

ERUDITO LECTORI

S. P. D.

IO. IAC. REISKE.

Demosthenem edere, ex oratoris et rei dignitate, quam sit arduum, tametsi non ignorarem, neque me fugeret ingenii mei mediocritas. quæ a spe tantæ laudis procul abest, satius tamen duxi, conari, quam plane desperare. Propositam metam etiamsi non contingas, satis tamen ad laudem merendam arbitror esse, si navitate hæc consequaris, ut nobile aliquod et præclarum facinus ausus, a secunda fortuna non plane desertus esse, ad contentionem tibi nihil fecisse reliquum, processisse, qua potuisses, et fundamentum haud spernendum operis, cui manum ultimam posteriores imponant, posuisse videaris. Jacta itaque esto alea. Prodit, quod felix faustumque sit, Demosthenes nostra qualicunque opera, non perpolitus ille quidem, quod vel sperare sit arrogans et vecors, ita tamen emaculatus, id quod aienti mihi haud vereor ne res ipsa contradicat, ut superiores omnes editiones hæc nostra lectionum præstantia fideque sit superatura.

A tot tantisque viris collaudatus est certatim Demosthenes, et

hodie de laudibus ejus oratoriis ita constat, ut putidus sit et sibilis explodendus, si qui soli facem accendat. Tot præterea sunt et tam gravia atque spissa agenda et meditanda, et enucleanda, tam edituro hunc oratorem, quam ad eum præfaturo, ut vix finem operis inveniat, et pæne totam ætatem in eo uno consumendam habeat. Ego vero, ut mens mihi læva fuit, quod vehementer dolet, ad gustandum et imbibendum Demosthenem, et multo etiam serius ad edendum adjeci animum, quam ut exasciatum quid promittere, aut præfationis saltim copiosæ, plenæ, et vere pragmaticæ spem facere liceat. Juvat capita quædam hic attingere eorum, quæ præfationem paranti non leviter perstringenda, sed penitus excutienda et in plena luce collocanda sint. Debet ille e. c. de ratione veterum Demosthenem in scholis suis interpretandi, et in scriptis imitandi exponere; quæ imitatio est multiplex. non enim solummodo illi imitantur, qui locos oratoris quosdam aut verbotenus recitant, et scriptis suis intexunt, aut allusione quadam adumbrant; cujusmodi locos indagare, indicare, et cum exemplo primigenio comparare, munus imprimis nobile editoris est; quod nobis ne tentare quidem licuit; sed et illi imitantur, qui, ut Aristides fecit, orationes scribunt æmulas Demosthenicis, sive in idem consentientes argumentum, sive in partem contrariam. Debet porro de illis agere atque judicare, qui vitam Demosthenis literis mandarunt, de Ulpiano, et aliis vetustioribus in Dem. commentatoribus; de rationibus, quibus diversis veteres usi sunt, orationes Dem. distribuendi; de lexicis item rhetoricis, et quæ sunt alia hujusmodi plura, quibus omnibus vix homo sufficiat pertinacis et infatigabilis assiduitatis, qui totum literaturæ græcæ ambitum pervagatus, non memoria, id quod negatum est, sed adversariis conclusum habeat, ubi diligenter annotaverit singulos quosque locos veterisque novæque literaturæ quomodocunque ad Demosthenem facientes, qui bibliothecarum sinus, ad quas paucis aditus patet, Italiæ imprimis, ubi multa egregia et parum cognita, minusque etiam, quam pro merito, æstimata jacere atque situ perire necesse est, excusserit. Nobis autem, ab istis omnibus præsidiis, seu fortunæ, seu memoriæ, atque industriæ, desertis, ut qui sero Demosthenis edendi consilium ceperimus, pæne imparati, prætermittenda, aut certe vix leviter perstringenda sunt hæc omnia, et posteris, si qui erunt, de quo desperandum non est, editoribus relinquenda. Juveni fortunato, ætate et amicitiis florenti, cui datum sit exteros adire, qui gratia, vel auro, sibi obserata bibliothecarum scrinia reserare possit, cui vires sint integræ, ingens et excelsus animus, invicta laborum patientia, acres oculi, multo etiam acrius judicium, et diligentia vigil, quicquid legat, ad Demosthenem unum referendi, et in commentariis condendi. Nos vero jam senium pæne ingressi cœpimus cum Demosthene hospitium contrahere; unde

tempore post natus est ejus edendi conatus, qui si non omnino nihil expedisse videbitur, ut de re sic satis commode, inter tot incommoda circumstantia, gesta lætabimur. Ut brevis sim, agam quod potero, cum neque quod velim et assecter, neque quod assectandum et præstandum video, consequar. Missis igitur aliis omnibus id unum hac agam præfatione, ut fontes emendandi Demosthenis, et quomodo iis sim usus, demonstrem. Primum itaque de libris Demosthenicis typorum beneficio vulgatis (editiones vulgo usurpant) disputabo, tum de codicibus calamo exaratis, quibus editores quique suis in editionibus adornandis usi sunt, denique quid a me novi decoris ad hanc nostram editionem collatum sit, exponam.

SECT. II.

De editione Demosthenis Aldina.

Aldus nempe Manutius, pater quasi quidam, et nutritor græcæ literaturæ, in aliis, quos multos e situ et tenebris bibliothecarum in lucem publicam protraxit, auctoribus græcis præstantissimis, Demosthene quoque nos beavit primus, e typographeo suo Venetiis A. 1504. prodito. Volumen est in folio minore modicum, bipertitum. Pars prima procedit ad p. 320. quæ pagina exhibet Libanii argumentum ad orationem primam in Aristogitonem. tum novus orditur paginarum ordo, rursus a p. 1. ad p. 286. pergens. In p. 273. desinunt ipsæ Demosthenis reliquiæ. A p. 274. autem usque ad p. 286. continua serie leguntur Libaniana argumenta in orationes eas Demosthenicas, quæ illam paulo ante dictam primam in Aristogitonem excipiunt, cum hoc titulo *λιβανίου ὑποθέσεις εἰς τοὺς μετὰ τὸν κατὰ ἀριστογείτονος, δημοσθένους λόγους.* Nam in primo tomo Aldinæ singulis quibusque orationibus præmissa sunt argumenta, non Libaniana solummodo, sed etiam ab alio quopiam ignoto græculo profecta. Finem operis faciunt variæ lectiones ab Aldo, seu Musuro forsitan, aut Carteromacho, e tribus, quæ penes eos erant, codicibus vetustis collectæ, sed incredibili cum supinitate. Aldus ipse testatur in hac sylva variantium, eam e tribus mstis esse congestam. Nam ad locum qui in editione nostra p. 371. v. 21. legitur (in Parisina p. 220. 12. in Aldina p. 155. T. I. versu 10.) hæc annotata leguntur in illo indice Aldino (nam sic appellito in commentariis meis suo tempore publicandis, Taylorus Msptos Aldi appellare solet) *ἐν ἄλλῳ δὲ ἀντιγράφῳ, τρία γὰρ εἴχομεν. οὕτως.*—Qua socordia confectus sit hic index, ex eo intelligatur, primum, quod in ipso opere Demosthenico sæpe positi sint asterisci, ad illum indicem ablegantes, quibus tamen nil ipsius indicis respondet; tum, quod in indice repositæ

sint illæ ipsæ lectiones, quæ jam in texto leguntur, varietate lectionis suppressa et dissimulata. Titulus huic editioni præfixus est hic

Δημοσθένους λόγοι δύο καὶ ἑξήκοντα.
Λιβανίου σοφιστοῦ ὑποθέσεις εἰς τοὺς αὐτοὺς λόγους.
Βίος δημοσθένους κατ' αὐτὸν λιβάνιον.
Βίος δημοσθένους κατὰ πλούταρχον.

Demosthenis orationes duæ et sexaginta.
Libanii sophistæ in eas ipsas orationes argumenta.
Vita Demosthenis per Libanium.
Ejusdem vita per Plutarchum.

In calce tituli est signum Aldi, anchoræ implicatus delphin. In aversa statim prima pagina orditur præfatio Aldi his verbis ALDUS PIUS MANUTIUS ROMANUS DANIELI CLARIO PARMENSI S. P. D. unde juvat hæc excerpere, (integram enim in operis nostri calce dabimus) unde nonnulla, quamquam obscure, intelligentur ad hujus editionis historiam pertinentia. Nescio enim quæ fuerit istius ætatis mala consuetudo, rem, de qua exponere vellent, adumbrandi magis, quam enarrandi. Verba itaque Aldi, quæ tradi hoc loco et accipi refert, (nam pleraque præfationis in vita fortunisque Demosthenis exponendis cum versentur, huc nil faciunt) hæc sunt.

Abhinc fere triennio desyderanti tibi orationes Demosthenis, brevi me informatas mea cura publicaturum recepi; sed tot id tentanti mihi acciderunt impedimenta, ut persæpe excudi cœptas intermiserim, Carteromacho etiam nostro demirante — cum etiam admodum quam pauca earum orationum exempla excudenda curaverim, idque coactus, quod in nullo ante accidit volumine excuso in thermis nostris. Quorum omnium mihi testis est optimus Angelus Chabrielus, patricius Venetus. — Nescio quomodo liber hic omnium, quos imprimendos vel latine vel græce curavimus, exit in publicum ex ædibus nostris. — Rursus si pulcherrimis characteribus et perquam decenti forma habituque, nec non castigatissimus exit in manus hominum. — Has vero Demosthenis orationes Clari doctissime nomini tuo nuncupatas ex Neacademia nostra emittimus ob multas causas. — Tu quia in inclyta ista urbe alumna virorum nobilium Epidauro, cui nunc Rhacusæ est nomen, et latinas et græcas literas profiteris, instituisque juventutem istam eloquentiæ studiosam arte dicendi. — Hæc visum fuit ex ista Aldi præfatione excerpta hic proponere e tam multis aliis, quæ Aldus ibi disputat a proposito nostro prorsus aliena. quibus nos hodie facile careamus, ea tum temporis non sine fructu dicebantur, neque erant non necessaria. Sed ex illis, quæ retuli, cognoscantur hæc, Primum, illum Danielem Clarium, cui nuncupatus est Demosthenes Aldinus, fuisse Parmæ natum, ludi literarii, qui Ragusæ tum esset, magistrum. Huic eidem Danieli Clario Aldus inscripsit a se A.

1501. editum Prudentium, cui addita sunt alia complura opuscula argumenti sanctioris, quæ recenset Fabricius B. G. T. X. p. 332. deinde triennio Demosthenem Aldinum sub prælo hæsisse, tum magni fecisse Aldum, magnificeque deprædicasse sui Demosthenis elegantiam, et curam in ejus emendatione positam. Chartæ utique sunt mundæ, typi pro ista ætate belli, editio sic satis emendata. Mendis quidem laborat multo paucioribus, quam pro istius sæculi tarditate, in primis bonarum literarum exordiis, in tanta subsidiorum criticorum penuria, exspectetur. Imo insunt ei multæ egregiæ lectiones, quas temere ab insecutis editoribus neglectas necesse fuit a me rursus ad lucem et usum revocari atque vindicari. Præfuit enim editioni illi, id quod suspicione non prorsus improbabili e verbis Aldi colligo, Carteromachus, vir græce latineque doctissimus; quem ab A. 1500. ad 1507. typographeo Aldino rectorem operarum, et edendorum operum auctorem inspectoremque, quem hodie Correctorem appellant, præfuisse constat. Cur thermas appellet Aldus suam officinam typographicam, id vero non intelligo. Nisi si id more sui sæculi fecit, quo probabile est balneum vel thermas appellatum fuisse idem, quod nos hodie officinam appellamus, interdum quoque vaporarium, quod ejusmodi officinæ fornacibus in usum operarum instructæ essent, ne per hyemem ob frigoris sævitiem ab opere feriandum esset. Subobscurum mihi item hoc est, quod de paucitate exemplarium, quæ excudi curaverit, admonet. Inducit me tamen iste locus in suspicionem, quæ dubium expediat, cur Aldus eodem anno bis Demosthenem ediderit; de quo certo constat, quamvis rem ipsam mireris. Duæ utique sunt Aldinæ Demosthenis non parum inter se discrepantes, sed eundem ambæ annum præferentes, eandemque præfationem, paginis item et versuum numero inter se consentientes. In lectionibus autem sæpe a se multum discedunt; id quod statim planum faciam exemplis prodendis, quæ dubium hac de re nullum relinquant. Videtur nempe Aldus eo, quod pauca tantummodo Demosthenis exemplaria curasset excudi, effecisse, ut cito ea distraherentur. Requirentibus itaque et flagitantibus exemplaria a se satis fieri aliter non posse videns Aldus, quam nova instituenda editione, rursus eodem anno Demosthenem prælo suo submisit, sed diligentius, et e melioribus codicibus, emaculatum. Prioris editionis exemplum penes Obsopœum fuit, et Mounteneyum, et, quod suspicor, etiam penes Taylorum; mihi nullum licuit usurpare; posterioris vidi exempla duo, unum, quod Weimaria Bartholomæus V. C. ad me misit, quo non licuit mihi plusquam octiduo uti; alterum, quod indulgentia Ordinis Amplissimi Lipsiensis, ex ejus bibliotheca publica, toto biennio penes me habui. Quam plurima hujus rei exempla et argumenta, unde constet ab Aldo, eodem anno, duas, inter se discrepantes, sub

eodem titulo, prodiisse Demosthenis ἐκδόσεις, dabunt singulæ pæne paginæ libri, quo varietatem lectionis Demosthenicæ undecunque conquisitam exhibebo. quem librum, quod in molem grandiorem excederet, ideo placuit a reliquo corpore nostrarum annotationum segregare, et peculiari volumine, quod operæ a nobis Demostheni navatæ primum erit, concludere. Ponam tamen hic exempli causa locum unum alterumve, unde liquido constet, exemplaria Aldinæ, quibus usi sunt Obsopœus et Taylorus, ab eo discrepavisse, quo ego usus sum. v. p. editionis Parisinæ, (qua ubique in hac præfatione utor, quæ necessariis de causis prius excudenda fuit, quam nostra græcorum Demosthenicorum editio.) 6, 17. 26, 15. et 29. 34, 30. 36, 29. — item 11, 24. 4, 5. 15, 11. 16, 20. 18, 3. et 8. 31, 16. et 31. Hæc cum anno superiori exarassem (præfationem hanc anni 1768. mense Septembri conscripsi; nunc autem, die 17. mensis Novembris 1769. excudendi factum est initium) obtulit interim fortuna secunda mihi exemplum Demosthenis Aldini venale, quod ære meo meum feci prorsus simile illi primæ editioni Aldinæ, qua usi sunt Obsopœus, Mounteneyus et Taylorus. ut dubium omne, quo antea agitabar, de gemina Aldi eodem anno facta Demosthenis editione mihi jam exemtum, reique veritas, meis oculis testibus, demonstrata et extra controversiam posita sit. Præclarum est, et magni a me fit, quod exemplum Demosthenis Aldini meum teneat eodem volumine conclusum Ulpianum quoque et Harpocr. Lexicon ab Aldo eodem anno editum. Distinctionis causa exemplum Obsopœo usurpatum, Aldinam antiquiorem, alterum, cujus adhuc plura supersunt in bibliothecis exempla, illam emendatiorem puta, posteriorem appellabo. Reperi quoque in libro Weimarano subobscura hujus ejusdem rei vestigia. Nam p. 543. 9. ed. Paris. hæc reperi in Weimarana Aldina annotata ad p. 57. 36. T. II. ed. Aldinæ, ubi est in exemplo posteriori ἑτεροπλοίῳ hæc a manu recentiore. (ἑτεροπλόῳ. in pr. ed. ἑπ. πλείῳ. sed p. voluit πλοίῳ.) Sed necesse est ut illum, quicunque fuit, qui ista annotavit, oculus fefellerit. nam in Aldina mea est ἑτεροπλίῳ (per iota.) Patet tamen eum siglis illis *pr. ed.* designare voluisse primam Aldi editionem. quid autem *p.* solitarium sic positum sibi velit, haud intelligo. Pari modo, ad locum, qui in Parisina p. 553, 23. legitur, hæc reperi ab eadem recentiore manu annotata, quæ non intelligo. (pr. περὶ em. ut hic.) non potest fieri, quin nota *pr.* editionem Aldi primam, vocabulo *hic* autem secundam designarit: nam in ea, qua e bibliotheca civitatis Lipsiensis usus sum, et quæ eadam est cum Weimarana, legitur illo versu bis παρά. non περί. Et annotator ille Weimaranus codices suos mstos non vocabulis *pr. sec. tert.* sed ciphris 1. 2. 3. designare consuevit. In meo exemplo Aldinæ dubium est quid primitus ibi fuerit. nam est quidem ibi utique περὶ sed sic ut

ε et ι atramento inscriptæ satis clare videantur, nulla tamen apparente rasura.

Aldo idem jam ante evenerat ut Theocritum eodem anno eodemque sub elogio geminum, alterum ab altero vehementer dissidentem ederet, ut in præfatione ad novissimam poetæ Syracusani editionem, hic Lipsiæ curatam, demonstravi; neque dubito, quin, si auctorum latinorum græcorumque editores diligentius in primas cujusque auctoris editiones inquirant, quod e re literarum est fieri, constet, et ab Aldo, et ab aliis, ejus æqualibus, eandem operam fidemque in operibus suis ad incudem revocandis meliusque item et melius recudendis positam esse.

Ut mater est Aldina texti Demosthenici, typis provulgati et propagati, sic eadem mater est critices quoque Demosthenicæ, hoc est studii lectiones variantes, in libris demosthenicis occurrentes, colligendi et in medio ponendi. Aldus enim primus indicem editioni suæ subjecit, variantium lectionum, quas in tribus codicibus Dem. reperisset. Tot enim omnino codices sibi præsto fuisse Demosthenem edenti ipse fatetur eo loco, quem supra recitavi. Intelligebat nempe Aldus, ut erat ipse vir doctus, seu Carteromachus, cujus consiliis ille tum in adornandis suis græcorum latinorumque auctorum editt. utebatur, magnitudinem fructuum, qui e collatione variarum lectionum ad emendandum et recte intelligendum auctorem quemque enascuntur. Sive inciderat forte fortuna in ejusmodi codicem, cujusmodi est Bavaricus, quo uti mihi licuit; quo in codice sæpissime variæ lectiones aut supra versum, aut ad marginem, ab ipso librario, qui codicem exaravit, annotatæ sunt alias meliores, alias pejores, ut fit, ipso texto. Indicem hunc Aldinum, conservavit Herwagiana prima, quæ proxima Aldinam consecuta est, nil mutatum. Sed auctiorem dedit Felicianus, (Paulus enim Manutius vix videtur Felicianeo quicquam de suo addidisse.) Morellus postmodum copias Parisinas, Wolfius Augustanas addidere, Taylor Britannicas et alius generis, mihi tandem fortuna quædam secunda fontes quosdam novos aperuit. Sic enata est illa ingens lectionum Demosthenicarum farrago, de qua paulo post pluribus agam. Aldina vero ista critices Demosthenicæ elementa plane sunt tenuia et informia. Mihi mos est in commentariis meis illum *indicem Aldinum* vel *Aldi*, vel *Aldinæ*, ut occurrit, appellare. Taylor *Mañuscriptos Aldi* appellat.

Notabilis adhuc superest, mihi non prætereundus, error insignis in Aldinam admissus, et illinc in Herwagianam propagatus, a Feliciano primo feliciter sublatus, in Procemiis, ubi multa misere permixta et conturbata sunt, ut extricari et in ordinem redigi nequeant, foliis a bibliopego transpositis, qua de re pluribus dicetur ad p. 763. 35.

Desunt Aldinæ, et proinde quoque Herwagianæ, Demosthenis epistolæ, quas primus Wolfius adjungendas reliquo corpori judicavit. Aldus autem satius judicabat eas secerni, qui paucis ante annis easdem epistolas in syntagmate suo græcarum epistolarum edidisset; cujus syntagmatis exemplaria tum temporis adhuc sat copiosa suppetebant. Hæc de Aldina.

SECT. III.

De editione Herwagiana prima.

Excepit eam Herwagiana, prima a me dicenda. Quatuor omnino Herwagiana officina, quæ Basileæ fuit, edidit, duas græcas, duas græcolatinas. Prima itaque earum prodiit Basileæ per Iohannem Hervagium mense Septembri MDXXXII. hoc titulo: *Δημοσθένους λόγοι δύο καὶ ἑξήκοντα.* Habes Lector Demosthenis græcorum oratorum omnium facile principis orationes duas et sexaginta, et in easdem Ulpiani commentarios quantum extat: Libanii argumenta: Tum collectas a studioso quodam ex Des. Erasmi Rot. Guilhelmi Budæi atque aliorum lucubrationibus annotationes: Ad hæc ipsius, Plutarcho Libanioque auctoribus, vitam, et lectionem denique variam adjectam.—Excipit hunc titulum Erasmi Roterodami ad Io. Georgium Paumgartnerum, epistola, qua Demosthenem cum commendatione sua ad illum tum adhuc juvenem mittit. Nil tamen ideo moveor, ut credam ab Erasmo navatam esse Demostheni emendando operam. Leguntur quidem in hac editione, quæ ad Aldinam expressa est, non nulla melius, quam in Aldina. Sed possunt illa a Sim. Grynæo, aut si quo alio Herwagius tum uteretur mendarum typographicarum correctore, profecta esse. Ab Erasmo tantummodo præfatio postulabatur, commendationis ergo, quo liber esset vendibilior. Præstat hæc editio multis rebus Aldinæ; chartarum magnitudine, typorumque; tum quod appositos statim ad texti oram Ulpiani commentarios habet, qui ab Aldo seorsim editi fuerant; accessit denique huic editioni primæ Herwagianæ primum quasi fundamentum commentariorum in Demosthenem e scriptis Erasmi et Budæi aliorumque a Iacobo Rubero collecta farrago, in Wolfiana quoque editione servata. Sed singula hæc diligentius videamus. Erasmus in illa epistola nihil a se ad ornandum Demosthenem collatum commemorat. Verba ejus huc pertinentia e longiuscula quidem epistola, a qua homo criticus tamen parum abeat doctior, (sed tum temporis loco præfationum homilias scriptitabant) hæc sunt: Accipe igitur Demosthenem qui nunc prodit, ceu positis novus exuviis nitidusque juventa — multum debemus Aldo, qui nobis primus oratorum principem dedit; plus debemus Hervagio, qui non parum addidit illi tum dignitatis, tum etiam commoditatis, haud mediocribus impendiis parique vigilantia, ut jam merito possint omnes admirabundi dicere *οὗτός ἐστιν ὁ ἐκεῖνος δημοσθένης.* Hæc Erasmus. Sed viderit, qui prædicationi suæ fidem faciat. Haud infitiabor splendidiorem oculis accidere Herwagianam, quam Aldinam, quarum illa majoribus literis, hæc minutioribus est excusa. commoditatis item hoc affert haud parum, quod ex adverso dat oratori commentatorem. Est denique sæpissime Herwagiana emendatior, quam editio primigenia. Arbitrer tamen nihilominus Aldo deberi plus, quam Herwagio, cujus opera fuisset cessatura, si materiam ille nullam suffecisset. Plerasque mendas Aldinæ servavit Herwagiana, novis adeo quibusdam auxit, ex ea in posteriores derivatis; non nullas tamen sustulit, non ope msti codicis, qui nullus apud Herwagium fuisse videtur, nullus certe usquam commemoratur, sed solo ingenio, haud constat cujus. Verumtamen suspicione in Simonem Grynæum feror. Nisi huic suspicioni hoc obstat, quod Grynæus tum temporis, cum Demosthenes in officina Herwagiana excuderetur, in Anglia peregrinatus sit. Quare satius erit de Iacobo Reubero suspicari, de quo paulo post pluribus dicetur, aut de Ioanne Oporino. Non videtur Erasmus in hujus laudis communionem admittendus. Haud abundabat Erasmus otio, neque videtur ei ingenium fuisse Demostheni emendando par. Aliis in literis, theologicis imprimis, regnabat. Ab hoc genere profano erat alienior. In hac editione, prorsus ut in Aldina, ab oratione prima in Aristogitonem novus orditur paginarum ordo; quo fit ut hæc quoque, pariter atque illa, in duo quasi volumina, dispescatur, sed ea molis imparis; quorum prius ad p. 532. procedit, alterum ad p. 207. Sed in Herwagiana cur id ita sit institutum, ratio reddi quædam potest, cur in Aldina, nulla. In Timocratea, quam proximæ consequuntur illæ duæ, quæ Aristogitonem insectantur, commentarii finiunt; qui commentarii ut a corpore orationum ipso discernerentur, necesse erat, ut typis majoribus oratio demosthenica excuderetur, minoribus oratio enarratoris. Hoc jam conticescente suadebat commodum emtorum, ut qui typi hactenus essent in enarratorem insumti, iidem nunc oratori ipsi consecrarentur; ne volumen in molem abnormem excurreret, neve sumtus geminarentur. Consultius quoque Herwagius, seu qui pro eo Demosthenem edendum curavit, argumenta Libaniana disposuit; quæ argumenta orationum in causis privatis omnium cum Aldus in unum locum congessisset, et in calce suæ editionis quasi abdidisset, melius consulens hic, quisquis fuit, argumenta singula singulis orationibus præfixit. Sed in exemplo meo Herwagianæ desidero argumentum orationis in Aristogitonem primæ, quod in Aldina tomi primi paginam ultimam implet. Videant quibus est Herwagianæ

copia, num in suis exemplis pone p. 532. illud argumentum habeant. meo quidem deest, nescio bibliopegi culpa, an ipsius typographi. Finem denique facit hujus editionis farrago quædam annotationum e Budæi maxime commentationibus de Asse, et in Pandectas, consuta, studio cujusdam Ruberi, de quo hæc prædicat Ioannes Oporinus in admonitione ad lectores, quæ ultimam operis paginam implet: Utinam fatis Iacobum Ruberum, divini ingenii juvenem, et in inquirendis excutiendisque id genus autorum locis mire sedulum, aut vivere diutius, aut meliore, dum vixit, otio frui, visum fuisset: qui si, quod cœperat, perducere ad umbilicum potuisset, alium nos olim Demosthenem et observationes in eum absolutiores — habituros fuisse satis exploratum habeo. — Farraginem illam annotationum, seu compilationem, si mavis, Io. Oporino tribuit Morhof Polyh. T. I. p. 962. Farrago hæc annotationum etiam in Wolfiana editione servata est. De qua quid statuendum sit, neque ipse inquisivi, neque novi qui alius statuerit. Obiter perlustranti videntur sic satis utiles lectu et adhuc esse, et tum temporis etiam magis fuisse. De Iacobo illo Reubero nihil mihi constat. Annotationes illæ ultra orationem tertiam in Aphobum non procedunt. Quare autem Oporinus hoc defunctus sit quasi perorandi officio, ratio reddi non potest, nisi si statuamus, id quod consentaneum est, Oporinum in officina Herwagiana correctoris partes egisse; a quo etiam facile fiat, ut profectæ sint illæ passim occurrentes meliores lectiones ibi locorum, ubi hæc Herwagiana editio ab Aldina discedit. Laudo equidem istorum temporum modestiam, cum ad hujus sæculi jactantiam specto. Turpe tum judicabant viri docti in emendatiunculis quibusdam trivialibus exsultare, quod hodie multi faciunt. Suadet tamen prudentia, suis quæque auctoribus tribui, ne posteri errent, neque nesciant, unde lectio quæque profecta sit, num e libris bonæ notæ, an ex ingenio viri docti, et cujus, quo de auctoritate cujusque lectionis certo pronunciare possint, sciantque, quibuscum sibi negotium sit, et quos aut laudare aut notare debeant. Sed hæc obiter. Eidem Oporino tribuo aliam admonitionem, quæ item in calce Herwagianæ legitur, et hæc est: Hactenus collectis in Demosthenem annotationibus quantum in præsens licuit, utere et fruere. nam et aliarum, quæ in reliquas orationes pertinent, edendarum occasionem nobis fore propediem superis bene fortunantibus speramus, una cum Harpocrationis lexico, et locorum quorundam varia lectione ad vetustissimi exemplaris collationem a D. Petro Danesio Io. Sphyractis industria nobis et impetrata, et, quanquam id quidem serius, extrema quippe manu jam imposita operi, transmissa. — Quam hic spem facit seu Herwagius, seu Oporinus, de nova, emendatiore et instructiore Demosthenis editione, ea exitu caruit; neque in lucem, quod sciam, prodiit hic promissa collatio

exemplaris Danesiani. Quantum ex obscura Herwagii oratione colligo, res sic habet. Herwagius, per Io. Sphyracten, rogaverat Danesium, ut, si quid haberet opis ad emendandum Demosthenem, id conferret. Motus his precibus Danesius codicem nescio quem Demosthenis cum Aldina contulit, eamque collationem ad Herwagium misit. Sed ea sero venit opere jam absoluto. Falluntur ergo viri docti, qui perhibent, collationem codicum a Danesio excussorum in hac Herwagiana reperiri. Nihil ejus ibi est, neque in vestigium ullum collationis hujus Danesianæ incidi, unde aut constaret, aut suspicio saltim nasceretur, qua sorte una sit illa collatio, quasve in manus pervenerit. Hæc de Herwagiana sufficiant. Versatior si essem in historia literaria Sæculi XVI. poteram hic multo plura, eaque scita neque injucunda de illo Clario, cui Aldus suum Demosthenem adscripsit, de Carteromacho, de Petro Danesio, de Baumgartnero, Sphyracte, Reubero, Oporino afferre. Quo in genere cives mei, Germani, gloriolam affectant, exteris ridiculam. Mihi vero ingenium ab ejusmodi sedulitate, non prorsus illa quidem infructuosa, neque plane contemnenda, abhorret.

SECT. IV.

De editione Feliciani.

Venio nunc ad editionem, quæ Demosthenicarum omnium fertur optima, et emendatissima, qua quod carendum mihi fuerit ægre fero. Non dubito quidem eam in hac urbe esse, in bibliotheca viri celeberrimi, in qua partem ejus memini multis ante annis videre, sed ille a me rogatus negavit sibi ejus copiam esse, quacunque tandem ductus caussa, de quo integrum cuique sit pro suo sensu existimare. Quicquid ejus est, hac editione, in curanda mea, carendum mihi fuit necessario, illa puta, quæ Venetiis anno 1543. ex officina Francisci Bruccioli, in forma octava tribus voluminibus cura Io. Bernardi Feliciani prodiit. Ex hac sæpe bonas lectiones Wolf profert, interdum *Felicianeam*, vel *Felicianum*, alias *Brucciolensem*, vel *Brucciolum*, appellans. Præterquam quod multæ texti Demosthenici mendæ in hac editione emendatæ sunt, et in primis illa abnormis perturbatio in prooemiis rursus ad ordinem revocata, index quoque variantium Aldinus auctus et emendatus est. Hæc universe habeo pauca de hac editione quæ dicam ex aliorum fide. De editione Feliciani testimonium Wolfii, quod insigne est ad cognoscendam ipsius Wolfii editionem, v. p. 72. col. a. initio annotationum Wolfii (ad prooemia Demosthenica) ut et in epistola priore ad Fuggerum; unde intelligitur Wolfium curasse, ut Herwagiana secunda, seu minor, in octavo, ad Felicianeam expressa, a se emen-

data, pro fundamento suæ majoris poneretur. Loquitur de editione, quam Herwagianam secundam appello, Basileæ A. 1547. in forma octava, tribus voluminibus prodita, quorum non nisi duo prima penes me sunt volumina. v. annotat. Wolfii ad prœmium 22. De Feliciani meritis literariis libenter equidem dissererem, si quid in adversariis annotatum haberem. Neque tamen ideo illaudatus a me discedet vir egregius, quem magni facio. Quæ interim ille in literis gesserit, qui cognoscere cupient, eos ad ejusmodi libros ablegabo, qui de vitis excellentium Italorum exposuerunt. Interea dum hæc excuduntur, spem mihi per literas facit amicus Argentoratensis de hac editione Feliciani e bibliotheca sua ad me mittenda. Quam ubi adeptus ero, licebit mihi de ea aliquanto diligentius exponere.

SECT. V.

De editione Pauli Manutii.

Feliciani editionem insecuta est editio Demosthenis ex officina Pauli Manutii, quam in annotationibus appellare soleo modo Paulinam, modo Paulum, modo litteris P. Man. designo. Titulus illius editionis non est unus universo præfixus operi, sed trium voluminum (tot enim volumina totum opus conficiunt) suus cuique præfixus est proprius, et primo quidem hic *Δημοσθένους λόγων τμῆμα πρῶτον.* Demosthenis orationum pars prima, in qua deliberativæ orationes sedecim, cum exordiis deliberativis et duæ demonstrativæ continentur. Secundo hic *Δημοσθένους λόγων τμῆμα δεύτερον.* Demosthenis orationum pars secunda, in qua judiciales novem ejus publicæ orationes continentur. Tertio hic *Δημοσθένους λόγων τμῆμα τρίτον.* Demosthenis orationum pars tertia, qua judiciales tres et triginta privatæ ejus continentur orationes. Unicuique horum titulorum subscriptum est Corrigente Paulo Manutio Aldi filio. Venetiis A. 1554. quæ verba dubium est quomodo accipi voluerit Paulus. Qui si voluit solummodo significare, se mendas typographicas e chartis musteis adhuc et a prelo madidis sustulisse, næ partes suas egit admodum indiligenter et imperite. Scatet enim editio Paulina mendis typographicis tot numero et tam turpibus, ut omnes alias longe hoc in genere vincat. Sin autem suggerere Paulus voluit, Demosthenem a se e libris antiquis calamo exaratis meliorem esse factum, id quod videtur omnino de se jactare voluisse, fumos vendidit. Ego equidem, quamquam video bonas in ea multas esse lectiones, Aldinis meliores, nullam tamen omnium suspicor esse, quæ non e Felicianea derivata sit. Feliciani editionem a Paulo Manutio exscriptum esse ait Taylor ad T. II. p. 370. Nusquam tamen Paulus Felicianum nominat. Qua in re num boni et honesti viri nomen tueri queat

Paulus, viderint alii. Nobis incompertæ sunt minutæ quæque rationes illarum editionum; constat tamen Paulum græcis literis minus, quam latinis, valuisse. Ordo orationum in hac editione paulum ab Aldina discedit. In primo volumine sunt omnes *συμβουλευτικοὶ*, quibus adjunguntur prœmia, et duo *ἐπιδεικτικοὶ*, scil. funebris et amatorius. Hæc tria in Aldina, ut et Parisina, ad finem rejecta sunt. In secundo sunt oratt. pro corona, de falsa legatione, Leptinea, Midiana, in Androtionem, in Aristocratem, in Timocratem, in Aristogitonem duæ. Reliquæ privatæ tertium volumen implent. Hanc editionem aiunt e Felicianea expressam esse. Potest fieri ut verum aiant. Solebant tum temporis typographi Itali in se latrocinia exercere. Juntæ se primos edere, aut correctiora, ferre, quæ Aldus edidisset, et Aldus contra, quæ Juntæ. Similis videtur æmulatio, similes excursiones mutuæ in fines alienos intercessisse Paulum Manutium et Brucciolum. Deprehendi tamen nonnunquam illas duas editiones Bernardinam et Paulinam inter se discrepare. Ex. c. p. 286. 2. Potest fieri ut Paulus locos, in quibus a Bernardo discedit, ex ed. Hier. Wolfii prima (A. 1549.) acceperit, de quo diligentius quærendum. Indices cuique volumini sui sunt subjecti, qui videntur iidem esse cum illis, quos Felicianus suæ addiderat, iisdemque vitiis laborant, quibus Aldinus. Nonnunquam indices lectionem eandem, quæ in texto est, reddunt, suppressa varia lectione, quam exspectabas; sæpe in texto asteriscus est positus ad indicem ablegans, quem si consulis, delusum te sentis. Ille tacet, tu frustra quæsivisti. Indices Pauli ubi cum Aldino consentiunt, sunt ex Aldino sumti; quapropter pro uno solummodo suffragio habebuntur. Dolendum veteres hanc critices partem tam supine tractasse, ut e quo codice una quæque lectio esset depromta non indicarent, quamvis constet inter criticos multum referre, ut, quo e codice lectio quæpiam derivata sit, ne nesciatur. Nam in auctoritate codicis magnum est præjudicium ad auctoritatem ipsius lectionis. Nihil hæc habet editio, quod in Aldina non esset, præterquam præfationem græcam, qua Paulus hanc editionem *Λουδουίκῳ Βεκατελλίῳ τῷ Ραβέλλου ἐπισκόπῳ, ἀποστολικῷ Ενετίησι λεγάτῳ* inscribit.* Reddetur hæc epistola tota in calce nostri operis una cum aliis dedicationibus et præfationibus. Epistolæ hujus hoc propemodum argumentum est; fuisse queritur Paulus, qui segnitiem sibi exprobrarent, quod hæres factus typographiæ a patre relictæ egregie instructæ, nil curaret patrem imitari, sed opes tam præclaras non exercendo

* Papadopulus in Historia Gymnasii Patavini (s. Gelehrten Lexicon T. I. c. 887.) dicit Ludov. Beccatellium episcopatum Ravelli oblatum a Ranutio Farnesio recusasse.

Loci de Beccatellio apud Manutium in epistolis (ed. Henr. Stephani) p. 115. Epistolæ clarorum virorum a Paulo Manutio A. 1554. editæ p. 65.

sineret disperire. Sibi vero non animum defuisse præclarum quid enitendi, sed pecunias. quare sibi necessario quiescendum fuisse, donec Ludovicus Beccatellius sibi de pecuniis abunde prospexisset. His adjutum se primum omnium, quæ edenda decrevisset, sive dudum ante jam essent, sive nondum edita, Demosthenem edidisse, diligentissime a se emendatum, et cum optimis exemplaribus collatum. Verba ipsa Pauli hæc sunt. *τούτους τοιγαροῦν τοὺς λόγους ὡς οἷόντε ἦν ἐπιμελέστατα διορθωσάμενοι καὶ τοῖς δοκιμωτάτοις τῶν ἀντιγράφων ἀντεξετάσαντές, σοι προσφωνοῦμεν.* Sic gloriam editi Demosthenis, et si quid postmodum editurus esset, Beccatellio esse tribuendam.—Constat ex his, Demosthenem primum esse librum omnium a Paulo Manutio proditorum. Comparasse ait *τὰ δοκιμώτατα ἀντίγραφα*, quæ autem illa fuerint, unde petita, manuscripta, an typis excusa, an ab alio quopiam jam usurpata, reticet. Editione Paulina mihi licuit uti benignitate Io. Friderici Fischeri V. C. Professoris in Universitate Lipsiensi, et Rectoris Scholæ Thomanæ, optime de bonis literis meriti, qui eam e sua bibliotheca mecum communicavit.

SECT. VI.

De editione Wolfii prima græcolatina.

Venio nunc ad editionem primam græcolatinam. nam superius a me commemoratæ græcæ solummodo sunt.* Primus totum Demosthenem latinum fecit Hieronymus Wolf, Augustanus, vir de Demosthene immortaliter meritus,† qui Demosthenem semel græcum, bis græcolatinum, ter latinum edidit, quarum editionum successiones persequemur.

Latine primum edidit Wolf Dem. Basileæ A. 1544. ni fallor, in folio, splendide impressum opus, quod ipse olim habui, deinde rursus, præpostero contemtu, cujus me nunc pœnitet, vendidi.

Deinde græcolatinam Basileæ A. 1549. apud Oporinum in folio, qua carui. quare de ea verbis Fabricii (Bibl. Gr. T. I. p. 926.) mihi referendum est, quinque partibus, quarum tres priores opera Demosthenis, secundum distributionem Pauli Manutii, seu Feliciani potius, quarta vitas Demosthenis, Wolfii notas, et gnomologiam, Ulpianique commentarios, quinta translationes quarundam Demosthenicarum ante Wolfium per varios latine redditarum continet. Videntur ex hac editione conjecturæ quædam Wolfianæ in marginem Parisinæ et in indicem Lambini, Parisinæ subjectum, esse translatæ.

* Morhof T. I. p. 962. Etsi Carolus Clutinus Parisiensis orationes omnes Demosthenis una cum Libanii argumentis et Ulpiani commentariis ante Wolfium transtulisse a Michaele Neandro perhibeatur præfat. Erotemat. L. G. p. 231. ab eodem tamen has immatura morte præventus non edidisse dicitur. Wolf itaque primo A. 1545. tomis quinque in 8. apud Io. Oporinum, et, cum ille doctissimi Wolfii labor calculis eruditorum approbaretur, factum est, ut mox secundum, atque item tertium ederetur. Tandem vero e quarta interpretis recognitione prodiit Basileæ apud Episcopium A. 1572.

† Vitam egregii viri, ab ipso conscriptam, et ex ejus schedis a Iacobo Bruckero V. C. editam in calce hujus operis reddam.

Wolfii interpretatio prodiit rursus Venetiis A. 1550. tribus voluminibus, iterum Basileæ A. 1554. in 12. ex Wolfii recognitione. Idem A. 1569. Basileæ specimen Demosthenis a se iterum recogniti dedit, in 8vo. apud Herwagium, continens tantum orationes olynthiacas tres et vitam Demosthenis et Æschinis græce et latine, cum annotationibus copiosissimis, quæ omnia sunt in editione tertia, A. 1572. prodita, de qua paulo post dicetur, verbotenus repetita. Insignis hoc de specimine locus legitur Demosthenis Wolfiani T. VI. p. 200. a. totus adscribendus, si vacaret.

SECT. VII.

De editione Parisina.

Successit editio omnium ad id temporis splendidissima et perfectissima Parisiis A. 1570. in folio, quæ quod fundus est editionis nostræ, pluribus de ea mihi dicendum est. Soleo illam modo Parisinam, modo Lutetianam, ut sub stylum venit, appellare. Taylorus eam plerumque Benenatum appellat, quod illud exemplum, quo ipse uteretur, Ioannis Benenati typographi nomen in titulo præferret. Cœpta fuerat hæc editio A. 1558. a Guilielmo Morelio, sed morte ejus, et bellis civilibus interrupta, diu cum jacuisset, anno 1570. demum prodiit, quod Dionysius Lambinus in præfationibus iterum atque iterum inculcat, cujus verba quia paulo copiosiora sunt, operæ parco adscribendi. Multis magnisque laudibus hæc editio priores superat omnes, sed neque rursus vitiis caret; id quod e nostra hac præfatione, sed e libro variantium maxime constabit. Hic historiam ejus contexam. Fatis defuncto Morello, qui fuit typographus regius, homo pauper quidem, teste Lambino, sed doctus et frugi, cum pervenisset opus ad orationem de falsa legatione, jacuit per novem annos et plus, donec Benenatus, matrimonio cum vidua Morelli contracto, totius instrumenti typographici heres et artis successor factus, ad continuandum et peragendum opus animum adjecit. Is Dionysium Lambinum adiit, rogans, ut editionem curaret atque gubernaret, verum ea cum cautione, ne quid ipse suo arbitratu in texto mutaret, sed vulgatæ inhæreret. Ita schedas Morellianas Lambinus in ordinem composuit, qui geminam præfixit edi-

tioni suæ præfationem, alteram nomine suo, qua de opera a se Demostheni a Morello derelicto navata exponit; alteram nomine typographi Io. Benenati, in qua pæne eadem iterantur, additis nonnullis, quæ ad historiam sui typographei pertinent, item de signis, quibus usus esset Morelius ad designandum, vel codices manuscriptos, e quibus collegisset lectiones variantes, vel eorum seu defectus, seu accessiones, item de numeris, aliis ad textum, aliis ad commentarios pertinentibus. Superest adhuc alia, Lambini præfatio dignitate prima, græca epistola ad Carolum IX. Franciæ regem, qua Lambinus ei hanc editionem dedicat. Illa sic orditur. Διονύσιος ὁ Λαμβῖνος, Μονστρολιεὺς Καρόλῳ τῷ τῆς Φραγκίας βασιλεῖ, τῶν χριστιανῶν βασιλέων μεγίστῳ τε καὶ χριστιανικωτάτῳ εὖ πράττειν. Cujus argumentum qui volet ex ipsa cognoscat, nostram ad rem haud facit. Præfationes has excipiunt elogia Demosthenis et de eo testimonia, ex auctoribes græcisque latinisque pæne omnibus conquisita, minutis typis, per folia viginti. In his sunt vita Demosthenis e Plutarcho et Pseudoplutarcho, Libanii epistola ad Montium, Luciani encomium Demosthenis, Dionysii Halicarn. epistola ad Ammæum, et infinita alia hujusmodi, postremo Ulpiani ad Demosthenem prolegomena. Tum sequitur ipsum corpus orationum, cum commentariis Ulpiani ad latus positis, qui commentarii hac in editione quarta fere parte, ut asseverat Lambinus, auctiores sunt, quam Aldus eos ediderat. Morellus enim quicquid scholiorum in codicibus regiis seu Parisinis invenisset, immiscuerat Ulpianeis ab Aldo editis, sine ulla discriminis nota. Quod dolendum. Debebant cujusque codicis scholia seorsim edi, aut saltim scholia quæque quibus e codicibus essent sumta, signis aut verbis indicari, non omnia in unum cinnum commisceri, cum bonis futilia. Suum cuique debebat relinqui. Importuna et stulta ea fuit sedulitas editorum, ineptias et nugas frigidissimas accumulandi, cujus hunc ferimus fructum, ut sæpe miremur eundem auctorem pugnantia inter se tradere. Quod fieri secus non potest, si diversissimorum auctorum fragmenta inter se compinguntur, et sub ejusdem scholiastæ nomine venditantur. Sic obtruduntur alicui ea, quæ noluit dicere, et de quibus nunquam somniavit. Si quando contingat, ut nos quoque scholia edamus, de quo nondum certo decrevimus, (inviti autem faciemus, cum edemus,) servabimus quidem ordinem editionis Parisinæ, nova autem, quæ e Bavarico codice, itemque ex Augustano prodemus, ea quæque seorsim, eo ordine, ut in codice quoque invenimus, prodemus. Scholia hæc, ut in aliis editt. ita in hac quoque ultra Timocrateam non procedunt. Nam quæ ad posteriores orationes adspersa sunt, ea oppido pauca sunt, vix decem omnino, et minimi facienda. Procedit sic opus usque ad pag. 789. non eo ordine, quem Wolf in suam editionem importavit, sed

Aldino, quem etiam reliquæ editiones, præter Wolfianam, omnes servarunt. Prima Wolfiana, qua careo, si epistolas Demosthenis non tenet, de quo viderint, quibus copia primæ Wolfianæ est, prima dedit eas Parisina. nam in epistolis Demosthenis finit hæc editio. mantissæ loco adjectæ sunt variæ lectiones et notæ in orationes Demosthenis et in scholia Ulpiani. Videbimus de his paulo post. Instituit Morellus orationes Demosthenis in paragraphos dividere, quibus numeri sui sunt in margine interiori appositi. In exteriori sunt iidem numeri scholiis additi, quo statim inveniri posset, quo scholium quodque referendum esset; variæ lectiones ad textum pertinentes occupant marginem interiorem, exteriorem autem eæ, quæ ad scholia redeunt. Pars ea, quam curavit Morellus, multis modis præstat parti posteriori a Lambino curatæ. Chartarum ipsa forma novum, sed deteriorem dominum et gubernatorem prodit. Chartæ in parte Moreliana sunt firmæ, et candidæ, in parte ea, cui præfuere Lambinus et Benenatus, sunt tenues, flaccidæ, bibulæ, sordidæ. In priori parte non satis mirari possum demonstratam a Morello diligentiam, ad minutias sæpe delabentem; obsiti sunt spississima copia variantium margines illius primæ partis; codices, unde quæque lectio esset sumta, indicati. In parte Lambiniana multo rariores varietates lectionis, et quæ tandem afferuntur, earum pæne ubique reticetur auctoritas; pleræque harum sunt aut ex Aldina, aut ex Obsopœi codice, (de quo post) aut Felicianea, aut e Manutiana, aut ex alio quopiam auctore, conquisitæ; rarissimæ sunt, quas suspiceris e codicibus regiis Parisinis esse haustas. Nescio an Lambinus eos nunquam inspexerit, sive quod laborem defugeret, sive quod eorum copia ipsi negaretur, quod credibile non est. Pars Moreliana emendatissima est, vix unum aut alterum sphalma typogr. in ea memini deprehendere. Pars contra Lambiniana mendis scatet et numero plurimis et fœdissimis. In Morello intemperantiam diligentiæ notes,* in Lambino incredibilem secordiam et inopiam. Morellus codicum suorum vel quisquilias ipsas corrasas nobis ingessit, Lambinus ne gemmas quidem inde conquisivit, dissimillimus decessori successor. saltim demonstrasset unde lectionem quamque sumsisset. Jam vero nescias quid codici msto, quid impresso, et cui, quid ipsius Lambini debeatur ingenio, aut Wolfii; nam et ejus conjecturas, auctore tacito, alias in margine Lutetianæ, alias in indice retulit. Index hic non meras conjecturas Lambini præbet, quod Taylor opinatus est (raras quidem illas tenet) sed plerasque lectiones Aldinæ aut aliarum vetustarum editionum;

* Taylor (ad p. 231. 36.) editionem Parisinam *præ cæteris minutiarum prodigam* appellat. (T. II. p. 164. 1.) Editio Benenati longe optima, quod ad contextum attinet. Markland ad p. 304. 19.

et est supplementum marginis Lutetiani. Conjecturæ Lambini raræ ibi sunt, quod dixi, et quæ sunt, plerumque in interpunctione recte constituenda, et corrigendis sphalmatibus, laborant. raræ sunt ingeniosæ, doctæ, certæ, Demosthene et Demosthenis editore dignæ; multæ contra triviales, multæ inanes et ineptæ.* Conjecturæ, aut emendationes si quæ sunt in indice Lambini proditæ, dubium est, sintne Lambini, an potius Morelli. Veniam tamen ego equidem facile Lambino dem. Subito inciderat in negotium non provisum, accesserat imparatus. deprecari non potuerat. Parisiis tum non erat, qui melius ipso rem gessisset. Intra annum, quantum ex ejus præfatione colligo, hanc operam exantlavit. Quæ omnia satis eum ad æquos excusent. — Morellus in parte a se curata ubique citat octo codices Demosthenis mstos e bibliotheca regia depromtos, quos his literis designat α. β. γ. δ. ε. ζ. η. ϑ. ego in libro variantium *primum, secundum, tertium*, et sic porro appello. Quibus numeris hi codices hodie signati sint, indagavit Taylor. et his verbis demonstravit in præfatione ad suum Demosth. α. sive codex Morelianorum primus locum habet hodie in bibliotheca regia 2190. numero. reliqua, una cum judiciis de valore cujusque codicis Parisini, quæ Taylor tulit, apud ipsum velim legi.

Citat interdum Taylor lectiones tanquam e Parisinis codd. haustas, quarum mentio nulla fit in editione Parisina. Ergone locupletior et diligentior penes eum fuit illorum codicum collatio? Non videtur. Imo potius edit. Parisinam sæpe nomine codicum regiorum appellat, quos eum oculis non vidisse constat ex ann. ad p. 277. 28. Sæpe citat Taylor codices Parisinos perperam, ubi par erat lectionem marginis Lutetiani solummodo laudari. Non omnes lectiones variantes in margine Lutet. annotatæ sunt e codicibus regiis Parisinis, sed ea solummodo, quibus adscriptæ sunt literæ α. β. γ. etc. Reliquæ lectiones, quæ his notis carent, tametsi possint itidem illinc ductæ esse, tamen certo id doceri nequit, et possunt alii fontes earum lectionum demonstrari, e. c. codex Obsopœi, aut editio Aldina, aut quæpiam alia vetustior, aut index alicujus vetustioris editionis, aut auctor aliquis vetustus, ut Hermogenes, Aristides, Dionysius Halicarn. Longinus, alii, aut Wolfii annotationes, etc. Universe, non videtur Lambinus codices Parisinos usurpasse, et in exemplo, quod Morellus reliquit moriens, ipse a Benenato accepit sibi traditum, unde operæ Parisinæ editionem suam expresserunt, Herwagiana prima puta, non nisi paucas quasdam reperisse e Parisinis primo et quinto solis ad orationes a Le-

* In margine Parisinæ si qua lectio tacito auctore proponitur cum Augustano primo consentiens, videtur ea ex Parisino primo esse accepta, nisi aliunde de auctoritate ejus constet.

ptinea inde posteriores annotatas. cæteræ lectiones illi exemplo a Morello adscriptæ, unde essent, ignorasse, neque discere curasse.

Miretur quis, Fabricium in bibl. Gr. T. I. p. 926. affirmare, editionem Parisinam, de qua nunc sermo nobis est, prodiisse ex officina Michaelis Sonnii; cum Dionysius tamen Lambinus ipse, qui poterat rei gestæ testis esse certissimus, eam Benenato tribuat, quo factum ut a Tayloro aliisque Benenati editio appelletur. Eximam hunc scrupulum. Sunt penes me duo exemplaria Parisinæ hujus editionis, inter se rebus omnibus, præter titulum, simillima. in alterius titulo conspicitur signum Adriani Turnebi, thyrsus angue implicatus, cum subscriptione *βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ* Lutetiæ M. D. LXX. apud Ioannem Benenatum. alterius exemplaris titulo suppositum est scutum quadratum cum basilisco e flammis exsurgente versus digitum dextræ e nubibus exsertæ, cum symbolo circumscripto *si deus pro nobis quis contra nos.* Subscripta sunt hæc verba *Lutet.* MDLXX. *apud Michaelem Sonnium sub scuto Basiliensi, via Iacobæa.* Fieri potest ut Michael ille Sonnius partem impendiorum ad istam editionem perficiendam de suo contulerit, eoque jus impetraverit nomen suum in fronte operis proscribendi. Conveniunt hæc duo exemplaria inter se quam perfectissime, ut ovum ovo non possit esse similius. Observavi tamen interdum inter ambo discrepantiam quandam lectionis, quæ non potest aliter nata esse, quam si corrector operis, quisquis fuit, currente adhuc prelo, cerneret aliquod vitium, idque tolleret, parte exemplarium jam excusa, nondum omnibus. Exempla mirificæ hujus rei sunt p. 151. 34. ubi in exemplo Benenati est *δωρίας*, in Sonniano *δωρεάς*. p. 119. 21. in uno est *ἐξαπαθῆσαι*, in altero *ἐξαπατῆσαι*. it. p. 4, 8. 150, 34. 163, 30. 176, 31. 189, 20. 286, 15.

SECT. VIII.

De editione Wolfii secunda græcolatina.

Eodem fere tempore, quo Parisina prodibat editio, carceres mordebat Herwagiana tertia, quæ Anno 1572. Basileæ prodiit hoc titulo: Demosthenis et Æschinis principum græciæ oratorum opera, cum utriusque auctoris vita et Ulpiani commentariis novisque scholiis ex quarta eaque postrema recognitione, græcolatina, sed codicum impressorum et inter hos Parisiensis nuper editi, duorum manuscriptorum, alterius Pannonii, alterius ex Augustana bibliotheca fidelissima collatione a mendis repurgata, variis lectionibus adaucta, annotationibus illustrata per Hieronymum Wolfium Œtingensem, utriusque linguæ in Augustana schola professorem etc. Basileæ ex officina Herwagiana per Eusebium Episcopium. MDLXXII.

Habemus hoc in titulo breve argumentum ipsius operis. Explicatione tituli dabunt insequentia. Partes operis sigillatim persequamur. Titulum excipit dedicatio ad Henricum Recklingerum et Christophorum Peitingerum Duumviros et ad Consules ac Senatum inclytæ Augustanæ reipubl. E qua juvat hæc excerpere. Fuggerum appellat patronum hujus operis, in cujus id nomine jam tertium apparuit. — Prodiit Demosthenes (modo operæ typographicæ non de integro deformarint ea, quæ ego summo labore expolivi. longe a prælo absum, et alias alios codices chartasque typographo misi,) hic igitur inquam, quod quidem in me fuit, se spectandum Demosthenes, cum non contemnendo comitatu præbet

Jam positis novus exuviis niditusque juventa.

Sed ad græcum archetypon redeo—τοῖς φιλέλλησι spero. Scripta hæc est dedicatio Idibus Augusti, natali meo. Anno R. S. 1570. eodem igitur quo Parisina prodiit. Ergo jam tum absoluta prælo erat hæc editio secunda Wolfii græcolatina, seu quarta Wolfiana, ut ipse Wolf eam appellat. Sed supererant, ut suspicor, adhuc supplenda quædam ex editione Parisina, quæ res evulgationem in alterum annum extraxit. qua de re post pluribus. Ipse Wolf aliquoties testatur se anno 1569. has quartæ recognitionis annotationes conscripsisse. (v. annotat. ad p. 786. ubi ait eo demum anno secum esse communicatam Aldinam a Theobaldo Theodorico Argentinensi, sed Parisinam, quam Oporino misisset, recuperare non potuisse. Ergone Parisina quoque jam anno 1569. prodiit? Sequuntur dedicationem versiculi græci latinique Wolfii ad rem nil facientes; tum testimonia de Demosthene veterum græcorum latinorumque, illa cum latina Wolfii interpretatione; tum excerpta ex epistola Matthiæ Schenkii, Augustanæ scholæ Anneæ magistri primarii ad Hieronym. Wolfium 18. Januarii 1571. scripta, qua ei laborem Demosthenicum exantlatum gratulatur; inde carmen Pauli Melissi Franci super eadem re. Tum series operis Demosthenici in 6. tomos distributi, quorum quatuor priores opera Demosthenis et Æschinis complectuntur, quintus Ulpiani commentarios, cum annotationibus Wolfii ad eosdem, accessiones ad Ulpianum ex editione Parisina, Demosthenis vita e Libanio, Plutarcho, Luciano et Suida. Æschinis vita e Plutarcho, et alia incerto auctore, Apollonii in Æschinem enarratio, Æschinis vita e Suida, Wolfii annotationes in illas vitas. tandem farrago annotationum Reuberana, de qua supra diximus, cum de Herwagiana prima diceremus. Sexto denique tomo hæc insunt. Primum totum specimen Demosthenis recogniti, de quo ante dicebamus A. 1569. proditum, hic iteratum, ne litera quidem mutata; deinde annotatt. Wolfii ad omnes Demosthenis et Æschinis orationes. post variæ lectiones totius operis Demosthenici e quatuor diversis codicibus collectæ. Sunt illi quatuor codices editio Aldina,

Herwagiana prima, Felicianea, et Manutiana p. 138. Castigationes et variæ lectiones in Demosthenem per Vincentium Obsopœum, de quibus paulo post dicetur. p. 145. variæ lectiones ad Dem. ex editione Felicianea. p. 157. Wolfii annotationes ad Demosthenem e codice Lutetiano. p. 159. quam appello *farraginem Wolfianam*. qua consignavit omnes lectiones ed. Lutet. a sua discrepantes, cum inspersis suis conjecturis novis seu curis secundis. Diversæ lectiones codicis Augustani. p. 179. Scholia codicis Augustani ejusdem p. 193. variæ lectiones in Vita Dem. a Plutarcho scripta p. 199. Wolfii veteres præfationes et carmina græca atque latina. Hic est conspectus, hæc series operis Wolfiani. videamus nunc de quibusdam horum libellorum seorsim. Primum de dispositione atque distributione oratt. Dem. Wolfiana. Orationes Demosthenis in editione Aldina, una continua serie, sine ulla distributione in classes, leguntur. Primus eas in tres tomos seu classes, distribuit Felicianus, quem imitatus est Paulus Manutius. prima classis tenet Olynthiacas, Philippicas, suasorias, prooemia, et duas ostensionales, operis appendiculam. secundus tomus tenet publicis in causis dictas, quas supra recensuimus. tertia reliquas omnes. Wolf autem ab hac distributione duabus in rebus discessit, 1) e duabus contra Æschinem orationibus, quæ in edd. Bernardi et Pauli pars tomi secundi sunt, tomum peculiarem, numero secundum fecit, additis Æschinis orationibus, quæ autem in edd. Bern. et Pauli reliqua secundi tomi implebant orationes, ut Leptinea, Midiana, Androt. Aristocrat. Timocrat. Aristogiton. illis Wolf tertium tomum seu classem assignavit, quo factum, ut quæ in edd. Felic. et P. Manutii esset tertia classis, ea jam in ed. Wolfiana sit quarta. Sed et ex hac postrema classe, quæ est privatarum caussarum, tres orationes Wolf transtulit in classem aliis mediam, sibi tertiam, orationes puta in Eubulidem, in Theocrinem, et in Neæram, quod eas orationes crederet, non privatas, sed publicas causas agitare. 2) Tomo primo admiscuit, præter epistolas Demosthenis et Æschinis, etiam orationem Dinarchi in Demosthenem. Tomo secundo orationem pro corona, quæ in aliis omnibus editionibus antecedit illam de falsa legatione, huic Wolf postposuit. Opuscula quinque hoc secundo tomo Wolfiano conclusa istoc ordine sese consequuntur. 1) Æschinis or. in Timarchum. 2) Demosthenes de falsa legatione in Æschinem. 3) Hujus adversus illum super hoc crimine defensio. 4) Rursus ejusdem oratio in Ctesiphontem, et coronam. tandem 5) Demosthenis or. pro Ctesiphonte, seu, quod idem est, pro corona. Tomo quarto subjectus est index in Demosth. et Æschinem. Singuli quique tomi suis præfationibus propriis a Wolfio sunt instructi. Quinto Tomo, qui Ulpianum complectitur, præfixa præfatio scripta est Cal. Martiis 1550. clausula interpretationis latinæ p. 243. hæc

est. — Initio annotationum ad Ulpianum Wolf ait p. 244. eas a se scriptas esse anno 1566. Sed cum interea prodisset editio Parisina, in qua Ulpiani scholia multo sunt antiquitus editis locupletiora, illis, quæ reddidisset Wolf in sua editione, ideo accessiones illas omnes editionis Parisinæ seorsim excudi curavit cum latina sua interpretatione. a p. 262. ad p. 300. Tomus VI. comprehendit Wolfii aliorumque ad Demosth. annotationes et sylvam variantium lectionum indigestam. Fini annotationum suarum ad orationes Demosthenis et Æschinis adversarias adjecit Wolf schedas Scrimgeri, de quibus exponit p. 102. In fine annotationum ad tomum quartum p. 137. græca clausula testatur eas absolutas esse A. 1569. θαργηλιῶνος μεσοῦντος (h. e. Augusto) P. 143. incipiunt Castigationes ac diversæ lectiones in orationes Demosthenis per Vincentium Obsopœum, *vetustissimi cujusdam exemplaris subsidio collectæ non tantum editioni Aldinæ, verum etiam Basileensi, quæ postrema est, non sine fructu adhibendæ. num in neutra, quæ hic emendantur, recti habent.* Hic est titulus opusculi, de quo jam dudum dicere debuissem, nisi satius duxissem historiam editionum Demosthenis non interrumpi. Prodiit hoc opusculum Basileæ primum in quarto minimo anno 1533. Triginta pæne annis post idem Wolf editioni suæ Demosthenis inseruit cum aliqua accessione sua. Obsopœus enim cum libellum suum Hieronymo Baumgartnero* patricio ac senatori Norinbergensi obtulisset, Wolf renovatæ editioni hujus epistolæ dedicatoriæ, aliam suam ad istius Hieronymi Paumgartneri filium, patri cognominem, Consulem Noribergensem, adjecit. In hoc opusculo Obsopœus locos non paucos Demosthenis Aldini e codice manuscripto, qui in manus ejus venerat e Pannonia, correxit, aut saltim varias ejus lectiones expromsit. Quare Pannonicum hunc codicem soleo appellare ad exemplum Wolfii. qui codex quo devenerit haud constat. Non fuit ille quidem optimæ notæ. habet tamen interdum lectiones non contemnendas.

Sed redeo ad opus Wolfianum. Erunt sine dubio qui mirentur, cum inter quatuor codices, e quibus excerptæ dicuntur variæ lectiones p. 138-142. positæ, Felicianeam nominassem, rursus tamen p. 137. occurrant varietates e Felicianea. Causam rei accipe a brevi Wolfii hac præfatione: Post immaturum obitum Bolgangi Empacheri Tirolensis — Clauditur hoc excerptum hac clausula Atque hæc ex annotationibus meis in Felicianum codicem confectis ante annos 22. 3 Nonas Decembr. 1569. Ergone non sunt hæ meræ variæ lectiones, e Felicianea, sed intermistæ quoque sunt Wolfii conjecturæ? Examinetur. Insequitur duplex accessio ex editione

* Viderint, quibus familiæ patriciæ Norinbergensium notiores, quam mihi, sunt, num pater hic sit illius Io. Georgii Baumgartneri, cui Erasmus Roterodamus editionem Herwagianam primam inscripsit.

Lutetiana. prima varietatem lectionis exhibet, quæ est in editione Lutetiana ab Wolfiana. procedit hæc a p. 159. ad 174. altera accessio sic est inscripta modo perobscuro et dubio: variæ lectiones et notæ in orationes Demosthenis e Lutetiano codice excerptæ. Sunt enimvero hæ nihil aliud quam ille, quem appellare soleo, *indicem Lambini*, de quo supra; qui in calcem editionis Lambinianæ rejectus est. procedunt hæ a p. 175. ad 177. A p. 178. incipiunt variæ lectiones codicis Augustani membranacei illius egregii, quem *primum* appellare soleo. Cujus historiam cognoscamus e præfatione Wolfii ad eas, quam totam huc transscriberem, si vacaret. tum procedunt illæ lectiones Augustanæ a p. 179 ad 192. præscriptus iis est hic titulus: *diversæ lectiones ex Augustanæ rei publicæ bibliothecæ codice vetustissimo industria M. Simonis Fabricii, Marcopibertani, Franci diligenter observatæ.* Interspersa sunt lectionibus Augustani judicia de ipsis, interdum et conjecturæ, sine auctore. penes me tamen certum est ea, non a Sim. Fabricio, sed ab ipso Wolfio esse profecta. Videtur quoque Wolf selectum fecisse illarum lectionum, non omnes, quas Fabricius ei tradidisset, publicasse. Sed vehementer in illo delectu peccavit. multa etiam aliter prodidit, atque in ipso codice reperi. Sed hac de re paulo post pluribus. Pertinet huc etiam alius locus e Wolfii dedicatione totius operis Demosthenici, p. 4. Nunc ad mstos codices redeo, ait.—Quæ Wolfius hic ait de literis illius codicis minutis et exoletis, quas negat vel adhibitis specillis perspicere se potuisse, non possum satis mirari. Nolo equidem frontem ejus accusare. vir honestus non videtur data opera mentitus esse, sciensque fefellisse. Verumtamen, si vera dixit h. l. Wolfius, næ oportet eum pæne cæcum fuisse. Velleni equidem omnes codices Demosthenicos, quos tractare mihi licuit, tam pulchris, tam perspicuis, tam grandibus literis, tam plane et explicate, sine abbreviaturis, scriptos fuisse, atque hic est Augustanus omnium optimus. Literæ, quibus exaratus ille est, quadruplo majores sunt, atque sunt literæ Bavarici. Forma et proceritas literarum, totusque habitus scriptionis prorsus est similis scripturæ, qua exaratus est codex membranaceus, unde Constantini Porphyrogeniti Ceremoniale Byzantinum post Leichium edidi, cujus scripturæ specimen ex ære cælato expressum prostat. Similis item est pentateucho bibliothecæ nostræ Paulinæ, cujus specimen cl. Fischerus edidit. Superest adhuc ille codex Augustæ Vindelicorum. Inspiciat cuicunque copia inspiciendi erit, videbit uter nostrum, Wolfius an ego, verum dixerit. Utinam specimen aliquod illius codicis fideliter chartæ oleo imbutæ inscriptum sumsissem! Sed ipse nesciebam hanc artem ductus literarum ita excipiendi, parcebam oculis, festinabam codicem quam primum ad dominos remittere, quem annum pæne penes me habuissem, nolebam eum

alienæ fidei committere. Quicquid est grandibus, pulcherrimisque et lectu planissimis literis est totus exaratus. nisi quod atramentum plerumque flavescit. quo fit ut ad lucernam legenti nihil perspicuum appareat. De sensu quisque suo quidem testis est certissimus. Ego, qui parum oculis valeam, et nescio an minus etiam, quam ipse Wolf, de die tamen hunc Augustanum codicem, ducentesimo fere post quartam Wolfianam Demosthenis editionem anno, legi planissime. Scholia autem illius codicis sunt illa quidem ab eadem manu, literis ad formam quidem similibus, sed multo minutissimis, et cum compendiis longe plurimis atque intricatissimis exarata. Sed de his postmodum suo loco, cum de hoc codice Augustano pluribus agam. Diversis hisce lectionibus codicis Augustani subjecta sunt in editione Wolfiana scholia ejusdem codicis a p. 193. ad 199. cum latina interpretatione Wolfii, quibus de scholiis item pluribus paulo post exponam. Præfixit iis hanc præfationem Wolfius — In fine hæc scholia in περὶ στεφάνου exstant in Lutetiano codice. (hoc est editione Parisina). In παραπρεσβείαν et τιμοκράτην partim ex Ulpiano decerpta esse, partim in scholiis Lutetianis exstare videntur. quare nolim certum laborem capere incerto fructu. Hæc Wolfius. Expediebat tamen, opinor, saltim varietates lectionis in his scholiis, quæ essent in Augustano, si quæ discreparent lectiones a Lutetianis, prodi.

Denique succedunt variæ lectiones in vita Demosthenis a Plutarcho descripta; in quibus *F.* id est *fortasse* additur, Wolfianæ conjecturæ sunt, ceteræ Lutetianæ editioni acceptæ referuntur. (hic est titulus a Wolfio præscriptus.) annotationibus ad Pseudoplutarchi vitam Demosthenis hanc præmisit Wolf annotationem: quot loca in hoc opusculo εὐστόχως emendaverim, testatur conversio mea, et specimen Demosthenicum A. 1569. editum. cætera hujus loci supra retuli, cum de hoc specimine agerem.

Hic est apparatus criticus Wolfianus, ingens quidem ille, et ad emendandum Demosthenem inprimis utilis, sed, ut nunc est, nulli usui. Stultus sit lector necesse est, qui id faciat, quod editori necessario est faciendum, ut tam diversis in locis sparsas, decies repetitas easdem lectiones indaget, nullis neque paginarum, neque versuum notis signatas, in quibus indagandis, tametsi spississimum opus decies revolvat, tamen integras horas perdat. Sæpe ego mala multa fui imprecatus ei, cui tam vecors et furiosum consilium in mentem venit, ut hoc modo patientiæ lectorum illuderet. Dementiam satis mirari non possum. Insumit laborem non parvum varias illas tot lectiones congerendi; sine dubio, quo lectores iis uterentur; exponit eas, sed sic, ut nemo iis uti queat. quo ipse sese suæ tantæ operæ fructu privavit, unaque emtores. Perinde nunc est, ac si plane nihil variantium edidisset. Digeri hæc oportebat, certosque

quæque ad locos paginarum et versuum alligari, ut varietatem lectionis Demosthenicæ sub uno conspectu haberes. Delirabat Wolf ita scribens in epistola ad Episcopium variantium sylvæ subjecta, p. 201. *Varias lectiones omnium editionum consignatas habes, quarum numeros si foliis impressionis tuæ accommodari nequirent, prætermittendos censeo, lectoremque monendum ex ipsa serie orationum et locorum quo quæque nota pertineat deprehendi.* Iniqua postulas, mi bone Wolfi. Tam ego fungus non sum, ut unius notulæ caussa totas sexcentenorum versuum orationes perlegam. Non ita festinare, non præcipitare opus, quod ordine agere debebas, Episcopio non schedas disjectas, folia Sibyllæ, alias ex aliis mittere, quas, quo essent referendæ, nemo sciret, quæ ipsæ sibi contradicerent sæpe, sed in mandatis dare, ut Demosthenis textum excudendo absolutum ad te mitteret, quem tu per ocium relegeres, et annotationes tuas, variasque lectiones ad locum quemque suum referres, et munde nitideque et ordine descriptas chartas omnes ad typographum mitteres. Nisi consilium cepissem edendi Demosthenis, quod me coegit quicquid usquam exstaret copiarum typis excusum indagare, sedulo et cum pulvisculo corradere, et ordine concinno digesta ista omnia proponere, nunquam tanti fecissem, utilitatem sæpe minimam, aut nullam, maximo et ærumnabili labore emere. Quem laborem ipsi adeo Episcopius et Th. Zwingerus defugerunt, amici Wolfii, quorum plurimum intererat, et qui debebant et omnium facillime poterant eum expedire pro omnibus; ipsi adeo Francfurtani et Genevenses exhorruerunt, qui Wolfianum Demosthenem recuderunt, (nam in neutra recensione ista miscella farrago in ordinem redacta est, aut paginæ versusve notis aut variantibus adscripti;) eum lectorum tuorum, Wolfi, quotquot sunt et erunt omnium unusquisque viritim maximo cum tædio devorabit? Non cogitabas nempe sic irrideri genus humanum, sic patientiam nostram fatigari. Importunum est, ut tu malo careas, quod tibi conveniebat, aliis millenis, ad quos nil pertinet, malum dare. Hæc est una magna labes editionis Wolfianæ, ἀταξία. rudis ea est indigestaque moles, merum chaos, quod intuentem horror et fastidium occupet. Sed est altera non levior. Wolfius textum Demosthenis dedit pro arbitrio suo, non e libris calamo exaratis, non ex antiquis editionibus emendatum, sed e conjecturis suis, idque, quod multo pessimum, lectore non admonito. Ego ipsemet quoque nonnunquam Demosthenis orationem arbitratu meo constituo. Sed ubi ubi facio, admoneo lectores cum in ipso statim texto appositis asteriscis, qui lectores de mea crisi admoneant, et ad annotationes nostras receptum habere jubeant; tum in annotationibus caussas et rationes emendationis, seu si mavis, mutationis cujusque a me excogitatæ et in textum admissæ expono in annotationibus, et tabulam calci operis subjiciam

omnium mutationum, quas meo marte meaque sponte et auctoritate, in Demosthenem immisi. Offensioni quoque est moles libri intractabilis, et ea, quæ vel fortissimum quemque bajulum fatiget, per quam fit, ut lector e. c. Olynthiacæ primæ, opus habeat non modo denis locis requirere, quæ ad certum locum ab Ulpiano, a Budæo, ab Obsopœo, a Wolfio dicta, aut e variantibus modo Aldinis, modo Lutetianis, modo Augustanis annotata sunt, sed etiam millenas paginas iterum iterumque revolvere. Malim ipso Demosthene carere, cujus lectio tam molesto labore mihi constet, qui labor ad insaniam facile quem adigat. Sed præter abnormem molem offensioni quoque sunt typi in editione Basileensi Tomo VI. adhibiti nimis quam exiles et minuti, *cursivi*, quod genus typorum oculis inprimis inimicum et insuave est, et fastiditur magis, quam ullum aliud. Insignis est defectus hujus editionis Wolfianæ, quod indice græcitatis demosthenicæ caret. Credo equidem Wolfium, a laborum Demosthenicorum multitudine et perpetuitate victum, non potuisse agendis omnibus sufficere, quæ in ejusmodi auctore peragenda editori incumbunt. Verum, primum quidem viginti duo anni, quos in Demosthene fingendo et refingendo consumsit, tempus, opinor, sunt satis commodum, quo quamvis magnus labor profligari poterat. Mihi quidem si tot annos uni Demostheni expoliendo largita esset secunda fortuna, quæ vix quadriennium dedit, et ne illud quidem integrum, (interea temporis enim etiam Aristidem ad mstos recognovi, et editioni, quam ejus paro, accommodavi: ut alias interpellationes taceam) o quam mihi videor eum absolutum et numeris omnibus perfectum daturus fuisse. Me vero ingravescens ætas, et decrescentes in dies vires, et impatientia in eodem labore diutiuscule commorandi, et desiderium studiosæ juventuti tam gravem auctorem, tam necessarium, cujus editiones sunt quam rarissimæ et carissimæ, quo tamen carere sine damno maximo potest nemo paulo humanior, quam primum fieri posset, parvo parabilem, et facile gestabilem, et ornamentis non contemnendis instructum, non omnibus quidem, tot tamen illis et tantis, quot et quanta nulla alia superiorum editionum dedisset, in manus dandi, festinare me coegerunt, et minus perfectum opus edere, quam nullum, malle, verentem, ne in conatu superstitiosæ diligentiæ fatum me opprimeret, mecumque lectores fructu meæ operæ fraudaret. Deinde quis auctor tibi, mi Wolfi, fuit tam stulti consilii, ut Æthiopem lavares? Ulpianum cur latinum fecisti? Quis jussit? aut si quis jussit, cur obsequebaris? Debebas sapientior esse, quam ineptus librarius, qui se a stulto more sæculi, ab importunis emtorum flagitationibus duci pateretur. Debebas fortiter resistere. debebas bibliopolarum stultitiæ et importunitati responsare duriter, non servire, non cervicem submittere. Poteras melius quid agere. Ulpianum latinum

quis legit. quotus quisque est græcum qui legat? nedum ut latinum. Ulpiani tua latina interpretatio prorsus illa est, quam nostrates proverbio jactant, quinta currus rota? Labor incassum peractus, cujus nemo tibi gratias habet. Pro ista interpretatione bonum græcum indicem condidisses, addidisses Harpocrationem, aut aliud quod rhetoricum lexicon ineditum, digessisses istam tuam horridam et inconditam sylvam variantium et annotationum, et concinnum in ordinem redegisses; multo sic majorem gratiam a lectoribus inisses, et multo melius eorum commodis providisses. Vitio hoc quoque dari Wolfio jure potest, quod, quum decrevisset editionem, non aliquam vetustiorem fideliter reddere, sed Demosthenem ad mentem suam constitutum, a se reformatum dare, præstantissimum tamen codicem mstum, quem domi pæne suæ haberet, in urbe quidem sua, in bibliotheca Aug. reip. ad quam bibliothecam ipsi aditus pateret, non consuluerit, sed prius excudendum dederit suum Demosthenem, et tum demum absoluta impressione curaverit illum codicem ab alio conferri. Nam prius illam collationem esse factam nullo constat indicio, cum anni notæ desint utrique epistolæ, tam Simonis Fabricii ad Wolfium, quam Wolfianæ illi, cui ista Fabriciana inserta est. Possit adeo paulo quis suspicacior venire in illam suspicionem, Wolfium utique usum fuisse codice illo Augustano in conscribendis suis annotationibus, qui multa pro suis conjecturis prodat, quæ in illo codice leguntur; quamquam ego equidem virum optimum ea invidia injustissima onerare nolim, ut plagiarius habeatur. Sæpe mihi venerunt in mentem conjecturæ, quas postmodum in codicibus mstis reperi. (Ut nuper in Aristide, in quem quas octennio ante publicaveram conjecturas meas, earum partem lònge maximam a codicibus Augustanis et Bavaricis, emendatissimis et optimis, confirmatam deprehendi, cum gaudio, et spe bona de mearum in græcos auctores animadversionum libellis.) Ego vero illas non mihi arrogavi, quæ mihi cum codicibus communes erant demosthenicis, sed lubens, et prout par erat atque æquum, gloriolam omnem, quæcunque est, auctori suo, codici manuscripto, ubi repereram, transscripsi. Supersunt mihi vel sic quoque numero plurimæ emendationes, quarum gloria inventionis mihi propria, cum nemine communis, manet. Universe nimia festinatio bono Wolfio obfuit. Turbulente omnia et præcipitate egit. Profert Wolf quoque tanquam inventa sua, lectiones, quæ jam dudum ante in vetustioribus editionibus legebantur. Scilicet non habebat in chartis ordinatis bene dispositas lectionum varietates; quo factum, ut lectiones, quas in aliqua vetustiore editione legisset, adhæsissent memoriæ, locus, ubi legisset, effluxisset; ut sibi videretur suo marte invenisse, quod memoria suggerebat. Post illam Wolfii ad Eusebium Episcopium epistolam sequuntur ejusdem tres dedicationes priorum editionum

ab ipso curatarum; et duæ quidem ad magnificum et generosum virum Io. Iacobum Fuggerum — prima ad Demosthenem latinum a se factum, scripta A. 1549. altera ad eundem in Demosthenicæ conversionis recognitionem scripta A. 1553. tertia, scripta A. 1568. ad Henricum fratrem, physicum Norimbergensem, præfixa specimini postremæ recognitionis. Juvat ex illis tribus epistolis locos quosdam ad historiam Demosthenis Wolfiani facientes huc transferre —

E prima. Oporinus Wolfio fuit auctor latine vertendi Dem.
Wolf indicem græcitatis Demosthenicæ sibi fecerat.
Sebastiano Castalione usus est correctore suæ latinitatis.

SECT. IX.

De Francfurtana Dem. editione.

Hæc de Wolfiana Demosthenis editione postrema, quæ ad hoc diei plenissima et perfectissima fuit omnium, et vulgatissima. Recusa quidem est bis, Francofurti semel A. 1604. et tum Genevæ A. 1607. præstare tamen videtur Basileensis, quæ videtur omnium correctissima esse. Genevensis est admodum sordidis chartis expressa. præterea caret optima dote Wolfianæ editionis, Wolfii annotationibus. Francfurtana luculentis quidem chartis typisque est excusa. præterea, quod in commoditatibus numerat Fabricius, unicuique orationi statim subjecti sunt in illa editione commentarii Ulpianei; tandem etiam accessionem quandam variantium habet, quam in libro meo variantium appellare soleo *appendicem Francfurtanam*, de qua quæ dicam hæc habeo. Sed prius totum habitum hujus ed. Francf. videamus. Universe est eadem cum Basileensi, nisi quod opusculorum nonnullorum sedem mutavit. E. c. epistolas Wolfii ad Fuggerum et ad Henricum fratrem, in extremo calce Basileensis locatas revocavit hæc Francfurtana ad operis principium. Ulpiani Scholia orationi cuique subjecit. Sed debebat idem tenor etiam in commentariis Wolfianis tam ad Demosth. quam ad Ulpianum teneri, ut et ad orationes adjicerentur annotationes quasque suæ, et ad Ulpianea scholia item suæ. Vita tum sequitur Demosthenis olympiadibus ac præturis Atheniensium distincta ex parallelis Andreæ Schotti, accessionibus locupletata. Annotationum series plane inversa est. Reliqua omnia sunt eadem ut in Basileensi, nisi quod in fine additæ sunt *lectiones in Demosthenem diversæ* (hic est titulus illius opusculi) *tum e codice quodam vetusto Italico, tum ex Aldino, cui illas vir doctissimus manu propria adscripserat*. Dolendum, quod curator hujus editionis, quisquis fuit, tam incertos nos de hac collatione reliquerit. tam obscure, tam infinite de codice

quodam Italico loquitur, nil definiens, cujus ille bibliothecæ fuerit. Exemplar Aldinum, cui vir quidam doctus variantes dicitur adscripsisse, videtur hodie in bibliotheca Bodleyana Oxonii asservari, et vir ille doctus Petrus Pithœus esse. Colligo id e conspectu Taylorano, ubi codex, quem Taylor Venetum appellat, sic enarratur. [Codex, ut constare posse arbitror, S. Marci Venetiis. variantes excepit vir industriæ et fidei summæ Petrus Pithœus. Ex Aldino exemplari in bibliotheca Bodleyana Oxonii, cui ea alleverat Pithœus.] Nusquam discernuntur in illa, quam appello, appendice Francfurtana lectiones illorum duum codicum Italici, et Veneti. Sæpe eædem lectiones bis diversis in locis ponuntur. Ipsa testatur ad p. 31. 16. partem lectionum e Veneto esse desumtam. Interdum tamen a Pithœano discrepat ut p. 36. 13. Multa in illa appendice præpostere, multa bis, multa sub paginis ementitis posita occurrunt. videtur mihi hæc collectio a Sylburgio facta esse, non ex uno codice, sed e diversis, Aldino, Lambiniano, Augustano, Pithœano et nescio an ex aliis. Ad orationes in causis privatis nihil ibi est annotatum. penes me non magni momenti est hæc appendix.*

SECT. X.

De editione Taylori.

Hanc Francfurtanam renovavit Taylor in sua, de qua nunc mihi dicendum est; quæ si totum exhiberet Demosthenem, sine controversia principatum teneret omnium editionum, et chartarum splendore, et criticis præcipue, quibus instructa est, copiis amplissimis. Sed duo tantum ejus prodiere volumina, alterum Anno 1748. ineunte, Cantabrigiæ, continens orationes a Wolfio in classem tertiam relatas. Tum prodiit A. 1757. volumen tenens adversarias Demosthenis et Æschinis. Nil præterea operis hujus splendidissimi ad hoc diei prodiit. Fert tamen fama fore ut propediem reliqui quoque tomi e schedis Taylori, haud ita pridem fato suo defuncti prodeant.† Præclare enim, et magis etiam, quam ut a me pro meritis

* Codex Italicus in gratiam Wolfii collatus est. Taylor ad p. 202. 30.

Francfurtenses præterquam quod de Dem. nil meriti essent, etiam aliquando ejus interpretem quasi dedita opera mutilarunt nobis et conciderunt. Taylor ad p. 290. 19.

Editio Francfurtana sæpissime ex typothetæ incuria, non auctoritate codicum, a vera lectione recedit, ut id sæpe notare et lectorem admonere pæne tædeat. Taylor ad p. 210. 31.

Quid sibi volunt ista verba Taylori ad p. 359. *antepen.* Sentit mecum *Italicus* et qui *Italicum* procuravit.

† Post hæc scripta, literis ex Anglia ad me datis Schweighæuserus, Argentoratensis, A. M. multarum literarum peritus, amicus in paucis meus, certiorem me

deprædicari queat; de Demosthene meritus est Taylorus. Insunt tamen huic quoque pulcherrimo corpori sui nævi, in quibus pænes me quidem præcipuus, et pæne unus, est (nam cæterorum facile veniam ei dederim, hujus difficulter) quod in edenda græca Dem. oratione nimis se segnem et securum gesserit. Textum Wolfianum, lima nimis parce adhibita, tradidit operis suis recudendum, quod textum constat infidum, et vitiosum esse. Paucis in locis id emendavit, lectiones mendosas, quas ipse in notis damnat, sivit tales, quales repererat, fovit, et propagavit; quæ macula est homine critico indigna. Ecquæ magna laus veterem aliquam editionem, litera non mutata, eandem typothetis recudendam dare? Reliquos tacebo nævos, qui a multis magnisque laudibus obscurantur. Tertio volumini præfatio præmissa toti operi accommodabilis est, eo, ni fallor, ut a bibliopego olim aliquando, cum totum opus in lucem prodisset, primo volumini præponeretur. Titulus hic est Δημοσθένους, Αἰσχίνου, *Δεινάρχου καὶ Δημάδου τὰ σωζόμενα. græce et latine. edidit Ioannes Taylor, LL.D. Col. D. Ioan. Cant. Socius et Cancellarius Lincolniensis. Cantabrigiæ: typis academicis.* Volumen tertium, quod primum prodiit, implet, extra præfationem, paginas 662. Secundum, ætate recentius, paginas 762. Dedicatum est hoc opus nobilissimo illustrissimoque Dno Ioanni Comiti Granville, Vicecomiti Carteret— cujus studium Taylor collaudat in ornando suo Demosthene, præsertim quod sibi variantes codicis Vindobonensis impetrasset. Præfatio non multa tenet non communia; parum de historia mstorum aut edd. Demosth. mihi quidem ista præfatio parum satisfacit, indigna Tayloro, indigna Demosthene, indigna tantis reliquis lautitiis tantaque exspectatione et prædicatione publica videtur. Parum ex illa discas. Insequitur conspectus editionum manuscriptorumque Demosthenis, quibus Taylor in adornanda sua editione usus est. —

Hoc est omne, quod de editt. et mstis Dem. Taylor nos docuit. videtis quam jejune, quam indiligenter, quam non pro dignitate atque subtilitate critici. Interspersit annotationibus suis quasdam Marklandi et Jurini; ambas non magni faciendas. Marklandianæ pleræque sunt leves, et tantæ viri famæ haud pares. Jurinus, si maturuisset, (sed a cito fato sublatus est,) poterat aliquando melius quid extundere. Marklandianæ non satis maturæ sunt, effusæ a

fecit, ad Antonium Askewium, V. C. medicum apud Londinenses dexterrimum, illas Taylori chartas pervenisse, qui cum antea spem fecisset earum a se edendarum, nunc abjecto illo proposito, quod exsequi multitudo negotiorum non patiatur, recepisse reliquias Tayloranas mihi missurum. Ipse Vir Clarissimus datis ad me nuper literis humanissimis mihi factus est hujus rei auctor; ut nullus dubitem fore brevi, ut illæ schedæ mihi reddantur. quo facto quicquid reliquiarum Taylori accepero, fideliter id omne in hac editione nostra sum publicaturus.

rusticante, et libris destituto. pleræque, si bene memini, in oratt. pro corona et de falsa legat. versantur. multæ sunt aperte falsæ, testanturque Marklandum in Demosthene fuisse hospitem. tricatur in commatibus et punctis recte constituendis. quæ res laude non caret, magna tamen et præclara palma profecto non est. Tayloranæ notæ sunt bonæ frugis plenæ. Sed apparet eum meliorem esse juris Attici interpretem, in quo regnat, quam criticum, seu emendatorem. quo in genere parum valet, et pæne contemnendus est. Notæ cuique orationi statim subjectæ, ordiuntur ab enarratione argumentorum singulis quibusque orationibus tractatorum, et ab indagatione temporis, quo oratio quæque habita est. Sed pleræque consumuntur in expositione lectionum variantium. Nos vero variantes ab annotationibus nostris separavimus, et peculiari libro conclusimus. Miror itaque qui fiat, ut Taylor interdum nos ad librum variantium ableget. ut fecit p. 143, 24. 588, 33.

Gratiam utique magnam ei debemus. multum profecit, bonum et firmum jecit fundamentum, cui post venientes superstruant. Si minus perfectum quid dedit, ecquis unus omnium hoc in genere perfectum quid enixus est? Viam monstravit. Hoc satis ad magnam stabilemque gloriam. Ego ipse, quamquam multo, quam Taylor, processi longius, optime tamen novi, quam multum operis affecti reliquerim aliis perficiendum. una hominum ætas tantæ rei peragendæ haud sufficit. Dictio Taylori latina haud placet. obscura, affectata, putida est. Sed paucos novi Anglos, qui latine scribere didicissent. Latinæ linguæ neglectus illi genti communis est. Et tamen Taylor, si ad alios Anglos spectetur, adhuc bene scribit. Melius si scisset latine, sæpe non vituperasset Wolfium; quem ideo solummodo persæpe vehementer exagitat, quod latinam Wolfii dictionem, (si Wolfii est, neque potius Sebastiani Castalionis, at o quanti viri in judicio latinitatis) bonam et propriam ipse non intelligeret. Reprehendit quæ laudanda etiam essent, et gnarus quisque bonæ latinitatis admiratus esset. In antiquitatibus enucleandis est nimium sedulus, ultra modum copiosus, aliena et protrita ingerit, non sine jactatione. Non satis trivit grammaticos et rhetoricos veteres Demosthenem quibusque paginis laudantes. Non satis instructus erat copiis lexicorum rhetoricorum. Quæ cum in Tayloro noto, bene memini eadem pæne mihi exprobrari posse. Ego vero neque perfectum quid profiteor præstiturum, et festinavi, et a fortunæ præsidiis derelictus sum, et alia habeo, quæ excusem. Sed pergo. Persæpe sine causa bonum Wolfium Taylor ridet, vexat, exagitat, objurgat, quod diligentia pædagogica oratoris locos quosdam enuclearit, velut nutrices pueris omnia minima mansa in os ingerunt. Sed ea diligentia utilis et pernecessaria est, et plus prodest, quam supercilium aliorum, qui dum elegantias nescio quas abstrusas

et exquisitas consectantur, vere difficilia prætereunt et dissimulant, in rebus perspicuis de tenebris queruntur, expedita suis argutiis intricant, clara perturbant et obscurant. Tayloro si natandum sine cortice Wolfii fuisset, næ aut cavisset sibi ab hac natatione, aut periculum ejus cum dedecore suo fecisset. Ecquis enim Taylor ad Wolfium! Largiar Anglum in jure Attico paulo plus vidisse Germano, quod mirum non est post scripta Petiti, Salmasii, Maussaci et maxime Valesii ad Harpocrationem, quæ Wolfii ætate nondum nata erant. Largiar hoc quoque, Taylorum instructiorem fuisse copiis librorum demosthenicorum, et melius iis uti scisse, quam Wolfium, quem ætas tulit nascentis adhuc critices, et in ordinandis illis lectionibus fuisse diligentiorem atque solertiorem. In cæteris tamen omnibus aio Wolfium Tayloro anteferendum. Plus laboris exantlavit in Demosthene interpretando, melius sententiam ejus perspexit, et reddidit, melius latine calluit, pluribus locis medicinam, et feliciorem quidem, attulit, quam Taylorus, cujus emendationes ex ipso natæ pleræque aut leviculæ, aut manifesto falsæ sunt, vix tres quatuorve in toto agmine capitales, quarum ei magna sit habenda gratia, quibus inveniendis non aliud quodcunque par fuisset ingenium. Taylor si diligentius editionem Manutii aut Feliciani inspexisset, non reprehendisset toties Wolfium ob novitatem lectionis, quasi Wolf de suo lectiones quasdam esset commentus, dudum ante a Manutio proditas.

Tria omnino vidi hujus editionis Tayloranæ exempla, quorum unum, quod est penes Thomam Krebsium, V. C. Rectorem Scholæ Provincialis ad Grimmam, observationibus Flavianis et Decretis Romanorum pro Judæis nobilitatum, tenebat aliquid, quod in duobus reliquis non animadverti; scilicet post finem orationis in Leptinem, p. 63. ubi in aliis exemplis Taylori in illam orationem annotationes incipiunt, incipiebant scholia græca in illam orationem, pro more editionis Francfurtanæ. Paginæ hæ duæ 63. et 64. impletæ erant illis scholiis, minutis, non tamen minimis, neque deformibus typis. Tum charta singularis erat adjecta cum iisdem numeris 63. et 64. tenens initium notarum in Leptineam. videtur Taylor primum voluisse scholia græca cuique orationi subjicere; deinde vero ab illo proposito destitisse, et illa scholia universa quinto suæ editionis volumini reservasse.

Nefas sit specimen silentio prætermittere, quo Taylor hanc editionem suam annuntiavit. Oratio est Demosth. in Midiam cum oratione Lycurgi in Leocratem edita Londini A. 1743.

SECT. XI.

De editionibus singularium orationum Demosthenicarum.

COMMEMORANDUM nunc erat judicandumque de singularium orationum Demosthenicarum editoribus, cujusmodi fuerunt Dounæus, Freindius, Brooke, Mounteneyus, et nuperrime Harlesius. Verum aliis carui, (ut Freindii editione orationis pro corona) aut nihil illi novi attulerunt, ut idem Freindius, quod intellexi ex inspectione brevi libelli ab eo editi, et vereor ne idem de Brookio quoque et Mounteneyo sit statuendum; quorum tametsi ad manus essent opuscula, parum tamen illis usus sum, quod viderentur bonæ frugis parum exhibere. Dounæus onerasse Demosthenem scholiis, fortasse non prorsus inutilibus, videtur, sed parum ad rem criticam facientibus. Harlesio, V. C. apud Coburgenses professori literarum humaniorum optime merenti, non possum facere, quin hoc loco publice gratias agam et pro elegantissimo munusculo, quo rem universam literariam, sed scholasticam inprimis, beavit edenda cum commentariis Taylori suisque oratione pro corona, et pro honore mihi habito, qui dignatus sit meis ad illam orationem animadversionibus locum dare, eoque gustu quodam mearum in Demosthenem lucubrationum viros doctos imbuerit.

SECT. XII.

De Demosthenis versionibus.

ANTEQUAM ad codices mstos Dem. transeo, prius de latinis interpretationibus singularium quarundam orationum Dem. agam. nam de Wolfiana universi Dem. quid attinet dicere, quæ est in vulgus nota, et de qua jam supra, cum de Wolfiana editione ageremus, sæpe commemorandi locus est datus. Meum denique non est judicare de versione, qua pæne nusquam ad hoc diei usus sum, et rarissime attingo latinas græcorum auctorem versiones. Universe persuasum mihi habeo bonam esse. Si nævis quibusdam obsidetur, ecquid est rerum humanarum omnium vitii expers? eccui uni tam longo in opere sommus non obrepat? Horum igitur interpretum quia pæne nihil unquam neque vidi, neque usurpavi, necesse habeo quicquid est hujus notitiæ ex Andreæ Schotti Parallelis supra laudatis repetere, qui cap. VI. de interpretibus Demosth. egit. ubi postquam de Wolfiana disputasset, sic pergit: singulas vero antea orationes exercendi forte styli gratia, ac plerique aliud agentes converterunt; Philippicas quidem quatuor Paulus Manutius, homo disertus, reddidit, olynthiacas vero plurimi Io. Camers, Vitus Amer-

pachius, additis ab utroque scholiis, Iacobus Grifolus Lucinianensis, qui et Philippicas duas et unam de pace interpositam reddidit. De pace orationem quoque vertit Justinus Goblerus, et Petrus Bracchus Placentinus, qui et eam de Cherrhonesi rebus. De classibus Ioannes Lonicerus. Contra Androtionem Bassianus Landus Placentinus. Contra Leptinem de immunitate Petrus Nannius Alemarianus. Plures in Basiliensi editione interpretes, si voles, leges. Hæc Schottus. Scil. in editionis primæ Wolfianæ calce multorum interpretationes singularium oratt. Demosth. leguntur, quæ in postrema omissæ sunt. Post illa Schotti tempora accessit hoc sæculo Lucchesini interpretatio Philippicarum edita Romæ A. 1712. in 4to. cum texto græco, et notis criticis historicisque. Io. Vincentius Lucchesinus fuit Patricius Lucensis. Videtur periculum facere, aut exemplum dare voluisse conferendæ ad Dem. tullianæ facundiæ, unaque interpretationis Wolfianæ castigandæ, qui conatus quomodo ipsi cesserit, nunquam quæsivi. viderint alii. Dorvillius quidem ad Charitonem p. 177. eam improbat.

De francica Tourellii aliorum esto judicium, item de britannica Lelandi, quibus ambabus carui. Sed ambas laudari video, neque detractum ibo illam ipsis laudem, quamquam me non fugit, quid de laudibus statuendum sit, quas nostri Journalistæ, aut venales illi homines, aut de rebus parum cognitis temere judicare soliti, spargunt. De mea germanica; quam factio quædam hominum improborum et indoctorum, sodalitium gladiatorium aut piraticum, vexavit et infamavit, non quod a sententia Dem. aberrassem, non quod eam minus perspicue reddidissem, sed 1) quod non ea essem dictione germanica usus, quam ipsi solam probant, qui volunt belluli, et omnis elegantiæ arbitri esse. 2) quod sæpe locorum periphrasten potius, quam interpretem egissem. 3) quod in animadversionibus Demosthenem sæpe acerbius perstrinxissem; egi causam meam in præfatione ad volumen tertium hujus interpretationis. Secundum quam præfationem nemo fuit, qui hisceret. obmutuerunt umbratici illi, e latebris, ut latrones saltibus insidentes, tela in prætereuntes conjicientes; victi vi veritatis, qua argumenta mea prævalent. Nescio an censuræ illius iniquæ in D. A. D. B. auctor fuerit inimicus tectus vultu verbisque amicum simulans. Ejusmodi libelli menstrui sunt buccina diaboli, vel Erynnios, aut Bellonæ, ut veteres loquebantur, cujus boatum cum andieris, suspiceris quis inflarit. unde simultates et contentiones. Melius egomet ipse novi meæ interpretationis nævos, quam illi omnes, qui eam carpserunt. Sed meliorem profecto nemo illorum omnium condat, neque condet. Erunt fortasse qui in dictione mea germanica aliquid tentent, ungues ei infigant, scalpant, poliant, voculam unam, quæ ipsis asperior et immundior videatur, cum alia, si dis placet, mundiore et exquisitiore

mutent, et sic se Demosthenis ferant interpretes, reapse sint plagiarii. Exspirabit in ejusmodi ineptiis et titivillitiis omnis eorum circa Demosthenem germanice reddendum molitio puerilis. Facere tamen non poterunt, quo minus constet inter omnes, et res ipsa clamet, eos, si qui erunt, vitio a semet creatos interpretes Demosthenis vernaculos e mea demum interpretatione didicisse Demosthenem intelligere atque convertere. Ante me nemo de Dem. germanice reddendo cogitavit, post me erunt procul dubio, qui certatim eum reddant. Sed de voculis inter se contendent, rem omnes mihi debebunt. Interim se novos, et, si dis placet, meliores ferent interpretes; et a venalibus Ephemeridum scriptoribus, quorum aut fames, aut invidia, aut gratia, aut studium partium agit et gubernat stylum, laudibus in cœlum efferentur. Quos equidem et sibi ipsos placere, et ab aliis commendari facile patiar, meum opus examini intelligentium, et ab animi perturbationibus sanorum relinquens, mercedem benefacti a deo, et a conscientia ferens mea satis magnam, tametsi homines aut stulti, aut imperiti, aut exosi me mihique infesti, negent.

SECT. XIII.

De Commentariis in Demosthenem.

Commentatores in Demosthenem recentioris ævi nullos novi præter eos, quos jam nominavi, Wolfium, Taylorum, qui duo sunt principes, et istos minoris dignitatis, Lucchesinum, Tourellium, et Lelandum. Nam Schottus, Petitus, Valesius, Salmasius, tametsi locos Demosthenis multos exposuerunt, tamen professis interpretibus haud videntur annumerandi. Veterum nulli ad nos pervenerunt in Demosth. commentarii, præter illa, quæ sub Ulpiani nomine circumferuntur, fragmenta, alia in aliis codicibus, plura, pauciorave, deteriora aut meliora. Multi olim scholia in Dem. scripsere. Meminit Dionysius Halicarn. [Callimachi alicujus vetusti enarratoris Dem. II. 171. 6. e quo loco paret, jam Dionysii ætate conditum fuisse hunc, quem hodie habemus, quasi canonem Demosth. orationum. Fabricius Bibl. Gr. T. I. p. 928, hos commemorat his verbis [Cœlii Calactini Siculi rhetoris σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος. σύγκρισις Δημ. καὶ Αἰσχίνου. liber περὶ Δημοσθένους, ποῖοι αὐτοῦ λόγοι γνήσιοι καὶ ποῖοι νόθοι, tum ὑπομνήματα Zosimi Gazæi, Zenonis Zitiei, non Stoicorum principis, sed rhetoris, et Sallustii sophistæ in Demosthenem, quorum meminit Suidas intereiderunt.] Wolf in præfatione ad Ulpiani commentarios. [Sed cum aliorum complurium editos in Demosthenem commentarios, qui sæpe in hoc opere citantur, cujus modi sunt Apsinis, Genethlii, Æsculapii Ale-

xandri, Diocori, Zenonis, Aspasii, et aliorum, e quibus multa in Ulpianum translata suspicor.] In Zenonis ab Ulpiano laudati ætatem inquirit Chapman diss. de Ulpiano §. 4. collocans eum in temporibus Juliani Aug. De Cæcilii commentariis variis in Demosth. et alios gr. oratores v. script. Hist. Phil. Ionsii III. 1. p. 4, 5. quocum conferendus Valkenaer Animadv. ad Ammon. p. 95. qui illum refutat. Antipater Hierapolitanus (v. Fabr. B. G. IX. p. 275.) ὀλυμπιακούς τε ἡμῖν διῄει καὶ παναθηναϊκοὺς (Isocratis et Aristidis) λόγους. Philostratus in ejus vita p. 606. Aspasium rhetorem commemorat Photius in articulo de Demosthene Bibl. n. 265. videtur esse Byblius, Sophista, æqualis Aristidis, v. Fabr. IX. p. 667. ubi et alii Aspasii. Asclepius Sophista Fabr. IV. p. 479. conf. T. IV. p. 5. De Genethlio v. Suid. apud Fabr. IX. p. 705. 9. Ulpiani varii Fabr. IX. p. 815. Apsinæ varii Fabr. IX. p. 859. Hermogenis opus περὶ μεθόδου δεινότητος non absolutum ab ipso, sed auctorem ejus Minuciano atque Apsini multum debere, tradit Matthæus Camariota in Compendio Rhetorices p. 22. Plures fuere Apsines rhetores—forte est Apsines Phœnix Gadarensis—v. Fabr. IV. p. 459. 460. Cruda hæc, et indigesta, ut videtis, ex adversariis, ut illuc retuleram, repetii, materiam, in qua digerenda posteri editores elaborent.

SECT. XIV.

De Codicibus manuscriptis Demosthenis, quibus superiores usi sunt editores.

Venio nunc ad codices calamo exaratos, quibus aut alii ad edendum et emendandum Demosthenem, aut ego in hac condenda editione usus sum, aut quorum ad nos pervenit notitia.

Quibus e codicibus Aldus suum Demosthenem ediderit, primus editorum omnium, haud constat; unumne secutus exemplum, an e pluribus delegerit lectionem locis quibusque meliorem, quæ sibi, aut Carteromacho, videretur, et quonam illi codices devenerint; supersint adhuc, an perierint. Quodsi unus fuit codex, e quo Demosthenes primitus est ab Aldo editus, non ex optimis, sed neque e pessimis fuit, sed e genere medio. Tribus se codicibus in universum fuisse usum testatur Aldus in indice, loco eo, quem supra attulimus. Non magis scimus, quinam fuerint codices, quibus usus est Felicianus, quot numero, unde sumti, quo delati. Certum hoc est multas bonas lectiones illinc petitas. multos locos in Aldina laborantes vitio sanatos esse feliciter. Paulo ante Felicianum criticam Demosthenicam exercuit Io. Obsopœus, non infeliciter, homo industrius, edendis Polybio et Heliodoro erotico de literis optime meritus, sed ingenio critico non satis instructus. quamquam illo

tempore græca critica progerminare modo incipiebat. Accedit quod codex Dem. Pannonicus, qui ei in manus venerat, non esset optimæ notæ. Videtur ille codex in bibliothecam Augustam, quæ Vindebonæ est, illatus esse. Paulus Manutius num suæ editioni codices adhibuerit novos, a Feliciano non usurpatos, dubium est; et pene negem. Wolfius ad suam certe nullos adhibuit codices mstos, quod equidem majorem in modum in eo miror, qui ætatem ea in urbe degeret, ubi copia ipsi esset sex codicum demosthenicorum, et in his omnium, quotquot hodie cogniti nobis usquam exstant, sine controversia nobilissimi, antiquissimi, et emendatissimi. Sedens ad fontem, aut ignoravit eum, aut nil curavit inde haurire. quæ secordia! Postquam jam excusa esset typis editio sua, tum demum in mentem ei venit, esse in urbe, ubi literas ipse publice profiteretur, membranas Demosthenis vetustas, forte non indignas, quæ conferrentur. Commisit negotium alii, homini docto quidem illi, neque ignavo, excusatione usus, probabili futura, si vera fuisset. Verum copiosius de subsidiis Demosth. dicam paulo post, quibus uti potuisset Wolf, si voluisset. Sed condonemus hanc culpam multitudini laborum, quibus obrutus erat bonus ille vir, sorte usus, ætate sua, communi etiam hodie illis, qui jumenta sunt librariorum, quorum cupiditati operam suam in libris edendis addixerunt, ut eos locupletent, ipsi interim fame pereuntes, aut, si bene rem gerunt, cum nonnullo rei familiaris emolumento, famæ facientes jacturam, cum necesse sit opera, non scribere, sed evomere. Condonemus etiam sæculi istius ruditati, tum nondum adsuetæ ad diligentiam criticam. Quam primus adhibuit Demostheni Guil. Morellus, vir egregius, idem tamen Wolfio æqualis, et eadem ætate saxum cum ipso volvens Demosthenicum. Octo codices ille cum Herwagiana prima contulit, et lectiones ex illis a se enotatas in margine suæ editionis retulit, cum nota cujusque codicis, unde lectio quæque sumta esset. Codices illos literis alphabeti græci designavit, primum litera α, secundum litera β, et sic porro. Horum codicum notitiam e Tayloro repete, si placet. Verum non processit hæc Morelli diligentia ultra partem illam, quæ ipso adhuc superstite excusa fuit. Supersunt illius diligentiæ vestigia quædam adhuc in oratione de falsa legatione. In insequentibus plane exspiravit. In illa parte Dem. Lutetiani, quam Lambinus curavit, aut nullos ille codices inspexit, aut perraro inspexit, sine indicio quidem reliquit lectiones, si quas illinc excerpsit. multo rariores sunt jam lectiones variantes, quam in parte a Morello curata, et plerumque e fontibus vulgaribus haustæ. Sed hac de re jam supra questus sum. Post intervallum centum et septuaginta fere annorum prodiit Taylor, a quo pæne perfectam poteramus editionem Dem. sperare. Extulit eum sæculum multo pluribus artis criticæ adminiculis instructum,

quam fuit sæculum XVI. Aderat ei non contemnenda copia seu librorum calamo exaratorum, seu variantium ex iis excerptarum, quarum indicem ejus præfatio exhibet, in calce nostri operis, una cum aliorum præfationibus, a nobis reddenda. Sed nimia ei cunctatio offecit, nescio quibus a causis profecta. Interim judicia quædam ejus de codicibus quibusdam, qui ei præsto erant, hic referamus. Altempsianum scholiis ait contaminatum esse, p. 147. 37. et 40. Baroccianum ait ex Augustano primo exscriptum esse, aut contra hunc ex illo, p. 328. 27. in quo falli virum doctissimum ex eo constat, quod Baroccianus leges et decreta habet, quæ desunt Augustano. Augustanum hunc, Vindobonensem et Wolfenbuittelensem fere ubique inter se consentire, vere affirmat, item in oratione Leptinea Augustanum et Harleyanum. Tandem edendi Demosthenis ad me devenit sors, faxit deus, ut ea mihique publiceque secunda fuerit. Quod ad opus elaborandum quibus accesserim instructus copiis, meum nunc est dicere. quod faciam hoc copiosius, quo parcius de illis codicibus aliorum, quos usurpare mihi non licuit, necessario disputavi. Sed antequam illuc veniam prius commemorabo codices Demosthenicos, quos alibi exstare proditum est memoriæ.

SECT. XV.

De codicibus Demosthenis in bibliothecis passim exstantibus.

Non est animus Bibliothecam bibliothecarum Montfauconianam, aut Coislinianam, aut Bandinii Florentinam, aut Catalogum mstorum magnæ Britanniæ exscribere, et numeros proponere codicum demosthenicorum, qui dicuntur in bibliothecis Vaticana, Medicea, Ambrosiana, Vindobonensi, Leidana, Gallicis, Hispanicis, publicis privatisve reperiri; quos omnes utique expediebat a sedulo editore Demosthenis non perfunctorie perlustrari, sed diligenter percenseri et cum editis comparari. Nullum enim dubium est, magnum ejus rei fructum laturam esse remp. literariam. Paucos solummodo commemorabo codices minus forsitan publice notos, quorum notitiam fors fortuna inter legendum cum obtulisset, in adversariis annotavi. Quorum e numero est

Breslaviensis, pars bibliothecæ, quæ quondam fuit Rhedingeri, nunc in gymnasio, quod Breslaviæ est, Elisabetano asservatur. Hujus codicis roganti mihi copia negata est. notitiam ejus per literas mihi dedit Arletius V. C. Rector illius Gymnasii. unde intellexi, codicem illum quondam Andreæ Dudithii fuisse, et Philippicas cum oratt. pro corona et de falsa legatione cum scholiis multis tenere.

Dorvillius in Annotationibus ad Charitonem p. 687. et 693. codicis sui mentionem facit.

Penes Eliam Obrechtum, professorem quondam Upsaliensem, fuisse codicem Demosthenis, intelligitur e Normanni annotatt. ad Aristidis artem rhetoricam p. 274.

Petrus Possinus, Decanus S. Gudilæ Bruxellensis, habuit antiquum codicem Dem. qui recensetur a Fabricio Bibl. Gr. T. XII. p. 313. in quo orationum alius est ordo, quam in vulgatis libris nostris. Commemoratur ibi oratio quædam Dem. *de largitione*, quæ videri queat inedita. Sed profecto nulla est alia, quam oratio de corona trierarchica. Idem Pantinus habuit alium quoque Dem. codicem, sed inchoatum solummodo. v. p. 316. n. 40.

Sambuci codicem laudat Wolf ad p. 145, 5. et in ea, quam nos usurpamus, farragine.

H. Scrimgeri, Scoti, Professoris quondam Juris apud Heidelbergenses, schedas in calce suorum ad oratt. Dem. et Æschinis adversarias commentariorum commemorat Wolf. Non fuit codex vetustus penes Scrimgerum, sed schedæ, in quas Scrimgerus retulit lectiones variantes e codice Dem. nescio quo a se excerptas, cum intermistis ipsius Scrimgeri conjecturis.

SECT. XVI.

De codicibus mstis Dem. quibus ego in hac editione usus sum.

Profligatis itaque his, quæ præmittenda videbantur, nunc tandem ad codices mstos devenio, quibus ipse sum usus, aut post alios, aut solus. Non erat animus initio Demosth. edere, sed solummodo animadversiones ad eum. Post editum quintum volumen animadversionum ad græcos auctores cum decrevissem sextum edere, dubitabam utrum in id animadversionum ad Constantini Porphyrog. Ceremoniale Byzant. reliqua, quæ nondum sunt typis vulgata, an animadv. ad Demosth. conjicerem. Sed videns Demosthenica non posse uno parvo volumine comprehendi, otioque carens illa Constantiniana recognoscendi et expoliendi, distuli in aliud tempus editionem hujus sexti voluminis, animumque totum ad Demosthenem ornandum conferre cœpi. Quare primum literis ad Oeffelium V. Ill. Consiliarium Serenissimi Electoris Bavariæ et bibliothecæ Electoralis, quæ Monachii dedicata est, præfectum, datis anno 1765. exeunte, rogavi, ut Demosthenis codicem Bavaricum ad me mitteret. Acceperam scilicet ab amico meo Cobero, qui nunc literas in gymnasio Budissano docet, cum paulo ante id tempus e peregrinatione Bavarica et Italica domum redisset, servari

Monachii codicem Demosthenis egregium, cujus copiam me facile impretaturum ab Oeffelio, viro mirifice humano et ad communicandum copias literarias, quibus abundet, facili. Neque fefellit me ista spes. Misit enim ad me Oeffelius, cujus benignitatem et officiositatem oratione satis prædicare non possum, mense Aprili A. 1766. codicem, de quo statim pluribus dicam. Hic codex primus est mstorum demosthenicorum, quibus usus sum. hic me cœpit docere rationem criticæ Demosthenicæ exercendæ, illius puta, quæ circa lectiones varias versatur e libris vetustis, seu mstis, seu impressis eruendas. Prosper in hac re successus animum mihi addidit plura præsidia hujus generis circumspiciendi. Cum itaque didicissem præstantiam membranarum demosthenicarum, quæ Augustæ Vindelicorum servantur, cum prædicatione aliorum, tum usu meo, rogavi virum celeberrimum Iacobum Brukerum, ut earum copiam mihi faceret. Dedit hoc precibus meis vir humanissimus, sed per errorem nescio quem, cujus tamen secundæ fortunæ gratiam habeo, factum est, ut pro membranis illis antiquis, codex aliquis multo recentior, quem *secundum* appello, ad me mitteretur sub exitum A. 1766. Defunctus labore eum conferendi, remisi, et denuo rogavi copiam illius antiquioris et præstantioris, quem anno pæne toto A. 1767, mecum habui. Remisso item hoc, simul tres Augustæ ad me missi sunt, ii, quos *tertium*, *quartum* et *quintum* appello.

Hæ sunt copiæ codicum mstorum, quæ hanc mihi editionem adornanti ad manus fuere. Sigillatim nunc eorum quemque describam.

SECT. XVII.

De Augustano primo.

Ab Augustano primo, omnium nobilissimo, initium merito facio, qui quod nunc mihi ad manus non sit codices meos recensenti, id vero in primis ægre fero. Quicquid enim de eo dicam, e memoria repetendum est, quæ fluxa et labilis est. Codex est ille, qui in Catalogo Ehingerano p. 763. in Reusnerano p. 78. n. 2. sic recensetur *Demosthenis codex vetus cum commentariis Ulpiani, sed hinc inde mutilus et lectu difficilis.* Eadem pæne scripta erant a nescio cujus manu in primo folio illius codicis, cum absurda et ignominiosa hac nota, *qui codicem hunc tractet, pro thesauro carbones inventurum.* Quæ quicunque scripsit, quamquam vereor, ne Wolfius ipse scripserit, næ is ipse semet infamavit et stultitiam suam denudavit, de rebus incompertis temere judicans, et ea elevans, quorum præstantiam ipse suo usu non didicisset. Codex est in quarto pæne quadratus, spissus, totus membranaceus, et ab eadem manu, si decem folia exceperis a manu recentiore suppleta, exaratus, sæculo, ut

mihi videtur, X. aut XI. literis majoribus, lectu facillimis, perspicuis, planissimis, non multis abbreviaturis. Simillima est scriptura hujus codicis Augustani scripturæ codicis illius, cujus ectypon æri incisum exhibetur p. VI. Catalogi mstorum Bibliothecæ Venetæ D. Marci, n. XCIV. item scripturæ codicis Nicetæ Chirurgicorum Medicei, unde Antonius Cocchius specimen æri incisum exhibuit in fronte Chirurgicorum græcorum, prorsus eadem forma et magnitudo literarum, atque in Niceta; item speciminibus ex ære cælato expressis Catalogi mstorum græcorum Mediceorum a Bandinio editi, Tomi primi tabulæ tertiæ num. 2. tabulæ quartæ n. 2. tabulæ sextæ n. 5. ut alia taceam similia specimina ex ære expressa, quæ olim aliquando vidi passim, ut in Evangeliario quadruplici Blanchini. Continet pæne totum Demosthenem et nescio an olim tenuerit omnia, antequam mutilaretur. Compactus est a bibliopego germanico, tectus corio suillo, non in græcia ipsa, sed sæculo, ut videtur, decimo sexto demum. id quod patet e trajectione foliorum quorundam. Desunt illi p. 92. epistola Philippi, 621. in Stephanum orationes duæ. 638. or. in Evergum et Mnesibulum. 672. or. in Callippum. 726. or. in Neæram. 745. oratio funebris. 750. libellus amatorius. 758. prooemia, et denique 777. epistolæ. deest quoque Aug. primo magna pars orationis in Bœotum super nomine a p. 577. 18. ad p. 579. 26. Ab initio mutilus est. Incipit a κοπτόμενοι p. 14. 7. ad ὀκνεῖτε ἐξιέναι p. 17. 4 tum est lacuna usque ad p. 25. 14. ubi a κατέλιπον duo sunt folia procedentia ad p. 30. 15. hæ paucæ sunt reliquiæ superstites in parte prima Demosthenicorum operum. Supplevit autem deficientia pleraque manus recentior a p. 5. 8. inde usque ad p. 35. 7. decem foliis. Ab hac nova manu exarata appellare soleo in libro variantium *supplementum Augustani primi.* A p. 35, 7. inde reliqua omnia ad finem usque vetusta manus primigenia exaravit. In extremo fine codicis demum duo reperiuntur folia mirum in modum a vermibus corrosa, fumoque et pulvere sordidata et denigrata, ut vix legi queant a p. 4, 11. ἡμᾶς πλεῖν ad p. 6, 5. τὶς οὕτως. Orationes in hoc codice sese consequuntur non ordine vulgari, sed hoc: Philippicæ omnes, eodem ordine, quo in libris vulgatis. in Androtionem. in Midiam. in Aristocratem. pro corona. de falsa legatione. in Timocratem. in Leptinem. in Aristogitonem. in Cononem. in Calliclem. in Olympiodorum. in Dionysodorum. in Aphobum duæ. pro Phano. in Onetorem duæ. in Pantænetum. in Lacritum. in Nausimachum et Xenopithem. in Phormionem. in Zenothemin. pro Phormione. in Apaturium. *οἱ συμβουλευτικοὶ* (a p. 25. ad 130.) pro corona trierarchica, quæ oratio bis in hoc codice est scripta, locis inter se procul dissitis, et cum mirifica lectionum discrepantia, ut exempla hujus orationis e codicibus diver-

sarum editionum sumta videantur esse. universe posterius exemplum priori est emendatius. Sunt tamen loci quidam rursus in priore emendatiores, quam in posteriori. post illam orat. pro trierarchica corona sequitur or. in Macartatum. in Leocharen. in Bœotum de nomine, tum de dote. in Spudiam. in Timotheum. in Nicostratum. in Phænippum. in Polyclem. in Eubulidem. in Theocrinem. in Evergum et Mnesibulum. Sed hujus adest solummodo initium. Ordo in digerendis oratt. Dem. spectatus ab hoc librario aut nullus est, aut certe parum diligens. Primo loco posuit Olynthiacas, tum philippicas, deinde publicas, quarum prima fuit ratione ætatis, et ab antiquis primo loco posita illa in Androtionem; denique privatas, sed privatarum rursus sunt aliquot classes, quas inter se permiscuit librarius Augustani codicis. Ingessit enim in medias τοὺς συμβουλευτικούς. Veteres, a quorum modo dividendi recessimus, ita solebant orationes Dem. distribuere, quæ distributio servata est in Bavarico codice, ut aliæ essent λόγοι ὀλυνθιακοὶ, alii φιλιππικοὶ, alii συμβουλευτικοὶ, alii δημόσιοι, alii παραγραφαὶ, alii ἐπιτροπικοὶ, alii ἰδιωτικοί. Quæ sint Olynthiacæ, quæ Philippicæ, cum constet inter omnes, nil attinet dicere, οἱ συμβουλευτικοὶ sunt περὶ συντάξεως. περὶ συμμοριῶν. ὑπὲρ μεγαλοπολιτῶν. ὑπὲρ ῥοδίων ἐλευθερίας. περὶ τῶν πρὸς ἀλέξανδρον συνθηκῶν. Orationes in causis publicis dictæ sunt, in Bavarico quidem codice hæ, et hoc ordine. κατὰ ἀνδροτίωνος. περὶ τοῦ στεφάνου. περὶ τῆς παραπρεσβείας. πρὸς λεπτίνην. κατὰ μειδίου. κατὰ ἀριστοκράτους. κατὰ τιμοκράτους. κατὰ ἀριστογείτονος. Epitropici sunt, seu de gesta sui tutela, oratt. duæ in Aphobum, pro Phano, et duæ in Onetorem. Paragraphæ seu exceptoriæ, quibus defenditur, causam ad forum omnino, aut ad hoc forum, non posse vocari, sunt hæ, in Zenothemin, in Apaturium, in Phormionem, in Lacritum, pro Phormione, in Pantænetum, in Nausimachum. Idiotici seu de causis privatis agentes sunt reliquæ omnes. Hic est ordo codicis Bavarici, non omnino limatus ille quidem, vetustus tamen. Melius tamen Augustanus, quod in capite privatarum causarum orationem in Cononem posuit. Solebant enim veteres, ut publicarum primam loco, non præstantia principem, facere Androtioneam, sic privatarum in capite ponere Cononeam, ut omnium ex hac classe nobilissimam. Hæc pauca de ordine orationum Dem. atque distributione in libris vetustis obtinente. Nunc redeo ad reliqua exsequendum, quæ de codice Augustano dicenda supersunt. Carebat plerumque spiritibus et accentibus. Rara apparebat manus correctrix. Locus unus a nova manu erat suppletus liquore viridi p. 673, 32. Paragraphis distinctæ erant orationes. indicium novæ paragraphi erat litera extra versum prominens, etiam in media voce. de quo more vid. Vales. ad Eusebium. plerumque non male distributæ erant hæ paragraphi,

interdum tamen etiam admodum absurde, in media sententia. crebræ alias, alias raræ. breves quædam, aliæ longiusculæ, ut sæpe nulla ratio appareret hujus in dividendo inconstantiæ. Ego tamen, ut de veterum ratione libros Demosth. distinguendi nobis constaret, servandas atque repræsentandas hac editione mea duxi illas distinctiones. Itaque paragraphorum initia, quæ erant in codice Augustano, designat editio nostra † apposita, ut paragraphos Bavarici § quæ sunt illis multo rariores. ubi uterque codex consentiebat in eadem distinctione, ibi ambo istæc signa sic copulavi §†. Scholiis oppleti erant margines, usque ad Timocrateam. nam posterioribus adspersæ, paucæ, et a nova manu, scriptura indocta, quæ legi non posset. Scholia hæc alia in Ulpianeis leguntur, alia in his desiderantur. Edidit ea Wolfius, sed pessima fide. Pro verbis Scholiastæ alienissima, a sana ratione et ab usu linguæ abhorrentia, pro lubitu, mira et immani licentia, non monito lectore, ingessit. quod facinus ei non ignosco, tametsi operam Demostheni ab eo navatam magni facio. Vix puto quemquam in ullum auctorem veterem tanta importunitate grassatum esse, ne P. Castellum quidem in Ammianum Marcellinum, quam grassatus est Wolf in hæc scholia. Fidem faciet editio nostra me rem oratione non exaggerare. Nulla ibi orationum argumenta, nisi in Olynthiacis, quorum varietatem enotare festinans oblitus sum. Iota quod nos subscribimus, ille Augustanus semper habet literæ ad latus adscriptum, ut e. c. βουλῆι, ἀγορᾶι, ζημιωθῆι, unde multarum mendarum origo potest explicari. Supplementum illud in Philippicis, quod in libro variantium supplementum Aug. primi appellare soleo, scriptum erat literis multo minutioribus, creberrimis compendiis, pallidiore atramento, in membranis multo tenuioribus et candidioribus, quam erant reliquæ. nam membranæ, quæ supersunt a vetusta manu conscriptæ sunt crassiores et subflavæ a vetustate. commata nulla sunt, sed ubique puncta, ut in plerisque codd. mstis quos vidi. plerumque dat γίνεσθαι pro γίγνεσθαι, πάντα pro ἄπαντα. γινώσκειν pro γιγν.

Δ

αἰεὶ pro ἀεί. Paucissima compendia scripturæ, ut ω pro ὦ ἄνδρες

Θ

δικασταί· ω pro ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι. terminationes ων et ους et ας et aliæ similes sæpe compendiis repræsentatæ. scholia contra scatebant compendiis, et erant lectu difficillima. unde nunquam me expedivissem, nisi Simon Fabricius præisset, cui debeo, quod istos mirificos ductus extricare potuerim. Fabricium hunc, quisquis fuit, quem aliunde, nisi per Wolfium, non novi, necesse est hominem fuisse doctum, et navum, et fidum, et mirifice laborum patientem. Sed fructu laborum et eum et nos fraudavit Wolfii dementia, qui in schedis Fabricii pro lubitu mutavit, ingessit, trunca-

sarum editionum sumta videantur esse. universe posterius exemplum priori est emendatius. Sunt tamen loci quidam rursus in priore emendatiores, quam in posteriori. post illam orat. pro trierarchica corona sequitur or. in Macartatum. in Leocharen. in Bœotum de nomine, tum de dote. in Spudiam. in Timotheum. in Nicostratum. in Phænippum. in Polyclem. in Eubulidem. in Theocrinem. in Evergum et Mnesibulum. Sed hujus adest solummodo initium. Ordo in digerendis oratt. Dem. spectatus ab hoc librario aut nullus est, aut certe parum diligens. Primo loco posuit Olynthiacas, tum philippicas, deinde publicas, quarum prima fuit ratione ætatis, et ab antiquis primo loco posita illa in Androtionem; denique privatas, sed privatarum rursus sunt aliquot classes, quas inter se permiscuit librarius Augustani codicis. Ingessit enim in medias τοὺς συμβουλευτικούς. Veteres, a quorum modo dividendi recessimus, ita solebant orationes Dem. distribuere, quæ distributio servata est in Bavarico codice, ut aliæ essent λόγοι ὀλυνθιακοὶ, alii φιλιππικοὶ, alii συμβουλευτικοὶ, alii δημόσιοι, alii παραγραφαὶ, alii ἐπιτροπικοὶ, alii ἰδιωτικοί. Quæ sint Olynthiacæ, quæ Philippicæ, cum constet inter omnes, nil attinet dicere, οἱ συμβουλευτικοὶ sunt περὶ συντάξεως. περὶ συμμοριῶν. ὑπὲρ μεγαλοπολιτῶν. ὑπὲρ ῥοδίων ἐλευθερίας. περὶ τῶν πρὸς ἀλέξανδρον συνθηκῶν. Orationes in causis publicis dictæ sunt, in Bavarico quidem codice hæ, et hoc ordine. κατὰ ἀνδροτίωνος. περὶ τοῦ στεφάνου. περὶ τῆς παραπρεσβείας. πρὸς λεπτίνην. κατὰ μειδίου. κατὰ ἀριστοκράτους. κατὰ τιμοκράτους. κατὰ ἀριστογείτονος. Epitropici sunt, seu de gesta sui tutela, oratt. duæ in Aphobum, pro Phano, et duæ in Onetorem. Paragraphæ seu exceptoriæ, quibus defenditur, causam ad forum omnino, aut ad hoc forum, non posse vocari, sunt hæ, in Zenothemin, in Apaturium, in Phormionem, in Lacritum, pro Phormione, in Pantænetum, in Nausimachum. Idiotici seu de causis privatis agentes sunt reliquæ omnes. Hic est ordo codicis Bavarici, non omnino limatus ille quidem, vetustus tamen. Melius tamen Augustanus, quod in capite privatarum causarum orationem in Cononem posuit. Solebant enim veteres, ut publicarum primam loco, non præstantia principem, facere Androtioneam, sic privatarum in capite ponere Cononeam, ut omnium ex hac classe nobilissimam. Hæc pauca de ordine orationum Dem. atque distributione in libris vetustis obtinente. Nunc redeo ad reliqua exsequendum, quæ de codice Augustano dicenda supersunt. Carebat plerumque spiritibus et accentibus. Rara apparebat manus correctrix. Locus unus a nova manu erat suppletus liquore viridi p. 673, 32. Paragraphis distinctæ erant orationes. indicium novæ paragraphi erat litera extra versum prominens, etiam in media voce. de quo more vid. Vales. ad Eusebium. plerumque non male distributæ erant hæ paragraphi,

interdum tamen etiam admodum absurde, in media sententia. crebræ alias, alias raræ. breves quædam, aliæ longiusculæ, ut sæpe nulla ratio appareret hujus in dividendo inconstantiæ. Ego tamen, ut de veterum ratione libros Demosth. distinguendi nobis constaret, servandas atque repræsentandas hac editione mea duxi illas distinctiones. Itaque paragraphorum initia, quæ erant in codice Augustano, designat editio nostra † apposita, ut paragraphos Bavarici § quæ sunt illis multo rariores. ubi uterque codex consentiebat in eadem distinctione, ibi ambo istæc signa sic copulavi §†. Scholiis oppleti erant margines, usque ad Timocrateam. nam posterioribus adspersæ, paucæ, et a nova manu, scriptura indocta, quæ legi non posset. Scholia hæc alia in Ulpianeis leguntur, alia in his desiderantur. Edidit ea Wolfius, sed pessima fide. Pro verbis Scholiastæ alienissima, a sana ratione et ab usu linguæ abhorrentia, pro lubitu, mira et immani licentia, non monito lectore, ingessit. quod facinus ei non ignosco, tametsi operam Demostheni ab eo navatam magni facio. Vix puto quemquam in ullum auctorem veterem tanta importunitate grassatum esse, ne P. Castellum quidem in Ammianum Marcellinum, quam grassatus est Wolf in hæc scholia. Fidem faciet editio nostra me rem oratione non exaggerare. Nulla ibi orationum argumenta, nisi in Olynthiacis, quorum varietatem enotare festinans oblitus sum. Iota quod nos subscribimus, ille Augustanus semper habet literæ ad latus adscriptum, ut e. c. βουλῆι, ἀγορᾶι, ζημιωθῆι, unde multarum mendarum origo potest explicari. Supplementum illud in Philippicis, quod in libro variantium supplementum Aug. primi appellare soleo, scriptum erat literis multo minutioribus, creberrimis compendiis, pallidiore atramento, in membranis multo tenuioribus et candidioribus, quam erant reliquæ. nam membranæ, quæ supersunt a vetusta manu conscriptæ sunt crassiores et subflavæ a vetustate. commata nulla sunt, sed ubique puncta, ut in plerisque codd. mstis quos vidi. plerumque dat γίνεσθαι pro γίγνεσθαι, πάντα pro ἅπαντα. γινώσκειν pro γιγν.

Δ

αἰεὶ pro ἀεί. Paucissima compendia scripturæ, ut ω pro ὦ ἄνδρες

Θ

δικασταί· ω pro ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι. terminationes ων et ους et ας et aliæ similes sæpe compendiis repræsentatæ. scholia contra scatebant compendiis, et erant lectu difficillima. unde nunquam me expedivissem, nisi Simon Fabricius præisset, cui debeo, quod istos mirificos ductus extricare potuerim. Fabricium hunc, quisquis fuit, quem aliunde, nisi per Wolfium, non novi, necesse est hominem fuisse doctum, et navum, et fidum, et mirifice laborum patientem. Sed fructu laborum et eum et nos fraudavit Wolfii dementia, qui in schedis Fabricii pro lubitu mutavit, ingessit, trunca-

vit, ut pæne furiosum, inconsultissimum certe, se gesserit, fidemque suam omnem everterit. Apostrophos amat ille codex ut ταῦτ' pro ταῦτα, ἐστ' pro ἐστὶ, etc. Leges et testimonia, formulæ denique pleræque desiderantur. Quo fit, ut nequeam Tayloro assentiri affirmanti Baroccianum et Parisinum primum, in plurimis Aug. pr. consentientes, ex eodem fonte haustos esse. nam quæ formulæ desunt Augustano, eæ sunt in illis. Lectionum hujus codicis vix tertiam partem dedit Wolf, seu quod Simon Fabricius eas prætervidit, seu quod Wolf, a Fabricio enotatas, expunxit, leves, et editione indignas judicans. Sæpe quoque falsas ei imputavit, quisquis fuit, seu Fabricius, seu Wolf, seu operæ Episcopianæ. Sæpe suum de illis judicium interposuit, non Fabricius, sed Wolf. Sæpe quoque suas conjecturas immiscuit. Conjecturas lectionis varietati Fabricianæ immistas, aut omnes, aut plerasque, a Wolfio profectas esse, documento est locus in orat. in Leocharem p. 613. 5. ubi in lectione Fabriciana et in annotatt. Wolfianis eadem profertur conjectura. Lectiones illas a Wolfio editas cum tractarem, sæpe fiebat, ut sedes earum, tametsi totis horis quærens, reperire non possem. Cœpit itaque me desiderium usurpandi hujus codicis, ut saltim scirem, quo lectio quæque referenda esset. Sed multo uberiorem tuli fructum hujus codicis, ut eo sum potitus. Statim enim mihi constitit, Wolfium seu nescisse eo recte uti, seu nil curasse, et alias secorditer, alias mala fide egisse. Quamquam egomet ipse vereor ne multa meam attentionem fefellerint, in ista festinatione. collationem enim hujus codicis ineunte Maio A. 1767. cœptam vergente Augusto ejusdem anni absolvi. neque fieri potest aliter. negatum est homini, ut omnia cernat, ut nihil eum fugiat, præsertim alio prælegente, ubi multæ soni similitudines in diphthongis, in literis ejusdem soni, ut ο et ω, δ et τ, aures fallunt; item si audias legentem ἀναλισκόμενον e. c. non possis aure internoscere sintne duo ista vocabula, ἂν ἀλισκόμενον, an unum solummodo. bona tamen fide asseverare possum me multo et copiosiorem et fideliorem dare codicis Augustani collationem, quam ad hoc diei habuimus Wolfii beneficio. Jam dudum ante mihi constiterat e Constantino meo, quam expediat, a diversis easdem membranas iterum iterumque excuti. Eum ante me cœperat edere I. H. Leichius V. C. et vita diuturniore dignus. Sed haud pauca in ea parte Constantini, quam edidit, temeraverat, alia omiserat. quod deprehendi exemplum typis excusum ad membranas ipsas exigens. Ab eo tempore cœpi colligere exempla librorum, qui cum essent e membranis primitus editi, si posteriores eos ad easdem membranas, unde essent editi, exegissent, multæ aliæ et multo meliores lectiones ex iisdem membranis essent prolatæ. Adeatur Fabricii B. G. T. XI. p. 119. fin. et 121. fin. de Prato in appendice secunda ad Sulpitium Severum protulit

varias lectiones ad vitam S. Pauli Eremitæ e codice msti Capituli Veronensis a se diligentius inspecto, meliores, quam ex eodem codice Vallarsius antea minus emendate edidisset. nobile exemplum dat locus Livii L. XLI. cap. 9. a Lambino emendatus, de quo, v. T. VII. Livii Drakenborg. p. 223. 224. Occurrit etiam simile quid Wetstenii prolegomena ad N. T. legenti. Sed locus e memoria excidit, neque nunc inquirere vacat. Quomodo codex hic Augustam pervenit? Haud constat. Conveniunt inter se plerumque Aug. pr. Paris. primus, Vindobon. Wolfenbuttel. Harleyanus, Baroccianus, in multis tamen rursus inter sese discrepant, ut non possint omnes ab uno eodem fonte manasse.

SECT. XVIII.

De Codicibus Augustanis reliquis.

Venio nunc ad Augustanum, quem secundum appellito, qui signatus erat p. 76. n. 11. Continet hic codex, primum Stephanum Byzantinum ex editione Aldi; tum Demosthenis Olynthiacas, Philippicas, suasorias, de corona, et de falsa legatione. Codex scriptus est circa idem tempus, quo Aldus Stephanum et Demosthenem edidit, verumtamen non ex Aldi exemplo impresso. multas enim tenet lectiones ab Aldino diversas. codex est notæ neque optimæ, neque pessimæ. me certe non pœnituit eum contulisse. Scriptus est in Italia a græculo quodam. Cœpi hujus collationem d. 1. Oct. 1766. absolvi d. 17. Febr. 1767.

Tertium Augustanum appello eum, qui Catalogi Reusnerani p. 77. n. 2. signatus est, et Olynthiacas et Philippicas pæne tenet omnes. nam in orat. adversus Philippi epistolam p. 90. 25. in voce αὐτὸς desinebat. codex non magni faciendus, ab indocto, supino et oblivioso librario exaratus, manu sordida: Scholia quædam adscripta passim erant in marginibus liquore rubro, sed ita pallido et evanido, ut legi nequirent. Orationibus quibusdam subjecta erant scholia ex Ulpianeis excerpta, atramento scripta, eodem tenore cum reliquo corpore orationum. Parum mihi profuit hic codex, qui nullas lectiones, bonas quidem, suggessit, quas in aliis non reperissem. Sed idem tanto mihi carior fuit, quod prima pars hujus codicis pleraque tenet Aristidis mirifice pleniora et emendatiora, quam sunt exemplaria vulgata hujus auctoris, unde studebo Aristidi quoque meliorem aliquando dare habitum, si vita suppetet, et deus cœpta fortunabit. Ambo auctores hi, Aristides atque Demosthenes, in Italia exarati sunt, circa tempora nascentis typographiæ, sed a

librariis diversis. Ille, qui Aristiden exaravit, fuit vir doctus, diligens, magnis, pulchrisque literis usus, et facilibus lectu, et ad legendum invitantibus, nisi quod atramentum pallidiusculum oculos fatiget. omnia sine scholiis.

Quartum appello codicem Augustanum illum, qui p. 78. Catalogi Reusnerani n. 8. signatus est, et nil nisi Demosth. or. pro Corona, et Aristidis Panathenaicam tenet. ejusdem ætatis, atque tertius, scriptus item in Italia, id quod charta prodit, medio aut vergente sæculo XV. grandibus literis, et similibus illis, quibus Aristides, de quo modo dicebam, exaratus est, a diversa tamen manu; neque idem librarius videbatur orationem pro corona exarasse atque panathenaicam. Etiam hic codex scholiis caret. Oratio pro corona convenit cum Aug. primo. contuli hunc codicem initio mensis Julii 1768.

Quintum appello Augustanum codicem p. 78. Cat. Reusner. n. 19. signatum, in quarto ordinario, a manu recentissima sæculi XV. exeuntis exaratum, minus pulchris literis, a librario indocto et mirifice supino, sed ex alio optimæ notæ ductus. Convenit cum Augustano primo pæne ad literam, nisi ubi mendis calami conspurcatus est, quibus scatet. Caret item hic scholiis. tenet orationes quasdam Demosthenis nullo delectu, hoc ordine. 1) Epitaphium Demosth. 2) Lysiæ funebrem. 3) Demosthenis duas in Aristogitonem. 4) or. in Calliclem. 5) orationes duas in Aphobum, primam et secundam. 6) orationes duas in Onetorem. Hæc a Demosthene, quorum collationem absolvi die 20. Maii 1768. Quamquam codex hic cum Aug. primo pæne in omnibus consentit, ut videri possit ex eo descriptus esse, nequit tamen inde sumtus esse, quia argumenta habet orationibus præfixa, quibus argumentis primus caret. Habet hic codex etiam alia aliorum, quæ conferre neque otium, neque animus fuit, hæc scilicet. 1) partem Promethei Æschylei. (usque ad p. 43. Henr. Stephani) cum scholiis interlinearibus et marginalibus. 2) odam tertiam Pyth. Pindari. 3) odam secundam Nem. 4) initium Olymp. Reliqua Pindari carent scholiis, præter initium Olymp.

Sextus codex Demosthenis Augustanus cujas sit et quid teneat, nondum novi, sed sciam, ubi potitus eo fuero. nunc enim adhuc eum exspecto. Signatus est in Catalogo Reusner. p. 86. sic: Demosthenis Olynthiacæ cum multis aliis aliorum.

SECT. XIX.

De Codice Bavarico.

Post codices Augustanos dicendum mihi superest de Bavarico, quem illustris vir Felix Andreas Oeffelius pro sua incredibili humanitate Monachio ad me misit, ejusque usum per tres annos et ultra mihi indulsit. v. Epistolam meam ad Oeffelium in fine voluminis quinti Animadvers. ad græcos auctores. Codex hic tenet quicquid hodie superest operum Demosthenicorum eo ordine, quem paulo ante exposui. Non est optimus, sed neque de pessimis, lectionem plerumque præfert Aldinam; sed hoc in illo codice est egregium, quod refertus est, varietate lectionum super versus et in marginibus scripta, spissius initio, rarius circa finem. Qua in varietate haud raro lectiones reperi nullo alio in codice a me deprehensas, easque non contemnendas. In una præsertim oratione, non succurrit nunc qua, hic codex ab aliis omnibus discedit mirificum in modum, plenior est, testimonia dat integra, quæ nostris vulgaribus libris desunt, ut plane ex alio fonte manasse videatur hæc oratio, quam vulgares editiones. Quæ res mihi perquam mira accidit, ut nequeam intelligere unde sic evenerit. Bavaricus plerumque plena et explicata dat vocabula, sine apostrophis, contra quam Augustanus primus, qui apostrophos amat. ut e. c. pro τοῦϑ' οὕτω dat τοῦτο οὕτως. nam sæpe dat οὕτως cum ς etiam insequente consona. Exaratus est, teste Cobero meo, cui primam hujus codicis notitiam debeo, et qui oculis iisdem suis tam Monachii hunc Demosthenem, quam eroticos Florentiæ vidit, ab eadem manu, quæ Xenophontis Ephesii et Charitonis Aphrodisiensis codicem Florentinum exaravit, hoc est sæculo, ut existimatur, XII. aut XIII. literis minutis, sed elegantibus et perspicuis lectuque planis in charta bombycina, crassa, flava, per binas columnas. Habebat nonnulla egregia, et inventu rara vetustatis indicia. ut clausulas in fine orationum, non tamen omnium, sed earum solummodo fere, quæ primam et secundam classem ex distributione Wolfiana constituunt, quibus in clausulis indicatur numerus τῶν στίχων: constat hæc vel istæc oratio tot vel tot στίχοις. habet in marginibus item numeros capitum ex vetusta distributione, quæ capita signata erant literis alphabeti græci majoribus A. B. Γ. etc. In calce operis etiam has distinctiones veteribus usitatas in majora segmenta seu capita una in tabella repræsentabo, ad paginas nostræ editionis, cum absoluta fuerit. Habet item paragraphos, sed diverso modo divisas, atque in Augustano primo, quas paragraphos ego in editione mea signo § indicavi. Habet tandem et scholia duplicis generis. alia vetustiora, alia recentiora.

Vetustiora initio perquam copiosa sunt, sed quo magis procedit
opus, hoc magis decrescunt. In extremas orationes ad privatas
causas pertinentes, pæne nulla sunt, et quæ sunt, ex Harpocratione
sunt decerpta. In Olynthiacas autem, Philippicas, suasorias, de
corona, et de falsa legatione, copiosiora sunt; multa habent ine-
dita, in ipsa editione Parisina deficientia, quæ scholia habet editio-
num omnium locupletissima. quæ Bavaricus habet edita scholia, ea
multo hic leguntur emendatiora, quam vulgo in libris impressis.
Scholia recentiora a manu alia, pinguiori et minus eleganti ad-
scripta sunt orationibus duabus, pro corona et de falsa legatione.
Horum recentiorum scholiorum pleraque sunt inepta, luce publica
indigna, a Moschopulo, ut mihi videtur, profecta. Sed in hac
parte, quæ istas, quas dixi, duas orationes tenet, codex hic Bavari-
cus usu est maxime detritus, propemodum laceratus, et obscuratus,
ut pæne dilabatur præ vetustate, et manuum sordibus. Tanto mun-
dior est pars posterior, in qua sunt causæ publicæ et privatæ, ut
pars hæc pæne intacta a manibus tractantium videatur. Sed in-
gens est in hac parte lacuna per plures paginas procedens. Ja-
cuerat codex in loco humido. quo factum est ut pars quædam com-
putruisset. hæc sarta postmodum est a manu recentiore, non in-
ficeta quidem illa, minus tamen, atque vetusta est, eleganti, nescio
unde. Post Demosthenem sequuntur Plutarchi vitæ parallelæ ali-
quot, ab eadem antiqua manu, illa scita et venusta, sed atramento
pallidiusculo, ut ægre legantur. In extremo fine legitur Synesii
disp. de insomniis cum commentario Nicephori Gregoræ, a manu
scripta multo antiquiore, in chartis longe aliis, literis horridioribus,
cum nescio quibus ex Aristotele fragmentis.

SECT. XX.

De codice Meermanniano.

Gerardus Meermannus, Vir et honoribus et meritis de Juris
prudentia nobiliori illustris, e bibliotheca sua codicis demosthenici
copiam mihi fecit, tenentis cum quatuordecim philippicis etiam
duas adversus Æschinem. codex est in charta bombycina exaratus,
manu, non illa quidem inelegante, sed indocta, superiori sæculo, ut
videbatur, nescio quo e libro, non optimo quidem illo, exscriptus.
quod cum mihi e collatione Olynthiacarum constitisset, obrutus
aliis multis negotiis, cito remittendum duxi codicem ad dominum.
Specimina tamen ejus in libello variantium dabimus. Gratia tamen
humanitatis mihi in hoc codice communicando demonstratæ nihilo
minor penes nos domino codicis manet, ac si omnium codex ille
præstantissimus fuisset.

SECT. XXI.

De libro Weimarano.

Interdum affero quædam e libro Weimarano, de quo mihi paucis dicendum superest. Bartholomæus, V. C. Bibliothecæ ducali, quæ Weimaræ est, præfectus, vir perquam officiosus et humanus, cum audivisset me Demosthenis edendi cepisse consilium, ultro ad me mittebat mense Januario Anni 1766. exemplum editionis Aldinæ ex illa, cui præest, bibliotheca ducali, cui exemplo Aldino, quod olim penes Marquardum Gudium fuit, sed a C. S. Schurzfleischio, id quod manus ejus testatur, in bibliothecam ducum Weimarensium illatum, adscriptæ erant a duobus diversis, altero antiquiore, altero juniore, lectiones variæ, in quibus etiam nonnullæ sunt vulgatis emendatiores. Has appello *Weimaranum* simpliciter, seu *Weimaranum correctorem*, vel *annotatorem.* In fine hujus codicis hæc reperi annotata. *I. de Valcob Venetus M. Ianuario* 1592. *multas in hoc codice varias lectiones annotavit.* Idem ni fallor, in fronte libri hanc præscripserat admonitionem (*Multas in hujus codicis marginibus lectiones varias sic ... notatas reperi. Alias addidi ex alterius librarii codice, quas ita signavi* 2. *ut a primis dignoscerentur. Si quam autem in hoc codice lectionem similem alterius codicis lectioni inveni, apposuimus numeros* 1. 2. *Paucæ item ex tertio codice ita signatæ sunt* 3.) Hæc illa manus nova. quæ mihi omnia sunt obscura et inexplicabilia. Nescio, quis ille fuerit *Valcobius*, nisi est potius Vulcobius. nescio qui fuerint ejus codices, quos numeris 1. 2. 3. distinxit. pleræque annotationes erant e secundo petitæ. quæ cum pleræque convenirent cum editione Pauli Manutii, cœpi suspicari eas e Paulina illuc translatas esse. Sed falsam fuisse hanc suspicionem ex eo didici, quod nonnullæ in illo libro Weimarano leguntur variæ lectiones, e secundo annotatæ, quæ non exstant in Paulina.

SECT. XXII.

De libro Lessingiano.

Misit ad me Lessingius V. C. poeta nobilis Germanicus, fabulis multis scenicis, Laocoonte, aliisque insignibus ingenii monumentis nobilitatus, Hamburgo Aldinam, cui diversæ manus varias lectiones et scholia inedita, quorum pleraque in Bavarico item reperi, adscripsere; quæ quorum manus fuerint, haud constat, neque ullo potui deprehendere aut colligere indicio. similis est ille liber Pithœano,

quo usus est Sylburgius, seu quicunque appendicem Francfurtanam, a me sic dictam, curavit. Desinit illa collatio in versu secundo p. 520. editionis Parisinæ. Inde usque ad funebrem orationem nil annotatum ibi reperi.

SECT. XXIII.

De rationibus, quas secutus sum in edendo Demosthene, et commentariis in eum conscribendis.

Hæ fuere mihi copiæ ad manus editionem hanc Dem. adornanti, quibus copiis quomodo sim usus, dicendum mihi nunc est. Primum contuli hos codices manu exaratos, et has, quas dixi, typis vulgatas editiones cum editione Parisiensi, et quæ bonæ genuinæque viderentur lectiones, eas recepi, vetustioribus pravis lectionibus abrogatis. Bavaricum codicem et Augustanum secundum solus contuli, reliquos una cum uxore, Ernestina Christina Mulleria, Kembergensi, quam matronam pudicam et frugi, meique et literularum mearum amantem, in hoc opere industriam et solertem habui sociam. Studio mei, quo labores plurimos maximosque in hoc opere mihi tolerandos sublevaret, literas græcas et latinas me magistro cœpit discere, quarum rudis mihi in manum convenerat. Editiones Aldinam et Paulinam ipsa sola contulit. nec non codicem quartum Augustanum, In digerendis, mundandisque et impressioni accommodandis chartulis meis confusis operam mihi præstitit indefessam. cujus operæ ut ego ipsi maximas habeo agoque publice gratias, ita spero futurum ut ætas quoque et hæc nostra, et insecuturæ, memoriam ejus grata recordatione recolant. Pronuntiationi græcorum Erasmianæ cum eam adsuefecissem, prælegit illa mihi, codices mstos relegenti, exemplum Morellianum. Ita quoties occurreret varietas, quæ non plane spernenda videretur, eam enotavi. perfecta collatione cœpi lectiones illas omnes digerere, et unum in librum variantium conferre, quibus addidi eas, quas Taylori editio suppeditabat, nec non editio Wolfiana, et indices Aldi, Manutii, Lambini. In hac opera, incredibile dictu est, quam molesta et tædiosa, plus annum consumsi. Ridebunt me imperiti, qui ærumnosam et miserabilem ipse mihi laborem literulas consectandi imposuerim. quos ego vicissim contemno et miseror usum et necessitatem hujus rei nescientes. Fundus hic est optimus et præcipuus emendandorum veterum auctorum. Editores veterum librorum hinc incipere debent. Prima hæc debet eorum esse cura, ut mstos codices veteres bonæ notæ, aut si his careant, vetustissimas saltim editiones primigenias inspiciant e mstis ductas, eoque his

æquiparandas. Mirum dictu est, quam turpibus modis posteriores editores a primariis edd. desciscentes, seu socordia, seu inscitia, seu ambitione, seu importunitate quadam critica, bonos auctores deformaverint, et vestigia bonarum lectionum, sine quibus auctores intelligi nequeunt, obscuraverint. Demonstrabit liber noster variantium, quid lectionum Demosthenicarum versetur in libris, quorum copia nobis fuit, et quid vetustas nobis tradiderit; tum quis primus vitium cuique loco intulerit; denique quis primus correxerit, aut quomodo vitium corrigi debeat. Hac demum ratione potest de veritate lectionis Demosthenicæ constare. Non minore religione tractari a nobis debent auctores profani, atque Novum Testamentum. qua de causa codices N. T. sedulo excutimus, eadem de causa etiam Demosthenis aliorumque, quotquot sunt, vetustorum auctorum codices inspici, earumque lectiones erui, et proferri par est. nam sola hæc est via veritatem historicam texti cujusque, sive sacrum, sive profanum est, e consensu multorum vetustorum probatæ fidei codicum demonstrandi. Sic cognoscimus origines errorum, sic modos emendandi, sic multa occulta vitia investigamus, sic corruptorum nequitias deprehendimus, sic laudem emendati aut vindicati cujusque loci auctori suo tribuimus. Ego equidem cum video strenua doctorum hominum opera aliorum post alios limatum Demosthenem et gradatim meliorem factum, ut nunc possimus eo cum aliqua delectatione, multo expeditius, atque majores nostri poterant, uti, veneror eorum manes, qui mei causa, quem non norant, nondum natum, innumerabiles suscepere labores, quorum neque numerum, neque magnitudinem cogitatione consequatur, nisi qui simili in pistrino desudaverit; parique modo spero futurum, ut grata posteritas meminerit aliquando, fuisse Reiskium quendam, hominem laboriosum, qui, quo Demosthenem sibi in manus daret lectu et perceptu planiorem, emaculatioremque, nullis vigiliis, nulli operæ, nulli pecuniæ adeo, pepererit, multas commoditates spreverit, multas tædii plenissimas molestias ultro susceperit, sannas stultorum contemserit, jacturam rei familiaris, bonæque valetudinis bono publico lubens condonaverit, vires mentis et corporis impenderit ignotorum studiis, commoditati, delectationi. Doctorum hominum ad Demosth. animadversiones dum excutio, miror alias humani ingenii solertiam, et igneam vim, alias cœcitatem et infirmitatem. In emendationibus felicibus et pœne divinis cerno et mirabundus suspicio vim mentis humanæ, ex occultis vestigiis veritatem eruentis; rursus errantes in rebus obviis et notissimis, sibique prorsus dissimiles cum video, obliviosos, earum ipsarum rerum, quas nossent, alibique sæpe optime tradidissent, immemores, pueros pœne turpissime se dantes, recordor sortis meæ, miseratio me subit sortis mihi cum humano omni

genere communis, et ut præclara aliorum inventa lubens et gestiens commemoro, collaudo, deprædico, sic lapsibus eorum facilis ignosco. Quam eandem æquitatem ab aliis quoque mihi et deposco et spe præcipio, meoque mihi jure despondeo. Contumeliis qui me afficient, probra in me qui conjicient, Adrasteam illi haud effugient. ut neque Toupius effugit. Juvat enim hunc præ cæteris e. c. commemorare; cum quod recens sum a lectione Emendationum, quas in Suidam edidit; tum quod fama viri, his in terris nostris magna, veræque ejus laudes, quas ultro ipsi defero, neque obtrectabo, non sinunt me adversarii tam nobilis pudere. Aliorum enim, minutorum catellorum, ignavorum et imbellium latratus, facile ferat Molossus et contemnat. Quamquam ægerrime fero, a juvene (nam juvenem ista scripsisse Toupium tota scriptionis ratio prodit, produnt mores nimis denudati) summos viros, Scaligerum, Casaubonum, Salmasium, Hemsterhusium, Ernestium, intolerabili et pœnis civilibus digna linguæ protervia proscindi, rem tamen hanc meam non facio, viderint ipsi, aut eorum vindices, quas maledicentiæ pœnas ab homine vano, et arrogantiæ pleno repetant, scurra pæne dixerim. Quid enim aliud quam scurrilitatem nominem, quum me ait vestes alienas pro more meo commaculasse. Quo ille ferat animo si ego illi probrum, quod optimo jure possim facere, si velim, in os regeram? Vix pagina sit totius libri, qua non veterum auctorum vestes pro more suo commaculaverit. Id quod, si necesse sit, facili negotio possit demonstrari. Tune mihi scabiem tuam exprobrabis? Homo sum, neque me fugit *προπέτειαν* criticam labem esse mihi cognatam et intimis fibris infixam. Sed tu, qui eodem morbo laboras, cur te non respicis? cur lapsus meos exagitas, bene a me traditorum, *τῶν κατορθωμάτων*, immemor? Peram cur excutis ante pectus positam, posticæ oblitus? Sedulitatem agnosco tuam, et felicitatem, in fontibus glossarum Suidæ investigandis. Felicissime rem geris, ubi ex ipsis cubilibus glossarum, et aliorum auctorum comparatione emendare licet. Ubi autem ingenio gerenda res est, ibi turpissime ruis. Hominem profecto tui ordinis, clericum enim te esse titulus libri tui indicat, non decebat thrasonem agere de lupanari adhuc calentem; veneris vulgivagæ mysteria ἐξορχεῖσθαι, summa ingenia de ponte quasi dejicere. Nihil profecto minus convenit viris humaniores literas professis, quam in alios bene de literis mereri satagentes, et tantum præstantes, quantum pro re nata possunt, modis inhumanis sævire. Sed hæc obiter. Ad rem præsentem redeo. Segregavi, secus quam Taylor fecit, variantes ab animadversionibus. In his quicquid in texto Parisinæ editionis mutavi, sedulo indicavi. Simpliciter cum dico, *correxi*, aut *dedi*, certi velim sint lectores, id ex antiquis libris, sive editis, sive manuscriptis, suntum esse. unde sumtum quodque sit, docebit liber va-

riantium. Si quid autem de meo sensu et arbitrio mutavi de vetusta lectione, id sedulo indicavi, addendo *de mea sententia*, aut *de meo sensu*, aut *arbitrio meo*, aut *sponte mea*, aut simile quid. In ipso texto ejusmodi locis de meo arbitrio mutatis affixi stellulam, quæ insistere paulisper et addubitare lectorem, et quærere jubeat, et exspectare, donec prodierit noster animadversionum demosthenicarum liber, priusquam judicio suo me confodiat. Haud me fugit magna me laborare invidia, atque infamia ideo, quod auctores veteres conjecturis meis, ut clamant, contaminem. Haud equidem infitiabor, fieri aliquando, ut importunitate quadam mea labis aliquid vetustis auctoribus adspergam. Humanum hoc est. Negari tamen rursus nequit, ringat licet et rumpatur invidia, me multo plures locos gravissime affectos et desperatos in Petronio, in Theocrito, aliisque, si quos edidi, (qui pauci sunt) sanasse feliciter. Non primus ego edo auctores, sed post multos alios, e quorum editionibus vetusta lectio revocari potest, per me licet, ab insecuturis editoribus, si quibus lectio mea displicebit. Ubicunque facinus hoc audeo, toties ipse ego id moneo; non furtim, non clam, non tacite æra mea auro vetusto substituo, ut Stephanus, ut Wolf,* ut Itali longe plurimi fecerunt, ut Bentleius, ut editorum, qui hodie veteres auctores recudunt, pæne nullus non; quos, si me hoc crimine urgebunt, reos ejusdem contra agam; sed Petronio, sed Theocrito, sed huic ipsi Demostheni tabulam addidi mutationum mea sponte importatarum, e cujus inspectione statim agnoscatur quid a me sit profectum, quid e libris. Periculi nihil ab hac mea ratione imminet. Sæpe rideo mecum et miseror nostrorum hominum stultitiam, qui veram manum Evangelistarum et Apostolorum, veram Tullii, veram Demosthenis, veram Plutarchi, veram Petronii, veram Theocriti se tenere existiment, cum editionem Bezæ, Gronovii, Wolfii, Stephani, Burmanni, Heinsii teneant, ignorantes quam multa sint ab illis secus prodita, atque in vetustis libris legatur, quam multas plagas illi suis auctoribus imposuerint. Securi illi indormiunt lectionibus ejusmodi falsis et commentitiis, pro iis tanquam pro aris et focis dimicant, pro oraculis eas habent cœlitus demissis, in iis interpretandis misere se torquent; sanguinem citius, quam eas lectiones, dimiserint; nescientes illas e cerebro critici alicujus furis, aut impostoris natas esse. Inspicerent modo vetustos codices mstos impressosve, viderent suum errorem, viderent sibi ab aliquo typotheta aberrante, aut aliquo grammaticastro ineptiente aut cerrito, aut ab aliquo cal-

* *Disces, quam misere Wolf totum orationem* (in Neæram) *funestarit.* (conjecturis nempe suis in textum immittendis) TAYLOR. ad p. 733, 35. Et nihilominus tamen textum Dem. Wolfianum etiam principibus in literatura græca viris purus putus est Demosthenes, qualis ex ipsius auctoris manu prodiit. Hem sapientiæ!

lido impostore, falsos numos a se cusos, falsa signa a se facta, pro veris antiquis venditante, illudi. Ego vero homo simplex, antiquæ fidei, si quid tale patro, sublata voce clamo: *Huc adestote. hoc meum est, hoc olim fuit. spectate nunc, et probate utrum mavultis.* Miseret me hominum nescio ignaviæne dicam an calliditatis, qui ex eo gloriolam captent, si vetustum aliquod exemplum auctoris alicujus typis excusum cum typographis in manus dedissent recudendum, tametsi non recognovissent, tamen nomen suum præscribant, editores se gerant. Mentiris quisquis es, qui emtoribus sic imponis. Editor tu non es, sed auctor fuisti typographo recudendi, nomen tuum bibliopolæ vendidisti, quo vendibilior merx recocta esset. Typothetæ majores habeamus editionis ejusmodi, quam tibi, gratias. Editor is demum est, qui, nulla ductus auctoritate quamvis magni nominis, textum ad membranarum et primigeniarum e membranis ductarum editionum fidem veritatemque revocet, et ubi hæc adminicula sanandis vitiis haud sufficiant, tum demum ab ingenio aut suo, aut alieno, qua pote, opem petat.

SECT. XXIV.

De ratione Demosthenis e comparatione cum aliis auctoribus emendandi.

Sed pæne oblitus eram fontis, qui unus adhuc superest commemorandus, unde Demosthenes emendari potest. Auctores hi sunt veteres, grammaticique et lexicographi, Demosthenis locos sæpissime excitantes. Hi sunt Dionysius Halicarnassensis, Aristides, Athenæus, Hermogenes, et omnes ejus interpretes veteres, Etymologus et totus grex scholiastarum, criticorum, philologorum veterum. Fontem hunc quanquam adhucdum adire mihi per angustias temporis aliasque curas non licuit, (tametsi haud perfunctorie Dionysium Halicarnassensem et Aristidem cum Demosthene contendi) et quamquam ingenium mihi a natura contigit ab hoc genere diligentiæ abhorrens, quod in lectitando, et annotando et conferendo inter se locos similes cernitur; et quamquam fons hic pæne inexhaustus est, ut contentionem humerorum quotvis vel fortissimorum tamen vincere videatur, etiamsi diu noctuque sine intermissione illinc hauriant: dabo tamen operam in utroque libro, et variantium lectionum, et animadversionum mearum, ut etiam hunc fontem neque ignorasse, neque devitasse aut insuperhabuisse videar, tametsi magnam materiam hujus generis postventuris intactam relinquam. Demosthenem edere pro dignitate rei, perinde atque Homerum,

Platonemve, non est unius hominis, non, pæne dixerim, unius ætatis. ἐρανιστὰς (qua similitudine delectatus est Demosthenes) nos esse par est. Symbolam quisque suam conferat, nulla cum invidia, nulla malignitate, nulla virulenta bonæ voluntatis insectatione literis noxia, ut quæ contentionem ad laudem reprimat, et, velut gelu progerminantes gemmas, adurat. accipiamus potius quicquid est, quod quisque dat, aut cum indulgentia, aut, si res patitur, cum laudibus et grati animi testificatione.

SECT. XXV.

De lexicis rhetoricis.

Hoc de fonte demosthenicarum seu emendationum, seu explanationum, quod dicam, habeo parum. Præter Harpocrationem ejusmodi lexica penes me nulla sunt. Dignus quidem nova editione est Harpocratio, recepique a me edendum in illo programmate, quo nuper de meo conatu Demosthenem cæterosque rhetoras græcos edendi significabam; quod programma non modo Belius, V. C. Actis Eruditorum Lipsiensibus curavit inseri, sed etiam Harlesius, V. C. orationi Demosthenis pro Corona a se editæ subjecit. Sed ab hoc quidem me deduxit consilio auctoritas Ruhnkenii, V. C. ostendentis, Harpocrationis exemplarium in tabernis librariis tantam superesse copiam, ut nova ejus editione facile careatur. Cujus in auctoritate eo sum libentius, quod a tractatione grammaticorum, quo in numero cumprimis sunt lexicographi, animus mihi nunquam non refugit. Est quidem penes me Photii quoque Lexicon rhetoricum. Sed ab hoc quoque edendo complura me absterrent; in his vel maxime incredibilis mendarum numerus, quibus obsitum est exemplum, unde exscriptum est meum. Quas mendas et numero et fœditate tam abnormes, ut res fidem superet, sic in medio poni, haud videtur e re literarum esse, nisi si quis velit materiam dare, in qua ingenium felix et navum elaboret, aut de qua grammatici contendant: eluere autem illas mendas, neque ingenii, neque otii mei est. Alia sunt, quæ et malim agere, et felicius acturus videor. Tum haud scio, quo me sit animo laturus ille vir humanissimus, qui copiam sui Photii mihi fecit, si ipso inscio, nescio an invito etiam, lexicon hoc edam. Adde quod Photius in exponendis glossis comicorum et tragicorum, quam rhetorum, sit diligentior atque copiosior; eoque minus instituto meo accommodatus. Quare provincia hæc, cum multis aliis, futuro, quisquis secundum me erit, Demosthenis editori reservata maneto integra, lexico rhetorico eum, ejusque sodales instruendi.

SECT. XXVI.

De indicibus aliisque.

Indicibus instruam, a me confectis, ad paginas editionis meæ accommodatis, et Demosthenem, et ejus sodales, historicis, geographicis, legum, vocabulorum et dictionum, nec non rariorum, cuique propriarum locutionum. Demosthenis indices volumen unum separatum implebunt. In reliquos oratores quos confeci indices, hi suis quique autoribus subjicientur. Ad reliquos oratores quæ mihi parata sint subsidia critica, in præfatione ad eos exponam. Volumen secundum Demosthenis, quod ante exitum autumni, quem proximum exspectamus, e prælo proditurum spondeo, complectetur orationum classem quartam, prout Wolfius divisit, in causis privatis plerasque versantes. subjicientur illis 1) dedicationes et præfationes editionum superiorum Demosthenis omnium, h. e. Aldi, Feliciani, Pauli Manutii, Wolfii, Lambini, Taylori. 2) collatio paginarum nobiliorum editionum Demosthenis Aldinæ puta, Wolfianæ Basileensis, Wolfianæ Francfurtanæ, et Parisinæ, cum nostra. Commentariis Wolfii præfigam Biographiam, seu expositionem de fortunis ejus, rebusque ab eo in literis gestis, ab ipso copiose conscriptam; in qua multa scita sunt ad melius cognoscendam litterarum conditionem, quæ illo erat sæculo, quod Wolfium tulit. Nunquam lucem vidit opusculum hoc, qua dignissimum erat. Copiam ejus mihi fecit Iacobus Bruckerus, V. C. cujus egregiam operam fidemque in ornando Demosthene meo mihi approbatam satis prædicare verbis non possum. Taylori demosthenica, et quæ edita sunt ab ipso adhuc superstite, et quæ in adversariis relicta, ubi nactus ero ab Askewio V. C. reddam omnia. Materia critica peculiari volumine dabit collationes librorum Demosthenis et calamo exaratorum, et typis æneis excusorum. Commentarii mei peculiare item volumen implebunt. Hæc est descriptio mei operis.

SECT. XXVII.

Accessiones præfationis.

Facerem hic præfandi finem, nisi intervenissent nonnulla, quæ me pæne fugerant, de quibus tamen admoneri lectores meos, diligentiusque doceri par esse judico. Debebant quidem omnia suis locis ordine enarrata fuisse. Sed præfationem hanc non maturatam

diuturna meditatione, neque satis digestam esse, sed subito ex adversariis effusam, tametsi non dicerem ipse, quod sæpe facio, ipsa tamen satis proderet. Sic autem scribenti non omnia loco suo succurrunt. Agam itaque hoc præfationis supplemento primum de discrimine, quod utramque Demosthenis editionem Aldinam, vetustiorem et juniorem, intercedit; tum de editione Feliciani; post de codice Augustano sexto, qui nuper demum, mense Martio hujus anni 1770. ad me perlatus est. Addam tabulam, qua divisiones orationum demosthenicarum exhibebo, quibus veteres utebantur, e codice Bavarico; tum aliam tabulam locorum, quos arbitratu meo ex ingenio meo aliter exhibui, atque leguntur in libris vulgaribus; tertiam denique, qua lectiones a Wolfio, Tayloro aliisque excogitatas, et a me in textum receptas, repræsentabo. Postremo loco nomina edam eorum, qui pecunias in hunc primum operis mei tomum in antecessum erogare voluerunt, quos vulgo Prænumerantes appellant.

SECT. XXVIII.

De discrimine utriusque Aldinæ.

Supra p. cxlix. præfationis affirmavi, judicium præcipitans, re non satis explorata, ambas Aldinas paginarum et versuum numero inter se convenire. In quo me falsum fuisse, aliosque imprudentem fefellisse, me docuit postmodum diligentior utriusque inspectio. Dissentiunt enimvero illæ duæ editiones inter se, non in lectionibus modo, sed etiam multis aliis rebus. Tædiosum sit exempla ejus rei multa proponere; juvat tamen quædam observatu faciliora et in oculos statim incurrentia signa edere, eorum in gratiam, si qui aut vetustos libros coemere amant, aut historia nascentis artis typographicæ delectantur, aut criticam exercent. Quibus haud injucundam fore spero hanc de Aldina Demosthenis dissertationem. In ipso statim titulo insignis et evidens conspicitur discrepantia. Compendii causa vetustiorem appellabo A. juniorem B. In A. itaque versu primo litera tertia vocabuli *λόγοι* exarata est sic ſ (ut Γ minus referat) in B. autem *γ*. Versu secundo legitur in A. *αὐτοὺσ* in B. *αὐ*$^{\tau}$*ὺσ*. Sed uterque delphinus inprimis est dissimillimus. et tædiosum sit, neque facile fiat, ut oratione demonstrem illam discrepantiam; oculis potius utrumque subjiciam ligno incisum, ab Hafio, Halense Suevo, solerte artifice, qui etiam exempla typorum Aldino-

rum, statim subjicienda, a me rogatus, ligno incidit. Est itaque Delphinus Aldinæ vetustioris hic.



Junioris autem delphino hæc est forma.



Typorum quoque ut specimen haberent harum rerum amantes, delegi ei rei initium Olynthiacæ primæ, omissa prima littera α quæ est in area vacua seorsim posita; quia latiores sunt paginæ Ald. (ut quæ formæ sint in Folio, ut vulgo appellant) quum hæ nostræ in octavo. Typorum formam, qua potuit, artifex meus imitatus est, non ille quidem per omnia felicissime neque fidelissime, ut qui græca non calleret, sic tamen satis, ut saltim, id quod volo, discrimen utriusque editionis appareret. Initium itaque Olynthiacæ primæ in exemplo vetustiore hoc est.

Ντὶ πολλῶν ἂν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νο-
μίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει, περὶ ὧν
νυνὶ σκοπεῖτε. ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, προσήκει προθύμως

In recentiore autem est hujusmodi.

Ντὶ πολλῶν ἂν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι
νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει, πε-
ρὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε. ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, προσήκει προ

Ne per multa eam, infinita enim sunt, vetustæ versus paulo sunt longiores, et pagina quaque pauciores. In prima quidem pagina primæ Olynthiacæ numeravi 41. In nova autem breviores, sed numero plures. numeravi enim in pagina eadem prima versus 43. De reliquis paginis quærere nil laboravi, quamquam suspicor per totum librum eodem modo se rem habere. Observavi quoque aliud agens, insigne utriusque editionis discrimen in pagina tomi primi extrema, 320. ubi argumentum Libanii ad orationes duas in Aristogitonem legitur, quod argumentum incipit a nomine Πυθάγγελος. hoc nomen totum apparet in A. prima littera π seorsim in area vacua posita. Sed in B. illud π non conspicitur. plane nuda relicta illa area. tantummodo υθάγγελος legitur. Quia mihi librum variantium demosthenicarum adornanti editio Aldi vetustior ad manus nondum erat, nondum potui lectiones ejus in illum librum referre. Dabitur tamen opera ut discrepantes utriusque lectiones diligenter enotatæ in materia mea, quam appello, critica exhibeantur, ut causa deinceps futura nulla sit, cur de Aldinarum super demosthenico quoque loco dubitetur testimonio.

SECT. XXIX.

De editione Feliciani.

Sub exitum anni superioris 1769. hanc editionem ad me misit Strasburgo vir illustris, Brunckius, Consiliarius Regis Christianissimi. (Conseiller de Cour, Receuveur des Domaines, et Commissaire de Guerre) cujus voluntatem mihi Stoeberus V. C. conciliavit. Raram, eoque summi faciendam in viro illius ordinis peritiam græcarum literarum studiumque earum incredibile, non possum hoc loco sine prædicatione quadam mea, qua ille non indiget, transmittere. Magnum a Brunckio meo decus acceptura sit Anthologia græca, cujus ille studio imprimis tenetur, si per alias graviores occupationes illi liceret animum expoliendæ huic græcorum epigrammatum collectioni adjicere. Nondum quidem mihi licuit ne hujus quidem præstantissimæ editionis lectiones penitus cognoscere, neque in sylvam meam referre. Sed antequam illa sylva typographo excudenda in manus tradatur, curabo ut hujus quoque lectiones fideliter excerptæ illuc referantur. Universe videor mihi observasse, verum esse, quod affirmavit Taylorus, quæ bonæ sint in editione Pauli Manutii lectiones, eas omnes e Felicianea mutuo sumtas esse. Est præterea hæc Felicianea et chartis incusa splendidioribus, et typis grandioribus, atque nitidioribus. id quod vel inde constet, quod Felicianeæ volumen primum tenet folia 181. secundum 364. tertium 369. Paulinæ autem volumen primum tenet solummodo folia 122. secundum 248. tertium 243. Quibus e libris Felicianus Demosthenem Aldinum emendaverit, et quo delectu, quid quoque loco aut in libris a se repertum, aut a se suo marte excogitatum et Demostheni donatum esset, incertos de eo nos esse voluit; quæ magna, neque ferenda est, seu secordia, seu levitas et neglectus personæque et religionis suæ, qua editor quisque vetusti cujuscunque auctoris, et ipsi auctori suo, et emtoribus atque lectoribus editionis suæ obstrictus est, seu contemtus posteritatis et judicii publici, existimationem ipsius editoris lædens, et emtoribus, quotquot ille sibi sperat futuros, molestus, eosque fraudans fructu laboris, quem in adornanda editione sua exantlavit. Perlegi aliquoties et dedicationem et præfationem Feliciani, sed in neutra vel verbum hac de re, quæ est homini critico multo gravissima, et in qua summam rei ille collocat, reperi; præter istæc pauca et vaga, quæ dedicationem exordiuntur. "Cum superioribus diebus, Abbas Clarissime, Demosthenis — orationes collectis quibusdam antiquis codicibus recognoscendas suscepissem, quo ad studiosorum utili-

tatem castigatiores aliquantulum excuderentur, memini ex te audivisse —" Inde orsus evagatur in locos communes, dudum protritos et ad fastidium declamatos de laudibus eloquentiæ ipsiusque Demosthenis. quibus adjungit quædam de sua cum Francisco Lauretano, Abbate Divæ Mariæ Vangaditiæ, cui Francisco Demosthenes Felicianeus inscriptus est, et cum istius Francisci fratre, Antonio, necessitudine. Quæ omnia ad nos nil pertinent. Quæ autem ipsius, qui editor esset, personam decebat nos docere, et quæ nostra quam plurimum interesset nos ab ipso, qui unus omnium optime nosset, et solus nosse poterat, doceri, ea vero nos celavit. In quo et ipse suis, et lectorum pariter commodis offecit. Sed sic ferebant ista tempora, quæ eum tulere.

SECT. XXX.

De codice Augustano sexto.

Miserunt ad me nuper Augustanæ reipublicæ proceres, qui publicæ suæ bibliothecæ præsunt, ad me codices græcos calamo exaratos numero sex, in quibus est volumen spissum, formæ quadratæ, particulam exiguam Demosthenis tenens, tres Olynthiacas puta, Philippicam primam, epistolam Philippi, et de pace. Nondum vacavit hujus codicis lectiones examinare. Sed exhibebo has quoque in materià critica. Miscellaneus est codex a multis collatus, quod diversæ manus testantur, exaratus in Italia sæculo XV. exeunte, aut XVI. ineunte. Nescio an Pirkhaimeri quondam fuerit, quem suspicor ex illo codice primum Theophrasti Characteres edidisse. Longum sit singula commemorare, quæ hoc volumine continentur, opuscula. Brevibus exsequar. Sunt ibi epistolæ, quas Aldus edidit, Attici fragmenta pro Platone, quæ servavit Eusebius, Georgii Scholarii, Gemistii Plethonis, Andronici Callisti, Bessarionis, Ioannis Saguntini, Michaelis Pselli, Libanii, Juliani, Luciàni, Synesii, Theophrasti, Aristotelis, Platonis, et nescio quorum fragmenta. Tumultuarie eum pervolutans reperi epistolam Juliani, quæ in collectione Spanhemii est 58. p. 443. pleniorem exemplis vulgaribus. Sed illam epistolam integram dudum edidit Muratorius, unde repetiit Fabricius Bibl. Gr. T. VII. pag. 84. Alias quinque ineditas Juliani epistolas ibidem reperi, quas Wyttenbachio meo, futuro Juliani restauratori, reservo.

SECT. XXXI.

Indices aliquot.

Addam nunc indices tres. Primum, divisionum majorum, quas codicis Bavarici margines exhibent, literis alphabeti græci majoribus notatas. Codex ille duplex genus divisionum exhibet; minorum, quas in ipso texto reddidi, ubi signum hoc § conspicitur; tum majorum, quas nunc simul omnes hoc loco repræsentabo. Lacunas hujus laterculi si qui deprehendentes mirabuntur, monendi hi sunt, in ipso codice literas quasdam desiderari, a librario per imprudentiam omissas, alias a bibliopego chartulis agglutinatis obliteratas esse. Brevioribus orationibus ejusmodi notæ literales adscriptæ erant nullæ. Clausulas orationi unicuique, exceptis iis, quæ ad causas privatas pertinent, in isto codice subscriptas, indicandi numeri versuum ergo, quot versus olim veteres orationi cuique imputabant, quo de more satis e Diogene Laertio constat, illas clausulas in materia critica exhibebo.

I. Conspicitur itaque in codice Bavarico e regione verborum, quæ p. 66. editionis nostræ [Reiskianæ] versu 9. leguntur signum A. 72. 4. B. 80. 3. A. 83. 12. B. 94. 17. A. 96. 22. B. 103. 3. Δ. 113. 25. A. 117. 3. B. 120. 20. Γ. 124. 15. Δ. 127. 27. E. 135. 13. A. 137. 22. B. 140. 26. Γ. 144. 7. Δ. 147. 16. E. 150. 20. Z. 155. 17. A.

In oratione pro Corona. 232. 13. B. 238. 13. Γ. 240. ultima Δ. 245. 5. E. 254. 20. H. 259. 7. Θ. 268. 13. K. 271. 22. Λ. 275. 17. M. 279. 18. N. 285. 19. Ξ. 294. 13. Π. 297. 16. P. 300. 21. Σ. 304. 2. T. 307. 7. Υ. 310. 19. Φ. 313. 25. X. 317. 2. Ψ. 320. 10. Ω. 322. ult. A. 327. 5. B.

In oratione de falsa legatione. 343. ult. A. 355. 4. E. 358. 16. Z. 361. 12. H. 364. 7. Θ. 369. 2. I. 371. 5. K. 373. 5. Λ. 376. 2. M. 379. 4. N. 388. 8. Π. 400. 13. Υ. 403. 4. Φ. 406. 21. X. 409. 22. Ψ. 415. pen. A. 419. 17. B. 426. 26. Δ. 433. 2. Z. 436. 2. H. 438. 27. Θ. 444. 6. K. 447. 1. Λ.

In orat. in Leptinen. 460. 11. A. 466. 24. Γ. 469. pen. Δ. 473. 2. E. 479. 12. H. 482. 16. Θ. 485. ult. I. 489. 3. K. 492. 9. Λ. 495. 11. M. 498. 18. N. 505. 5. O. 508. 8. Π.

In orat. in Midiam. 527. pen. Δ. 538. 24. H. 542. 9. Θ. 546. 10. I. 549. 18. K.

In orat. in Androt. 596. 12. A. 602. 24. Γ. 605. pen. Δ. 609. 6. E. 612. 15. Z. 615. 24. H.

In orat. in Aristocratem. 627. pen. B. 631. 6. Γ. 634. 15. Δ:

647. 18. Θ. 651. 3. Ι. 654. 9. Κ. 657. 19. Λ. 660. 24. Μ. 663. pen. Ν. 667. 2. Ζ. 673. pen. Π. 676. 23. Ρ. 680. 3. Σ. 683. 13. Τ. 686. 11. Υ. 689. 22. Φ.

In orat. in Timocratem. 703. 17. Α. 705. 17. Β. 711. pen. Γ. 715. 10. Δ. 722. 14. Ζ. 725. 19. Η. 728. 22. Θ. 731. 26. Ι. 738. 18. Δ. 741. 26. Μ. 744. 1. Ν. 746. 18. Ζ. 752. 8. Ο. 755. 13. Π. 761. 22. Σ. 764. 25. Τ.

deinde illud in disceptationem cadit, quo ordine hæ videantur orationes dictæ esse. Ut de illo, quod primo loco posuimus, disseramus, sunt qui, præeunte Philochor. l. l. statuant, ter legatos, necessitate urgente, ab Olynthiis Athenas esse missos, itaque ter apud cives Oratorem egisse. Jacobs. p. 215. seqq. At quis non miretur, hujus rei, qua bene uti potuisset Orator ad segnitiem civium instigandam, nullam inseri mentionem? Neque etiam alio loco, quantum scio, triplicis legationis memoria exstat. Idem Philochor. narrat, Athenienses ter misisse præsidia, quorum primis Chares, alteris Charidemus, tertiis idem ille Chares præfuisset, quem nuper res pessime gerentem experti erant; quanquam ipse Libanius in Argum. Olynth. III. (II.) dicit: ἔπεμψαν βοήθειαν τοῖς Ὀλυνθίοις οἱ Ἀθηναῖοι καί τι κατορθοῦν ἔδοξαν δι' αὐτῆς, tamen in ipsa oratione ea me adhuc latent, quibus ista sententia stabiliatur. Quid? quod Dem. d. fals. leg. §. οέ. dicit: μυρίοις δὲ ξένοις καὶ τριήρεσι πεντήκοντα ὑμῶν βοηθησάντων αὐτοῖς καὶ ἔτι τῶν πολιτῶν τετρακισχιλίοις, οὐδὲν αὐτοὺς τούτων ἠδυνήθη σῶσαι; sed de auxiliis denuo missis nulla fit mentio, cujus quis neget hic opportunissimum fuisse locum? Omnino ipsæ hæ orationes non ita sunt comparatæ, ut una alteram excipere et una ex altera profecta videatur, verum suo quævis modo animos eo deducere debet, ut quam celerrime opem cives ferant; sed quo ordine? hoc ipsum est, de quo adhuc pauca dicturi sumus. Vidimus, hanc esse illarum orationum indolem, ut, quæ sit primo, quæ secundo, quæ tertio loco ponenda, ex ipsis vix dispici possit. Quare quid reliquum est, quam ut rationem vulgatam sequamur? Atqui ab hac dissentit Dionys. Halic. in ep. ad Amm. c. 4. Tom. VI. 725. R., qui secundam facit primam, tertiam secundam, et primam tertiam; neque de fide et auctoritate hujus scriptoris derogaverit, qui perpendat, eodem duce Philippicam primam, quæ vulgo post Olynthiacas ponitur, ante has collocari: quæ quidem res et ipsa oratione et historia comprobatur. Jam quidni credamus, illum etiam has orationes recte disposuisse? Consentit Tourrellus. * * * Possint sane vera videri, quæ Lucches. affert ad vulgatam harum oratt. collocationem defendendam; at si Noster omni dicendi vi et argumentorum gravitate usus esset in oratione prima, num sperare potuit, fore, ut, si in secunda et tertia minus acriter disputaret, animi, quo vellet, perducerentur? hinc jure videtur hæc oratio postremum obtinere locum. Jam et in hac et in ea, quam Dionys. secundam facit, disserit de pecunia theatrali in usum militarem adhibenda, ita, ut Olynth. III. (II.) §. έ. dicat: μὴ θαυμάσητε, ἂν παράδοξον εἴπω τι τοῖς πολλοῖς, νομοθέτας καθίστατε. Olynth. I. (III.) §. ή. videtur eam ipsam rem jam tetigisse, quod apparet ex his verbis: τί οὖν, ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; Quod si est, quam vulgo

faciunt primam orationem, ea est tertio loco ponenda. Ex initio vero ejus orationis, quæ secundum tenet locum, Lucches. concludit, priori sermone jam commotos fuisse animos; id quomodo probet, non video: immo quum de singulari divino beneficio, de imbecillitate opum Philippi, de mente sociorum a principe alienata et ipsorum civium desidia exponat, imprimis animos audientium ad rem ipsam convertere vult. Illud Lucchesinio concedam, in orat. III. vulg. inesse, quæ sumere nos jubeant, omnem hanc rem civibus non prorsus ignotam fuisse, sed quidni secundo loco ponamus cum Dionys.? Etenim hujus ordinem secuti sunt Mount., Jacobs., Bekker., sed H. Wolf., Lucches., Reisk., Auger. vulgatum. — Sed paucis dicendum est de ipso belli Olynthiaci exitu.

Ex loco Dem. d. fals. leg. §. *οέ.* quem attulimus, apparuit, opem Atheniensium omni caruisse fructu. Nam posteaquam Philippus urbibus Chalcidicis expugnatis Olynthum capere instituisset summamque expertus esset ipsorum Olynthiorum virtutem, perfidia eorum, ad quos summa rerum delata erat, hac urbe est potitus: quod quidem ex ipso Diod. Sic. (XVI. 53.) cognoscere licet: *τὸ δὲ τελευταῖον φθείρας χρήμασι τοὺς προεστηκότας τῶν Ὀλυνθίων Εὐθυκράτην τε καὶ Λασθένην, διὰ τούτων προδοθεῖσαν τὴν Ὄλυνθον εἷλε. διαρπάσας δ' αὐτὴν, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐξανδραποδισάμενος, ἐλαφυροπώλησε.* Cfr. Dem. Phil. III. §. *ιβ'.*, unde patet, Apollonidem, qui improbaret consilia proditorum, a populo ejectum esse. Idem legitur §. *ιδ'.* med. Urbe Olyntho capta (Ol. 108. 1.), Philippus Olympicos diis ludos instituit (*Ὀλύμπια ἐποίει*). Dem. d. f. leg. §. *νή.* Diod. S. XVI. 55. Ipsorum vero proditorum etsi alter Lasthenes ædes suas contexisset lignis dono allatis e Macedonia, et Euthycrates boves multos aluisset, pretio nemini numerato (Dem. d. f. leg. §. *οέ.*), tamen misere a Philippo interemti sunt; Dem. d. Chers. §. *ί.* *ἐπειδὴ τὴν πόλιν προὔδοσαν, πάντων κάκιστ' ἀπολώλασιν.* coll. de Cor. §. *ιέ.* — Orationes hæ Olynthiacæ sunt habitæ Ol. 107. 4. archonte Callimacho.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ Α. (Γ.)

Pag. ed. Reisk. — Pag. ed. aliq. cit.

6 ὈΛΥΝΘΟΣ ἦν πόλις ἐπὶ Θρᾴκης· Ἑλληνικὸν δὲ ταύτῃ [1] τῶν ἐνοικούντων τὸ γένος, ἀπὸ Χαλ- 54
7 κίδος τῆς ἐν Εὐβοίᾳ· ἡ δὲ Χαλκὶς Ἀθηναίων ἄποικος. πολλοὶ δὲ πόλεμοι καὶ ἔνδοξοι τῆς Ὀλύνθου· Ἀθηναίοις τε γὰρ ἐπολέμησεν ἄρχουσι τῶν Ἑλλήνων τὸ παλαιόν, καὶ αὖθις Λακεδαιμονίοις. χρόνῳ τε εἰς δύναμιν προῆλθε μεγάλην, καὶ τῶν συγγενῶν πόλεων [2] ἐπῆρχεν· ἦν γὰρ ἐπὶ Θρᾴκης πολύ τι γένος Χαλκιδικόν. Φιλίππῳ δὲ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ συμμαχίαν οἱ Ὀλύνθιοι ποιησάμενοι, καὶ πολεμοῦντες μετ' αὐτοῦ πρὸς Ἀθηναίους τὸ κατ' ἀρχάς, καὶ τοῦτο μὲν Ἀνθεμοῦντα παρὰ τοῦ Μακεδόνος εἰληφότες, πόλιν ἀμφισβητήσιμον Μακεδόσι καὶ Ὀλυνθίοις, τοῦτο δὲ Ποτίδαιαν, ἣν Ἀθηναίων ἐχόντων ἐκπολιορκήσας ὁ Φίλιππος Ὀλυνθίοις παρέδωκεν, ὕστερον ὑποπτεύειν ἤρξαντο τὸν βασιλέα, ὁρῶντες αὐτοῦ ταχεῖαν καὶ πολλὴν τὴν αὔξησιν, οὐ πιστὴν δὲ τὴν γνώμην. ἀποδημοῦντα δὲ τηρήσαντες αὐτόν, πέμψαντες πρέσβεις πρὸς Ἀθηναίους, κατελύσαντο τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον, ποιοῦντες τοῦτο παρὰ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Φίλιππον· συνετέθειντο γὰρ καὶ κοινῇ πολεμεῖν πρὸς Ἀθηναίους, κἂν ἄλλο τι δόξῃ, κοινῇ σπείσασθαι. ὁ δὲ Φίλιππος, πάλαι μὲν προφάσεως ἐπ' αὐτοὺς δεόμενος, τότε δὲ ταύτην λαβών, ὡς τὰς συνθήκας παραβεβηκόσι καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τοὺς ἑαυτοῦ φιλίαν ἐσπεισμένοις πόλεμον ἐπήνεγκεν. Οἱ δὲ πεπόμφασι πρέσβεις εἰς Ἀθήνας περὶ βοηθείας. οἷς ὁ Δημοσθένης

[1] τῶν ταύτῃ [2] ὑπερεῖχεν

Θρᾴκης] Vid. Xen. H. G. V. 2. 12. Plin. IV. 11. Mel. II. 2. Rüdig.

Ἀθηναίων ἄποικ.] Strab. X. p. 430. ed. Bas. hæc habet: *ἡ Χαλκὶς μητρόπολις τῆς νήσου, τρόπον τινὰ ἐπ' αὐτῷ τῷ Εὐρίπῳ ἱδρυμένη, ἀμφότεραι δὲ* (Eretriam intelligit) *πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ὑπ' Ἀθηναίων ἐκτίσθαι λέγονται.* Idem.

Πολλοὶ δὲ πόλεμοι] De his dictum in Prolegg., in quibus, ut hoc semel moneam, ea, quæ ad hoc argumentum illustrandum pertinent, partim sunt exposita. Idem.

Χρόνῳ] *Postea*, vid. Fisch. ad Well. III. 222.; eod. modo Græci dicunt *ἡσυχῇ, ὑπερβολῇ*, et alia ejusmodi. Idem.

Προῆλθε] Vid. ad Lib. Vit. Dem. §. *έ.* et huj. argum. II. Idem.

Ὑπερεῖχεν] In Bav. legitur *ἐπῆρχεν*, quod et Reiskius præfert, et Bekkerus recepit; sed illud retinui, quum neque de dominio, quod Olynthii in urbes finitimas exercuerint, aliquid relatum legamus et potius *ἐπῆρχεν* ad explicandum *ὑπερεῖχεν*, quam hoc illius causa additum videatur. Hesych. *ὑπερέξουσι· μείζονες ἔσονται.* Idem.

Χαλκιδικὸν] Strab. l. l. hæc: *ἡ δὲ Χαλκὶς τὰς ὑπὸ Ὀλύνθῳ (πόλεις συνῴκισε), ἃς Φίλιππος διελυμήνατο.* Idem.

Τὸ κατ' ἀρχὰς] Illud significatur tempus, quo Phil., Illyriis victis, Olynthiorum animos sibi conciliare studebat. Ol. 105. 3. Idem.

Ἀνθεμοῦντα] Steph. Byz. s. h. v. et Plin. IV. 10. hanc Macedoniæ fuisse urbem dicunt; Dem. Phil. II. §. *δ'.*: *Ἀνθεμοῦντα μὲν αὐτοῖς (Ὀλυνθίοις) ἠφίει, οὗ πάντες οἱ πρότερον Μακεδονίας βασιλεῖς ἀντεποιοῦντο*: unde patet, regum Macedoniæ plurimum interfuisse, hanc tenere urbem, quæ in confinio Macedoniæ et Chalcidices sita erat. Idem.

Ποτίδαιαν] De hac urbe Phil. I. §. *γ'.*; eandem rem Noster tangit, Olynth. II. (I.) §. *γ'.* et Phil. II. §. *δ'.* Idem.

Πολλὴν τὴν αὔξησιν] Nam eodem tempore Phil. potitus est Amphipoli, Pydna aliisque urbibus. Idem.

Οὐ πιστὴν] Perfidiæ Philipp. sæpe ab ipso Demosthene incusatur. cfr. Olynth. II. (I.) §. *γ'.* vid. Valcken. in libro Proleg. Phil. I. laudato. Idem.

Πρέσβεις] Ipse Dem. Olynth. II. (I.) §. *γ'.* commemorat: *ὅτε Ὀλυνθίους ἀπήλαυνόν τινες ἐνθένδε βουλομένους ἡμῖν διαλεχθῆναι·* quod ipsum factum videtur Ol. 105. 4. nam Amphipolin, quæ jam in potestatem Philippi redacta erat, Ol. 105. 3. huic cessisse constat. Idem.

Συνετέθειτο] *Συνετέθειντο, pacti erant*, haud dubie rectius. Obsopœus.

Συνετέθειντο] Ipsi nexui magis convenit; neque, quantum scio, hoc verbum impersonaliter usurpatur: quare Liban. passivi formam pro media adhibuisse existimandus est. Rüdig.

Συνετέθειντο] Multi codd. habent *συνετέθειτο*, impersonaliter, *inter eos convenerat.* Auger.

Σπείσασθαι] Et de induciis intelligitur (cfr. Ammon. in *σπονδαί.*) et de ipsa pace. Xenoph. H. G. II. 2. 12. *περὶ εἰρήνης — ἀντέλεγον μὴ σπένδεσθαι Ἀθηναίοις.* Rüdig.

Ὡς — παραβεβηκόσι] Cfr. dicta ad Vit. Dem. §. *δ'.* Idem.

συναγορεύει, βοηθεῖν κελεύων τοῖς Ὀλυνθίοις. καί φησι τὴν Ὀλυνθίων σωτηρίαν ἀσφάλειαν εἶναι [1] τῶν Ἀθηναίων· σωζομένων γὰρ τῶν Ὀλυνθίων οὐδέποτε ἥξειν εἰς τὴν Ἀττικὴν Φίλιππον, ἀλλὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐξουσίαν ἔσεσθαι πλεῖν ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν κἀκεῖ ποιεῖσθαι τὸν πόλε- 8
μον· εἰ δὲ ὑπὸ Φιλίππῳ γένοιτο ἡ πόλις αὕτη, ἀνεῖσθαι τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁδὸν τῷ βασιλεῖ. φησὶ δὲ [2] δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον [3] οὐχ ὡς ὑπείληπται, θαρσύνων ἐπ' αὐτὸν τοὺς Ἀθηναίους.

Διείλεκται δὲ καὶ περὶ τῶν δημοσίων χρημάτων, συμβουλεύων αὐτὰ ποιῆσαι στρατιωτικὰ ἀντὶ θεωρικῶν. καὶ τὸ ἔθος οὐ πρόδηλον ὄν, ᾧ ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἀνάγκη σαφηνίσαι. Οὐκ ὄντος τὸ παλαιὸν θεάτρου λιθίνου παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυλίνων συμπηγνυμένων ἰκρίων, καὶ πάντων καταλαμβάνειν τόπον σπευδόντων, πληγαί τε ἐγίνοντο καί που καὶ τραύματα. τοῦτο κωλῦσαι βουληθέντες οἱ προεστῶτες τῶν Ἀθηναίων ὠνητοὺς ἐποιήσαντο τοὺς τόπους, καὶ ἕκαστον ἔδει διδόναι δύο ὀβολούς, καὶ καταβαλόντα θέαν ἔχειν. ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν ἕκαστον ἐτάχθη τοὺς δύο ὀβολούς. ἐντεῦθεν μὲν οὖν τὸ ἔθος ἤρξατο· προῆλθε δὲ εἰς [4] τοῦτο, ὥστε οὐκ εἰς [5] τοὺς τόπους μόνον ἐλάμβανον, ἀλλὰ ἁπλῶς πάντα τὰ δημόσια χρήματα διενέμοντο. ὅθεν καὶ περὶ τὰς στρατείας ὀκνηροὶ κατέστησαν. πάλαι μὲν γὰρ στρατευόμενοι μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως ἐλάμβανον,

[1] τῶν ἀθηναίων εἶναι [2] † δύσμαχον [3] οὐχ ὡς] οὕτως [4] τοσοῦτον [5] τοὺς τόπους] τοῦτο

Συναγορεύει] Idem legitur Vit. Dem. §. γ'. cfr. de voce *συνήγοροι* ad init. Phil. I. Idem.

Κελεύων] Cfr. Olynth. I. (III.) §. ς'. §. ί. Idem.

Ποιεῖσθαι πολ.] Inest notio commodi, quod ex bello redundat. Olynth. I. (III.) §. γ'. ποιεῖσθαι καταλλαγάς. Idem.

Γένηται] Recepi; "recentiores deteriorisque notæ scriptores sæpe εἰ conjunctivo jungunt: vide C. E. Schneideri indicem ad Æsopum." Herm. ad Vig. 831. Quid sit *γίγν. ὑπό τινι*, expos. Hoogev. ad Vig. 670. Idem.

Ἀνεῖσθαι] *Patefieri.* Schol. ad Thuc. 3. 10. ἀπὸ τῶν τοὺς δεσμοὺς ἀνιέντων. Idem.

Φησὶ δὲ μὴ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον οὕτως ὡς ὑπείληπται] Emendavi, partim ex meo, partim ex libris fere universis, qui dant *οὕτως* sine *ὡς* et *οὐχ*. Auger.

Ὑπείληπται] Wolfius monet, eam, quam Augerus dat, in exemplo Romano sive Florentino fuisse lectionem. At quum nullus Cod. *μὴ* offerat, hanc particulam ab iis profectam existimo, quibus negatio a Libanio non recte omissa videretur. Quod ipsum non male illi viderunt, si lect. *οὕτως* retinetur, sed, hoc si fit, quorsum *οὕτως ὑπείληπται* spectat? Quid vero? si *δυσμάχητον* vocat orator Philippum, num *θαρσύνει ἐπ' αὐτὸν Ἀθην.*? Quæ quum ita sint, lectionem Felic. veram duco, hoc sensu: dicit sane, Philippum difficile vinci posse, sed non ita, ut putatum est, i. e. ut devinci plane non possit. Cfr. Olynth. I. (III.) §. γ'. coll. II. (I.) §. ή. Rüdig.

Ἰκρίων] Hesych. hæc s. h. v.: καὶ τὰ ξύλινα οὕτως ἐλέγοντο Ἀθήνησιν, ἐφ' ὧν ἔθεσν πρὸ τοῦ τὸ ἐν Διονύσῳ θέατρον γενέσθαι. Phot. ἀφ' ὧν ἐθεῶντο τοὺς Διονυσιακοὺς ἀγῶνας. cfr. Hesych. v. *ἀγὼν* et *ἐπὶ Ληναίῳ*. Idem.

Τὸν τόπον] Articulum *τὸν* restitui, quum significetur locus, quem quisque suum occupare vellet ad ludos spectandos; facile vel ob compendium scripturæ et literam initialem proximæ vocis delitescere potuit, ut paulo post *κατα* in *καταβαλόντα*, aut omitti ab iis, qui nullam ejus vim in hoc loco esse existimarent. Causam mutati theatri Suidas s. Πρατίνας hanc fuisse refert: quum fabula ab illo composita ageretur (Ol. 70.), theatrum ligneum (*ἴκρια*) corruisse ideoque saxeum (*θέατρον*) esse ædificatum. Idem.

Καταβαλ.] *Persolvere.* Dem. vol. III. p. 287. v. 7. ἐὰν δὲ μὴ καταβάλῃ τὸ ἀργύριον. Idem.

Δοκῶσιν οἱ πένητες] De conjunctivo post tempus præteritum vid. ad Lib. Vit. Dem. §. γ'. Hesych. s. *θεωρικὸν* theatrales pecunias suppeditatas fuisse dicit: τοῦ καὶ τοὺς πένητας μετέχειν τῶν θεωρικῶν. Idem.

Λυπεῖσθαι] *Incommodis premi.* Dem. de Chers. §. ιδ'. ἄν τι λυπῆσθε τῷ πολέμῳ. Idem.

Προῆλθε δὲ εἰς τοῦτο, ὥστε οὐκ εἰς τοὺς τόπους, etc.] *Eo vero hæc persuasit licentia, ut non pro locis solum conducendis sumerent*, etc. Obsopœus.

Τοσοῦτον] Pro hac voce in Par. 2. 3. 5. Bav. Aug. Obs. Bodl. *τοῦτο* legitur, quod Bekk. rec.; sed, quum paulo post sequatur *εἰς τοῦτο*, ex confusione harum locutionum illa lectio orta videtur; accedit, quod, si *τοῦτο* ponitur, ipsa res fere adjiciatur, ut *μοχθηρίας, ἀσελγείας*. Rüdig.

Εἰς τοῦτο] Bekk. scripsit *εἰς τοὺς τόπους*, quod etiam in Bodl., sed sine *τούς*. Augerus vere notat: in multis Codd. post *τοῦτο* exstare *εἰς τοὺς τόπους*. U. *οὐχ ἕνεκα τούτου μόνον*: hinc illud additamentum interpreti existimo deberi et omittendum esse. Idem.

Κατέστησαν] Inservit *καταστῆναι* conditioni, in qua quis est, describendæ. Xen. H. G. II. 3. 17. ὅπως αὐτὸς ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καταστῇ. Idem.

Μισθὸν] Vid. adv. Phil. I. §. ί. Idem.

τότε δὲ ἐν ταῖς θεωρίαις καὶ ταῖς ἑορταῖς οἴκοι μένοντες διενέμοντο τὰ χρήματα· οὐκέτι οὖν ἤθελον ἐξιέναι καὶ κινδυνεύειν, ἀλλὰ καὶ νόμον ἔθεντο περὶ τῶν θεωρικῶν τούτων χρημάτων, 55
θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι [1] μετατεθῆναί τε αὐτὰ εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν καὶ γενέσθαι στρατιωτικά. διὸ ὁ Δημοσθένης εὐλαβῶς ἅπτεται τῆς περὶ τούτου συμβουλῆς, καὶ ὑπερωτήσας ἑαυτὸν ὅτι σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικά; ἐπιφέρει μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Τοσαῦτα μὲν περὶ τῶν θεωρικῶν.

Διείλεκται δὲ ὁ ῥήτωρ καὶ περὶ πολιτικῆς δυνάμεως, ἀξιῶν αὐτοὺς στρατεύεσθαι καὶ μὴ διὰ ξένων, ὥσπερ εἰώθεσαν, ποιεῖσθαι τὴν βοήθειαν· τοῦτο γὰρ αἴτιον εἶναί φησι τοῦ τὰ πράγματα ἀπόλλυσθαι.

[1] † μετατεθῆναι ταῦτα

Ἑορταῖς] Olynth. I. (III.) §. ή. ὑμεῖς δὲ οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων ταῦτα λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. Idem.

Νόμον ἔθεντο] Hinc jubet Dem. Olynth. III. (II.) §. έ. ut legislatores eligantur iidem, qui legem de pecunia theatrali latam abrogent. Idem.

Ἀπειλοῦντα] Par. 5. 7. ἐπαπειλοῦντα. Bodl. ἐπαπηλοῦντες: utrumque ex interpretamento natum videtur, etsi lectionem Bodl., si plures addicerent libri, non spreverim. Plut. Sol. 8. legem commemorat, qua ei, qui de Salamine recuperanda verba faceret, *pœna capitalis* proposita fuit. Idem.

Εὐλαβῶς] Hesych. εὐλάβεια expl. σεμνότης. Idem.

Ὅτι] Hac partic. utuntur sæpe Græci in oratione directa. Plat. Crit. c. 12. Orat. de Halones. §. έ. med. Buttm. Gram. §. 136. p. 567. Idem.

Στρατιωτικά; καὶ ἐπιφέρει] Licet Aldina lectio, *στρατιωτικά; ἐπιφέρει*, sit paulo succinctior, tamen nec prior rejicienda. Obsopœus.

Φησὶ] Hanc vocem uncis inclusi, nam in Ald. utraque, Fel. Bav. Aug. *ἔφη* legitur, ut putem, utrumque aliunde fluxisse. Noster autem epitomator videtur verba Phil. I. §. ιέ. post med. τὰ δὲ πράγματα ἐκ τούτων ἀπόλωλεν in mente habuisse. Rüdig.

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Α. (Γ.)

9 ά. ΑΝΤΙ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων 56
ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε. ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν τῶν βουλομένων συμβουλεύειν· οὐ γὰρ μόνον εἴ τι χρήσιμον ἐσκεμμένος ἥκει

Cum doctissimo viro Hier. Wolfio longe aliter copiosiusque hanc adornare orationem quam cæteras collibuerit, ne inter peragrandum unam et item alteram gemmam prætermitteremus, id totum instrumentum, paginas in folio viginti et quinque, seorsum edere statuimus. Lectorem præterea meminisse velim, eo ipso figuras ad marginem exteriorem appositas, quod in reliquis hunc primum tomum secundum eas citavimus: denique obelos quibusdam in Lect. Reisk. vocibus esse præfixos, ut *δευτέρας φροντίδας* quas dicunt doctissimi Bekkeri, harum orationum secundum Editoris, notaremus, quibus Reiskium nunc demum respexit, quæque, ut spero, *τὸν τέλειον ἄνδρα* renunciant.

ά. Χρημάτων] Ulpian. ad pecuniam theatralem refert, consentiente Lucches., alii eo oratorem retulisse putant, ut confirmet civium animos ad illam molestiam (tributorum) contemnendam. Videtur Dem. utrumque spectasse. Rüdig.

Συνοίσειν] *Ea e republ. fore, quæ nunc deliberatis.* Idem.

Ἀκούειν] Cum genit. structum: *mente concipere*, cum acc.: *auribus percipere.* Eur. Suppl. 98. τίνων γόων ἤκουσα καὶ στέρνων κτύπον; Med. 1273. ἀκούεις βοὰν, ἀκούεις τέκνων; Cfr. Buttm. gr. Gr. p. 487. Idem.

Ἥκει] Prætuli *ἥκοι*, quod dat Hermogenes, qui hunc ipsum locum refert in libro de Ideis. Auger. At sensus non est: si quis *veniret* (cfr. Philip. II. §. γ'. init.), sed, si quis *venit*, (Olynth. III.

τις, τοῦτ' ἂν ἀκούσαντες λάβοιτε, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω πολλὰ τῶν δεόντων ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνίοις ἂν ἐπελθεῖν εἰπεῖν, ὥστ' ἐξ ἁπάντων ῥᾳδίαν τὴν τοῦ συμφέροντος ὑμῖν αἵρεσιν γενέσθαι.

β'. Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνον
57 οὐχὶ λέγει φωνὴν ἀφιείς, ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον ἐστίν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε· ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδ' ὅν τινά μοι δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά. ἔστι δὴ τά γ' ἐμοὶ δοκοῦντα, ψηφίσασθαι μὲν ἤδη τὴν βοήθειαν καὶ παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην, ὅπως ἐνθένδε [1] βοηθήσετε καὶ μὴ πάθητε ταὐτὸν ὅπερ καὶ πρότερον, πρεσβείαν δὲ πέμπειν, ἥ τις ταῦτ' ἐρεῖ καὶ παρέσται τοῖς πράγμασιν, ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς [2] ἄνθρωπος πράγμασι

[1] βοηθήσητε [2] ἄνθρωπος

(II.) §. ζ'. εἴ τις ἔχει). Rüdig.

Ἀλλὰ καὶ τῆς ὑμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω, etc.] Id est, *Sed vestræ etiam esse fortunæ existimo, ut nonnullis ex tempore quoque succurrant animo, quæ dicenda sunt in rem vestram.* Leviter allusisse videtur ad Atheniensium δυσβουλίαν, hoc est, læva stultaque consilia: quod vitium ipsis ἐπιχώριον, hoc est, *vernaculum* fuisse ex fabula constat, qua, quæ illi male constituissent, Minervam in bonos exitus vertere solitam proditum est: quo etiam Aristophanes allusit in Vespis [v. 1086.] γλαὺξ γὰρ ἡμῶν πρὶν μάχεσθαι τὸν στρατὸν διέπτατο, id est, *Ulula nostras ante pugnam pervolarat copias.* Vide proverbium Erasmi, Atheniensium inconsulta temeritas. *Ex edit.* Hervag.

Ἐνίοις ἂν ἐπελθεῖν] Hoc verbum pertinet ad eos, qui, quæ mentem subeant, dicunt, cf. de Megap. §. ϛ'. fin. ἀλλ' ἐάσω τό γ' ἐπελθὸν εἰπεῖν μοι. "Demadi contigere iste ingenii impetus, ea in effingendis imaginibus felicitas eaque promta atque repentina lumina, quæ nonnunquam lentæ diligentiæ longe præstant." *Tourr.* Cfr. Plut. Vit. Dem. c. 8. De Æschine Philostr. Sophist. c. 18. Rüdig.

Ἐνίοις ἂν ἐπελθεῖν εἰπεῖν] Ἂν hic significat *nonnunquam, haud raro.* Aliis locis reddi potest *sæpe, plerumque*: mitigat, et hac significatione omnibus modis verbi additur, e temporibus imprimis aoristo. Phil. III. §. ι'. ἀκούω Λακεδαιμονίους — ἐκβαλόντας ἂν — ἀναχωρεῖν ἐπ' οἴκου πάλιν. Cf. Wyttenbach. Biblioth. Crit. vol. III. p. IV. p. 33. s. Porson. ad Phœn. 412. Interdum librarii offenderunt, ut apud Isoc. Areop. 20. οὐδὲ γὰρ τὰ περὶ τῆς θεωρίας, ὧν ἕνεκά τις ἦλθεν, ἀσελγῶς οὐδ' ὑπερηφάνως, ἀλλὰ νουνεχόντως ἐποίουν, ubi H. Wolfius eumque secutus Augerus recte scripserunt, ὧν ἕνεκ' ἄν τις ἦλθεν. Brem.

β'. Παρὼν καιρὸς] Est hæc prosopopœia, quod tempori oratio tribuitur. Cic. Catil. III. 5. 'imago te a tanto scelere etiam muta revocare debuit.' Rüdig.

Πραγμάτων — ἐκείνων] Rerum quæ illic, np. apud Olynthum, geruntur. Auger. ἐκείνων referendum ad Olynthios. Rüdig.

Εἴπερ ὑπὲρ] Orat. pro Corona εὔηθες ἀήθης. Taylor.

Αὐτῶν] Cum spiritu aspero, i. e. ὑμῶν αὐτῶν, *vestrum ipsorum.* Auger.

Οὐκ οἶδ' ὄντινα] Est hyposiopesis, si quis quid additurus, evitandi periculi causa non dicere vult. Locum nostrum laudat Thom. M. s. δοκῶ. Rüdig.

Ἔστι δὴ τά γ' ἐμοὶ] Quum illa ita sint, adducor ut dicam, quæ sentiam; hinc δὴ, nam quod alii libri habent δὲ non quadrat, vides etiam δὲ in Lib. de Constr. verb. apud Herm. d. em. rat. gr. gr. p. 389., ubi et hoc mutandum et τά τ' in τά γ'. Idem.

Βοηθήσητε] Sed scripsit Bekkerus βοηθήσετε, verum, ut Olynth. II. (I.) §. ά. retinui vulgatam. Vid. quæ contra monet F. A. Wolf. Lept. vol. II. p. 434. Idem.

Πρεσβείαν] Quæ quasi pignus sit mittendi auxilii. Idem.

Παρέσται] Intererit rebus ibi gerendis, ne eas turbet Philippus. Idem.

Πανοῦργος] Schol. Hermogenis ita expl.: ὁ πᾶσιν ἔργοις ἐπιβάλλων (coll. Fragm. Lex. gr. apud Herm. d. em. rat. gr. gr. p. 343.), κατεχρήσαντο δὲ τῇ λέξει οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ ἐν κακοῖς νοήμασι καὶ ἔργοις ἐπιβούλου (coll. Hesych. s. h. v.). Idem.

χρῆσθαι, τὰ μὲν εἴκων, ἡνίκ' ἂν τύχῃ, τὰ δ' ἀπειλῶν — ἀξιόπιστος δ' ἂν εἰκότως φαίνοιτο —, τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλων καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν, [1] τρέψηται καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων.

γ'. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ', ὃ 58
δυσμαχώτατόν ἐστι τῶν Φιλίππου πραγμάτων, καὶ βέλτιστον ὑμῖν· τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον ἕνα ὄντα κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων, καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν, καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρα-

[1] δρέψηται

Τύχῃ] Ad ipsum Phil. referendum, ita τύχητε Phil. I. §. ιέ., ubi vid. dicta. Idem.

Ἀξιόπιστος] De hac calliditate Regis vid. Olynth. II. (I.) §. γ'. Justin. IX. 8. Idem.

Εἰκότως] Ἐκείνως. v. 5. q. glossa. Taylor.

Τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν] Hinc ait Mountneius palam esse, auxilium Olynthiis jam ante fuisse decretum, quam hæc oratio habita fuit: qui enim aliter Philippus Atheniensium *absentiam* criminari potuit? Respondeo, sententiam istam esse tantum hypotheticam: *vereor ne,* si abfuerimus, *Philippus hanc absentiam tanquam ansam reprehensionis arripiat.* Cæterum facile inducor ut credam, priusquam ullam habuisset de Olynthiis concionem Demosthenes, et initam fuisse cum eis societatem, et auxilia etiam decreta: sed auxilia ex conductitiis copiis, non ex civibus Atheniensibus conflata. Stock.

Τρέψηται καὶ παρασπάσ.] Reiskius ex conjectura dedit δρέψηται, ita ut hoc referret ad ἀπουσίαν, sequutus est Jacobs. Sed illa metaphora *carpendi* scriptores prosaici, quoad scio, non utuntur; vulgata, quæ a Schol. agnoscitur, bene habet, nam est hic tropus (τρέπ. κ. παρασπ.) desumtus ab iis, qui quum ad aras confugiant, inde abstrahuntur. Rüdig.

Τῶν ὅλων πραγμάτων] i. q. Cic. d. Or. II. 37. dicit *res maximæ,* nos *das Interesse des Staates.* Idem.

γ'. Ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων] Quæ sunt *dicenda* et *tacenda.* Si plures arcana reipubl. noverunt, facile res miscentur. In Aristog. II. §. έ. ἐλέγχει τὰ ἀπόρρητα τῆς πολιτείας. Idem.

Ἅμα στρατηγὸν, καὶ δεσπότην, καὶ ταμίαν] Demosthenes mirabiliter hic exponit quanto Rex, qui suo ipse exercitui imperat, superior sit Imperatoribus qui cujusvis Reipublicæ copiis præsunt. Post eum Titus Livius hanc ipsam rem [lib. ix.] tractavit, atque ita quidem, ut dubites annon Oratorem Historicus æquaverit. Comparatione instituta inter Alexandrum et Romanos duces, quibuscum Regi Macedoniæ pugnandum esset, si arma ad Italiam vertisset, 'Quin tu hominis,' inquit, 'cum homine, et ducis cum duce, fortunam cum fortuna confers. Quot Romanos duces nominem, quibus nunquam adversa fortuna pugnæ fuit? Paginas in annalibus magistratuum percurrere licet, consulum, dictatorumque, quorum nec virtutis, nec fortunæ ullo die populum Romanum pœnituit. Et quo sint mirabiliores, quam Alexander, aut quisquam alius Rex; denos, vicenosque dies quidam dictaturam, nemo plus quam annuum consulatum gessit: ab tribunis plebis delectus impediti sunt: post tempus ad bella ierunt: ante tempus, comitiorum causa, revocati sunt: in ipso conatu rerum circumegit se annus: collegæ nunc temeritas, nunc pravitas, impedimento aut damno fuit: male gestis rebus alterius successum est: tironem, aut mala disciplina institutum, exercitum acceperunt. At, Hercule, Reges, non liberi solum impedimentis omnibus, sed *Domini rerum temporumque, trahunt consiliis cuncta, non sequuntur.*' In tam paucis verbis quanta sublimitas, quanta vis! *Tourrell.* Mount.

Στρατεύματι] Nihil eorum, quæ Philippi consiliis perficiendis favebant, cadebat in duces Atheniensium, qui a decretis populi pendebant. Quemadmodum vero orator *asyndetis,* ut complures res animis audientium una infigat, utitur, ita partic. καὶ sæpius repetita, quod nostro loco

τεύματι, πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι πολλῷ προέχει, πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ἃς ἂν ἐκεῖνος [1]ποιήσαιτο ἄσμενος πρὸς Ὀλυνθίους ἐναντίως ἔχει. δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις, ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ᾽ ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ᾽ ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος, καὶ ἴσασιν ἅ τ᾽ Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῷ τὴν πό-

[1] ποιήσηται

factum vides, novo novum additurus, rei gravitatem sensim adaugere vult. Demetr. de Elocut. §. 11. 21. hæc vocat σεσωρευμένα καὶ ἐπεῤῥιμμένα κῶλα. Rüdig.

Κατὰ καιρὸν] *Tempore justo*, Orvill. ad Char. p. 419. Idem.

Προέχει] Hoc quum Reiske ad Philipp. referendum putaret, maluit antea scribi τῷ γὰρ εἶναι, at ipsum τὸ εἶναι est subjectum, ad quod προέχει pertinet, cui verbo πολλῷ additum vides, quoniam notio *comparationis* in eo inest. In Dionysod. p. 1283. 2. ed. R. ὁ δανειζόμενος ἐν παντὶ προέχει ἡμῶν. Idem.

Ποιήσαιτο] Vulg. ποιήσηται, quod Reiskius retinuit, sed illud ex Weim. jam Felic. Wolf. Aug. Bekk. recte dederunt, nam auctor non dicit: fœdus, quod lubens *fecerit*, sed quod *faceret* Philippus. Idem.

Περὶ δόξης οὐδ᾽ ὑπὲρ] Περὶ dicitur de rebus, quas quis (pugnando) adepturus est, ὑπὲρ de periculo, quod quis propulsaturus est, cf. in Aristocr. §. νδ΄. οἱ ὑπὲρ δόξης καὶ ἐλευθερίας τελευτήσαντες. Idem.

Ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ] Vid. h. l. apud Herm. d. em. rat. gr. gr. p. 343. De ἀνδραποδ. cf. ad Phil. I. §. ιε΄. Idem.

Ἀλλ᾽ ἀναστάσεως] Post ἀλλὰ, ἢ, ὡς, præpositio frequenter non repetitur: quod interdum viris doctis corrigendi libidinem movit. Hic autem imprimis id notandum, quod post ἀλλὰ prior, non secunda, antecedentis enuntiationis præpositio repetenda sit. Nec enim, opinor, recte dicitur πολεμεῖν ὑπὲρ ἀναστάσεως de cive, qui pugnat, ne patria pessumdetur, sed περὶ τῆς ἀναστάσεως. Patebit hoc, ni fallor, si de discrimine præpositionum περὶ et ὑπὲρ in hujusmodi locutionibus paullo accuratius disputaverimus. Nolo longus esse in aliorum opinionibus refellendis. Περὶ latius patet, ὑπὲρ artius est circumscriptum. Περὶ significat aliquid fieri ratione habita ad rem, quæ nobis sive in bonam sive in malam partem magni momenti est, cujus vel studio et amore, vel odio et aversione tenemur. Fieri igitur potest, ut eam vel parare et tenere, vel abjicere et repudiare cupiamus. Ὑπὲρ autem tum nonnisi ponitur, quum res in bonam partem magni nobis est momenti, quum eam vel acquirere nobis vel non amittere studeamus. Ex quo negavi dici posse πολεμεῖν ὑπὲρ ἀναστάσεως de cive (nec enim quisquam bonus voluerit patriam suam everti), sed πολεμεῖν περὶ ἀναστάσεως, ne excidium patriæ fiat; neque sanæ mentis homo πολεμεῖ ἢ κινδυνεύει ὑπὲρ τοῦ θανάτου, sed περὶ τοῦ θανάτου, ut eam avertat; contra πολεμεῖ ὑπὲρ τοῦ βίου, ut vitam servet. Id quidem intelligitur, περὶ poni posse, ubi ὑπὲρ accuratius fuerit: quod viris etiam doctissimis interdum imposuit. Sic legimus Eurip. Alcest. 178. ἀνδρὸς, οὗ θνήσκω περί: pro quo Valckenaerius ad Phœn. 1336. suspicabatur οὗ θνήσκω γ᾽ ὑπὲρ, quod nemo probabit, etiam si præpositio aptior sit. Lysias πρὸς Σίμωνα p. 161. R. ἵνα ἐπίστησθε, ὅτι πολὺ ἂν δικαιότερον αὐτὸς περὶ θανάτου ἠγωνίζετο, ἢ ἑτέρους ὑπὲρ τῆς πατρίδος εἰς κίνδυνον καθίστη, ubi Marklandus περὶ τῆς πατρίδος conjicit, vim præpositionis ὑπὲρ nimium circumscribens. Contra non opus erat, ut idem vir doctus, sequente Reiskio, p. 123. scriberet: οὐ μόνον ὑπὲρ (vulgo περὶ) τῆς αὑτῶν σωτηρίας κινδυνεύειν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πολεμίων ἐλευθερίας ἀποθνήσκειν: nam in ipsa præpositionum varietate magna vis inest. Interdum nonnisi variandi causa altera alteram excipit; κατ᾽ Ἀριστοκρ. §. ά. ὑπὲρ τοῦ Χεῤῥόνησον ἔχειν ὑμᾶς ἀσφαλῶς —— περὶ τούτου μοι ἐστὶν ἅπασα ἡ σπουδή. Brem.

Ἀμφιπολιτῶν — Πυδναίων τοὺς ὑποδεξ.] Schol. enarrat, Philippum, Amphipolin ingressum, proditores, quippe homines, quibus ipse non confidere posset, interfici jussisse; idem accidisse Pydnæis proditoribus, quos, ad aram confugientes, precibus hinc deduxit. Quanquam Diod. S. XVI. 8. (ubi vid. Wessel.) narrat, Amphipolin tormentis bellicis esse captam et

λιν καὶ Πυδναίων τοὺς ὑποδεξαμένους. καὶ ὅλως ἄπιστον, οἶμαι, ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννίς, ἄλλως τε κἂν ὅμορον χώραν ἔχωσι.

δ΄. Ταῦτ᾽ οὖν ἐγνωκότας ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τἆλλ᾽ ἃ προσήκει πάντα ἐνθυμουμένους φημὶ δεῖν ἐθελῆσαι καὶ παροξυνθῆναι καὶ τῷ πολέμῳ προσέχειν, εἴ πέρ ποτε,
καὶ νῦν, χρήματα εἰσφέροντας προθύμως καὶ αὐτοὺς ἐξιόν- 59
τας καὶ μηδὲν ἐλλείποντας. οὐδὲ γὰρ λόγος οὐδὲ σκῆψις ἔθ᾽ ὑμῖν τοῦ μὴ τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθέλειν ὑπολείπεται. νυνὶ γάρ, ὃ πάντες [1]ἐθρυλεῖτε, ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ
11 Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον, καὶ ταῦθ᾽ ὡς ἂν ὑμῖν μά-
λιστα συμφέροι. εἰ μὲν γὰρ ὑφ᾽ [2]ὑμῶν πεισθέντες ἀνείλοντο τὸν πόλεμον, σφαλεροὶ σύμμαχοι καὶ μέχρι του

[1] ἐθρυλλεῖτε [2] ἡμῶν

Pydnam vi subactam, tamen nec Noster hoc negat, neque ille Demosthenis narrationem: suo quisque consilio rem nuntiavit; fortasse utrumque verum. Quid vero acciderit iis, qui Olynthum tradiderunt, exposuimus in Proleg. Ut hoc loco accusat. post genitiv. collocatum vides, ita vid. de Megalop. §. δ΄. ἐὰν ποιησώμεθα συμμάχους, Ἀρκάδων τοὺς βουλομένους. Rüdig.

Ἴσασιν ἅ τ᾽ Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας, etc.] Philippus, cum Amphipolim et Pydnam proditione ceperat, proditores vel morte vel exsilio sustulit. Nihil tamen Olynthi magistratibus exemplum profuit. Anno quippe orationes Olynthiacas sequente, proditionem tam male remuneratam imitati sunt: proque ea eadem ipsi præmia accepere. *Tourrell.* Stock.

Καὶ ἴσασιν ἅ τ᾽ Ἀμφιπολιτῶν — ὑποδεξαμένους] Solet dici τε esse trajectum. Collocandum enim est post vocabulum, quod primum partitionis membrum inchoat, hic post Ἀμφιπολιτῶν: quem ad morem vindicandum Heindorfius ad Platon. Phæd. 80. 88. ait, 'centies, sexcenties τε trajici,' aliique id repetierunt. Contra quod nuper Schaeferus in editione poetarum Gnom. Gr. p. 73. atque in indice s. v. τε affirmavit, vere, ni fallor, in hac collocatione aliquid repetendum esse ad καὶ, quo repetito suum utraque particula locum obtineat, v. c. hic ἅ τ᾽ Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε —— καὶ ἃ Πυδναίων cet. Brem.

Ἄπιστον — ἡ τυραννὶς] Quando neutrum adjectivi substantivi sustinet vices, aliis substantivis adjunctum suum retinet genus, item in lingua Latina, cfr. Vig. p. 63. Hom. Il. II. 204. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. Nostrum loc. laudat Stob. p. 344, 66. Add. Phil. II. §. δ΄. οὐ γὰρ ἀσφαλεῖς ταῖς πολιτείαις πρὸς τοὺς τυράννους αὗται λίαν ὁμιλίαι. Rüdig.

δ΄. Παροξυνθῆναι] Quid sit, vid. ex or. Mid. §. ά. ὁ δῆμος ἅπας οὕτως ὠργίσθη καὶ παρωξύνθη. Idem.

Ἐκπολεμῶσαι δεῖ] Illam vocem explicuimus Olynth. III. (II.) §. δ΄. cfr. Harpocrat. s. h. v. Pro δεῖ vulg. scribitur δεῖν, sed hoc iis deberi videtur, qui dederant ἐθρύλλουν τέως. Nam etsi ὡς interdum cum infinit. struatur (Matth. Gr. gr. 518. not. 1.), tamen hoc in structura implicita fieri solet. Idem.

Μάλιστα συμφέροι] Nam et aliis opitulamini, qui vestrum imploravere auxilium, et ipsi, hac occasione utentes, injurias vobis illatas ulciscemini. Idem.

Ἡμῶν] Ὑμῶν Bekkerus rec.; etsi præcedat ὑμῖν, tamen, ut paulo infra dicit ἥκομεν et παρειχόμεθα, ita hic ἡμῶν dixisse videtur. Idem.

Μέχρι του] Id est, μέχρι τινὸς, *aliquatenus, quodammodo.* Gallice, *jusqu'a un certain point.* Auger.

Μέχρι του ταῦτ᾽ ἂν] *Aliquamdiu in hac sententia fuissent*, sc. bellum esse gerendum. Non est, quod quis cum Reiskio ταὐτὰ ἂν malit scribi. Rüdig.

Μέχρι του ταῦτ᾽ ἂν ἐγνωκότες ἦσαν ἴσως] Μέχρι et ἄχρι interdum minuentis sunt, ita ut μέχρι του significet *mediocriter, non tantum, quantum vel oportet vel opus est.* de Chers. fin. ἄχρι τοῦ θορυβῆσαι καὶ ἐπαινέσαι σπουδάζοντες. Nostrum μέχρι του in-

ταῦτ᾽ ἂν ἐγνωκότες ἦσαν ἴσως· ἐπειδὴ δ᾽ ἐκ τῶν πρὸς [1] αὐτοὺς ἐγκλημάτων μισοῦσι, βεβαίαν εἰκὸς τὴν ἔχθραν αὐτοὺς ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται καὶ πεπόνθασιν ἔχειν. Οὐ δεῖ δὴ τοιοῦτον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραπεπτωκότα καιρὸν ἀφεῖναι, [2] οὐδὲ παθεῖν ταὐτὸν ὅπερ ἤδη πολλάκις πρότερον πεπόνθατε. εἰ γάρ, ὅθ᾽ ἥκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες καὶ παρῆσαν Ἀμφιπολιτῶν Ἱέραξ καὶ Στρατοκλῆς ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα, κελεύοντες [3] ἡμᾶς πλεῖν καὶ παραλαμβάνειν τὴν πόλιν, τὴν αὐτὴν παρειχόμεθ᾽ [4] ἡμεῖς ὑπὲρ ἡμῶν

[1] αὐτοὺς [2] οὐδὲ δὴ παθεῖν [3] ὑμᾶς [4] ἡμεῖς καὶ ὑπὲρ

terdum corruptum fuit, et Reiskius bene meruit veram lectionem restituendo, ut κατὰ Ἀριστοκρ. §. λ΄. fin. ἄχρι του καὶ φιλεῖν, οἶμαι, χρὴ καὶ μισεῖν, μηδετέρου τὸν καιρὸν ὑπερβάλλοντας. περὶ Μεγαλ. §. ή. ὅτι τὰ μὲν δίκαια πάντες, ἐὰν καὶ μὴ βούλωνται, μέχρι τού γε αἰσχύνονται μὴ πράττειν. BREM.

Πρὸς αὐτοὺς ἐγκλημάτων] Quum ἐγκλ. dicatur de *offensa alicui illata*, αὑτοὺς, quod Auger. et Bekk. dederunt, verum existimamus, nam vulg. αὐτούς. RÜDIG.

Πεπόνθασι] De hac re nihil certi constat, sed quum, monente Lucches., Philippus Ol. 106. 1. et 107. 4. in Thraciam sit profectus, hac occasione fortassis usus est ad agrum Olynthiorum oppugnandum. Exposuimus hanc rem in Prolegg. IDEM.

Οὐδὲ παθεῖν] Non debebat Reiskius partic. δὴ inter has voces ponere, bene cett. edd. deleverunt. IDEM.

Ταὐτὸν] F. τοῦτο. TAYLOR.

Εἰ γὰρ, ὅθ᾽ ἥκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες;] Olymp. 105. Ann. 3. hoc est, novem annos ante habitam hanc orationem, Eubœa in duas factiones distracta fuit, quarum una Thebanorum, altera Atheniensium opem imploravit. Thebani principio, nullis obstaculis intercedentibus, suæ parti victoriam facile compararunt. Adventu autem Atheniensium tota rerum facies immutata est. Ii Thebanos repellunt, omniaque in Eubœa tranquillitati pristinæ restituunt, nullam aliam laboris mercedem cupientes, præter gloriam quæ ex victoria et pacificatione sibi proveniret. Æsch. in Ctesiph. *Tourrell.* MOUNT. Vid. Nott. ad Philip. I. §. ζ΄.

Παρῆσαν Ἀμφιπολιτῶν Ἱέραξ, καὶ Στρατοκλῆς ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα, etc.] Legati peregrini, mandata sua expositari, suggestum conscendere, quo melius a populo intelligerentur. Hierax et Stratocles Amphipoleos nomine, cui nova a Philippo obsidio imminebat, se suamque urbem in fidem et tutelam Atheniensibus offerebant, qui eos accipere noluerunt, veriti scilicet, ut pacem anno superiore cum Philippo initam dirimerent. *Tourrell.* MOUNT. Cf. Harpocrat. s. v. Ἱέραξ.

Παρῆσαν — ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα] Suspicabar olim παρῄεσαν, quum præsertim παριέναι sit verbum proprium oratorum, qui suggestum ascendunt (vide Sluiteri lectt. Andoc. p. 194. s.), idemque dubitanter quidem proponit Heindorfius ad Platon. Theæt. §. 136. Sed mutatione opus non est. Si παρεῖναι construitur cum præpositione, quæ motum ad locum significat, adest *confusio duarum notionum*. In præpositione inest motus ipse ad locum, in verbo id, ut sis in loco, ut eo perveneris. Exempla præter alios habent. Valckenaer ad Herod. I. 23. Seidlerus ad Eurip. El. 1275. BREM.

Ἡμᾶς ἐκπλεῖν] Vulg. ὑμᾶς, sed primam personam ex pluribus codd. cum Bekkero scripsi, nam respondet ἥκομεν. Vulg. πλεῖν legitur, at in Ald. utraq., Fel. Wolf. et Auger. ἐκπλεῖν, quod quum Demosthen. sæpius in simili locutione adhibeat, recipiendum putavi. Timoth. p. 1186, 11. ed. R. μέλλων ἐκπλεῖν τὸν ὕστερον ἔκπλουν Τιμόθεος οὑτοσί: similiter §. ζ΄. ἐκπέμπειν. RÜDIG.

Παρειχόμεθ᾽ ἡμεῖς καὶ] Ammon. de diff. voco., qui (p. 108. Valck.) nostrum locum memoriter laudat (τὴν αὐτὴν παρεχόμεθα προθυμίαν), dicit, παρέχεσθαι λέγεται ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς διαθέσεων. Cur Bekkerus vocem καὶ ejecerit, non video, nam bene suum obtinet locum. IDEM.

Εἰ γὰρ ——— τὴν αὐτὴν παρειχόμεθ᾽ ἡμεῖς — προθυμίαν ——— εἴχετ᾽ ἂν cet.] Non decernam, utrum verbum simplex et compositum oppositum consulto sit. Ejusmodi alliterationibus vel paronomasiis, ut appellantur, veteres grammatici et rhetorici imprimis delectabantur, easque etiam Demostheni tanquam ornatum et elegantiam tribuebant, locis, quibus Demosthenes

αὐτῶν προθυμίαν ἥνπερ ὑπὲρ τῆς Εὐβοέων σωτηρίας, εἴχετ᾽ ἂν Ἀμφίπολιν τότε καὶ πάντων τῶν μετὰ ταῦτα ἂν ἦτε ἀπηλλαγμένοι πραγμάτων. καὶ πάλιν ἡνίκα Πύδνα, Ποτίδαια, Μεθώνη, Παγασαί, τἆλλα, ἵνα μὴ καθ᾽ ἕκαστα λέγων διατρίβω, πολιορκούμενα ἀπηγγέλλετο, εἰ τότε τούτων [1] ἑνί τῳ πρῶτον προθύμως καὶ ὡς προσῆκεν ἐβοηθήσαμεν αὐτοί, ῥᾷον καὶ πολὺ ταπεινοτέρῳ νῦν ἂν ἐχρώμεθα τῷ Φιλίππῳ. [2] νῦν δὲ τὸ μὲν παρὸν [3] ἀεὶ προϊέμενοι, τὰ δὲ μέλλοντα αὐτόματ᾽ οἰόμενοι σχήσειν καλῶς, ηὐξήσαμεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππον ἡμεῖς καὶ κατεστήσαμεν τηλικοῦτον, ἡλίκος οὐδείς πώ [4] ποτε βασιλεὺς γέγονε Μακεδονίας. νυνὶ δὲ καιρὸς [5] ἥκει τις οὗτος, ὁ τῶν Ὀλυνθίων,

[1] ἑνὶ τῷ † πρώτῳ [2] νυνὶ [3] αἰεὶ [4] † Deest ποτε. [5] ἥκει· τίς οὗτος;

hunc honorem vehementer deprecaretur. Sic nobis scribit Hermogenes, respiciens ad verba de Chers. §. ζ΄. μέλλει — μέλει: Τὸ καθ᾽ ὁμοιότητα λέξεως ἐμφαίνει τινὰ δριμύτητα. οἷον· "μέλλει πολιορκεῖν· τοὺς Ἕλληνας ἐκδίδωσι· μέλει γάρ τινι τῶν τὴν Ἀσίαν οἰκούντων Ἑλλήνων;" Ἐγὼ μὲν σφόδρα εὐλαβῶς εἶχον θεῖναι ὡς παράδειγμά τινος δριμύτητος. ἐπεὶ δὲ τῶν σφόδρα εὐδοκιμησάντων τινὲς κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἀνθρώπους καὶ νῦν εὐδοκιμούντων ἐπὶ θεωρίᾳ λόγων, ἐν οἷς ἀπολελοίπασι βιβλίοις, οὕτω τεθεωρήκασι καὶ τοῦτο καὶ τεθείκασί γε ὡς παράδειγμα δριμύτητος τοιαύτης, εἰρήσθω καὶ ἡμῖν. καίτοι τάχ᾽ ἴσως οὐδ᾽ ἡ τοιαύτη δριμύτης, εἴπερ οὕτω γένοιτο, ἐκφεύγει τὴν ψυχρότητα. Hermogenes summum profecto jus habet contra suos sine jure celebres decessores. Bonus etiam Reiskius, cujus ceteroqui summa virtus elegantia non erat, hæc notat: "Certus sum, Demostheni nunquam in mentem venïsse tam frigidæ et umbratilis puerilitatis, ut in vocabulis μέλλει et μέλει luderet."— Quamquam ne Demosthenes quidem hanc figuram, quæ suo loco adhibita vim et subtilitatem orationi tribuit, non prorsus rejecit. §. ς΄. πάλιν ῥαΐσας οὐκ ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν ἀπέκλινεν: illud de corpore, hoc de animo et mente, respiciens ad bonam illius et malam hujus significationem. de Chers. §. δ΄. fin. Τί δ᾽, ἂν ἀπελθὼν ἐκ Θρᾴκης καὶ μηδὲ προσελθὼν Χερρονήσῳ——— ἐπὶ Χαλκίδα ἢ Μέγαρα ἥκῃ; ibid. §. ιά. πάνθ᾽ ὅσα πραγματεύεται καὶ κατασκευάζεται νῦν, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν παρασκευάζεται. Olynth. III. (II.) §. έ. μὴ σκοπεῖτε, τίς εἰπὼν τὰ βέλτιστα ὑπὲρ ὑμῶν ὑφ᾽ ὑμῶν ἀπολέσθαι βουλήσεται. Sed in his rebus Demosthenes perquam sobrius est, nec, ut Isocrates, harum elegantiarum avidus; sed plerisque omnibus in locis fieri non posse videtur, ut sententia aliis quam his ipsis verbis exprimatur. BREM.

Ἥνπερ ὑπὲρ τῆς Εὐβοέων σωτηρίας] Tribus juxta Demosthenem in Androt. diebus, quinque autem juxta Æschinem in Ctesiph., parati ad hanc expeditionem erant Athenienses, ejusque prosper successus non minus repentinus erat, quam apparatus. *Tourrell.* MOUNT.

Ἡνίκα Πύδνα] De expugnatione hujus ceterarumque urbium dictum ad Phil. I. §. γ΄. et §. ιγ΄. adde huj. orat. §. ς΄. RÜDIG.

Ἑνὶ τῷ πρώτῳ] Bekker. dedit ἑνί τῳ πρῶτον. Sed quum Schol. explicet ἑνὶ μόνῳ τῷ πρώτῳ, ut vulgatam agnoscat, hanc mutare nolui. Nimirum ne dicere videatur orator, omnibus simul fuisse opitulandum, contendit, *uni tantum, qui primo auxilium petiisset*, auxilium fuisse ferendum. IDEM.

Ταπεινοτέρῳ] Innuitur modestia, quam Philippus, oppida illa capiendo, violaverat. Hunc locum habet Thom. M. p. 779. IDEM.

Νῦν δὲ] Reiskius ex nonnullis libris dederat νυνὶ, sed non tam temporis *præsentissimi* quam *oppositionis* notio hic requiritur, ita ut jure Bekker. vulg. prætulerit. Vig. p. 426. Ex initio seq. §. permutatio orta videtur. De νῦν et παρὸν monitum ad Olynth. III. (II.) §. β΄. IDEM.

Τίς οὗτος;] L. τίς; οὗτος. id quod p. 30. v. 9. ed. R. quoque repetit. TAYLOR.

Τίς; οὗτος] Bekk. τις οὗτος, ὁ—Videtur vero Dem. per οὗτος ad quæstionem respondere. Jam Schol. hujus triplicis ra-

αὐτόματος, τῇ πόλει, ὃς οὐδενός ἐστιν ἐλάττων τῶν προτέρων ἐκείνων.

ε΄. Καὶ ἔμοιγε δοκεῖ τις ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δίκαιος λογιστὴς τῶν παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ὑπηργμένων καταστάς, 12
καίπερ οὐκ ἐχόντων ὡς δεῖ πολλῶν, ὅμως μεγάλην ἂν ἔχειν αὐτοῖς χάριν εἰκότως· τὸ μὲν γὰρ πολλὰ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη δικαίως, τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, πεφηνέναι τέ τινα ἡμῖν συμμαχίαν τούτων ἀντίῤῥοπον, ἂν βουλώμεθα χρῆσθαι, τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε θείην. ἀλλ', οἶμαι, παρόμοιόν ἐστιν, ὅπερ καὶ περὶ τῆς τῶν χρημάτων κτήσεως. ἂν μὲν γάρ, ὅσα ἄν τις λάβῃ, καὶ σώσῃ, μεγάλην ἔχει τῇ τύχῃ τὴν χάριν· ἂν δ' ἀναλώσας λάθῃ, συνανάλωσε καὶ τὸ [1] μεμνῆσθαι τὴν χάριν. καὶ περὶ τῶν πραγμάτων οὕτως οἱ μὴ χρησάμενοι τοῖς καιροῖς ὀρθῶς οὐδ' εἰ συνέβη τι παρὰ τῶν θεῶν χρηστόν, μνημονεύουσι·
61 πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον, ἐκβὰν ἕκαστον τῶν προϋπαρξάντων ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται. διὸ καὶ σφόδρα δεῖ τῶν λοιπῶν ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φροντίσαι, ἵνα ταῦτ' ἐπανορθωσάμενοι τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν ἀποτρίψωμεθα. εἰ δὲ προησόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους, εἶτ' Ὄλυνθον ἐκεῖνος καταστρέψεται, φρασάτω τις ἐμοὶ τί τὸ κωλῦον ἔτ' αὐτὸν ἔσται βαδίζειν ὅποι βούλεται.

ϛ΄. Ἆρά γε λογίζεταί τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον, δι' [1] ὃν μέγας γέγονεν ἀσθενὴς ὢν [2] τὸ κατ' ἀρχὰς Φίλιππος; τὸ πρῶτον Ἀμφίπολιν λαβών, μετὰ ταῦτα Πύδναν, πάλιν Ποτίδαιαν, Μεθώνην αὖθις, εἶτα Θετταλίας ἐπέβη· μετὰ ταῦτα Φεράς, Παγασάς, Μαγνησίαν, πάνθ', ὃν ἐβούλετο εὐτρεπίσας τρόπον,
13 ᾤχετ' [3] ἐς Θρᾴκην· εἶτ' ἐκεῖ τοὺς μὲν ἐκβαλών, τοὺς δὲ κα-

[1] μεμνῆσθαι τῇ τύχῃ τὴν

[1] οὗ [2] τοκαταρχὰς [3] †εἰς

tionis mentionem facit. Rüdig.

Τῶν προτέρων] Nostrum habebat: τῶν πρότερον, quod magis videtur Atticum et Demosthenicum. Obsopœus.

Προτέρων] Codd. al. πρότερον habent, quod magis Atticum est, et centies in Demosthene occurrit. Sic Philipp. §. γ΄. τοῖς πρότερον; in Orat. pro Megalopolitis, τὴν πρότερον δύναμιν. Mount. Dedi πρότερον cum Mount., quo quidem recte judicante hoc magis Demosthenicum est. Olynth. II. (I.) §. γ΄. τοὺς πρότερον συμμ. III. (II.) §. ϛ΄. τῶν πλησίον. Cf. F. A. Wolf. ad Lept. §. κδ΄. fin. Rüdig.

ε΄. Ὑπηργμένων] Nonnulli libri ὑπηρετημένων, sed glossema sapit; ὑπάρχειν alicui præsto esse, quem favore nostro amplectimur. Schol. vulgatam, quam Moschopul. συμβάντων explicat, confirmat. Idem.

Κατὰ τὸν πόλεμον] Mediam vocem omittunt multi libri, et Hoogev. ad Vig. p. 296. deleri vult, sed non delenda videtur, quum illud innuatur bellum, in quo Phil. oppida ista ceperat; oppositum est πάλαι. Hermog. ejusque Schol. articul. agnoscunt. Idem.

Ἀντίῤῥοπον] Hesych. ἰσόσταθμον, *quod ejusdem est ponderis*, itaque, quæ sunt amissa, recuperare valet. Orv. ad Char. p. 637. Olynthios opibus valuisse constat. Idem.

Θείην] *Ducerem, arbitrarer.* Id enim præter alia significat τιθέναι, ut τίθεσθαι. Budæus.

Λάθῃ] *Imprudens.* Vig. p. 258. Rüdig.

Συνανάλωσε — τὴν χάριν] Vulg. τὸ μεμν., et τῇ τύχῃ sine uncis. Sed in Cod. α. hæc ita habes: συνανήλωσε τῷ μεμνῆσθαι τὴν χάριν. De augment, in prima voce vid. ad Olynth. III. (II.) §. θ΄. Dativum τῷ μεμν. recepi, quum sensus non sit: consumit *memoriam gratiarum*, sed *una cum memoria beneficiorum ipsas gratias*, ut respondeat ἔχει τὴν χάριν. De voce τύχῃ ambigo, nam posset sane ab interprete adjecta esse, sed haud scio, an Dem. ad vim locutionis augendam ipse eam addiderit, ut de Rhod. Libert. §. ιδ΄. τάξεως, nisi et hoc abjiciendum est. Bekkerus τῇ τύχῃ delevit, cetera intacta reliquit. Similem dativi usum habes §. θ΄. τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις. Idem.

Οἱ μὴ χρησ.] Ad sententiam οἱ μὴ χρησάμενοι, Antonius et Maximus sermone 50. Taylor.

Ἐκβὰν] Sic Epist. ad Att. l. ix. Balbus ad Ciceronem: *Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate, a plerisque probari solent.* Atqui sapientem (ut ait Cicero eodem libro Epist. 5.) semper causæ eventorum magis movent, quam ipsa eventa. Mount.

Τῶν προϋπαρξάντων] In nostro legitur; τῶν πρὶν ὑπαρξάντων. Quæ lectio videtur esse emendatior καὶ γνησιωτέρα. Obsopœus.

Ὡς τὰ πολλὰ] Hæc verba absunt a Codd. nonn. Quum notis multitudinis insit in ἕκαστον, illa interpretis esse existimo. Rüdig.

Ἡμᾶς] Ὑμᾶς, commendat enim ipsis civibus deliberationem. p. 20. v. 1. τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν. Idem.

Προησόμεθα] Malim juxta Wolfium προησώμεθα et καταστρέψηται, quia orator hypothetice loquitur. Auger.

ϛ΄. Ἆρά γε λογίζεται —] De his rebus a Philippo gestis paucula inveniet lector in argumento Philip. I. ex Tourrellio: consulat autem Diodorum aliosque historicos. Stock.

Δι' ὃν μέγας] Reiskius ex uno Cod. dedit δι' οὗ, secutus Augerus. Hæc lectio etiamsi veri speciem præ se ferat, tamen non admittendam puto: nam διὰ cum *acc.* ad rationem, quæ laudatur, pertinet, διὰ c. *gen.* ad ipsas res, quibus aliquid efficitur. Phil. II. §. β΄. βούλομαι τοὺς λογισμοὺς ἀκοῦσαι διὰ βραχέων, δι' οὓς τἀναντία μοι παρέστηκε προσδοκᾶν, καὶ δι' ὧν ἐχθρὸν ἡγοῦμαι Φίλιππον, ad δι' ὧν intellige πραγμάτων, quare Reiskius non in δι' οὗς debebat mutare: coll. de Cor. §. ζ΄. Hom. Il. I. 72. ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα — ἣν διὰ μαντοσύνην. Sic nostro loco *modus, propter quem*, i. e. qui in causa fuit, ut magnus fieret. Rüdig.

Ἀμφίπολιν — ἐπέβη] Amphipol. Pydn. et Potidæam cepit Phil. Ol. 105, 3. Methonen et Thessaliam Ol. 106, 4. Struitur ἐπέβη cum gen. ut Orat. Funebr. p. 1394, ult. ed. R. νομίζω τοίνυν καὶ τοῦ τῆς χώρας ἡμῶν μὴ ἐπιβῆναι τοὺς πολεμίους. Idem.

Φερὰς] Cfr. Phil. III. §. γ΄. καὶ μὴν καὶ Φερὰς, πρώην ὡς φίλος καὶ σύμμαχος εἰς Θετταλίαν ἐλθὼν, ἔχει καταλαβὼν, coll. ad Olynth. II. (I.) §. ϛ΄. Cepit hanc urbem, ut et Pagasas (ad Phil. I. §. ιγ΄.) et Magnesiam (ad Olynth. II. (I.) §. γ΄.) Ol. 106, 4. Idem.

Τρόπον] Ut in ipsius cederent potestatem. Idem.

Εἰς Θρᾴκην] Hæc invasio non ad Ol. 106, 1., quod Jacobs., Vir. Cel., vult, pertinet, sed ad Ol. 106, 4. Idem.

Ἐκεῖ τοὺς μὲν ἐκβαλὼν, τοὺς δὲ καταστήσας τῶν βασιλέων] De hac expeditione Diodorus ne verbum quidem. Justinus autem lib. viii. c. 3. refert, Philippum, circa tempus a Demosthene designatum, in eam Thraciæ partem, quæ Chalcidica vocatur, trajecisse: ibique solita usum perfidia, captisque per dolum et occisis finitimis regibus, universam provinciam imperio Macedoniæ adjecisse. Frontinus refert, Alexandrum, postquam Thraciam subegissit, ejus reges ad expeditionem Asiaticam secum eduxisse, ne quid illi absente se turbarent. Unde patet, Philippum et Alexandrum multos regulos, Macedoniæ tributarios, in Thracia constituisse. *Tourrell.* Mount.

Τοὺς μὲν ἐκβαλὼν, τοὺς δὲ] Dem. Aristocr. § δ΄. narrat, Cotye mortuo (Ol. 106,

ταστήσας τῶν βασιλέων ἠσθένησε· πάλιν ῥαΐσας οὐκ ἐπὶ τὸ ῥαθυμεῖν ἀπέκλινεν, ἀλλ᾽ εὐθὺς Ὀλυνθίοις ἐπεχείρησε. τὰς δ᾽ ἐπ᾽ Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας αὐτοῦ καὶ πρὸς Ἀρύμ-

4.) Βηρισάδην καὶ Ἀμάδοκον καὶ Κερσοβλέπτην τρεῖς ἀνθ᾽ ἑνὸς γενέσθαι βασιλέας. Cersobleptes filius Cotyos erat, quem pater voluerat imperium cum illis duobus partiri. Aristocr. Arg. 2. Cersobleptes hoc decretum repudiasse videtur, nam Suidas (s. Κερσοβλέπτης) auctor est, Amadocum ad Philippum venisse, ut ei auxilium ferret in bello contra Cersobleptem. Qua quidem occasione Phil. fortasse usus fuit, ut alterum expelleret, alteros faceret reges. Verumtamen Cersoblep. imploravit opem Atheniensium, qui Charidemum mittebant. Jam quum Diod. Sic. XVI. 71. referat, Cersoblepten, regem Thracum, Ol. 109, 2. esse ejectum, post illud tempus (Ol. 106, 4.) hic regnum patrium recuperasse videtur. Cfr. epist. Phil. §. γ᾽. Sed hæc tempora non sunt confundenda. Rüdig.

Ἠσθένησε] Hujus morbi mentio fit Phil. I. §. ἑ. Olynth. III. (II.) §. γ᾽. Idem.

Ῥαΐσας] Harpocr. ῥᾴως ἔχων, nondum enim Phil. pristinam valetudinem recuperaverat. Idem.

Τὰς δὲ ἐπ᾽ Ἰλλυριοὺς] Hodie Sclavonii appellantur. Eos, Mons Scodrus sive Scardus, et Drilo flumen, a Macedonia versus Orientem separabant. Anno quo Philippus imperium ingressus est, magnam ii de Perdicca ejus fratre victoriam reportarunt, pluresque ejus ditionis urbes cepere. Philippus secundo regni sui anno fratrem ulcisci voluit, quæque amiserat Perdiccas recuperare. Itaque novus Rex decies mille pedites, equites autem sexcentos in Illyridem introducit. Quo audito, Bardylis, Rex Illyriorum, missis legatis pacem Philippo offert, ea scilicet lege, ut uterque, quæ loca in potestate tunc haberet, retineret. Philippus oblatis conditionibus nihil motus, pacem tamen non penitus rejecit, sed eam ita se recipere velle significavit, si Illyrii omnes quas in Macedonia tenebant urbes ei restituerent. Reversis infecto negotio legatis, Bardylis in campum exercitum educit, conserta acie profligatur, cum clade septem mille hominum, ipsasque denique coactus accipit, quas oblatas rejecerat, conditiones. Diod. [lib. xvi.] Oros. l. iii. c. 12. Just. l. vii. *Tourrell.* Mount.

Τὰς δ᾽ ἐπ᾽ Ἰλλυριοὺς — παραλείπω στρατείας] Non intelligendum puto bellum Illyricum et Pæonicum Ol. 105, 2. gestum, ut Tourrell. et Lucches., sed potius quod pertinet ad Ol. 106, 2. Nam quum (Diod. S. XVI. 22.) Thraces, Pæones et Illyrii contra Phil. conspirassent, hic eo, quo diximus, anno ad officium hostes redire coegit. Hoc enim tempus non longe abest a bello, Arymbæ illato. Arymbas (alii Arybbas scribunt, quæ varietas ex confusione literarum μ et β orta, de qua vid. Gronov. ad Arrian. E. A. I, 20 et 24.) filius Alcetæ, regis Molossorum, fuit Philippo affinis, nam hic filiam Neoptolemi, fratris Arymbæ, in matrimonium duxerat. Diod. S. XVI. 72. Jam quum post Alcetæ mortem filii inter se dissiderent et non prius concorditer regnarent, quam regno æqualiter diviso (Pausan. Att. c. 38. §. 3.), hoc ipsum, Philippo intercedente, factum videtur, idque Ol. 107, 1. quam quidem rem Noster, ni fallor, spectat. Nam Diod. S. XVI. 72. prodit, Arymbam Ol. 109, 3. vita decessisse post *decimum* annum regni, illoque mortuo Alexandro, Olympiadis fratri, regnum esse traditum, Justin. VIII. 6. dicit, hoc Arymbæ ereptum et Alexandro esse demandatum, quæ diversitas non tanta est, ut omnem rem in dubium vocemus. Pro ὅποι Wolf. et Aug. ex Ald. P. Manut. deder. ὅπῃ, sed vulgata non mutanda. Rüdig.

Καὶ Παίονας] Pæones iidem sunt ac Pannonii, quod ex pluribus auctoribus facile probatur, atque ex hoc etiam loco confirmatur; quamvis aliter sentiat Dio Cassius lib. xlix. Zonaras: Οἱ Παννόνιοι νέμονται μὲν πρὸς τῇ Δαλματίᾳ. παρ᾽ αὐτὸν δὲ τὸν Ἴστρον, ἀπὸ Νωρίκου μέχρι τῆς ἐν Εὐρώπῃ Μυσίας, &c. πρὸς δὲ Ῥοδόπῃ καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τὸ τῶν Παιόνων ἔθνος ἐστί. Philippus anno regni secundo, bello Atheniensium liberatus, cum Agim Pæonum regem fato concessisse audiret, commodam sibi Pæonas invadendi occasionem oblatam existimavit. Cum exercitu igitur Pæoniam ingressus, Barbaros acie vicit, gentemque deinceps parere Macedonibus coegit. Post hoc ad Illyrios, qui quidem Pannoniæ subjacent, profectus est. Diod. lib. xvi. Mount.

Πρὸς Ἀρύμβαν] Arymbas, sive Arybbas, Alcetæ Molossorum, sive Epiri, Regis filius erat, fraterque Neoptolemi, cujus natam Olympiadem Philippus uxorem duxit. Mortuo Alceta, inter fratres contentio orta est de imperio dividendo. Arymbas jus prioris ortus afferebat, tum vero regni consuetudinem, cui ex omni memoria ætatum unus tantummodo Rex fuerat. Ut hodie, ita tunc etiam rationes

βαν καὶ ὅποι τις ἂν εἴποι παραλείπω στρατείας. Τί οὖν, ἄν τι εἴποι, ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν; Ἵνα γνῶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αἴσθησθε ἀμφότερα, καὶ τὸ προΐεσθαι καθ᾽ 62
ἕκαστον [2] ἀεί τι τῶν πραγμάτων ὡς ἀλυσιτελές, καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην, [1] ᾗ χρῆται καὶ συζῇ Φίλιππος, ὑφ᾽ ἧς οὐκ ἔστιν ὅπως ἀγαπήσας τοῖς πεπραγμένοις ἡσυχίαν σχήσει. εἰ δ᾽ ὁ μέν, ὡς [2] ἀεί τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν, ἐγνωκὼς ἔσται, ὑμεῖς δέ, ὡς οὐδενὸς ἀντιληπτέον ἐρρωμένως τῶν πραγμάτων, [3] σκοπεῖσθε εἰς τί ποτ᾽ ἐλπὶς

[1] ᾗ πρὸς ἅπαντας χρῆται [2] αἰεὶ [3] σποπεῖτε

impotentium arma erant, parumque contra densa militum agmina valebant. Neoptolemus se potentiorem esse sensit, lentisque ratiocinationibus detineri noluit. Præcipuus ei, ac potius unicus, titulus erat generi sui Philippi auxilium: qui minime ei defuit, idque tandem effecit, ut, circiter tres annos ante habitam hanc Demosthenis orationem, Arymbas regnum suum cum Neoptolemo partiri cogeretur: cujus rei nullum unquam, jam inde a principio ejus imperii a Pyrrho Achillis filio fundati, exemplum exstiterat. Primam hanc injuriam gravior insecuta est. Mortuo enim Arymba [Olymp. 109. ann. 3.] tam bene Philippo successere ejus vel minæ vel versutiæ, ut Molossi Æaciden Arymbæ filium ac legitimum hæredem pellerent, et Alexandrum filium Neoptolemi totius Epiri solum regem constituerent. Justinus in sua Trogi Epitome hanc genealogiam mutilat, ac seriem confundit: quæ quidem culpa plerisque abbreviatoribus communis est, qui profecto, ut ignaviam sublevent, ignorantiam alunt. Alexander primus Neoptolemi antiqui filius, Philippique non solum uxoris frater, sed gener etiam cujus nempe natam Cleopatram uxorem duxit, Italiæ bellum intulit, ibique diem obiit supremum. Post eum Æacides ad majorum solium evectus in Epiro solus regnavit, regnumque filio suo reliquit, Pyrrho illi in Historia Romana tam celebri, magnique Alexandri sobrino ab Alceta communi ipsorum proavo. Pausan. in Att. Plut. in Pyrr. Diod. l. xvi. *Tourrell.* Mount.

Καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην] Subaudi γνῶτε οἷά ἐστιν. Auger.

Ἧ χρῆται] Inter has voces vulgo interseritur πρὸς ἅπαντας, quæ verba quum absint a multis Codd., ejicienda putavi, it. ejec. Bekk., videntur ex initio orat. Mid. §. ά. orta esse: τὴν ὕβριν, ᾗ πρὸς ἅπαντας ἀεὶ χρῆται. Rüdig.

Ἀεὶ μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων] Ut ea, quæ jam possidet, augeat. Idem.

Ἐρρωμένως] Præ desidia Athenienses non eas, quas par erat, copias instruebant. Idem.

Σκοπεῖσθε, εἰς τί ποτ᾽ ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι] Miror, Reiskium, aliis similibus locis offensum, hic nihil monuisse de aoristo post ἐλπὶς, præsertim quum Aug. pr. legat τελευτήσειν. Nempe dici solet, post verba, quæ futuri quid involvant, aut futurum infinitivi, aut ἂν cum aoristo infinitivi poni. Id, si rem in universum spectes, verum est. Sed jam hoc accuratius definiendum. Nempe si aoristus vel etiam præsens infinitivi cum ἂν ponatur, solet esse hypothesis vel expressa vel supplenda, v. c. Philip. I. §. ιά. Δοκεῖτε δέ μοι πολὺ βέλτιον ἂν περὶ τοῦ πολέμου καὶ ὅλης τῆς παρασκευῆς βουλεύσασθαι, εἰ τὸν τόπον τῆς χώρας, πρὸς ἣν πολεμεῖτε, ἐνθυμηθείητε, aut, si nulla sit hypothesis, particula ἂν simpliciter id indicat, quod fieri possit. Futurum autem ponitur de re futura in se, sive sit conditio, sive non. At etiam præsens et aoristus infinitivi loco futuri, ut sic dicam, ponitur. Hic jam Homerus præivit Od. II. 280.

ἐλπωρή τοι ἔπειτα τελευτῆσαι τάδε ἔργα.

III. 319. s.

———ὅθεν οὐκ ἔλποιτό γε θυμῷ
ἐλθέμεν.

In Herodoto nimium hoc festinanter tractarunt viri docti, v. c. ad L. I. 10. 50., cautius Petrus Horreus Observv. Crit. in scriptores Græcos historicos, Herodotum præcipue p. 20. De Thucydide docte et subtiliter nuper egit Ern. Fr. Poppo Observv. Critt. in Thucyd. p. 149. sqq. Philosophos et oratores tetigit Heindorfius ad Platonis Phædon. §. 32. et Protag. §. 19. et magnus exemplorum numerus est in uno Xenophonte. Ne tra-

ταῦτα τελευτῆσαι. πρὸς θεῶν, τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν, ὅστις ἀγνοεῖ τὸν ἐκεῖθεν πόλεμον δεῦρο ἥξοντα, ἂν ἀμελήσωμεν; ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο γενήσεται, δέδοικα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν, οὕτω καὶ

gicos omittamus, laudamus Brunckium ad Æschyli Pers. v. 737., quem correxit Wunderlich Observv. Critt. in Æschyli tragœdias p. 174., et imprimis G. Hermannum ad Sophoclis Aj. v. 1061. In nostro scriptore Reiskius interdum particulam ἂν addidit, interdum vulgatam lectionem reliquit. Addidit v. c. κατὰ Τιμοκράτους §. ιθ'. οἴομαι δὴ πάντας ἂν ὑμᾶς ὁμολογῆσαι. περὶ Συμμορ. §. β'. Mss. plurimi et optimi suadent lectionem ἡγοῦμαι —— τοὺς Ἕλληνας — καὶ συμμαχῆσαι καὶ μεγάλην χάριν ἔχειν. Sed quum recentiore tempore scriptorum nemo sæpius mutatus fuerit, quam Isocrates, cavebo, ut is in posterum nihil simile patiatur. Primo loca adducam, tum quæ mutationem effugerint, tum quæ nemo facile mutaverit; dein vindicabo, quæ perperam mihi mutata esse videantur. Paneg. 39. ἐλπίς ἐστιν ἕτερον ἀποστῆναι, ubi miror, neminem conjecisse ἕτερον ἂν ἀποστῆναι. Archid. 43. ἔστι δ' οὐδὲν ἀνέλπιστον, ἐκ τῶν νυνὶ παρόντων συμβῆναί τι τῶν μὴ παρόντων ἡμῖν. Panath. 39. τὴν Ἀσίαν ἅπασαν ἤλπισαν κατασχεῖν. πρὸς Καλλιμ. c. 15. οἶμαι δὲ αὐτὸν ὀδύρεσθαι καὶ λέγειν. Panath. 87. νῦν δ' οἶμαι πάντας ὁμολογῆσαι. Cf. Archid. 28. Panath. 98. His se tuebuntur sequentia. Paneg. 15. βιάσασθαι προσδοκήσας, ubi Coray atque Orellius in Antid. Mori conjecturam βιάσεσθαι receperunt, Spohnio vulgatam jure revocante. Archid. 31. οἱ δὲ κομίσασθαι προσδοκῶντες, ubi Coray contra codd. κομίσεσθαι dedit, quod vel si in codd. esset, scrupulum moveret. in Euthyn. 10. ἐλπίσαι πράξασθαι, Coray de sua conjectura πράξεσθαι. Symmach. 29. ἄρχειν προσεδόκησαν ante H. Wolfium, ubi nunc ἄρξειν. Trapez. 9. οἰόμενος ἐκ τῶν λοιπῶν ἐπανορθώσασθαι, ubi ex Augeri conjectura jam editur ἐπανορθώσεσθαι. περὶ Ἀντιδόσ. p. 39. Or. οἰόμεθα —— διαπράξασθαι, ubi recentissimi διαπράξεσθαι. ibid. p. 78. οἶμαι γὰρ ὑμᾶς ἀκούσαντας μισῆσαι, quod quidem Orellius in Add. p. 305. corrigere vult in μισήσειν. πρὸς Φίλ. 35. δοκῶ συμβουλεύειν, Coray συμβουλεύσειν. Ep. IV. p. 733. ἀλλὰ γὰρ Διόδοτον αὐτὸν οἶμαί σε μάλιστα προτρέψασθαι πρὸς τὸ φροντίζειν ἑαυτοῦ, Auger et Coray προτρέψεσθαι. et sic porro. Quod si quis Hermanni notam, quam laudavi, accurate perpenderit, rationem plerumque inveniet, cur aoristus loco futuri usurpatus fuerit. Equidem etiam hoc addo. Si aoristus ponitur, res quamvis futura cum fiducia certi ponitur, ut, qui ita loquatur, significet, tam certo sibi de futuræ hujus rei veritate persuasum esse, ut si vel hoc ipso tempore fiat, vel facta jam sit. Similia monuit Io. Chr. Held Act. Monac. T. II. p. 1. p. 63. Corayi in Plutarcho similiter corrigendo libidinem tangens. BREM.

Τελευτῆσαι] Sub. ἄν. AUGER.

Δέδοικα ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, etc.] Id est, *Vereor Athenienses, ne quemadmodum ii, qui contrahunt æs alienum, facile magnis usuris ad breve tempus divites sunt, paulo post etiam a principali summa excutiuntur: itidem et nos, si diutius videamur negligentes, cunctaque ad voluptatem quærentes, paulo post in necessitatem veniamus, ut vobis multa etiam acerba sint facienda, quæ nequaquam voluerimus, deque hoc ipso loco periclitemur.* Explicuit eleganter Metaphoram, qua Latini *vorsuram solvere* dicunt, pro eo quod est, sic e præsentibus malis extricare te, ut aliis gravioribus impediare. Eras. *Ex edit.* HERVAG.

Δέδοικα, — ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις] Athenienses, magni fœneratores, nonnunquam exigebant ut pecunia credita tantum sibi in diem redderet. Aristoph. in Nub. Hujusmodi fœneratores ἡμεροδανεῖσθαι vocabantur. Perditum ivit ignavus debitor, qui constanter solvere omiserit: nam usura quotidie sorti accedebat, atque deinceps fœnus pariebat. Theoph. περὶ Ἀπον. et περὶ Μικρολ. Ipsi etiam philosophi istiusmodi commerciis se immiscebant, et Chrysippus in Luciano demonstrat, Philosopho licere, non solum usuram exigere, verum etiam usuras usurarum, quemadmodum ex una conclusione alteram infert. *Tourrell.* [Vide Petit. in Leg. Att. lib. v. tit. 4.] MOUNT.

Δανειζόμενοι ῥᾳδίως] Cfr. de f. leg. §. λδ'. fin. ῥᾳδίως *temere*. v. ult. ἀποστῆναι, *pessum dare.* RÜDIG.

Ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν] Id est, *paulo post etiam avitis bonis cedunt fæneratoribus.* τἀρχαῖα hoc loco appellat τὰ

ἡμεῖς, ἂν ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐρρᾳθυμηκότες καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες, πολλὰ καὶ χαλεπὰ ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα ὕστερον εἰς ἀνάγκην ἔλθωμεν ποιεῖν, καὶ κινδυνεύσωμεν περὶ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ.

ζ'. Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν ἴσως φήσαι τις ἂν ῥᾴδιον καὶ παντὸς εἶναι, τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων ὅ τι δεῖ πράττειν ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' εἶναι συμβούλου. ἐγὼ δὲ οὐκ ἀγνοῶ
14 μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ', ὅτι πολλάκις ὑμεῖς οὐ τοὺς αἰτίους ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας 63
ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε, ἄν τι μὴ κατὰ γνώμην ἐκβῇ· οὐ μὴν οἴομαί [1][γε] δεῖν τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦνθ' ὑποστείλασθαι περὶ ὧν ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι. Φημὶ δὴ διχῇ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν, τῷ τε τὰς πόλεις τοῖς Ὀλυνθίοις σώζειν καὶ τοὺς τοῦτο ποιήσοντας στρατιώτας ἐκπέμπειν, καὶ τῷ τὴν ἐκείνου χώραν κακῶς ποιεῖν καὶ τριήρεσι καὶ στρατιώταις ἑτέροις· εἰ δὲ θατέρου τούτων ὀλιγωρήσετε, ὀκνῶ μὴ μάταιος [2]ὑμῖν ἡ στρατεία γένηται. εἴτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων ὑπομείνας τοῦτο Ὄλυνθον παραστήσεται, ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν ἀμυνεῖται· εἴτε βοηθησάντων μόνον ὑμῶν εἰς Ὄλυνθον

[1] Absunt unci.

[2] ἡμῖν

πατρῷα, ut alibi κατ' Ἀφόβου, non *sortem usurarum*, unde fructus et reditus manat, quod tamen etiam ἀρχαῖον significat. Bud. *Ex edit.* HERVAG.

Χαλεπὰ] Omnes enim debebitis arma ferre et cavere, ne ipsa urbs in periculum vocetur. RÜDIG.

ζ'. Ὑπὲρ τῶν παρόντων] Ne res præsentes male cedant. IDEM.

Ἀλλὰ τοὺς περὶ τῶν πραγμάτων] Nostrum adhuc dictionem, et ut mihi videtur non otiosam, adjectam habebat, ad hunc modum: ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμ. *Vos non culpam merentibus, sed oratoribus, qui postremi de rebus consilium adduxerint, succensetis.* OBSOPŒUS.

Ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε] i. q. ὀργίζεσθε, similiter ἐν αἰσχύνῃ ποιεῖσθαι. RÜDIG.

Οὐ μὴν οἶμαί γε δεῖν τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦντα] Oratores consilia sua præstare tenebantur, quæ si non bene successerint, injustissimos seditiosi populi impetus sustinuerunt. Legimus Periclem necesse habuisse se purgare de Pestilentia, quæ belli, cujus ille auctor fuerat, cursu per urbem sævierat. *Tourrell.* [Vide Plutar. in Pericle; et Thucyd. lib. ii.] MOUNT.

Σκοποῦνθ'] Subaudi ἐμέ. AUGER.

Ὑποστείλασθαι] Hesych. explicationem vid. Phil. I. §. ιζ'., metaphora a velis contrahendis translata. RÜDIG.

Φημὶ δὴ διχῇ] Ulpian. in Proleg. ad Olynth. et Phil. Oratt. p. 7. ed. Wolf. monet, Demosthenem his verbis non duplicem apparatum spectare, sed ut cives magnitudine sumtuum perterriti, theatralem pecuniam mitterent, idque p. 11. ita fieri docet, quod nec prolixe id orator agitet et celeriter ad pecuniæ rationem transcurrat. Dubito, an hoc modo liceat verba nostri scriptoris interpretari. IDEM.

Τὰς πόλεις] Fortassis innuit eas, quarum mentio fit d. f. leg. §. οέ. med., et quas alibi dicit δύω καὶ τριάκοντα τοῦ Χαλκιδικοῦ γένους. IDEM.

Κακῶς ποιεῖν] Vid. Bekk. Anecd. I. 149. IDEM.

Ἑτέροις] i. e. copiis pedestribus. IDEM.

Βοηθησάντων] Hæc vox est et auxiliari et auxilium aliquo mittere, hinc εἰς Ὄλυνθον. IDEM.

ἀκινδύνως ὁρῶν ἔχοντα τὰ οἴκοι προσκαθεδεῖται καὶ προσεδρεύσει τοῖς πράγμασι, περιέσται τῷ χρόνῳ τῶν πολιορκουμένων. δεῖ δὴ πολλὴν καὶ διχῇ τὴν βοήθειαν εἶναι. Καὶ περὶ μὲν τῆς βοηθείας ταῦτα [1] γιγνώσκω.

η'. Περὶ δὲ χρημάτων πόρου, ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά· ταῦτα δὲ ὑμεῖς οὕτως ὡς βούλεσθε λαμβάνετε. εἰ μὲν οὖν ταῦτα τοῖς στρατευομένοις ἀποδώσετε, οὐδενὸς ὑμῖν προσδεῖ πόρου· εἰ δὲ μή, προσδεῖ, μᾶλλον δ' ἅπαντος ἐνδεῖ τοῦ πόρου. Τί οὖν, ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. ἐγὼ

[1] γινώσκω

Προσκαθεδεῖται καὶ προσεδρ.] Hæ voces, ut καθῆσθαι pigritiæ notionem innuit, ita designant industriam, vid. Bekk. Anecd. I. p. 161. IDEM.

Περιέσται] Ante hanc vocem Wolfius addidit καὶ, sed quum περιέσται apodoseos locum teneat, καὶ ferri nequit et aperte interpreti debetur. In Bekk. Anecd. I. 161. hic locus laudatur et περιέσται per κατισχύσει explicatur. IDEM.

η'. Περὶ δὲ χρημάτων πόρου] Περὶ absolute dictum; hinc non est, quod cum Reiskio aut πῶς; addamus, aut εἰ δεῖ λέγειν suppleamus. Eod. modo Latini *de* usurpant, Cic. Fam. II. 17. III. 12. IDEM. Περὶ cum genitivo nonnunquam absolute ponitur: *quod attinet ad.* Reiske sine causa scribi voluit: περὶ δὲ χρημάτων πόρου πῶς; Neque Heindorfium dubitanter de hoc præpositionis usu loqui oportebat ad Platonis Phædrum §. 65. Κατὰ Εὐέργου ψευδομαρτ. p. 1140. l. 9. ed. R. περὶ μὲν γὰρ τῆς μαρτυρίας, ὅτι ψευδῆ μεμαρτυρήκασιν, αὐτοί μοι δοκοῦσιν ἔργῳ ἐξελέγχειν αὐτήν. Xenophon Cyrop. I. 6. 15. καὶ περὶ μὲν τροφῆς ἐπείσθην, ἱκανὸν εἶναι ὑπάρχον. Aliæ præpositiones eodem modo usurpantur, v. c. ὑπέρ. περὶ Παραπρεσβείας §. γ'. fin. ἀλλὰ μὴν, ὑπέρ γε τοῦ προῖκα, ἢ μὴ, τὸ μὲν ἐκ τούτων λαμβάνειν, ἐξ ὧν ἡ πόλις βλάπτεται, πάντες εὖ οἶδ' ὅτι φήσαιτ' ἂν εἶναι δεινὸν καὶ πολλῆς ὀργῆς ἄξιον. De præpositione εἰς vide Heindorf. ad Plat. Lys. §. 16. BREM.

Δ' ἅπαντος] In nostro δὲ παντὸς, quod prolatu est mollius. OBSOPŒUS.

Τί οὖν; ἄν τις εἴποι] *Quid igitur? dixerit aliquis.* ἂν hic anticipationi servit, qua non, quod revera objicit adversarius, sed, quod objicere possit, indicatur. Latini hac particula destituti, ubi tamen ejus vim exprimere conantur, utantur subjunctivo. HOOGEVEEN.

Σὺ γράφεις κ. τ. λ.] Versutiam et calliditatem oratoris hoc in loco omnes fere interpretes summopere laudandas censuerunt. A quibus ita dissentio, ut vix sensum communem in vulgata hujus loci interpretatione agnoscam, versutiam et calliditatem omnem me plane desiderare fatear. εὐλαβῶς, inquit Libanius, ἅπτεται τῆς περὶ τούτου συμβουλῆς. Sed quomodo? Hac scilicet responsione: ὅτι οὐ γράφω ταῦτ' εἶναι στρατιωτικὰ, ἀλλ' ἡγοῦμαι· *Non ego quidem hoc decerno, sed decerni oportere* (repetendum enim est verbum δεῖν) *arbitror.* Quam putidum hoc et frigidum! Siccine Athenienses litium forensium et novarum rerum studiosissimi quemquam se ludificari paterentur! At neque ipsum oratorem adeo inopem consilii et rationis fuisse existimo, ut vel infirmam plebem et humillimæ sortis homunciones, nedum Æschinem, Demadem, cæterosque in administranda R. P. æmulos, tam nuda atque aperta fraude circumveniri posse speraret. Nec facile inducar ut credam tantum esse discrimen inter γράφω et ἡγοῦμαι. Etenim si capitis periculo se eripuisset ἐν τῷ μὴ γράφειν: at certe, ἐν τῷ ἡγεῖσθαι mulctæ, vel leviori cuidam supplicio se subjecisset. Scholiastes in locum: Σὺ, φησὶ, γράφεις τὰ θεωρικὰ εἶναι στρατιωτικά; Εἶτα λύει, ὅτι συμβουλεύω μὲν, οὐ γράφω δὲ, τὸν κίνδυνον εἰδὼς, καὶ τὸν Εὐβούλου νόμον μὴ ἀγνοῶν. Qua igitur ratione vim legis, et vulgi rabiem eludere, suique defensionem instituere potuisset orator, si in jus fuisset vocatus? Ambiguitate, ut mihi videtur, sententiæ, quæ duplicem admittit interpretationem. Vel enim καὶ ταῦτ' εἶναι

μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι [1] καὶ εἶναι στρατιωτικὰ καὶ μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα· ὑμεῖς δὲ οὕτω πως 64 ἄνευ [2] πραγμάτων λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. ἔστι δὴ λοιπόν, οἶμαι, πάντας εἰσφέρειν, ἂν πολλῶν δέῃ, πολλά, ἂν ὀλίγων, ὀλίγα. δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων. Λέγουσι δὲ καὶ ἄλλους τινὰς ἄλλοι πόρους, ὧν ἕλεσθε ὅστις [3] ὑμῖν συμφέρειν δοκεῖ· καὶ ἕως ἐστὶ καιρός, ἀντιλάβεσθε τῶν πραγμάτων.

θ'. Ἄξιον δὲ ἐνθυμηθῆναι καὶ λογίσασθαι τὰ πράγματα, ἐν ᾧ καθέστηκε [4] νυνί, τὰ Φιλίππου. οὔτε γάρ, ὡς δοκεῖ καὶ φήσειέ τις ἂν μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς, εὐτρεπῶς

[1] καὶ ταῦτ' εἶναι [2] πραγμάτων ταῦτα λαμβάνετε [3] ὑμῖν ἂν συμφέρειν δοκῇ [4] νυνὶ τὰ [τοῦ] Φιλίππου

στρατιωτικὰ sunt reddenda: *Has fieri militares*, vel potius alia ratione, *et propterea* (ταῦτα scilicet pro διὰ ταῦτα) *stipendia designari oportere.* Hanc esse veram hujus loci interpretationem satis ostendunt, quæ sequuntur. Ἔστι δὴ λοιπὸν, οἶμαι, πάντας εἰσφέρειν, ἂν πολλῶν δέῃ, πολλά· ἂν ὀλίγων, ὀλίγα. Δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων. Hoc genus Ellipseos, quo ταῦτα pro διὰ ταῦτα ponitur, Atticis scriptoribus familiarissimum est. Aristoph. in Pace, ver. 413. ταῦτ' ἄρα, etc. ubi Schol. διὰ ταῦτα. Idem in Avibus, ver. 120. ταῦτ' οὖν, *propterea.* Idem in Nubibus, ver. 334. ταῦτ' ἄρα. etc. ubi Schol. λείπει ἡ διά. Xenoph. de Cyr. Instit. l. 1. c. 26. ταῦτ' ἄρα — καὶ ἐνέωρας μοι: *propterea me aspiciebas.* Si ambiguam hanc sententiam duplici hac ratione interpretemur, nec summum in oratore artificium, nec Atticam posthac elegantiam desiderabimus. MOUNT. Frustra in litem movet Mountneius, cum neget oratorem capitis se periculo subducere voluisse ope discriminis illius, quod evidentissime intercedit inter voces γράφειν et ἡγεῖσθαι. Lex enim eadem, quæ pœnam denuntiavit in παράνομα γράφοντας, eos qui decretum legemve tulerint legibus contrariam, omnibus Atheniensibus τοῦ συμβουλεύειν, libere sententiam suam dicendi potestatem concessit. *Censeo quidem hæc decerni oportere: periculum autem, quod ex* decreto scribendo *nascatur, æquum est ut ille in se suscipiat, qui legem damnosam tulit:* quod ait infra Noster, Olynth. Γ. ε'. STOCK. Capitis periculum ei imminebat, qui hoc ipsum facere audebat; huic voci [γράφεις] oppositum est ἡγοῦμαι. RÜDIG.

Κατασκευασθ. καὶ ταῦτ' εἶναι] Bekkerus ταῦτ', quod in Par. 5. 7. abest, omisit, sed hæc vox difficilior est explicatu, quam ut ab interprete profecta videatur, neque cum Mount. per *propterea* explicandum puto, sed ita, ut orator neget hanc pecuniam (theatralem) esse per se reddendam, at reddendam esse, quando res ita tulerint, ut bellum geratur: et videtur quidem orator consulto hanc locutionem repetiisse. IDEM.

Οὕτω πως] *Nescio, quomodo*, Vig. p. 438. Post πραγμάτων Reiskius ex Par. 5. 7., consentiente Auger., rec. ταῦτα collocavit, quo pronomine quum hoc loco non opus sit, recte illud ejecit Bekker. IDEM.

Δεῖ δὴ χρημάτων —] Id est, *breviter opus est pecuniis, neque citra has quicquam eorum quæ facienda sunt confici potest.* Alludit ad proverbium 'Pecuniæ obediunt omnia.' Vid. Erasm. *Ex edit.* HERVAG. Hanc sententiam laudavit Stob. p. 504, 3. Gesn. RÜDIG.

Δοκῇ] In multis libris ἂν non legitur et pro δοκῇ habes δοκεῖ. Dubius, utram præferrem, vulgatam retinui: *si qua ratio visa fuerit*, cfr. Phil. I. §. η'. IDEM.

Ἀντιλάβεσθε] Vid. Bekk. Anecd. I. p. 110. et Herm. d. em. rat. gr. gr. p. 381. ubi ἀντιλαμβάνεσθε legitur. IDEM.

θ'. Τὰ πράγματα] Hæc est structura: ἐν ᾧ καθέστηκε τὰ πράγμ. Φιλ. IDEM.

Οὔτε γὰρ etc.] Vide Philip. I. §. ζ'. et Olynth. II. (I.) §. ϛ'. MOUNT.

Εὐπρεπῶς] Εὐτρεπῶς al.; sed lect.

οὐδ᾽ ὡς ἂν κάλλιστ᾽ αὐτῷ τὰ παρόντ᾽ [1]ἔχοι· οὔτ᾽ ἂν ἐξήνεγκε τὸν πόλεμόν ποτε τοῦτον ἐκεῖνος, εἰ πολεμεῖν ᾠήθη δεήσειν αὐτόν, ἀλλ᾽ ὡς ἐπιὼν ἅπαντα τότε ἤλπιζε τὰ πράγματα ἀναιρήσεσθαι, κᾆτα διέψευσται. τοῦτο δὴ πρῶτον αὐτὸν ταράττει παρὰ γνώμην γεγονός, καὶ πολλὴν ἀθυμίαν αὐτῷ παρέχει· εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν. ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει καὶ [2]ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, κομιδῇ δ᾽, ὥσπερ ἦν, καὶ ἔστι νῦν τούτῳ. καὶ γὰρ Παγασὰς ἀπαιτεῖν αὐτόν εἰσιν ἐψηφισμένοι καὶ Μαγνησίαν κεκωλύκασι τειχίζειν. ἤκουον δ᾽ ἔγωγέ τινων ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἀγορὰς ἔτι δώσοιεν αὐτῷ καρποῦσθαι· τὰ γὰρ κοινὰ τὰ Θετταλῶν ἀπὸ τούτων δέοι διοικεῖν, οὐ Φί-

[1] ἔχῃ [2] αἰεὶ

vulg., quam agnoscit Schol., adaptata est sequenti κάλλιστα. Rüdig. Hæc sic accipienda sunt: οὔτε γὰρ εὐτρεπῶς ἔχει τὰ παρόντα αὐτῷ, οὐδ᾽ ὡς ἂν κάλλιστ᾽ ἔχοι. "Passim, inquit Schaeferus Poet. Gnom. Gr. p. 228., passim verbum finitum e sequente oratione petendum, ut membri antecedentis sensus perficiatur." Non igitur ab optimis Mss. recedendum et scribendum: οὔτε γὰρ — εὐτρεπῶς, οὐδ᾽ ὡς ἂν κάλλιστ᾽, αὐτῷ τὰ παρόντ᾽ ἔχει. Brem.

Ἔχει] Reiske conjunctivum, quem retinuit, sic accipi vult, ac si scriptum esset: ὅρα, μὴ ἔχῃ, sed quum ne μὴ quidem in textu legatur, hæc ratio interpretandi contortior videtur. Bekker. scrips. ἔχοι, cui lectioni tertiam ἔχει prætuli, quum non dubitanter hæc proferantur. Rüdig.

Ὡς ἐπιὼν] Ut primum invasit. Idem.

Εἶτα τὰ τῶν Θεττ.] Id est, *accedunt ad hæc res Thessalorum: quæ profecto cunctis quoque mortalibus natura, semperque infidæ fuerunt*. Vid. Proverb. 'Thessalorum commentum.' *Ex edit.* Hervag.

Τὰ τῶν Θεττ.] Id est, οἱ Θετταλοί. Sic infra §. ι. τὰ τῶν Ὀλυνθίων pro οἱ Ὀλύνθιοι. Auger.

Ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει] Thessali ob perfidiæ crimen male audiunt apud omnes auctores. Noster in Aristocratea [§. κθ´.] ὑμεῖς μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδένα προὐδώκατε πώποτε τῶν φίλων· Θετταλοὶ δὲ οὐδένα πώποθ᾽ ὅν τινα οὔ. Euripides: Πολλοὶ γὰρ ἦσαν, ἀλλ᾽ ἄπιστοι Θετταλοί. Unde natum proverbium, ut Thessala fides, de vana dicatur et fluxa. Θεσσαλὸν σόφισμα, Thessalum commentum; et Θεσσαλὸν νόμισμα pro adulterina pecunia. Ab Aristophane in Plut. ver. 521. etiam ἀνδραποδισταὶ appellantur. Vide Schol. ad voces: καὶ γὰρ Παγασὰς, et Schol. ad Eurip. Phœniss. v. 1429. Mount. Duo protulit exempla istius perfidiæ Lucchesinius. Mardonio ac Persis duces fuerunt, in Atticam invadentibus; et (2.) ingenti prælio apud Tanagram Bœotiæ commisso, Thessali, Atheniensibus relictis, in Lacedæmoniorum transierunt partes, teste Thucyd. l. 1. Stock. Coll. de Coron. §. κ´. Hemsterh. ad Comici Plut. p. 153. De impetu Philippi in Thessaliam Dem. Phil. III. §. ς´. de Παγασ. cfr. Olynth. II. (I.) §. ε´. Harpocr. s. v. Bekk. Anecd. I. p. 119. Rüdig.

Τοὺς λιμένας] Thessali a tyrannis liberati vectigalia e portibus et nundinis redeuntia Philippo concesserant, Olynth. II. (I.) §. γ´.; ἀγορὰς ad nummorum commutationes pertinere videtur, Aristoph. Acharn. 625. πωλεῖν et ἀγοράζειν distinguit. Idem.

Κοινὰ τῶν Θετταλῶν] Nostrum κοινὰ τὰ Θετταλῶν habuit, necessaria et eleganti prioris articuli repetitione. Sicut alias sæpe apud Demosthenem in similibus exemplis cernere est. Obsopœus.

Ἀπὸ τούτων δέοι διοικεῖν] Sc. e vectigalibus, Phil. I. §. ι´. ἀπὸ τοῦ πολέμου. Optat. δέοι pendet ab ὡς; jam quum hæc enunciatio causam præcedentis contineat, per γὰρ annexa est, illa particula omissa. Sophocl. Philoct. 615. ὑπέσχετο τὸν ἄνδρ᾽ Ἀχαιοῖς τόνδε δηλώσειν ἄγων· οἴοιτο μὲν μάλιστ᾽, ἑκούσιον λαβών. Rüdig. Quum alter per orationem indirectam inducitur, haud raro optativus sine conjunctione et ἂν ponitur. Vide Matthiæ Gr. Gr. §. 529. 3. Δέοι διοικεῖν sc. αὐτούς. Ad δεῖ interdum infinitivus ponitur sine subjecto. de Chers. §. ιγ´. ἐγὼ δ᾽ οἴομαι τὴν μὲν εἰρήνην ἄγειν οὐχ

λιππον λαμβάνειν. [1]εἰ δὲ τούτων ἀποστερηθήσεται τῶν χρημάτων, [2]ἐς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται. ἀλλὰ μὴν τόν γε Παίονα καὶ τὸν Ἰλλυριὸν καὶ ἁπλῶς τούτους ἅπαντας ἡγεῖσθαι χρὴ αὐτονόμους ἥδιον ἂν καὶ ἐλευθέρους ἢ δούλους εἶναι· καὶ γὰρ ἀήθεις τοῦ κατακούειν τινός εἰσι, καὶ [3]ἄνθρωπος ὑβριστής,
16 ὥς φασι. καὶ μὰ Δί᾽ οὐδὲν ἄπιστον ἴσως· τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις [4]γίγνεται, διόπερ πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι. Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ὑμέτερον νομίσαντας ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα,

[1] ἂν δὲ τούτων ἀποστερηθῇ [2] † εἰς [3] ἄνθρωπος [4] γίνεται

ὑμᾶς δεῖν πείθειν: ὑμᾶς est accusativus objecti, subjectum vero supplendum τινά. Reiskius interdum mutavit. Sic κατὰ Ἀνδροτ. p. 605. l. 27. ed. R. ἐγὼ δ᾽ οἶμαι δεῖν ὑμᾶς ὡδί πως ἀκούειν Ἀρχίου: ex uno Aug. pr., quem quidem cod. F. A. Wolfius Reiskii delicias appellat, addidit ὑμᾶς. Etiam Latini *oportet* eodem modo construunt. Cf. ad Ciceron. de fin. b. et m. I. c. 9. Brem.

Ἂν δὲ τούτων ἀποστερηθῇ] In nostro εἰ δὲ τούτων ἀποστερηθῇ, quantum ad sensum attinet nullo discrimine. Obsopœus.

Ἀποστερηθῇ] In aliis ἀποστερήσεται et pro ἂν paullo ante εἰ. Altera lectio interpreti debetur; conjunctivum aorist. prætuli, quum notio spei, quam ante significavit, exprimatur. Bekk. εἰ — ἀποστερήσεται, sed in hujus Viri Celeb. Anecd. I. 119. legitur ἀποστερηθῇ, servata partic. εἰ. Rüdig.

Αὐτονόμους — ἐλευθέρους] Inter urbes αὐτονόμους et ἐλευθέρους discrimen, Litbe Gotha Numaria p. 287. Taylor. Illud refertur ad leges, hoc ad vectigalia. Rüdig.

Τὸ γὰρ εὖ πράττειν κ. τ. λ.] Id est, *felicitas enim et rerum successus, qui contigerit immerenti, stultis vesaniæ causam præbere solet.* Eleganter notavit, quod proverbio dicitur, 'Asinus apud Cumanos,' de his quibus honos aliquis præter meritum additus a fortuna tumorem et insolentiam, ita ut fere fit, conciliat. Cui congruit illud ex Æschylo: ἦ βαρὺ φόρημ᾽ ἄνθρωπος εὐτυχῶν ἄφρων. Eras. *Ex edit.* Hervag. Plutarchus de fortuna ad extremum. Taylor.

Παρὰ τὴν ἀξίαν] *Contra opinionem, contra solitum.* Auger. Significatur immodica et inusitata felicitas, cfr. Olynth. II. (I.) §. δ´. Rüdig.

Τὸ φυλάξαι] Xen. Cyr. VII. 5. 76. τὸ δὲ λαβόντα κατέχειν, οὐκέτι τοῦτο ἄνευ σωφροσύνης, οὐδ᾽ ἄνευ ἐγκρατείας, οὐδ᾽ ἄνευ πολλῆς ἐπιμελείας γίγνεται. Idem.

Ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα] Id est, συνεπιλαμβάνεσθαι, συναιρεῖσθαι, *simul cum aliis suscipere*, in commune consulere de opprimendo Philippo in articulo. Vel, ut interpres (Ulpianus) σὺν τῇ τύχῃ ἀγωνίζεσθαι, *fortunæ sese danti instare*. Prior tamen interpretatio ex usu est auctorum. Bud. *Ex edit.* Hervag. συνάρασθαι intellige, vel simpliciter *suscepisse*, vel *una cum Olynthiis suscepisse*, i. e. Olynthiis adjuvisse in rebus gerendis. Auger.

Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς — ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα — λογιζομένους — πῶς ἂν αὐτὸν οἴεσθε ἑτοίμως ἐφ᾽ ὑμᾶς ἐλθεῖν;] Oratio, quæ per interrogationem indirectam finienda erit, desinit per directam: quod aptum est ad commotionem animi dicentis prodendam. Sequitur illico simile exemplum: εἶτ᾽ οὐκ αἰσχύνεσθ᾽, εἰ μηδ᾽ ἃ πάθοιτ᾽ ἄν, εἰ δύναιτ᾽ ἐκεῖνος, ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες οὐ τολμήσετε; Si enuntiatio ita finiretur, ut incipiebat, οὐ ante τολμήσετε delendum foret: εἶτ᾽ οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ μηδὲ τολμήσετε; Sed quasi non adessent verba εἶτ᾽ οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ μηδὲ, desinit enuntiatio per interrogationem directam οὐ τολμήσετε; Alii etiam scriptores interdum hac orationis forma utuntur. Plato de Legg. XI. 11. μὴ δέ τις ἀτιμαζομένῳ μὲν διαφερόντως πατρὶ πρὸς παίδων καὶ μητρὶ ἐπήκοον ἐν εὐχαῖς ἡγείσθω γίγνεσθαι κατὰ φύσιν, τιμωμένῳ δὲ ἄρα καὶ περιχαρεῖ σφόδρα

καὶ πρεσβευομένους ἐφ' ἃ δεῖ καὶ στρατευομένους αὐτοὺς
καὶ παροξύνοντας τοὺς ἄλλους ἅπαντας, [1] λογιζομένους, εἰ
Φίλιππος λάβοι καθ' ἡμῶν τοιοῦτον καιρὸν καὶ πόλεμος
γένοιτο πρὸς τῇ χώρᾳ, πῶς ἂν αὐτὸν οἴεσθε ἑτοίμως ἐφ'
ὑμᾶς ἐλθεῖν; εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε εἰ μηδ' ἃ πάθοιτ' ἄν,
εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος, ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες οὐ τολμή-
σετε;

ί. Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς
λανθανέτω, ὅτι νῦν αἵρεσίς ἐστιν ὑμῖν, [2] πότερ' ὑμᾶς ἐκεῖ
66 χρὴ πολεμεῖν ἢ παρ' ὑμῖν ἐκεῖνον. ἐὰν μὲν γὰρ ἀντέχῃ τὰ
τῶν Ὀλυνθίων, ὑμεῖς ἐκεῖ πολεμήσετε καὶ τὴν ἐκείνου κα-
κῶς ποιήσετε, τὴν ὑπάρχουσαν καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην
ἀδεῶς καρπούμενοι· ἂν δ' ἐκεῖνα Φίλιππος λάβῃ, τίς αὐ-
τὸν ἔτι κωλύσει δεῦρο βαδίζειν; Θηβαῖοι; μὴ λίαν πικρὸν
εἰπεῖν ᾖ, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως. ἀλλὰ Φωκεῖς; οἱ

[1] λογιζομένους [ὡς] εἰ

[2] πότερον

γενομένῳ καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα ἐν εὐχαῖς λιπαρῶς εἰς ἀγαθὰ παρακαλοῦντος θεούς, οὐκ ἄρα τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ἐξ ἴσου καὶ νέμειν ἡμῖν αὐτοὺς ἡγησόμεθα; ubi videndus est Astius. Brem.

Πρεσβευομένους ἐφ' ἃ δεῖ] *Legationes dimittentes quo opus est.* πρεσβεύομαι καὶ διαπρεσβεύομαι, *legationem mitto.* Thucyd. καὶ οὐκ ἔτι ὕστερον ἐπρεσβεύοντο, *jam inde legatos mittere desierunt.* Bud. *Ex edit.* Hervag.

Λογιζομένους [ὡς]] Partic. ὡς sane abest a multis libris, teste etiam Auger., sed quam facile excidere potuerit, quem fugit? Dixerit quispiam, non convenire eam structuræ verborum: at num λογιζομένους et πῶς οἴεσθε sibi conveniunt? Est enim structurarum duarum confusio: λογιζ. ὡς ἑτοίμως ἐλεύσεται et πῶς οἴεσθε, quare ὡς, quod ad λογιζομένους pertinet, non damnaverim, hinc cum Reiskio uncis inclusi. Rüdig.

Τῇ χώρᾳ] I. e. ταύτῃ τῇ χώρᾳ. Idem.

Πῶς ἂν—ἐλθεῖν] *Nonne* putatis? Eurip. Phœn. 1367. καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τῶνδε δυσποτμώτερα; i. e. οὐ γένοιτ' ἂν etc. Dedi ἐφ' ἡμᾶς, quæ est lect. vulg., ut hoc respondeat antecedd. καθ' ἡμῶν, idem Wolf. et Auger. Idem.

Οὐ τολμήσετε;] Si ille hanc nancisceretur occasionem, invaderet in vestrum agrum, quid vos facietis? Idem.

ί. Ἔτι τοίνυν] Bellum in Macedonia expeditum esse docet, in Attica grave et formidabile. Idem.

Τὴν ὑπάρχουσαν—ταύτην] Terra, quæ ei jam est, et quam a patribus accepit, significatur. Reiske monet, ταύτην vi carere, hinc mavult αὐτῷ, sed pronomine addito ipsam illam terram accuratius denotat et quasi monstrat. Idem.

Ἐκεῖνα] Np. τὰ τῶν Ὀλυνθίων. Auger.

Θηβαῖοι; Μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως] Thebani, justis de causis, quamcunque occasionem se de Atheniensibus vindicandi avide arrepturi erant. Ii enim non solum post pugnas Leuctricam et Mantinensem Spartam defenderant, verum etiam postea Phocensibus auxiliati fuerant contra Thebanos belligerantibus. *Tourrell.* [Vide notas Olynth. III. (II.) §. δ'.] Mount.

Θηβαῖοι;] Veteres capitalesque discordiæ inter Thebanos et Athenienses intercedebant ob insitam finitimis gentibus æmulationem. Hinc, auctore Æsch. d. f. leg. §. λβ'. fin., Epaminondæ dictum fuit: ὡς δεῖ τὰ τῆς Ἀθηναίων ἀκροπόλεως προπύλαια μετενεγκεῖν εἰς τὴν προστασίαν τῆς Καδμείας. Hoc tempore Thebani contra Phocenses belligerantes, quibus Athenienses auxiliabantur, sæpe illos vicerant. Rüdig.

Ἀλλὰ Φωκεῖς; Οἱ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τε ὄντες φυλάττειν, ἐὰν μὴ βοηθήσηθ' ὑμεῖς] Per longum tempus re male gesta in Bello Sacro, quod necdum erat finitum, Phocenses valde fuerant debilitati. Philomelus et Onomarchus duo præcipui ipsorum duces dudum infeliciter perierant. Phayllus, in eorum locum suffectus, multis præliis devictus fuerat. Phalecus, Onomarchi filius, et Phaylli successor, non magis secunda fortuna utebatur: Thebanique perpetuo victoriam reportabant. Ita ut Phocenses non succumbere non potuissent, nisi iis Lacedæmonii atque Athenienses frequenter auxilia misissent. *Tourrell.* Vide Notas Philip. I. §. ζ'. Mount.

Ἢ ἄλλος τις;] Ad Phil. I. §. δ'. vidimus, hac locutione eum innui, quem quis nominare nolit: hic ad Thessalos pertinere videtur, qui, quippe homines infidi, ad Philippum, a quo alienos esse Noster dixerat, redire poterant. Rüdig.

Ἄνοιαν ὀφλισκ.] Stultitiæ nomen sibi conflat (Phil. I. §. ιά. Olynth. II. (I.) §. ϛ'.), si dicit, se huc venturum. Idem.

Τῶν ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν] Genit. pendet a λαμβάνειν, nam pars innuitur, *sumere ex proventibus terræ* sc. hujus, ut §. ά. Lectionem ἐκ τῶν τῆς, quam append. Francf. et β. præbent, prætulerim, nisi ex interpretamento eam ortam putarem. Idem.

Τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον] Bellum, scilicet, in Thracia factum de Amphipoli recuperanda: quod Æschines, in oratione de falsa legatione, 1500 talentis constitisse ait. *Tourrell.* Stock.

Τὸν προτοῦ] Ita dedi ex Ald. et præcepto Reizii de prosod. Græc. accent. inclin. p. 15., ad quem locum vid. Wolf. Idem legitur apud Herm. d. em. rat. gr. gr. p. 346., ubi hic locus laudatur. Cfr. Lept. §. κζ'. fin. μαρτυρεῖ πᾶς ὁ προτοῦ χρόνος γεγονώς. Innuitur bellum Amphipolitanum, in quod MCC talenta impensa fuerant. Rüdig.

Ἡ ὕβρις] Protervitas et petulantia militaris. Idem.

Οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας] Locum hunc explicuimus ad Olynth. II. (I.) §. ζ'. ζημίας est in utraque Ald., vulgatam ζημία non omnino rejecerim. Idem.

ιά. Καλῶς ποιοῦντες] Wolfius et Augerus *deum benignitate* verterunt, potius, *quæ merito et jure suo possident*: de Cor. §. ξζ'. fin. ὑμεῖς καλῶς ποιοῦντες τοὺς καρποὺς κεκόμισθε. Herm. ad Viger. p. 779. Quod pro ὧν ante καλῶς multi libri præbent ἃ, interpretamentum sapit. Idem.

τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τε ὄντες φυλάττειν, ἐὰν μὴ βοηθή-
σηθ' ὑμεῖς. ἢ ἄλλος τις; Ἀλλ' ὦ τᾶν οὐχὶ βουλήσεται.
Τῶν ἀτοπωτάτων μέντ' ἂν εἴη, εἰ ἃ νῦν ἄνοιαν ὀφλισκάνων
ὅμως ἐκλαλεῖ, ταῦτα δυνηθεὶς μὴ πράξει. Ἀλλὰ μὴν ἡλί-
κα γ' ἐστὶ τὰ διάφορα ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ πολεμεῖν, οὐδὲ λόγου
προσδεῖν ἡγοῦμαι. εἰ γὰρ ὑμᾶς δεήσειεν αὐτοὺς τριάκοντα
ἡμέρας μόνας ἔξω γενέσθαι, καὶ ὅσα ἀνάγκη στρατοπέδῳ
17 χρωμένους τῶν ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν, μηδενὸς ὄντος ἐν
αὐτῇ πολεμίου λέγω, πλέον ἂν [1] οἶμαι ζημιωθῆναι τοὺς
γεωργοῦντας ὑμῶν ἢ ὅσα εἰς ἅπαντα τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον
δεδαπάνησθε. εἰ δὲ δὴ καὶ πόλεμός τις ἥξει, πόσα χρὴ νο-
μίσαι ζημιωθήσεσθαι; καὶ [2] προσέσθ' ἡ ὕβρις καὶ ἔτι ἡ 67
τῶν πραγμάτων αἰσχύνη, οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς
γε σώφροσι.

ιά. Πάντα δὴ ταῦτα δεῖ συνιδόντας ἅπαντας βοηθεῖν
καὶ ἀπωθεῖν ἐκεῖσε τὸν πόλεμον, τοὺς μὲν εὐπόρους, ἵν'
ὑπὲρ τῶν πολλῶν ὧν καλῶς ποιοῦντες ἔχουσι μικρὰ ἀνα-
λίσκοντες τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς, τοὺς δ' ἐν ἡλικίᾳ,
ἵνα τὴν τοῦ πολεμεῖν ἐμπειρίαν ἐν [3] τῇ Φιλίππου χώρᾳ

[1] οἴομαι

[2] πρόσεσθ'

[3] τῇ τοῦ Φιλ.

κτησάμενοι φοβεροὶ φύλακες τῆς οἰκείας ἀκεραίου γένωνται, τοὺς δὲ λέγοντας, ἵν' αἱ τῶν πεπολιτευμένων αὐτοῖς εὔθυναι ῥᾴδιαι γένωνται, ὡς ὁποῖ' ἄττ' ἂν ὑμᾶς περιστῇ τὰ πράγματα, τοιοῦτοι κριταὶ καὶ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς ἔσεσθε. χρηστὰ δ' εἴη παντὸς εἵνεκα.

Περιστῇ] Cfr. d. f. leg. ϛς'. add. Olynth. III. (II.) §. δ'. Idem.

Παντὸς εἵνεκα] Thom. M. p. 307. εἵνεκα et Platonis esse et Demosthenis, vid. ad Olynth. II. (I.) §. γ'. Schol. expl. διὰ πάντας. Wolf. πάντων συμπροθυμουμένων, *quantum in quoque est*, cfr. Olynth. III. (II.) §. ϛ'. ἕνεκά γε ψηφισμάτων. Matth. Gr. gr. §. 576. Idem.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ Β. (Α.)

Pag. ed. Reisk. — Pag. ed. aliq. cit.

17 ΠΡΟΣΗΚΑΝΤΟ μὲν τὴν πρεσβείαν τῶν Ὀλυνθίων οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ βοηθεῖν αὐτοῖς κεκρίκασι· μέλλουσι δὲ περὶ τὴν ἔξοδον καὶ δεδιόσιν, ὡς δυσπολεμήτου ὄντος τοῦ Φιλίππου, παρελθὼν ὁ Δημοσθένης πειρᾶται θαρσύνειν τὸν δῆμον, ἐπιδεικνὺς ὡς ἀσθενῆ τὰ τοῦ Μακεδόνος πράγματα. καὶ γὰρ τοῖς συμμάχοις ὕποπτον αὐτὸν εἶναί φησι, καὶ κατὰ τὴν [1] οἰκείαν δύναμιν οὐκ ἰσχυρόν· τοὺς γὰρ Μακεδόνας ἀσθενεῖς εἶναι καθ' ἑαυτούς. 25

[1] † ἰδίαν

Μέλλουσι] Μέλλειν περὶ τὴν ἔξοδον dicuntur, qui *differunt expeditionem*. Rüdig.

Δεδιόσιν] Wolf dedit δεδίασιν, sed dat. particip. concinnitati inserviens pertinet ad παρελθών: illis, qui metuunt, demit metum, et confirmat populum; vid. Matth. Gr. §. 390. Idem.

Ὄντος] Hæc vox deest Bav. Aug. 2. app. Frcf. Gonvill. Phil. I. §. ζ'. similiter ὄντας interpositum vidimus: hinc illam uncis tanquam spuriam inclusi. Quod Locker. habet δυσπολέμητον τὸν Φίλ. interpretamentum sapit; cf. Vig. 559. Idem.

Ἀσθενῆ — ὕποπτον] Vid. Olynth. II. (I.) §. δ'. et §. ε'. Idem.

Ἰδίαν] Hæc est lect. vulg., sed οἰκείαν, quod Codd. L. M. Dd. Ee. apud Auger. et Obsop. habent, recep. Bekk., verum horum librorum fides, ut infra videbimus, non satis certa, et videtur οἰκείαν ex Olynth. II. (I.) §. ϛ'., quem locum Noster innuit, fluxisse. Idem.

ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Β. (Α.)

18 α΄. ΕΠΙ πολλῶν μὲν ἂν τις ἰδεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, 25 δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν φανερὰν [1] γιγνομένην τῇ πόλει, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι· τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας Φιλίππῳ γεγενῆσθαι καὶ χώραν

[1] γενομένην

α΄. Ἐπὶ πολλῶν] Πραγμάτων. Wolf.

Ἂν τις ἰδεῖν] Δύνασθαι ὁρᾶν. Observa, ἐπὶ πολλῶν μέν· οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι, ἀντὶ τοῦ, καὶ μάλιστα. Idem.

Τὴν παρὰ τῶν θεῶν] Οὖσαν ἢ ὑπάρχουσαν. τὴν τῶν θεῶν· τὴν θείαν. Idem.

Θεῶν εὔνοιαν] Deorum benevolentiam laudat §. η'. Phil. I. §. ιβ'. med. cfr. Cic. Catil. II. 13. III. 8, 9. Rüdig.

Γενομένην] In nonnullis libris γιγνομένην, quod Bekk. rec., sed illud prætuli, tum quia opponitur παροῦσι, tum quia Aristid. p. 206. hanc lectionem confirmat; vid. ad Olynth. III. (II.) §. γ'. Idem.

Τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας] Similem infinitivi usum vid. Olynth. I. (III.) §. γ'. Pro πολεμήσοντας Wolf. ex Fel. dedit πολεμήσαντας: sed hoc tempore si utitur, sensus est: quod, qui tenent regionem finitimam, facti sint tales, ut *possint* bellum gerere cum Phil., non ut *gesturi sint*, quæ mens videtur scriptoris fuisse, vid. Herm. d. em. rat. gr. gr. p. 187.; ceterum vel ex hoc loco concludas, hanc orationem primum tenere locum, nam Olynth. I. (III.) §. ε'. et alibi videtur Phil. jam urbem obsidione pressisse. Idem.

Γεγενῆσθαι κεκτημένους] Τουτέστιν, ὅτι οἱ πολεμήσοντες κέκτηνται· ἢ ἀνάπαλιν μᾶλλον;

ὅμορον καὶ δύναμίν τινα κεκτημένους, καὶ τὸ μέγιστον ἁπάντων, τὴν ὑπὲρ τοῦ πολέμου γνώμην τοιαύτην ἔχοντας, ὥστε τὰς πρὸς ἐκεῖνον διαλλαγὰς πρῶτον μὲν ἀπίστους, εἶτα τῆς ἑαυτῶν πατρίδος νομίζειν ἀνάστασιν εἶναι, δαιμονίᾳ τινὶ καὶ θείᾳ παντάπασιν ἔοικεν εὐεργεσίᾳ. δεῖ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτ' ἤδη σκοπεῖν αὐτούς, ὅπως μὴ χείρους περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εἶναι [1] δόξομεν τῶν ὑπαρχόν-
26 των, ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων, μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων ὧν ἦμέν ποτε κύριοι φαίνεσθαι προϊεμένους, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καιρῶν.

[1] δόξωμεν

ὅτι οἱ κεκτημένοι καὶ χώραν ὅμορον, καὶ δύναμίν τινα, πολεμήσουσι Φιλίππῳ. Wolf.

Δύναμίν τινα] Olynthus inter urbes Thraciæ fuit maxima; sub secundo, tertio, et quarto anno Olympiadis 98. conjunctis Macedoniæ Spartæque viribus prospere nonnunquam obstitit. Lacedæmonii tres imperatores in hoc bello amiserunt, quod tamen terminatum est Olymp. 100. Ann. 1. pace facta valde ex Lacedæmoniorum commodo. *Tourrell.* Mount.

Δύναμίν τινα] Schol. σύμμετρον καὶ μεγάλην: male Mount. pro καὶ scripsit οὐ, existimans per σύμμετρον significari modicum aliquid. Cfr. Olynth. III. (II.) §. δ'. De hac Olynthiorum potentia dictum in Prolegg. Rüdig.

Ὥστε τὰς πρὸς ἐκεῖνον] Etiam ex hoc loco apparet, Olynthiorum levitatem nonnullis suspectam fuisse. Wolf. Imo Philippi Olynthiis. Mount.

Διαλλαγὰς] Hemsterh. ad Thom. M. p. 236. monet, διαλλ. proprie dici de pactis ineundis, quibus pax reconcilietur, καταλλαγὰς, quod vide Olynth. I. (III.) §. γ'., de bello ponendo, Rüdig.

Ἀνάστασιν] Cfr. Olynth. I. (III.) §. γ'. ibique not.; substant. loco adjectivi, ut §. ή. μεγάλη ῥοπὴ ἡ τύχη. Idem.

Δαιμονίᾳ τινὶ καὶ θείᾳ] *Semideorum, ac potius Deorum videtur esse beneficentiæ.* Dæmonum naturam inter humanam et divinam mediam esse, hac inferiorem, illa præstantiorem, veteres crediderunt. δαιμονία commode reddi non potest, nisi vertas, *admirabilis, insignis, singularis,* etc. Nam *angelicam* dici, Latinus sermo non sinit. Græci Aristotelem δαιμόνιον, Platonem, quem illi præferunt, θεῖον olim cognominarunt. Sed discrimen θεῶν καὶ δαιμόνων veteres sæpe confundunt: nec mirum: cum eorum dii dæmones fuerint. Wolf.

Αὐτοὺς] Ὑμᾶς. Idem.

Τῶν ὑπαρχόντων] Id est, τῆς τύχης, τοῦ καιροῦ, τῆς θείας εὐεργεσίας: utendum occasionibus, et fortunæ benignitate: divina liberalitas amplectenda est. Idem.

Δόξωμεν τῶν ὑπαρχόντων] Lectionem vulg. δόξωμεν, pro qua Bekk. δόξομεν scripsit, retinui, præsertim quum Schol. explicet ὅπως μὴ προδόται γενώμεθα, vid. ad Phil. I. §. ή. ὑπαρχ. i. q. καιρῶν. Ubique laudat Dem. deorum favorem, reprehendit civium desidiam. Rüdig.

Ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν] Ἓν ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν, auctore Moschopulo, idem quod, ὡς αἰσχρόν ἐστι. Wolf. Vid. π. Λεπτ. §. ά. Nott.

Πόλεων] Puta Amphipolim, Pydnam, Potidæam, Methonam, et Pagasas, quarum tres priores Philippus ceperat Olymp. 105. Ann. 3., duas reliquas Olymp. 106. Ann. 3. Mount.

Καὶ τόπων] Χωρίων, λιμένων, ὁρμητηρίων τοῦ πολέμου. Wolf.

Ὧν ἦμέν ποτε κύριοι] Κτησάμενοι μὲν διὰ πλεονεξίας, μὴ φυλαξάμενοι δὲ δι' ἐπιμελείας, ἀλλ' ἀποβαλόντες δι' ὀλιγωρίας καὶ ἀνανδρίας. Idem.

Φαίνεσθαι προϊεμένους] Φανερῶς προΐεσθαι. Idem.

Φαίνεσθαι προϊεμένους πόλεων] *Videri projicientes urbium,* more Latinorum, cum participia in nomina degenerant, ut apud Sallustium, 'Catilina, sui profusus, alieni appetens:' τῶν μὲν ἰδίων προετικὸς ἢ προϊέμενος· τῶν δ' ἀλλοτρίων ὀρεκτικὸς ἢ ὀρεγόμενος. Nam alioqui προΐεμαι accusativo jungitur, ut ά. (γ'). ὀλ. εἰ δὲ προησόμεθα, ὦ ἄ. Ἀ., καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους, etc. Idem.

Τόπων — προϊεμένους] Particip. obtinet substantivi locum, hinc cum genit. struitur; vid. Hemsterh. ad Thom. M. 183.

β'. Τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν Φιλίππου ῥώμην διεξιέναι, καὶ διὰ τούτων τῶν λόγων προτρέπειν τὰ δέοντα ποιεῖν ὑμᾶς, οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι. διὰ τί; ὅτι μοι δοκεῖ πάνθ', ὅσ' ἂν εἴποι τις ὑπὲρ τούτων, ἐκείνῳ μὲν ἔχειν φιλοτιμίαν τινά, ἡμῖν δ' οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι. ὁ μὲν γὰρ ὅσῳ πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν αὑτοῦ, τοσούτῳ θαυμαστότερος παρὰ πᾶσι νομίζεται· ὑμεῖς δὲ ὅσῳ χεῖρον ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασι, τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλήκατε. ταῦτα μὲν οὖν παρα-

Vix dubium est, quin intelligendæ sint istæ urbes, quæ quo tempore Atheniensium fuerint, dictum est ad Phil. I. §. γ'. Rüdig.

β'. Τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄ. Ἀ., τὴν Φιλίππου ῥώμην] *Philippi vires et potentiam commemorare.* Quæ initio parva cum esset, nunc amplificata est ejus sedulitate: quam si vos imitaremini, vestrum etiam imperium cresceret. Apparet, alium aliquem oratorem hac exhortandi ratione fuisse usum, quam Demosthenes κατὰ παράλειψιν perquam ingeniose repetit. Wolf.

Εἴποι] Ex Ald. P. Man. in edd. Wolf. et Auger. fluxit εἴπῃ, minus recte, nam in conjunctivo hic sensus: *si quis dixerit,* sed incertum, an quis sit dicturus, in optat. inest notio metus, ne quis eorum hæc *dicat,* de quibus paulo post agit. Rüdig.

Ὑπὲρ τούτων] Fortassis, ὑπὲρ τούτου, vel, ὑπὲρ τῶν Φιλίππῳ πεπραγμένων: ut non ad verba, sed ad sensum referatur constructio. Wolf. F. περί. Taylor.

Ἐκείνῳ μὲν ἔχειν φιλοτιμίαν τινὰ] Ἐξεῖναι Φιλίππῳ ἐπὶ τούτοις φιλοτιμεῖσθαι· ταῦτα δόξαν καὶ τιμὴν φέρειν Φιλίππῳ, ὥσπερ καρπούς. Wolf.

Φιλοτιμίαν] Hæc vox innuit *vanam gloriam,* quam quis sibi parat, ut §. ζ'. Hesych. κενοδοξία. Quod sequitur ἔχειν, explicatum ad Liban. Vit. Dem. §. ά. Rüdig. Φιλοτιμία hic non est κενοδοξία, ut opinatur Rüdiger, sed simpliciter sensus est, ἐξεῖναι αὐτῷ φιλοτιμεῖσθαι ἐπὶ τούτοις, *hæc esse ipsi gloriosa.* Pluralis ὑπὲρ τούτων habet, quod pudore afficiat Athenienses. Multa Philippo gloriosa, Atheniensibus turpia sunt. H. Wolfium non oportebat conjicere ὑπὲρ τούτου. Pluralis ταῦτα sæpe de una re ponitur. Tota autem enuntiatio artis est plena, egregia παράλειψις, ut rhetores dicunt. Dum enim silentio se rem prætermissurum affirmat, loquitur de ea paucis quidem sed gravissimis verbis, ut non posset non Athenienses pudere suæ agendi rationis. Brem.

Ἡμῖν δ' οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι] Εὐφήμως, ἀντὶ τοῦ, ἀτιμίαν καὶ ἀδοξίαν ἡμῖν προξενῆσαι. Propositio præteritionis: non hortabor vos exemplo Philippi. Ratio, quod ea oratio illi honorifica, nobis ignominiosa est. Hanc rationem προσαποδόσει eleganti illustrat et ἀντιθέσει. Wolf.

Ἡμῖν δὲ οὐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι] Potest hoc utcumque intelligi: np. sic mente supplendo, κατ' αὐτὰ δὲ ταῦτα δοκεῖ οὐχ ἡμῖν καλῶς πεπρᾶχθαι, *in his vero ipsis non videtur a nobis bene factum fuisse,* quod scilicet passi fuerimus in tantam potentiam excrevisse Philippum: sed malim cum Reiskio ita legi hunc locum, ἡμῖν δὲ ὄνειδος τοῦ οὐχὶ κ. π. *nobis autem id afferunt dedecoris, quod res a nobis non sint præclare gestæ.* Auger.

Ἡμῖν δὲ — πεπρᾶχθαι] Quod Reiske post δὲ deesse putat ὄνειδος, alienum est ab oratoris consilio, qui, ut neminem fugit, φιλοτιμίαν et καλῶς non temere scripsit. Neque etiam ἡμῖν explicari potest per ὑφ' ἡμῶν, sed sensus: *nobis rem cecidisse;* de Megalopol. §. ζ'. ἅ γέ φασι πεπρᾶχθαι διὰ Θηβαίους τοῖς Μεγαλοπολίταις, coll. de Pace §. έ. Rüdig.

Ὑπὲρ τὴν ἀξίαν] *Supra dignitatem,* plus quam ab eo quisquam exspectare aut postulare debuisset. Sicut in priore orat. εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, eximia et insolita fortunæ benignitas potius, quam successus vel improborum vel stolidorum hominum. Wolf.

Τοσούτῳ θαυμαστότερος] *Tanto admirabilior apud omnes existimatur: tanto in illustriore loco sita est ejus laus.* Idem.

Τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλήκατε] *Tanto majus dedecus suscepistis.* Sicut supra μωρίαν ὀφλισκάνων. Egregia ἀντίθεσις effectuum industriæ et incuriæ. Idem.

Αἰσχύνην ὠφλήκατε] Demosthenes eleganti hac metaphora, a debitoribus sumpta, qui Gr. ὀφλόντες dicuntur, sive iis qui judicio damnantur, maximopere uti amat. Sic supra in Phil. I. §. ιέ. αἰσχύνην, καὶ ἀνανδρίαν, καὶ πάντα τὰ αἴσχιστα ὠφληκότες: infra Olynthiaca, 3. §. ί. ἄνοιαν ὀφλι-

λείψω. καὶ γὰρ εἰ μετ' ἀληθείας τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, 19
σκοποῖτο, ἐνθένδ' ἂν αὐτὸν ἴδοι μέγαν γεγενημένον, οὐχὶ παρ' αὐτοῦ· ὧν οὖν ἐκεῖνος μὲν ὀφείλει τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ πεπολιτευμένοις χάριν, ὑμῖν δὲ δίκην προσήκει λαβεῖν, τούτων οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν. ἃ δὲ καὶ χωρὶς
27 τούτων ἔνι, καὶ βέλτιόν ἐστιν ἀκηκοέναι πάντας ὑμᾶς, καὶ μεγάλα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατ' ἐκείνου φαίνοιτ' ἂν ὀνείδη βουλομένοις ὀρθῶς δοκιμάζειν, ταῦτ' εἰπεῖν πειράσομαι.

γ'. Τὸ μὲν οὖν ἐπίορκον καὶ ἄπιστον καλεῖν ἄνευ τοῦ τὰ πεπραγμένα δεικνύναι λοιδορίαν εἶναί τις ἂν φήσειε κενὴν δικαίως· τὸ δὲ πάνθ', ὅσα πώποτ' ἔπραξε, διεξιόντα

σκάνων: in Chersonetica, ὑστερίζοντας δὲ τῶν ἔργων αἰσχύνην προσοφλισκάνειν. In Orat. contra Leptinem, — οὐ μικρὰν ζημίαν ὀφλήσειν μέλλουσαν (τὴν πόλιν). Οὐ γὰρ, εἰ μὴ χρήματα ἀπόλλυται, μόνον σκεπτέον, ἀλλ' εἰ καὶ δόξαν χρηστὴν, etc. Laus et gloria virtutis præmium, vitiorum et peccatorum ignominia et dedecus pœna, sive mulcta, et quidem gravissima ingenuis hominibus: ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη, οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημία τοῖς γε σώφροσι. Olynth. 1. (3.) §. ί. quare bene dicuntur αἰσχύνην ὀφλισκάνειν, *probrum debere* aut *luere*. MOUNT.

Ταῦτα μὲν οὖν παραλείψω. καὶ γὰρ] Repetitio propositionis, et alia αἰτιολογία: qua callidissime et res Philippi extenuat, et populum excusat, et adversarios perstringit et terret: idque παραλειπτικῶς et ipsum facit. WOLF.

Μετ' ἀληθείας] i. q. ἐν ἀληθείᾳ, ut in Eubulid. 1306. 3. ed. R. πῶς ἔνεστιν τούτους ἅπαντας, μὴ μετ' ἀληθείας ὑπάρχοντας, κατεσκευάσθαι. RÜDIG.

Ἐνθένδ' ἂν] *Hinc*, id est, ἐκ τοῦ βήματος, καὶ τῆς ἐκκλησίας: nostræ conciones ejus opes auxerunt: Mercenariis oratoribus, et oscitantibus ac ignavis auditoribus acceptam referre debet potentiam tantam, non suæ virtuti atque industriæ. WOLF.

Ὧν οὖν ἐκεῖνος] Ὧν ὀφείλει χάριν, ὧν λαβεῖν δίκην, pro, ὑπὲρ ὧν, δι' ἅ. IDEM. Subauditur præpositio ὑπὲρ, quod omittere Atticis familiarissimum est: eam vero mox ante τούτων necessariam inferendam duxi. MOUNT.

Ὧν οὖν ἐκεῖνος] Reiske, qui interpretatur: *quarum rerum causa*, hunc locum male cepit, nam ὧν pertinet ad χάριν et δίκην, eique respondet τούτων, quod paullo post legitur, pro quo non cum Mount. et Auger. ex pluribus Codd. est legendum ὑπὲρ τούτων, nam genit. pendet a καιρόν: hæ enim structuræ: καιρὸν τούτων et καιρὸν τοῦ λέγειν ταῦτα, sunt confusæ. RÜDIG.

Τούτων τὸν καιρὸν] Ἀντὶ τοῦ, τοῦ λέγειν ταῦτα τὸν καιρὸν οὐχὶ ὁρῶ νῦν ὄντα. WOLF.

Καὶ χωρὶς τούτων] Τῶν περὶ τῶν φιλιππιζόντων ῥητόρων, καὶ τῶν πεποιημένων τῷ Φιλίππῳ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ. IDEM.

Ἔνι] Ἔνεστι λέγειν. Unde τὰ ἐνόντα, *ea quæ in re insunt*, et ἐκ τῶν ἐνόντων, τουτέστι, κατὰ τὴν δύναμιν. IDEM.

Καὶ βέλτιόν ἐστιν] Διὰ τὸ ἀναθαῤῥῆσαι δήπου, καὶ τὸν φόβον ἐκβάλλειν ὑμᾶς. Attentionis et benevolentiæ captatio. Grata enim et jucunda erat Atheniensibus criminatio Philippi: nec minus extenuatio virium illius. Hæc enim duo se facturum proponit. IDEM.

Μεγάλα ὀνείδη] Ἐπιορκία καὶ ἀπιστία. IDEM.

Ὀρθῶς δοκιμάζειν] Non eventum spectando, sed causas et rerum gestarum rationem intuendo. IDEM.

γ'. Τὸ μὲν οὖν ἐπίορκον] Videntur hoc alii oratores fecisse ἀναιτιολογήτως, καὶ ἄνευ ἐλέγχων: quod se alia ratione facturum (ne eadem inculcare videatur) profitetur. IDEM.

Ἄνευ τοῦ τὰ πεπραγμένα δεικνύναι] Isocrates Panathenaico, μὴ μετ' ἀποδείξεως εἰρημένα, eodem sensu dicit. IDEM.

Τὸ δὲ πάνθ' ὅσα] Verba sic ordinanda sunt, mutato propter relativum pronomen participio in verbum: τὸ διεξιέναι πάντα, ὅσα Φίλιππος ἔπραξε πώποτε, καὶ ἐλέγχειν αὐτὸν ἐφ' ἅπασι τούτοις· συμβαίνει καὶ δεῖσθαι λόγου βραχέος, καὶ ἡγοῦμαι συμφέρειν εἰρῆσθαι, ἕνεκα δυοῖν. Hyperbolica propositio, referenda tantum ad ἐπίορκα καὶ ἄπιστα ἔργα, quorum tria tantum, sed magna recenset, deceptos Athenienses, Olynthios, Thessalos. IDEM.

Ἐγὼ δ'] Demosthenes duos annos post Philippum natus (scilicet Olymp. 99. a. 4to. [Sed summo F. A. Wolfio Prol. ad Lept. probante Ol. 98, 4. a Chr. 385. RÜDIG.]) eum principio infirmum viderat, magisque idoneum qui reciperet leges, quam qui præscriberet. *Tourrell.* MOUNT.

Τίνα χρὴ τρόπον] Ita hæsitans attentos reddit animos audientium ad rem difficilem, quam est propositurus, ad legum theatralium abrogationem. RÜDIG.

Ἐξ ὧν παρὼν καὶ ἀκούων σύνοιδα] Ἐκ τούτων ἃ ἔγνωκα παρὼν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἀκούων τῶν ῥητόρων. WOLF.

Παρὼν καὶ ἀκούων] Illud ad ipsius referendum conciones, hoc ad aliorum, ne hos contemnere videatur. RÜDIG.

Τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ἐκπεφευγέναι ὑμᾶς] Ὑμᾶς μὴ καταλαβέσθαι τὰ πράγματα, ἀτυχῆσαι, μὴ κρατῆσαι, πόλλ' ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον. Metaphora sumpta est a venatoribus, aut iis, qui aliquid persequuntur. WOLF.

Ἐκπεφευγέναι] Sæpius Noster de rebus male gestis hac voce utitur (de Class. §. έ. de Cor. §. ιά.), ut cives sane videantur rebus studuisse, sed minus prospero successu; similiter πεπρᾶχθαι Olynth. II. (I.) §. β'. RÜDIG.

Τῷ μὴ βούλεσθαι] Αἰτιολογικῶς, διὰ τὸ, διότι μὴ ἐβουλήθητε. μεταστατικὴ ἡ ἔννοια. Tribuit suis civibus et fortunæ favorem, et intelligendi prudentiam, quæ nihil valeant propter eorum socordiam atque ignaviam: eaque ratione, bona spe injecta, torporem illis excutere studet. De negligentia democratica vide Isocratis Niclem, et orationem nostri auctoris περὶ Στεφάνου καὶ Παραπρεσβείας. WOLF.

Τῷ μὴ βούλεσθαι] Ob *socordium* res Atheniensibus male cessisse, etiam alibi ostendit Olynth. I. (III.) §. γ'. coll. in Aristocr. §. λς'. πολλὰ γινώσκοντες ὀρθῶς, ὑμεῖς οὐ διὰ τέλους χρῆσθε αὐτοῖς. RÜDIG.

Ὑπομένειν] Scilicet αὐτὴν, ἢ, μὴ θορυβεῖν, μηδ' ἐκβάλλειν ἐμέ. ἀνέχεσθαί μου παῤῥησιαζομένου. WOLF.

Ἵνα τὰ λοιπὰ βελτίω γένηται] *Ut in futurum tempus melior exsistat rerum status.* RÜDIG.

Εἰς πᾶν μοχθηρίας] Εἰς πᾶσαν μοχθηρίαν. μοχθηρότατα ἐγένετο τὰ πράγματα, καὶ δυστυχέστατα τὰ τῆς πόλεως. WOLF.

Εἰς πᾶν προελ.] Notio rei *summæ* inest

πράγματα. ἀναγκαῖον δὲ ὑπολαμβάνω μικρὰ τῶν γεγενημένων πρῶτον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι.

γʹ. Μέμνησθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτ' ἀπηγγέλθη Φίλιππος ὑμῖν ἐν Θρᾴκῃ, τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος τουτί, Ἡραῖον τεῖχος πολιορκῶν, τότε τοίνυν μὴν μὲν ἦν Μαιμακτηριών, πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου [1] γενομένου παρ'

[1] † γιγνομένου

in πᾶν: cfr. in Timocr. p. 763, 27. εἰ δέ τις εἰσφέρει νόμον, ἐξ οὗ τοῖς βουλομένοις ὑμᾶς ἀδικεῖν ἡ πᾶσα ἐξουσία καὶ ἄδεια γενήσεται, οὗτος ὅλην ἀδικεῖ τὴν πόλιν καὶ καταισχύνει πάντας. De structura genitiv. μοχθηρίας dictum est ad Phil. I. §. δʹ. Rüdig.

Ἀναγκαῖον δ' ὑπολαμβάνω] Sicut in prima Olynthiaca, ita et hic narrationem instituit, non ab instituto aberrantem, sed maxime ad rem pertinentem: cujus hic scopus est: cum cessationem et socordiam superioribus temporibus reipublicæ plurimum nocuisse constet: nisi nunc atque deinceps rerum cura suscepta fuerit, majora detrimenta et plura esse metuenda. Wolf.

Ἀναγκαῖον δὲ] Scilicet εἶναι. Idem.

Τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος τουτὶ] Πρὸ ἐτῶν ἤδη τριῶν ἢ τεσσάρων. Idem.

Ἡραῖον τεῖχος] Latine, *Junoniam munitionem*, aut *castrum*. Sed haud scio an præstet, Græcum relinqui, *Heræum tichos*. Nam et Solinus Heretum in Italia a Junone habere nomen: Suidas Ἡραῖον τεῖχος, castellum aut oppidum Thraciæ esse scribit, a Samiis conditum: de cujus deæ cultu et Virgil. [Æn. I. v. 15.]

Hanc Juno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo: hic illius arma,
Hic currus fuit, etc. Idem.

Heræum castellum, locus in Thracia sic dictus, qui a Samiis ædificatus est. Harpocrat. Herodoto lib. iv. p. 255. dicitur Πόλις παρὰ Περίνθῳ. Plurima erant in Thracia hujusmodi castella. Sic Σέῤῥιον τεῖχος apud Demosthenem pro Corona: quod Livius, ut et Doriscon, *castellum* vocat, lib. xiii. et Μάκρον τεῖχος, cum aliis. Sæpe urbes eo nomine indigitabant veteres: sic urbs a Milesiis condita Μιλησίων τεῖχος vocabatur. Huic autem sive urbi, sive castello, nomen Ἡραῖον indiderunt Samii, ἀπὸ τῆς Ἥρας, a Junone, ipsorum numine tutelari. Mount. Hoc ipso (Ol. 106, 4.) oppugnando, Philippus viam sibi parabat ad Byzantium occupandum, cui Heræum proximum erat: hinc patet, cur, hoc nuntio accepto, Athenienses admodum fuerint perturbati. Rüdig.

Ἀπηγγέλθη πολιορκῶν] *Philippus nunciatus est*, pro, *nunciatum est Philippum obsidere*, vel, *Junonium castrum a Philippo obsideri*. Wolf.

Μὴν μὲν ἦν Μαιμακτηριὼν] Hybernum mensem esse Mæmacteriona scribit Ulpianus, eumque *Januarium* interpretatur Suidas. Ego Theodorum Gazam, virum doctissimum secutus, *Septembrem* verto, nec inter Grammaticos debellatum fuerit. Idem.

Μαιμακτηριὼν] Cum annis Athenienses uterentur lunaribus, et tertio quoque anno unum mensem intercalarent, definiri nullo modo potest, quinam eorum menses Julianis nostris ad amussim respondeant. Post tempora Metonis, annum inchoabant Attici novilunio, quod proxime sequebatur solstitium æstivum: unde primus eorum mensis Hecatombæon ad Julium nostrum propius accedebat, quam ad Junium. Mensium autem Atticorum seriem et valorem, annis non intercalatis, hunc esse statuit Jos. Scaliger, cui (utut in paucis refragetur Petavius) vulgo jam assentiunt eruditi:

	Scal.	[Petav.
Ἑκατομβαιὼν,	Julius,	September.
Μεταγειτνιὼν,	Augustus,	October.
Βοηδρομιὼν,	September,	November.
Πυανεψιὼν,	October,	Januarius.
Μαιμακτηριὼν,	November,	December.
Ποσειδεὼν,	December,	Februarius.
Γαμηλιὼν,	Januarius,	Martius.
Ἀνθεστηριὼν,	Februarius,	Aprilis.
Ἐλαφηβολιὼν,	Martius,	Maius.
Μουνυχιὼν,	Aprilis,	Junius.
Θαργηλιὼν,	Maius,	Julius.
Σκιῤῥοφοριὼν,	Junius,	Augustus.]

Stock.

Vide Scalig. in opere de Emendatione Temporum lib. i. cap. de Mens. Att. Petav. Doctrin. Temp. lib. i. cap. 9. Vide etiam, inter alios, Duport. in Prælect. in Theophrast. cap. 3. ubi sententia Scaligeriana defenditur. Vide Suid. Harpocr. Etymol. Meurs. Græc. Fer. et Plutarch. in Thes. s. fin. Mount.

Πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γενομένου] Sive quod Samum et Sami coloniam sibi vendicabant, sive quod Philippi conatibus plura subinde appetentis, obviam esse

ὑμῖν ἐψηφίσασθε τετταράκοντα τριήρεις καθέλκειν καὶ τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν αὐτοὺς ἐμβαίνειν καὶ τάλαντα ἑξήκοντα εἰσφέρειν. καὶ μετὰ ταῦτα διελθόντος τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου Ἑκατομβαιών, Μεταγειτνιών, Βοηδρομιών· τούτου τοῦ μηνὸς μόγις μετὰ τὰ μυστήρια δέκα ναῦς ἀπεστείλατε ἔχοντα Χαρίδημον κενὰς καὶ πέντε τάλαντα ἀργυρίου· ὡς γὰρ ἠγγέλθη Φίλιππος ἀσθενῶν ἢ τεθνεώς —

eundum censebant. Wolf.

Γιγνομένου] In Aug. 1. et β. γενομένου, quod Bekker. rec., sed vulgatam præferendam duxi, nam participio *aoristi* exprimitur *sæpius* aliquid factum esse (cfr. init. Olynth. II.), sed in *præsenti* de re *semel* facta seu facienda agitur. Phil. I. §. ιβʹ. ibiq. dicta. Rüdig.

Ἐψηφίσασθε καθέλκειν] Scil. δεῖν ἐκ τῶν νεωρίων εἰς τὴν θάλατταν. Wolf.

Τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν αὐτοὺς ἐμβαίνειν] Vide Schol. et Petit. in Leg. Att. lib. viii. Tit. I. Mount. Et Taylor. ad Lysiam p. 127.

Καὶ τοὺς μέχρι —] *Atque illi, qui infra XLV. militiæ*, h. e. LXIII. ætatis, *annum essent, triremes* &c. Quo certe loco Wolfius fallitur, qui non *militiæ*, sed *ætatis*, annos hic exprimi existimavit. *Corsin. Fast. Att.* p. I. d. XI. §. V.

Πέντε καὶ τετταρ. ἐτῶν] Magnum studium belli significatur: nam lex jubebat, Athenienses auspicatos ab anno XVIII. militare ad XL. Vid. Petit. Leg. Att. VIII. 1. (p. 549.) De navium numero expositum ad Phil. I. §. ιδʹ. Rüdig.

Αὐτοὺς ἐμβαίνειν] Scilicet τοὺς πολίτας εἰς τὰς τριήρεις, οὐχὶ δὲ ἀντὶ σφῶν αὐτῶν μισθοφόρους εἰσβιβάζειν. Wolf.

Εἰσφέρειν] Τοὺς πολίτας δεῖν. Idem.

Διελθόντος τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου] Χρονολογίας non parum turbant diversa et spatia et initia annorum apud alias atque alias nationes, et nonnunquam etiam apud easdem. Μαιμακτηριῶνα quintum Atheniensibus fuisse mensem tradit Suidas. Idem.

Ἑκατομβαιὼν, Μεταγειτνιὼν, Βοηδρομιὼν] Et hos, auctore Gaza, verto, *Junium*, *Quintilem* sive *Julium*, *Sextilem* sive *Augustum*. Idem.

Μετὰ τὰ μυστήρια] Τὰ τῆς Δήμητρος de quibus (nisi forte alia sint τὰ Θεσμοφόρια) Plutarchus in vita Demosthenis: κατέστρεψεν ἕκτη ἐπὶ δέκα τοῦ Πυανεψιῶνος μηνός· ἐν ᾗ τὴν σκυθρωποτάτην τῶν Θεσμοφορίων ἡμέραν ἄγουσαι παρὰ τῇ θεῷ, νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες. Idem.

Μετὰ τὰ Μυστήρια] Gemina erant Atheniensibus Mysteria, majora et minora. Majora Cereri, minora Herculi sacra habebantur. Illa nonnunquam τὰ μεγάλα dicuntur apud auctores, plerumque vero absolute τὰ μυστήρια. Ubicunque igitur apud Græcos legimus τὰ μυστήρια absolute et sine additione (uti hoc in loco) ibi τὰ μεγάλα μυστήρια, Cereris sc. Eleusiniæ sacra, intelligere debemus. Erant autem omnium apud Græcos festorum celeberrima, et a decimo quinto Boedromionis mensis per novem dies durabant. Minora mense Anthesterione agebantur. Tanta religione Athenienses Cererem observarunt, beneficii memores, quo ab ea Proserpinam filiam quærente affecti sunt, scilicet quod ab ea serendi frumenti incognitam ante rationem didicerunt. Ægyptii horum sacrorum auctorem faciunt Erectheum, natione Ægyptium, Athenarum vero regem ideo factum, quod cum ingens ubique siccitas esset, cum magna frugum hominumque pernicie, magnam frumenti copiam Athenas advexerit. Vide Meursium in singulari libro de Eleusiniis, Diod. lib. I. Duport. in Theophrast. cap. 3. Car. Sigon. de Rep. Athen. lib. i. cap. 4. et Petit. in Leg. Att. lib. I. Mount.

Δέκα ναῦς] Ordo hic est: ἀπεστείλατε Χαρίδημον ἔχοντα δέκα ναῦς κενάς· scilicet ἐπιβατῶν ἢ στρατιωτῶν, ξένων δήπουθεν μισθοφόρων πληρωθησομένας. Wolf.

Ἀπεστείλατε —— Χαρίδημον] Hunc gente Oritam, quod utilem reipublicæ operam navasset, Athenienses civitate donarunt. Quin et decretum fecit Aristocrates ejusmodi: si quis Charidemum occiderit, comprehendi eum jus fasque sit, in omni ditione Atheniensibus conjuncta: quod si quis comprehensum asseruerit, sive civitas sive homo privatus, is fœderum expers esto. Hoc decretum accusavit Euthycles, eique subserviens Demosthenes orationem habuit κατὰ Ἀριστοκράτους. *Tourrell.* Stock.

Δέκα ναῦς —— κενὰς] *Vacuas*, scil. *militibus, et postea mercenariis peregrinis complendas.* Animadvertat lector integri loci vim et ornatum: quæque vox aut moram instructionis aut mediocritatem notat. Idem.

Καὶ πέντε τάλαντα] Εἰς τὸ μισθώσασθαι ξένους. Wolf.

Ὡς γὰρ ἠγγέλθη Φίλιππος ἀσθενῶν] Phi-

ἦλθε γὰρ ἀμφότερα —, οὐκέτι καιρὸν οὐδένα τοῦ βοηθεῖν νομίσαντες [1] ἀφεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ἀπόστολον.
42 ἦν δ' οὗτος ὁ καιρὸς αὐτός· εἰ γὰρ τότε ἐκεῖσε ἐβοηθήσαμεν, ὥσπερ ἐψηφισάμεθα, προθύμως, οὐκ ἂν ἠνώχλει νῦν ἡμῖν ὁ Φίλιππος τότε σωθείς.

δ'. Τὰ μὲν δὴ τότε πραχθέντα οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι· νῦν δ' ἑτέρου πολέμου καιρὸς [2] ἥκει τις οὗτος, δι' ὃν καὶ περὶ τούτων ἐμνήσθην, ἵνα μὴ ταὐτὰ πάθητε. τί δὴ χρησόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τούτῳ; εἰ γὰρ μὴ βοηθήσετε παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν, θεάσασθε ὃν τρόπον ὑμεῖς ἐστρατηγηκότες πάντα [3] ἔσεσθε ὑπὲρ Φιλίππου. ὑπῆρχον Ὀλύνθιοι δύναμίν τινα κεκτημένοι, καὶ διέκειθ' οὕτω τὰ πράγματα· οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτους οὔθ' οὗτοι Φίλιππον. ἐπράξαμεν ἡμεῖς κἀκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην· ἦν τοῦτο ὥσπερ ἐμπόδισμά τι τῷ Φιλίππῳ καὶ δυσχερές, πόλιν μεγάλην ἐφορμεῖν τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς, διηλλαγμένην πρὸς ἡμᾶς. ἐκπολεμῶσαι δεῖν ᾠόμεθα τοὺς ἀνθρώπους ἐκ 43

[1] ἀφήκατε [2] ἥκει. τίς οὗτος; [3] ἔσεσθε πάντα

lippica I. τέθνηκε Φίλιππος; οὐ μὰ Δί'· ἀλλ' ἀσθενεῖ; τί δ' ὑμῖν διαφέρει, ταχὺ γὰρ ἕτερον Φίλιππον ὑμεῖς ποιήσαιτε. et Olynth. I. ἠσθένησε, πάλιν ῥαΐσας οὐκ ἐπὶ τὸ ῥᾳθυμεῖν ἀπέκλινε. Utrum vero is morbus fuerit, cum excussus illi est oculus, an cum τὴν κλεῖδα κατεάγη, an alius (sæpius enim et vulneratum fuisse et ægrotasse hominem bellicosum et luxuriosum probabile est) scire nostra parum interest. IDEM. Ceterum videtur hic ipse morbus ex oculo percusso ortus esse. RÜDIG.

Ἦλθε γὰρ ἀμφότερα] Scilicet ἥ, τε νόσος καὶ ὁ θάνατος Φιλίππου διὰ τῆς φήμης πρὸς ἡμᾶς, τουτέστιν, ἠγγέλθη ἡμῖν. WOLF.

Οὐκέτι καιρὸν οὐδένα τοῦ βοηθεῖν] Scilicet τοῖς Ἡραιοτειχίταις. *Non putastis esse necessarium.* Exercitum enim, duce sublato, soluturum obsidionem, et dilapsurum esse. IDEM.

Ἀφήκατε τὸν ἀπόστολον] Οὐκ ἐπληρώσατε τὰς τριήρεις, οὐ δὲ προσείχετε τῷ πολέμῳ. Ob incertam famam et inanem spem, omissa suscepta expeditio. καὶ τοῦτο μὲν τὸ γενόμενον. IDEM.

Εἰ γὰρ τότε] Similem enunciationem vide Olynth. I. (III.) §. γ'. Seqq. οὐκ ἂν ἠνώχλει leguntur in Bekk. Anecd. p. 135. RÜDIG.

Ἐβοηθήσαμεν] Προθύμως, ὥσπερ ἐψηφισάμεθα προθύμως. WOLF.

γ'. Ὁ καιρὸς αὐτὸς] Herm. ad Vig. p. 733. RÜDIG.

Περὶ τούτων] Non exspectes præpos., sed similiter Olynth. I. (III.) §. β'. εἴπερ ὑπὲρ αὐτῶν σωτηρίας φροντίζετε: major cogitandi diligentia denotatur. IDEM.

Ἵνα μὴ ταὐτὰ πάθητε] Ἅπερ καὶ τότε· ἵνα μὴ τὸν παραπεπτωκότα καιρὸν ἀφῆτε. WOLF.

Τί δὴ χρησόμεθα τούτῳ] Id est, πῶς; τίνα τρόπον; χρησόμεθα τῷ τε καιρῷ καὶ τῷ πολέμῳ. Non dissimile veri est, aliquos respondisse βοηθήσομεν (nam concionatores Græcos olim interpellare licuit) id igitur responsum approbans, subjungit εἰ γὰρ etc. IDEM.

Παντὶ σθένει, κατὰ τὸ δυνατὸν] Τὸ, κατὰ τὸ δυνατὸν, si scholion non est, synonymia est, ἢ ἐκ παραλλήλου. IDEM.

Θεάσασθε ὃν τρόπον] Videbantur Athenienses quasi regis mercenarii et mancipia *pro* Philippo pugnare, quum ejus adversariis nullam ferrent opem. RÜDIG.

Ὑπῆρχον Ὀλύνθιοι δύναμίν τινα κεκτημένοι] Ἐκέκτηντο δύναμιν, οὐκ εὐκαταφρόνητον. WOLF. Philippi parte regnante, conjunctis Macedonum et Lacedæmoniorum viribus obsistere valuere. *Ex edit.* STOCK.

Διέκειθ' οὕτω τὰ πράγματα] Οὕτως εἶχεν, τοιαύτη ἦν ἡ κατάστασις τῶν πραγμάτων. WOLF.

Οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτους] Id est, *neque aggredi eos Philippus audebat, neque ipsi Philippum.* jungitur enim θαῤῥῶ cum accusativo, pro *non vereor, ire contra audeo.* Bud. *Ex edit.* HERVAG.

Οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτους] Si divinationi venia daretur, suspicarer legendum: οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτοις οὔθ' οὗτοι Φιλίππῳ: id est, *et Philippus Olynthiis, et Olynthii Philippo diffidebant.* Nam si utrinque hostilibus animis fuerunt, mutuo metu ab inferendo bello deterriti, qui convenit, Philippum, quos solos invadere non ausus fuit, Atheniensium societate aut amicitia certe auctos, oppugnare fuisse ausum? Sed quia via tritissima tutissima, retineamus vulgo receptam lectionem. Est autem θαῤῥεῖν τινὰ, cum accusativo, *fidere, se alicui parem, aut etiam superiorem fore, non metuere.* Plato in Phædro: τὸ γὰρ τοιοῦτον σῶμα (loquitur autem de corporibus in otio et umbra educatis) ἐν πολέμῳ τε καὶ ἄλλαις χρείαις, ὅσαι μεγάλαι, οἱ μὲν ἐχθροὶ θαῤῥοῦσιν, οἱ δὲ φίλοι καὶ αὐτοὶ οἱ ἐρασταὶ φοβοῦνται: id est: *Ejusmodi corpus tum in bello, tum aliis negotiis arduis, ab inimicis contemnitur, amicos vero, atque ipsos amatores solicitos habet.* Idem θάνατον θαῤῥεῖν, *non reformidare mortem.* Sic θαῤῥεῖν τὴν μάχην, θαῤῥεῖν τόπους ὑπόπτους. θαῤῥεῖν τινὶ cum dativo, est *aliquo fretum esse, alicui confidere.* Ulpianus: Οἱ Φωκεῖς ἐθάῤῥησαν τῷ Μακεδόνι. Et Chrysostomus: οὐδενὶ τούτων ἐθάῤῥησεν εἰς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. WOLF. Omnes hujus loci interpretes uno ore in eum sensum consentiunt quem Wolfius alienum putat: omniaque, quæ quidem vidi, exemplaria τούτους et Φίλιππον exhibent. De lectione pugnare nolim; de sensu loci, persuasissimum me habeo, eum de mutua Philippi et Olynthiorum diffidentia intelligendum esse, non de paribus utrorumque viribus, adeo ut neque Philippus Olynthios, neque hi Philippum aggredi auderent. 1. Ob ipsam rationem quam Wolfius attulit, quæque haud equidem video quomodo dilui possit. 2. Quoniam isto tempore hoc modo se res habuerunt. Olynthii socii erant Philippi, cumque eo contra Athenienses pugnabant. Postea eum suspectum habere cœperunt, cum quod celerem ejus potentiæ amplificationem et magnam, tum quod mentem ejus infidam ac fallacem esse perspicerent. Itaque cum longe illum abesse viderent, missis Athenas legatis, contra pactiones cum Philippo initas, separatim cum Atheniensibus pacem iniere. Contra Philippus (qui certe hoc ipsum non suspicari, ideoque Olynthiorum societati parum confidere, non poterat), cum longo jam tempore occasionem eos invadendi sibi cuperet offerri: tum eam nactus, quod belli pactiones violassent, et cum ejus hostibus amicitiam fœdere sanxissent, bellum eis intulit. Liban. in Arg. ad Olynth. Equidem credo Demosthenem, Hebraismo hic usum, neutrum pro activo posuisse; quod tamen in verbo θαῤῥέω haud alibi factum vidi. Si aliter doctis visum fuerit, potius contra codicum fidem τούτοις et Φιλίππῳ rescribendum duxerim, quam Demosthenem id quod et falsum et absurdum est, præsertim in re tam recenter facta, dixisse. MOUNT. *Neque Philippus his, neque hi Philippo confidebant.* Bene enim vidit Mount. hæc de mutua Philippi et Olynthiorum diffidentia, et non de mutuo metu, esse accipienda; neque vero est quod cum Wolfio τούτοις et Φιλίππῳ legamus, vid. Xen. Cyr. V. 5, 13. ἵνα σε καὶ θαῤῥήσωσιν, *ut et tibi confidant.* Cfr. Thom. M. s. θαῤῥῶ ibiq. Sallier. et Bekk. Anecd. I. p. 148. RÜDIG.

Ἐπράξαμεν ἡμεῖς] S. εἰρήνην πρὸς Ὀλυνθίους. Considerandum, utrum τὸ πράττειν εἰρήνην, sit idem, quod ποιεῖν καὶ συνθέσθαι: an vero τὸ μηχανᾶσθαι significet, id est, callidis rationibus pacem esse conciliatam, cum bellum inter eos intercessisset, animis utrinque exulceratis? WOLF. Videtur deesse πρὸς ἐκείνους. AUGER. Per ἐπράξαμεν innuitur *callida* ratio, qua hæc pax est facta. Liban. arg. Olynth. (III.) I. Plut. Cic. 38. Πομπήϊος — πράττων αὐτῷ (Κικέρωνι) κάθοδον. RÜDIG.

Ἦν τοῦτο ὥσπερ ἐμπόδισμα] Τοῦτο, ἤγουν, τὸ μεγάλην πόλιν, διηλλαγμένην πρὸς ἡμᾶς, τοὺς Φιλίππῳ πολεμοῦντας, ἐφορμεῖν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ, ἦν ὥσπερ ἐμπόδισμά τι καὶ δυσχερὲς Φιλίππῳ. Sed Philippus non multo post, τὸ ἐμπόδισμα ἐκποδὼν ἐποίησεν deleta Olyntho: cum quidem prius denuntiasset civibus, aut illis Olynthi, aut sibi in Macedonia non fore habitandum. WOLF.

Ἐφορμεῖν τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς] Quasi in procinctu stare ad ejus occasiones impediendas: paratam esse ad ipsum invadendum, sicubi impegerit: captare opportunitatem adversus ipsum: in statione esse: Polybius: στόλος ἐφορμῶν ταῖς τοῦ Φιλίππου ἐπιβολαῖς. IDEM. Illud i. q. ἐφεδρεύειν (Harpocr.) seu ἐπιτηρεῖν (Schol.) in statione esse et vigilare (naves), ut, si hostes *opportuno* tempore sibi videantur uti, hoc ipsum fiat *iniquum* et *insidiosum*, nam καιροὶ Schol. expl. ἀτυχήματα, necessitates, quibus quis premitur: in Aristocr. 666, 18. ὑμεῖς ἐποιήσασθε ἔν τισι καιροῖς Ἀριοβαρζάνην πολίτην. Διηλλάγμ. vid. ad Olynth. II. (I). §. ά. RÜDIG. Vid. D'Orville Animadv. ad Charit. Aphrod. l. III. c. VII. p. 318.

Ἐκπολεμῶσαι] Sic prima [tertia §. γ'.] Olynthiaca, νυνὶ γὰρ ὃ πάντες ἐθρυλλεῖτε, ὡς

παντὸς τρόπου· καὶ ὃ πάντες [1]ἐθρύλουν τέως, τοῦτο πέπρακται νυνὶ ὁπωσδήποτε. τί οὖν ὑπόλοιπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλὴν βοηθεῖν ἐῤῥωμένως καὶ προθύμως; ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ· χωρὶς γὰρ τῆς περιστάσης ἂν ἡμᾶς αἰσχύνης, εἰ καθυφείμεθά τι τῶν πραγμάτων, οὐδὲ τὸν φόβον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μικρὸν ὁρῶ [2]τὸν μετὰ ταῦτα, ἐχόντων μὲν ὡς ἔχουσι Θηβαίων ἡμῖν, ἀπειρηκότων δὲ χρήμασι Φωκέων, μηδενὸς δ' ἐμποδὼν ὄντος Φιλίππῳ τὰ παρόντα

[1] ἐθρύλλουν [2] † τὸν [τῶν] μετὰ

Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ. Wolf. Vid. Hesych. s. ἐκπολεμῶσαι. Differt ab ἐκπολεμῆσαι i. e. τὴν πόλιν ἐξελεῖν. Valcken. ad Ammon. p. 72. Rüdig.

Τοῦτο πέπρακται νυνὶ ὅπως δήποτε] Olynth. (Γ.) A. §. δ'. γέγονεν αὐτόματον. τὸ ὅπως δήποτε, non tam significat hic τυχόντως, temere et fortuito, aut μόλις καὶ δυσκόλως καὶ ἀτελῶς, vix, ægre, minus absolute, quam παράλειψιν quandam, q. d. factum est, qua autem ratione id factum sit, non exquiro. Libanius autem rationem explicat. Arg. Olynth. A. (Γ.) Wolf. quocunque modo: non interest utrum a vobis excitati Olynthii bellum suscipiant, an sua sponte. Rüdig.

Περιστάσης ἂν] Ἀντὶ τοῦ, περιστησομένης ἂν, κατ' ἐναλλαγὴν χρόνου. Wolf. Hæc vox vero semper de rebus adversis, periculis atque insidiis, in quibus versamur, usurpatur; laudatur hic locus Bekk. Anecd. p. 161. Rüdig.

Εἰ καθυφείμεθά τι τῶν πραγμάτων] Τὸ καθυφίεσθαι, ἐθελοκακεῖν, ὑποστέλλεσθαι, καταπροΐεσθαι, προδιδόναι. Alibi active, τὸν καιρὸν τῶν πραγμάτων καθυφεῖναι καὶ προδοῦναι τοῖς ἐναντίοις, καὶ καθυφεῖναι τὰ τῆς πόλεως. Wolf.

Τὸν τῶν μετὰ ταῦτα] S. ἐσομένων ἢ γενησομένων ἄν. Idem.

Τὸν τῶν μετὰ ταῦτα] Reisk. τῶν, quod multis in codd. non legitur, uncis inclusit, Bekker. ejecit, sed hic non tam ex librorum auctoritate quam ex ipso nexu judicandum est, utrum illa vox sit admittenda. Etenim si omittitur, exspectes, ipsum metum accuratius etiam describi, atqui hoc non fit; hinc aptius putaverim, addito τῶν ortum certe timoris indicari. Rüdig.

Ἐχόντων ὡς ἔχουσι] Εὐφημισμὸς, ἀντὶ τοῦ, δυσμενῶς ἐχόντων ἡμῖν. Supra, καὶ συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως. Wolf.

Ἐχόντων μὲν ὡς ἔχουσι Θηβαίων ἡμῖν] Thebani capitali odio oderant Athenienses, quippe qui, post pugnas Leuctricam et quæ ad Mantineam fuit, Lacedæmoniis favissent, quique recenter etiam Phocensibus contra eos in bello sacro auxiliati essent. *Tourrell.* Quin et antea eodem animo fuerant erga Athenienses; etenim finito bello Peloponnesiaco in concilio pronuntiarunt, Athenas delendas esse, et Atticam pascuis ovium assignandam. Thebanos contra, Phocenses nullo modo committendum esse consuerunt, τὴν Ἑλλάδα ἑτερόφθαλμον γενέσθαι, atque ita persuasum Lacedæmoniis ne Athenas everterent. Vide Demosth. de fal. leg. §. κϛ'. atque ibi Scholiasten. Mount.

Ἐχόντων μὲν ὡς ἔχουσι] Schol. ἐχθρῶν ὄντων, nam multi ex Thebanis a Philippi partibus stabant (Dem. d. Cor. §. ϛά.), ipsi ab Atheniensibus Ol. 105, 3. Eubœa expulsi erant. Rüdig.

Ἀπειρηκότων δὲ χρήμασι] Ἀπειρηκέναι τῷ πολέμῳ γήρᾳ, διὰ χρόνον, ὑπὸ λύπης· τὸ κεκμηκέναι, καὶ οὐκέτι δύνασθαί τι πονεῖν ἢ κατορθοῦν. ἀπειρηκέναι χρήμασιν, ἀντὶ τοῦ, ἀπορῆσαι χρημάτων. 1. Olynth. §. ί. ἀλλά Φωκεῖς; οἱ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τ' ὄντες φυλάττειν, ἐὰν μὴ βοηθήσητε ὑμεῖς. Isocrates in Philippica propemodum stultitiæ condemnat Thebanos, qui se sperarint τῶν χρημάτων τῶν ἐν Δελφοῖς περιγενησομένους ταῖς ἐκ τῶν ἰδίων δαπάναις: Quod si χρήμασιν ἀντὶ τοῦ πράγμασιν hic interpretari liceret, verterem: *cum spem rerum suarum abjecerint*, id est, ἀθυμούντων τοῖς παροῦσι πράγμασιν, ut est in 1. Philippica. Wolf.

Ἀπειρηκότων] Hesych. ἀπειπαμένων, omnino de animalibus, quæ laboribus fatigata jacent, dicitur. Phocenses bello sacro, quod per IX annos duraverat, exhausti erant, nam ingenti stipendiorum largitione peregrinos milites sibi conciliare studuerant. Diod. S. XVI. 25. conferendus locus Olynth. I. (III.) §. ί. Rüdig.

Τὰ παρόντα καταστρεψαμένῳ] Ἐὰν τοὺς Ὀλυνθίους καταστρέψηται. Wolf.

Τὰ παρόντα] Sc. res Olynthiorum, bis opponuntur ταῦτα, i. e. res Atheniensium. Jam videas, quæ hic orator occulte proferat, ea in Olynth. I. (III.) distincte dici. Rüdig.

καταστρεψαμένῳ πρὸς ταῦτα ἐπικλῖναι τὰ πράγματα.
31 ἀλλὰ μὴν εἴ τις ὑμῶν εἰς τοῦτο ἀναβάλλεται ποιήσειν τὰ δέοντα, ἰδεῖν ἐγγύθεν βούλεται τὰ δεινά, ἐξὸν ἀκούειν ἄλλοθι γιγνόμενα, καὶ βοηθοὺς ἑαυτῷ ζητεῖν, ἐξὸν νῦν ἑτέροις αὐτὸν βοηθεῖν· [1]ὅτι γὰρ εἰς τοῦτο περιστήσεται τὰ πράγματα, ἐὰν τὰ παρόντα προώμεθα, σχεδὸν ἴσμεν ἅπαντες δή που.

έ. Ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ δεῖ βοηθεῖν, εἴποι τις ἄν, πάντες ἐγνώκαμεν, καὶ βοηθήσομεν· τὸ δὲ ὅπως, τοῦτο λέγε. μὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θαυμάσητε, ἂν παράδοξον εἴπω

[1] ὅτι μὲν γὰρ

Πρὸς ταῦτα ἐπικλῖναι τὰ πράγματα] Ἐπιχειρεῖν τῇ Ἀττικῇ. ἐπικλῖναι ὥσπερ παρατραπέντα τῶν πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμων, ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁρμῆσαι. 1. Olynth. τίς αὐτὸν κωλύσει βαδίζειν ὅποι βούλεται. Wolf.

Ἀναβάλλεται ποιήσειν τὰ δέοντα] Observetur constructio cum futuro et sine articulis, quod quidem frequens est Demostheni, cum infinitivis loco nominum utitur. Fortassis etiam dubites, an pro ποιήσειν, legi possit participium ποιήσων. Usitatius dici videretur: ἀναβάλλεται ἢ ἀναβαλεῖται τὸ ποιεῖν ἢ τὸ ποιῆσαι τὰ δέοντα, τουτέστι, τὴν ποίησιν, ὡς εἰπεῖν, τῶν δεόντων. Idem.

Τὰ δεινὰ] Τὸν πόλεμον καὶ τὰ ἐκ τούτου φοβερὰ καὶ βλαβερά. Idem.

Ἄλλοθι γιγνόμενα] In finibus Olynthiorum; vulg. γινόμ., sed illud tum ex Cod. α., tum ex Bekk. Anecd. p. 135., ubi totus hic locus laudatur, prætuli. Rudig.

Ὅτι γὰρ] Wolf. Reisk. Auger. ex Ald. post ὅτι interposuerunt μὲν, quod a cett. libb. abest et ex init. §. έ. ortum videtur: recte Bekker. delevit. Idem.

έ. Ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ δεῖ] Hactenus, opem ferendam esse Olynthiis, quia et necessarium sit, ad vitandum dedecus, et utile ad incolumitatem Atticæ, docuit. Nunc ad locum facultatis transit. Nam voluntas quidem adversandi Philippo, non deerat Atheniensibus, sed nervus belli, pecunia deerat, quam vulgus in spectaculis consumebat. Qui locus quia odiosus est, et plenus offensionis, neque etiam periculi capitalis expers: longa insinuatione tandem eo pervenit, ut dicat, abrogata lege theatrali, pecuniam ad belli sumptus tolerandos non defuturam. Wolf.

Τὸ δὲ ὅπως] Scilicet, δεῖ βοηθεῖν. Idem.

Μὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θαυμάσητε, ἂν παράδοξον εἴπω τι τοῖς πολλοῖς] Egregia oratio, quæ præparat ad audienda longe alia, quam Athenienses opinabantur. Hi exspectabant, magnos oratorem belli apparatus esse flagitaturum, eosque studiose charta quidem decrevissent. Sed orator patriæ amantissimus, omnem nugarum splendorem exosus, Athenienses eo vocat, unde fons publicæ calamitatis manabat, ad voluptatum omnis generis cupidinem, conjunctam cum vanitate et magniloquentia, ad humilem sentiendi rationem, cuncta vel turpissima tolerandi, dum illum finem assequerentur. Huc pertinebat ea, quæ vocabantur, θεωρικά. Eorum auctor erat Pericles: qui quidem Athenarum urbem, partim etiam civitatem ad altiora multo provehebat, si magnificentiam victus cultusque spectes, sed semina celeris ruinæ spargebat. De mille talentis, quæ quotannis in ærarium conferebantur, ut, si quod incideret bellum, ejus fortiter gerendi auxilia suppeterent, jussit ille, ut ad summum auræ popularis fastigium ascenderet, quotiescunque spectacula edebantur, singulis civibus duos obolos numerari, unum, ut solvere possent, quæ solvenda essent, alterum, ut temporis jactura resarciretur. Certis quidem verbis cautum erat, ut, simulac bellum impenderet, pecuniæ istæ proprio suo usui redderentur. At quis ausus esset appellare, quod certissime cautum erat?! Unus, qui honoris causa nominandus est, Apollodorus quum id auderet, jussit populus, rogante Eubulo quodam, ut morte multaretur, ὃς ἂν γράψει μεταποιεῖν τὰ θεωρικὰ στρατιωτικά. Id quidem Demosthenes noster nihil curat, sed ostendit civibus suis tum veritatis gravitate, tum irrisionis flagello, non minus ridicule quam perniciose in turpem eos debilitatem delapsos esse. Ea autem, qua totam rem persequitur, ratio egregia est. Quum enim, qui id, quod sublatum ipse vult, tolli suadet, morte multetur, postulat, ut ii, qui hanc legem tulissent, ejus abrogationem postulare cogantur: quo scilicet facto mortis pœnam sibi ipsi

τι τοῖς πολλοῖς. νομοθέτας καθίστατε. ἐν δὲ τούτοις τοῖς νομοθέταις μὴ θῆσθε νόμον μηδένα — εἰσὶ γὰρ ὑμῖν ἱκανοί —, ἀλλὰ τοὺς εἰς τὸ παρὸν βλάπτοντας ὑμᾶς λύσατε,
44 λέγω δὲ τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν, σαφῶς οὑτωσί, καὶ τοὺς

constituunt. Brem.

Νομοθέτας] Nomothetæ erant mille et unus, quanquam Pollux unum illum supra mille non recenseat, sorte electi. Is unus superaddebatur, ne pares essent suffragiorum calculi. Thesmothetæ quotannis in domo publica, ubi leges asservabantur, conveniebant, ut viderent ne qua lex alteri contraria legi exstaret, ne qua irrita inter ratas, neve plures de una et eadem re. Quod si quas hujusmodi deprehendissent, descriptas in tabella proponebant publice ad Archontum Eponymorum statuas: Prytanes vero concionem habebant, ut Nomothetas designarent. Referente Proedro de legibus, iisque palam pro concione a scriba recitatis, quisquis volebat leges suadebat vel dissuadebat, et siqua abroganda lex erat, unicuique legi abrogandæ quinque ex universis Atheniensibus eligebantur patroni. Populus, expensis utrinque rationibus, sciscebat quas leges vellet e Nomothetarum, quibus tamen rem omnem integram committebat, vel antiquari vel ratas haberi. Hoc legum examen erat valde necessarium in republica Atheniensium, ubi leges cumulandi, abrogandi, sanciendi pruritus et φιλοκαινία dominabantur. Vide Petit. in Leg. Att. lib. i. tit. 2. Poll. lib. viii. 101, et ibi doctiss. Kühn. Vide etiam Sigon. de Rep. Athen. lib. ii. cap. 4. Mount. Vid. Not. Stock. ad Æsch. c. Ctesiph. §. ιϛʹ. Postell. de Rep. Ath. c. V. et Proleg. F. A. Wolfii, vol. II.

Ἐν δὲ τούτοις] Hoc est, διὰ τούτων. Wolf. in *his*, quippe qui leges novas rogarent, i. e. *per hos*, cfr. in Timocr. §. θʹ. Rüdig.

Μὴ θῆσθε] Τὸ μὲν τιθέναι καὶ θεῖναι, νομοθέτου· τὸ δὲ θέσθαι νόμον, τοῦ δήμου εἶναί φασι. Quia sequitur λύσατε. M. θέσθε imperandi modo, et mox, v. ult. καὶ τῶν περὶ τῶν στρατευομένων ἐνίους, vel, omisso articulo, καὶ περὶ τῶν στρ. ἐ. Wolf.

Τοὺς εἰς τὸ παρὸν] Ἐν τῷ παρόντι μᾶλλον, ἢ, πρὸς τὸ παρὸν πρᾶγμα. Idem.

Λέγω δὲ τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν] Athenienses, post bellum Ægineticum inita cum Lacedæmoniis triginta annorum pace, mille talenta quotannis in ærario seponebant, non expendenda, nisi hostis in Atticam appulsus eam invaderet: si quis in alios usus ea impendenda esse decerneret, morte erat multandus. Hæc lex eo primum ardore, quo nova plerumque instituta, observabatur. Postea Pericles, quo gratiam populo iniret, auctor fuit ut viritim civibus distribuerentur, ad ludos et spectacula: hoc tamen proviso, ut ingruente bello hæc pecunia in militum stipendia numeraretur. Utrique pariter consensum est: verum, ut omnis disciplinæ relaxatio serius ocyus in licentiam degenerat, adeo populus delectabatur hac largitione, quam Demades *Viscum* appellabat, quo cives omnes se illaqueatum ibat, ut nullo omnino in casu eam vellet detrahi, annoque quo habitæ sunt orationes Olynthiacæ, Eubulus, princeps factionis quæ Demostheni adversabatur, legis auctor esset, qua capitali pœna cautum est, nequis pecuniam a Pericle spectaculis destinatam in militum stipendia numerari satagat. Apollodorus etiam, quod contrarium suasisset, multatus est. Andoc. de Pace cum Laced. Thucyd. lib. ii. Diod. Olymp. 87, an. 2. Plut. in Peric. Demosth. contra Neæram. Hæc ea est Eubuli lex quam Demosthenes accusat, cuique rapidos Philippi progressus Justinus lib. vi. acceptos refert. *Tourrell.* Vide Petit. in Leg. Att. lib. iv. Sigon. de Rep. Athen. lib. iv. cap. 3. Rhodigin. Antiq. Lect. lib. viii. cap. 9. et Liban. Arg. ad Olynth. I. Mount. Hesych. s. v. θεωρικὸν, et Poll. viii. 13.

Τοὺς περὶ τῶν στρατευομένων ἐνίους] Juxta Solonis leges militares unusquisque civium per vices nomen suum profiteri ac per se militare necessario tenebatur; qui secus fecerat, infami ἀστρατεύτου nomine notabatur, foroque et templis exsulabat: quisquis autem ordinem suum deseruerat, ad Heliastrum tribunal sistebatur, quibus pœnam etiam aggravandi animus non deerat. Æsch. in Ctesiph. Demosth. contra Timoc. contra Neær. et de Rhod. Lib. Leges hisce posteriores de iis valde derogabant, unde factum est, ut, labante antiqua disciplina, cuivis liceret, nullam aliam ob causam quam desidiam, militiam impune detrectare. Demosthenes Solonis leges iterum ut valeant cupit. *Tourrell.* Mount. Fuerant, qui ob desidiam jus immunitatis a stipendio militari (quæ iis, qui pompam Bacchanalibus adornabant, concessa erat) sibi vindicarent. Jam ædiles (χορηγοὶ) natu minimos, quibus illud munus demandarent, eligebant; hos maxime noster impugnat. Rüdig.

περὶ τῶν στρατευομένων ἐνίους, ὧν οἱ μὲν τὰ στρατιωτικὰ
τοῖς οἴκοι μένουσι διανέμουσι θεωρικά, οἱ δὲ τοὺς ἀτακτοῦν-
τας ἀθῴους καθιστᾶσιν, εἶτα καὶ τοὺς τὰ δέοντα ποιεῖν
βουλομένους ἀθυμοτέρους ποιοῦσιν. ἐπειδὰν δὲ ταῦτα λύ-
σητε καὶ τὴν τοῦ τὰ βέλτιστα λέγειν ὁδὸν παράσχητε
ἀσφαλῆ, τηνικαῦτα τὸν γράψοντα, ἃ πάντες ἴστε ὅτι
συμφέρει, ζητεῖτε. πρὶν δὲ ταῦτα πρᾶξαι μὴ σκοπεῖτε,
τίς εἰπὼν τὰ βέλτιστα ὑπὲρ ὑμῶν ὑφ' ὑμῶν ἀπολέσθαι
βουλήσεται· οὐ γὰρ εὑρήσετε, ἄλλως τε καὶ τούτου μόνου
περιγίγνεσθαι μέλλοντος, τοῦ παθεῖν ἀδίκως τι κακὸν τὸν
ταῦτ' εἰπόντα καὶ γράψαντα, μηδὲν δὲ ὠφελῆσαι τὰ πρά-
γματα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν μᾶλλον ἔτι ἢ νῦν τὸ τὰ
βέλτιστα λέγειν φοβερώτερον ποιῆσαι. καὶ λύειν γε, ὦ
ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς νόμους δεῖ τούτους [1] τοὺς αὐτοὺς
32 ἀξιοῦν οἵπερ καὶ τεθείκασιν· οὐ γάρ ἐστι δίκαιον τὴν μὲν
χάριν, ἣ πᾶσαν ἔβλαψε τὴν πόλιν, τοῖς τότε θεῖσιν ὑπάρ-

[1] Deest τούς.

Τὰ στρατιωτικὰ] Τὰ χρήματα, τὰ τοῖς στρατευομένοις ὑπὲρ τῆς πόλεως προσήκοντα δοθῆναι. Wolf.

Θεωρικὰ] Εἰς τὰς θεωρίας. Idem.

Τοὺς ἀτακτοῦντας] Suidas: ἄτακτοι ἐν τῇ πλειόνων συνηθείᾳ οἱ περίεργοι, καὶ παρὰ τὸ προσῆκόν τι ποιοῦντες. οἱ ῥήτορες δὲ καὶ τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ μὴ κατὰ τάξιν τὴν συμβολὴν ποιοῦντας, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν καὶ φύρδην, ἀτάκτους καλοῦσιν, *eos, qui disciplinam militarem labefactant, emansores, desertores ordinum pœna liberant.* Idem. vid. Schol.

Ἀθῴους καθιστᾶσιν] Ἀζημίους ἀφιᾶσι, τιμωρίας οὐκ ἀξιοῦσι. Wolf.

Ἀθυμοτέρους ποιοῦσιν] Ἧττον προθύμους εἰς τὸ πολεμεῖν. Idem.

Ταῦτα] Τούτους τοὺς νόμους. Idem.

Ἐπειδὰν δὲ ταῦτα λύσητε] Demosthenes multæ istis legibus sancitæ caput suum subduxit cautissime; quippe quod earum abrogationem solum verbo tenus postularet, absque formulis ad id præscriptis. *Tourrell.* Mount.

Οὐ γὰρ εὑρήσετε] Τὸν οὕτω ῥιψοκίνδυνον καὶ ἀνόητον ἐσόμενον. Wolf.

Ἄλλως τε καὶ] *Quum aliter, tum.* Herm. ad Vig. 780. Rüdig.

Μηδὲν δὲ ὠφελῆσαι τὰ πράγματα] Τὴν πόλιν. Delectatur hoc nomine Demosthenes γενικῷ ὄντι ἀντὶ τῶν εἰδικῶν. Wolf.

Εἰς τὸ λοιπὸν] Εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον, μετὰ ταῦτα. Idem.

Μᾶλλον ἔτι ἢ νῦν — φοβερώτερον] Observentur particulæ ex supervacaneo additæ comparativo αὐξητικῶς, ἀντὶ τοῦ, μᾶλλον ἔτι φοβερὸν, vel, omisso μᾶλλον, ἔτι φοβερώτερον ἢ νῦν. Idem.

Μᾶλλον — φοβερώτερον] Notio comparativi etiam augetur addito μᾶλλον, in Timoth. p. 1185, 16. ed R. οὐ περὶ πλείονος ἐποιήσατο ὁ πατὴρ περιουσίαν χρημάτων μᾶλλον ἢ οὐ Τιμοθέῳ ὑπηρετῆσαι. Thom. M. p. 596. ibiq. interpp. Duk. ad Thuc. VII. 29. Rüdig.

Καὶ λύειν γε] Amphibolia quædam est in verbis, propter ἔλλειψιν, ut dubites utrum velit, Athenienses postulare, debere, ut Eubulus legem a se latam ipse abroget, an ipsum Eubulum postulare, ut sua lex a populo abrogetur. Sed prior ratio magis mihi placet. Wolf.

Δεῖ τούτους αὐτοὺς ἀξιοῦν] Δεῖ ἀξιοῦν ὑμᾶς, τούτους αὐτοὺς λύειν, id est, ὅπως ἂν οὗτοι αὐτοὶ λύωσι τοὺς νόμους τούτους. *Postulandum est, qui hasce leges rogarunt, iidem uti abrogent.* Idem.

Τούτους τοὺς αὐτοὺς] Intermedia vox τοὺς vulg. non legitur, est in Cod. α., et τοὺς αὐτοὺς τούτους in Aug. 1. app. Francfr. et Ϛ.; illam lectionem vulgatæ finitimam cum Bekker. rec.; nequaquam aliis vult hoc negotium legis abrogandæ tradi; in Mid. p. 526. pen. ed. R. *Innuitur* Eubulus, quem vidimus auctorem hujus legis fuisse. Rüdig.

Θεῖσιν] Sc. τοὺς νόμους. Idem.

χειν, τὴν δ' ἀπέχθειαν, δι' ἧς ἂν ἅπαντες ἄμεινον πράξαιμεν, τῷ νῦν τὰ βέλτιστα εἰπόντι ζημίαν γενέσθαι. πρὶν δὲ ταῦτα εὐτρεπίσαι μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδέν' ἀξιοῦτε τηλικοῦτον εἶναι παρ' ὑμῖν, ὥστε τοὺς νόμους τούτους παραβάντα μὴ δοῦναι δίκην, μηδ' οὕτως ἀνόητον, ὥστε εἰς προὖπτον κακὸν αὑτὸν ἐμβαλεῖν.

ϛʹ. Οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γ' ὑμᾶς ἀγνοεῖν δεῖ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι ψήφισμα οὐδενὸς ἄξιόν ἐστιν, ἂν μὴ προσγένηται τὸ ποιεῖν ἐθέλειν τά γε δόξαντα προθύμως ὑμᾶς. εἰ γὰρ αὐτάρκη τὰ ψηφίσματα ἦν ἢ ὑμᾶς ἀναγκάζειν ἃ προσήκει πράττειν, ἢ περὶ ὧν γράφει διαπράξασθαι, οὔτ' ἂν ὑμεῖς πολλὰ ψηφιζόμενοι μικρά, μᾶλλον δ' οὐδὲν ἐπράττετε τούτων, οὔτε Φίλιππος τοσοῦτον ὑβρίκει χρόνον· πάλαι γὰρ ἂν ἕνεκά γε ψηφισμάτων ἐδεδώκει δίκην. ἀλλ' οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει· τὸ γὰρ πράττειν τοῦ λέγειν καὶ

Τὴν ἀπέχθειαν — γενέσθαι ζημίαν] Διαβατικὴ ἡ σύνταξις. Sed alter accusativus a Latinis sæpe non incommode dativo commutatur: *Inimicitias esse fraudi.* Isocrates ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον, *hanc orationem muneri tibi misi, dono dedi.* WOLF.

Ἄμεινον πράξαιμεν] *Meliore uti conditione.* Olynth. I. (III.) §. ϛʹ. μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων πράττειν. Quod sequitur ζημίαν γενέσθαι, legebatur Phil. I. §. ιδʹ.: videant Athenienses, ne, qui bene suadent, periculum invidiæ subeant. RÜDIG.

Πρὶν δὲ ταῦτα εὐτρεπίσαι] Πρὶν ἂν εὐτρεπίσητε. Repetit argumentum a periculoso, supra positum, sed dilemmate tractatum, hoc fere modo: qui legem hanc abrogare sine vestra auctoritate instituerit: aut tyrannus sit oportet, aut amens, si exitium ultro sibi accersierit. WOLF.

Μηδένα ἀξιοῦτε τηλικοῦτον] Τοῦτο γὰρ κατάλυσις ἂν εἴη τῆς δημοκρατίας, καὶ τυραννίς. IDEM.

Ὥστε τοὺς νόμους τούτους παραβάντα] *Transgredi legem*, haud scio an Latine dicatur: *Discedere a lege, fraudem facere legi, negligere, violare, irritam facere legem*, et αὐξητικῶς *perrumpere, conculcare, perfringere.* IDEM.

Εἰς προὖπτον κακὸν] Πρόοπτον, πρὸ τῆς ὄψεως ὄν, πρόδηλον, φανερόν. IDEM.

Οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γ' ὑμᾶς] Postulavit ut decernant abrogationem legis. Nunc decretum exsequendum esse monet: non ignarus ingenii populi, τοῦ ἐν μὲν τοῖς ψηφίσμασι τὰ μέγιστα αἱρουμένου, τοῖς δὲ ἔργοις οὐδὲ τὰ ἐλάχιστα διαπραττομένου. IDEM.

Τὸ ποιεῖν ἐθέλειν προθύμως] Τὸ θέλημα καὶ ἡ προθυμία τοῦ ποιεῖν τά γε δόξαντα. IDEM.

Αὐτάρκη ἀναγκάζειν — διαπράξασθαι] Εἰς τὸ ἀναγκάζειν, ἤ, ὥστε ἀναγκάζειν καὶ διαπράξασθαι. IDEM.

Ἢ περὶ ὧν γράφει] Ἢ ταῦτα διαπράξασθαι, περὶ ὧν γράφει. τὸ ψήφισμα γράφει περὶ τούτου, videtur durum. Quid si γραφῇ, ἀορ. βʹ. ὑποτακτικῷ παθητικῷ; *Quibus de rebus scripta fuerint, ad eas res conficiendas.* IDEM. Valde placet Wolfii conjectura. MOUNT. Patet, ἂν post ὧν facile excidere potuisse, quod, si conjunctivum probaveris, bene suum locum tenet. Atqui conjunct. aoristo διαπράξασθαι convenit; nondum enim certum est, an quis scribat decretum. Sed utrum γραφῇ an γράφῃ? hoc cum Auger. prætuli, quod propius ad vulg. accedat; neque dura hæc locutio videtur, modo cogitando addas ὁ γράψας. Lept. p. 465, 14. ed. R. ὅμως δὲ καὶ τὸν νόμον ὑμῖν αὐτὸν ἀναγνώσεται, sc. ὁ ἀναγνώστης. Xen. Anab. III. 4, 36. ad ἐκήρυξε addendum ὁ κῆρυξ. RÜDIG.

Διαπράξασθαι] Hic abest notio *machinationum* (Olynth. II. (I.) §. ϛʹ. fin. 3.), dicitur etiam de rebus fortiter gestis. Xen. Cyr. I. 4, 25. ἀνδρὸς ἔργα διαπραττόμενον, RÜDIG.

Ψηφιζόμενοι] *Quamvis* multa decernentes. IDEM.

Ἕνεκά γε ψηφισμάτων] Τῶν ψηφισμάτων οὐκ ἐλλειπόντων, οὐ δὲ κωλυόντων. WOLF.

Τὸ γὰρ πράττειν] Sententia est, consilia, orationes, decreta referri ad agendum

χειροτονεῖν ὕστερον ὂν τῇ τάξει, πρότερον τῇ δυνάμει καὶ κρεῖττόν ἐστι. τοῦτ' οὖν δεῖ προσεῖναι, τὰ δ' ἄλλα ὑπάρχει· καὶ γὰρ εἰπεῖν τὰ δέοντα παρ' ὑμῖν εἰσίν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυνάμενοι, καὶ γνῶναι πάντων ὑμεῖς ὀξύτατοι τὰ ῥηθέντα, καὶ πρᾶξαι δὲ δυνήσεσθε νῦν, ἐὰν ὀρθῶς ποιῆτε. τίνα γὰρ χρόνον ἢ τίνα καιρόν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦ παρόντος βελτίω ζητεῖτε; ἢ πότε ἃ δεῖ πράξετε, εἰ μὴ νῦν; οὐχ ἅπαντα μὲν ἡμῶν προείληφε [1] τὰ χωρία ἄνθρωπος, εἰ δὲ καὶ ταύτης κύριος τῆς χώρας γενήσεται, πάντων αἴσχιστα πεισόμεθα; οὐχ οὕς, εἰ πολεμήσαιεν, ἑτοίμως

[1] τὰ χωρία προείληφεν ἄνθρωπος

actionem, finem esse et cogitationum et concionum et decretorum: quæ sine illa, irrita sint omnia. Sic et virtutis laus omnis in actione consistit. IDEM.

Τὸ γὰρ πράττειν] Hanc sententiam imitatus est Sallustius Bell. Jug. pag. 447. Ed. Wasse. 'Nam gerere, quam fieri tempore posterius, re atque usu prius est.' MOUNT. Vid. Victor. Var. Lect. l. VI. c. 15.

Τάξει] *Ordine*, scilicet, temporis. AUGER.

Τοῦτ' οὖν] Τὸ πράττειν. WOLF.

Προσεῖναι] Προσγενέσθαι. IDEM.

Τὰ δ' ἄλλα] Αἵτε συμβουλαὶ καὶ αἱ χειροτονίαι καὶ τὰ ψηφίσματα. IDEM.

Ὑπάρχει] Scilicet ἡμῖν οὐκ ἔνδεια τούτων ἐστί. IDEM.

Ὑπάρχειν] Ὑπάρχει. TAYLOR.

Ὀξύτατοι] Quanto ipsi sunt Athenienses acutiores in excellentissimis consiliis judicandis, eo majus est dedecus, si ipsa re desunt. RÜDIG.

Καὶ πρᾶξαι δὲ δυνήσεσθε νῦν] Scilicet τὰ δέοντα. WOLF.

Πρᾶξαι — ποιῆτε] Illud ad ipsam rem *gerendam*, hoc potius ad *consilium* pertinet: cfr. Phil. I. §. γʹ. παύσησθε αὐτὸς μὲν etc. RÜDIG.

Καὶ πρᾶξαι δὲ δυνήσεσθε νῦν, ἐὰν ὀρθῶς ποιῆτε] Καὶ — δὲ apud Demosthenem non frequens quidem est, hic autem suo loco positum. Hæc enim sententia ut gravissima, in qua rei cardo versatur, enuntianda est. Interdum viri docti offendebant, ut κατὰ Μειδ. p. 575. l. 29. ed. R. οἴους ἐνίους τῶν λεγόντων ἐγὼ καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε, ubi Jurinus maluit δή, nihil tamen mutans p. 523. l. 3. ἐγὼ δὲ ἓν μὲν ἐκεῖνο εὖ οἶδα καὶ ὑμᾶς δὲ εἰδέναι χρή. Significat fere *et quod majus est.* Cf. Phil. Γ. §. ιγʹ. fin. BREM.

Ἐὰν ὀρθῶς ποιῆτε] Ἐὰν ποιῆτε τὰ δέοντα, τῶν θεωρικῶν ἀποστάντες, καὶ αὐτοὶ στρατευόμενοι. WOLF.

Εἰ μὴ νῦν] Quod pro εἰ nonnulli libri habent ἄν, correctori debetur. Æschyl. S. ad Theb. 102. πέπλων καὶ στεφέων πότ', εἰ μὴ νῦν, ἀμφὶ λιτὰν ἕξομεν; Aristoph. Vesp. 401. πότε δ', εἰ μὴ νῦν, ἐπαρήξετέ μοι; RÜDIG.

Ἄνθρωπος] Vid. Not. Phil. I. §. βʹ. fin. MOUNT.

Ἄνθρωπος] Dedi ut Phil. I. §. γʹ. §. ιϛʹ. cfr. in Aristocr. 670, ult. δεῖ ὑμᾶς — θεωρῆσαι τὸν τρόπον τἀνθρώπου (Charidemi). Æschin. d. f. leg. §. κβʹ. pro ἀναισχυντίαν ἀνθρώπου rectius videtur legi τἀνθρώπου. RÜDIG.

Εἰ δὲ καὶ ταύτης κύριος τῆς χώρας γενήσεται] Chalcidicam regionem intelligit, in qua Philippus, jam ante quam Olynthum obsedisset, duo et triginta urbes ceperat. Etenim contra omnium Justini exemplarium fidem, quæ communi mendo laborant, auctore Fabro, Chalcidicam pro Cappadociam lib. viii. cap. 3. reponere debemus. *Tourrell.* MOUNT.

Πάντων αἴσχιστα πεισόμεθα] Post πεισόμεθα Benenatus comma, Wolfius cum aliis omnibus, quæ quidem vidi, exemplaribus punctum ponit. Ego persuadere mihi non potui quin cum interrogatione hæc legerem, tum quia minore cum vi ipsa alias efferentur, tum quia vim cæterarum interrogationum perperam interrumpent, et aliquatenus frangent. Quantam magnificentiam orationi afferant figuratæ hujusmodi interrogationes, docet Fabius Lib. ix. cap. 2. et Longinus Sect. 18. Vide notas Phil. I. §. εʹ. IDEM.

Εἰ πολεμήσαιεν] Si ipsi ultro lacesserent Philippum. WOLF.

Εἰ πολεμήσαιεν] Pith. ita legit, εἰ ἐκεῖνοι ἑτοίμως πολεμήσειε. Conjicio legendum εἰ ἐκεῖνος πολεμήσειε. Wolfius ita hæc trans-

σώσειν ὑπισχνούμεθα, οὗτοι νῦν πολεμοῦνται; οὐχ ἐχθρός; 33
οὐκ ἔχων τὰ ἡμέτερα; οὐ βάρβαρος; οὐχ ὅ τι ἂν εἴποι
46 τις; ἀλλὰ πρὸς θεῶν, ἅπαντα ταῦτα ἐάσαντες καὶ μόνον
οὐχὶ συγκατασκευάσαντες αὐτῷ, τότε τοὺς αἰτίους, οἵ
τινές εἰσι, τούτων ζητήσομεν; οὐ γὰρ αὐτοί γ' αἴτιοι φή-
σομεν εἶναι, σαφῶς οἶδα τοῦτ' ἐγώ. οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς τοῦ
πολέμου κινδύνοις τῶν [1] φυγόντων οὐδεὶς ἑαυτοῦ κατηγορεῖ,
[2] ἀλλὰ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν πλησίον καὶ πάντων μᾶλ-
λον, ἥττηνται δ' ὅμως διὰ πάντας τοὺς [3] φυγόντας δήπου·

[1] φευγόντων [2] ἀλλὰ καὶ τοῦ [3] φεύγοντας

tulit, *si bellum gererent*: notamque addit: 'Si ipsi ultro lacesserent Philippum.' Optime quidem hoc modo sensus constat, et argumentum a fortiori continet: si enim ultro Philippum lacessentibus auxiliaturos se polliciti sunt, quanto magis eosdem jam adjuvent oportet a Philippo bello petitos? Verum huic interpretationi omnino non quadrat sequens vox σώσειν, quæ certe ad eos proprie referenda est, quibus in sui defensionem, non aliorum oppugnationem subveniendum esset. Mount.

Πολεμηθεῖεν] Lect. vulg. πολεμήσαιεν, quam Bekker. retinuit; sed et σώσειν et πολεμοῦνται requirunt notionem *invasionis*. In multis libris apud Reisk. et Auger. legitur: εἰ πολεμήσειεν ἐκεῖνος, quod Auger. recepit, monens, in Codd. L. M. legi ἐκείνῳ. Quis non videat, utrumque et ἐκείνῳ, ad πολεμήσαιεν, et ἐκεῖνος, ad πολεμήσειεν additum, ab interpp. esse profectum? hinc conjecturam Reiskii, πολεμηθεῖεν, quam valde probavit Cel. Hermannus, in textum recepi: bene enim congruit cum σώσειν, et πολεμοῦνται; θ et σ a librariis sæpissime confunduntur. Rüdig.

Οὗτοι πολεμοῦνται] Scilicet ὑπὸ Φιλίππου. Tanto igitur magis adjuvandi, quanto majore in periculo sunt. Wolf.

Οὐ βάρβαρος] Græci omnes alias nationes, non excepta Macedonia, pro barbaris habebant. Alexander, qui Xerxis tempore Macedoniæ Rex erat, ludis Olympicis, ut qui barbarus esset, exclusus est, neque iis tandem aliquando admissus antequam se Argis oriundum esse probasset. Idem Alexander, cum a Persarum castris ad Græcos transiisset, ut iis prædiceret Mardonium prima luce eos de improviso aggressurum, perfidiæ crimen diluit antiqua sua origine quam ad Græcos referebat. Nihil opus fuisset eum ad majores suos recurrere, quo istiusmodi prætextu se defenderet, si isto tempore Macedonia Græciæ pars esset. *Tourrell.* Mount.

Συγκατασκευάσαντες αὐτῷ] Τῷ Φιλίππῳ τὰ πράγματα καὶ τὴν ἀρχήν· ἐπειδὴ ἅπαντα ταῦτα εἰακότες, καὶ συγκατεσκευακότες ἐσόμεθα. Sententia est, culpam esse penes ipsos Athenienses neque in duces, neque in oratores, neque in fortunam conferri posse. Wolf.

Τότε] Ὅταν οἱ Ὀλύνθιοι ἀπόλοιντο. Idem.

Τοὺς αἰτίους οἵ τινές εἰσι] Ἀντὶ τοῦ, τίνες εἰσὶν οἱ αἴτιοι τούτων. Idem.

Τούτων, ζητήσομεν] Illam vocem malui ad οἵτινες referri et post alteram, signo interrog. deleto, colon posui: nam quum orator in hoc contextu semper *negative* quæsivisset, dubito an hic sine particula *positive* fuerit interrogaturus. Rüdig.

Οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς τοῦ πολέμου κινδύνοις] Ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ ταῖς μάχαις. Noto exemplo rem illustrat, quod et ipse ad Chæroneam imitatus: ἐν τῇ μάχῃ καλὸν οὐδὲν, οὐδ' ὁμολογούμενον ἔργον οἷς εἶπεν ἀποδειξάμενος, ᾤχετο λιπὼν τὴν τάξιν, ἀποδρὰς αἴσχιστα καὶ τὰ ὅπλα ῥίψας, οὐδὲ τὴν ἐπιγραφὴν τῆς ἀσπίδος αἰσχυνθεὶς, ἐπιγεγραμμένης γράμμασι χρυσοῖς ἀγαθῇ τύχῃ. Verum ille iambico versu id convitium eludere solebat, cum diceret, ἀνὴρ δὲ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. Wolf.

Τῶν φυγόντων] Vulg. φευγόντων, paullo post φύγοντας est in Ald. Felic.; utroque in loco habet α. aoristum, quem cum Bekker. recepi; non enim de clade vere accepta, sed de ficta sermo est. Rüdig.

Ἀλλὰ καὶ τοῦ στρατηγοῦ] Sic in funebri oratione Thebani accusantur, ὅτι τῇ δυνάμει οὐκ ὀρθῶς ἐχρήσαντο: et Archidamo Isocratico, ἥττηνται οἱ Λακεδαιμόνιοι διὰ τοὺς οὐκ ὀρθῶς ἡγησαμένους. Wolf.

Ἥττηνται] Sc. πάντες, quod ex πάντων repetendum; hinc non est, quod quis cum Reisk. malit legi πάντες pro διὰ πάντας: ita detraheretur de sententiæ gravitate, ipsumque ἕκαστος prohibet, quominus

μένειν γὰρ ἐξῆν τῷ κατηγοροῦντι τῶν ἄλλων, εἰ δὲ τοῦτ' ἐποίει ἕκαστος, ἐνίκων ἄν. καὶ νῦν οὐ λέγει τις τὰ βέλτιστα; ἀναστὰς ἄλλος εἰπάτω, μὴ τοῦτον αἰτιάσθω. ἕτερος λέγει τις βελτίω; ταῦτα ποιεῖτε ἀγαθῇ τύχῃ. ἀλλ' οὐχ ἡδέα ταῦτα; οὐκέτι τοῦθ' ὁ λέγων ἀδικεῖ, πλὴν εἰ δέον εὔξασθαι παραλείπει. εὔξασθαι μὲν γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ῥᾴδιον, εἰς [1] ταὐτὸν πάνθ', ὅσα βούλεταί τις, ἀθροίσαντα ἐν ὀλίγῳ· ἑλέσθαι δέ, ὅταν περὶ πραγμάτων προτεθῇ σκοπεῖν, οὐκέθ' ὁμοίως εὔπορον, ἀλλὰ δεῖ τὰ βέλτιστα ἀντὶ τῶν ἡδέων, ἂν μὴ συναμφότερα ἐξῇ, λαμβάνειν.

ζ'. Εἰ δέ τις ἡμῖν ἔχει καὶ τὰ θεωρικὰ ἐᾶν καὶ πόρους 47

[1] † ταὐτὸ

hanc probemus conjecturam. Rüdig.

Κατηγοροῦντι] Hic locus laudatur in Bekk. Anecd. I. p. 149. Idem.

Ἀγαθῇ τύχῃ] Σὺν ἀγαθῇ τύχῃ, εὐτυχῶς. Wolf.

Πλὴν εἰ, δέον εὔξασθαι, παραλείπει] In hisce orationibus plurima occurrunt, quæ ad ea quæ ab aliis dicta fuerant, spectare videntur. Conjicere licet, quod in hac ipsa concione, priusquam ad dicendum surrexerat Demosthenes, orator quidam futilis auditores fallaci spe ludificatus, et vota fundens inania pro felicitate publica, tempus contrivisset; omisso interea quid agere oporteat docere, aut dato forsan consilio pestifero. Hoc multum (ni fallor) tum lucis, tum vis et ornatus huic loco conciliabit. *Ex edit.* Stock.

Δέον εὔξασθαι] Exponit simpliciter scholiastes, *nisi forte in hoc delinquo, quod vota non facio, ut vobis utraque contingant, et utilia et salutaria.* Sed magis arridet interpretatio proxime allata: præsertim cum hæc verba ironice quoque accepisse videatur Lucianus, qui tractatu optimo de conscrib. historia, §. 38. postquam non esse vitio dandum historico docuisset, si quæ essent a civibus suis infeliciter aut parum prudenter facta, ea quemadmodum contigerunt enarret; *neque enim ipse*, inquit, *auctor est illorum, sed index*: ὥστε κἂν καταναυμαχῶνται, τότε οὐκ ἐκεῖνος ὁ καταδύων ἐστὶ, κἂν φεύγωσιν, οὐκ ἐκεῖνος ὁ διώκων· ἐκτὸς εἰ μὴ, εὔξασθαι δέον, μή τι παρέλιπεν· *itaque cum navali prælio vincuntur, non ille est, qui submergit; et, si fugiant, non ille, qui tergis instat: nisi forte, cum votis opus esset, ea prætermiserit.* Hoc est, nisi forte in his enarrandis digrediatur, egregiumque se esse civem ostendat, istiusmodi calamitates ab republica sua in posterum deprecatus. Stock.

Παραλείπει] Scil. τοῦτο, τὸ εὔξασθαι. Wolf.

Εὔξασθαι μὲν γὰρ] Scomma satis acerbum, sed dignum tanta socordia. M. Cato in Catilinario: 'Non votis, neque suppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, recte omnia cedunt; ubi socordiæ atque ignaviæ te tradideris, nequicquam Deos implores: irati infestique sunt.' Sententia est: Res ipsa postulat acrem orationem, quæ non est oratoris acerbitati tribuenda. Omne quidem (ut inquit Horatius) tulit punctum, qui miscuit utile dulci. Verum id ubi fieri nequit, illud alterum teneamus: 'Pauca voluptati debentur, plura saluti.' Idem.

Εὔξασθαι] *Precari, vota facere.* Solebant oratores quidam, postquam populo dederant consilium, ipsi fausta apprecari verbis magnificis. Hic istos merito irridet Demosthenes. Auger.

Εἰς ταὐτὸ] Bekker. dedit ταὐτὸν, quod in uno Cod. β. reperi: etiamsi ante consonantem liceat ν addere (Thom. M. p. 835.), tamen Codd. non addicentibus nihil mutare ausim. Rüdig.

Ἐν ὀλίγῳ] Χρόνῳ. Wolf.

Ἑλέσθαι δὲ] Τὸ κατ' εὐχὴν λαβεῖν· οὐκ ἔστιν ἡμῖν αἵρεσις ὧν βουλόμεθα, ἀλλ' ὧν δυνάμεθα. Idem.

Ἑλέσθαι] Ubi copia deligendi et constituendi, quid faciundum sit, facta est, diversa solent ab oratoribus proposita esse; quod ipsum dicit (Olynth. I. (III.) §. α.) bene contigisse, ut facere liceret. De voce προτεθῇ vid. dicta ad Phil. I. init. Rüdig.

ζ'. Πόρους — στρατιωτικοὺς] Rationes comparandi pecuniam militarem. cfr.

ἑτέρους λέγειν στρατιωτικούς, οὐχ οὗτος [1] κρείττων; εἴποι τις
ἄν. φήμ᾽ ἔγωγε, εἴπερ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι· ἀλλὰ
θαυμάζω εἴ τῳ ποτε ἀνθρώπων ἢ γέγονεν ἢ γενήσεται,
ἂν τὰ παρόντα ἀναλώσῃ πρὸς ἃ μὴ δεῖ, τῶν ἀπόντων εὐ-
πορῆσαι πρὸς ἃ δεῖ. ἀλλ᾽, οἶμαι, μέγα τοῖς τοιούτοις
ὑπάρχει λόγοις ἡ παρ᾽ ἑκάστου βούλησις, διόπερ ῥᾷστον
ἁπάντων ἐστὶν αὑτὸν ἐξαπατῆσαι· ὃ γὰρ βούλεται, τοῦθ᾽ 31
ἕκαστος καὶ οἴεται, τὰ δὲ πράγματα πολλάκις οὐχ οὕτω
πέφυκεν.

η΄. Ὁρᾶτε οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦθ᾽ οὕτως, ὅπως καὶ τὰ πράγματα ἐνδέχεται καὶ δυνήσεσθε ἐξιέναι καὶ μισθὸν ἕξετε. οὔ τοι σωφρόνων οὐδὲ γενναίων ἐστὶν ἀνθρώπων, ἐλλείποντάς τι δι᾽ ἔνδειαν χρημάτων τῶν τοῦ πολέμου εὐχερῶς τὰ τοιαῦτα ὀνείδη φέρειν, οὐδ᾽ ἐπὶ μὲν Κορινθίους καὶ Μεγαρέας ἁρπάσαντας τὰ ὅπλα πορεύεσθαι, Φίλιππον

[1] κρεῖττον;

Olynth. I. (III.) §. η΄. Idem.

Εἰ — γέγονεν] *Si evenerit.* Idem.

Ἂν τὰ παρόντα κ. τ. λ.] Plutarchus de vitioso pudore. Taylor.

Τῶν ἀπόντων] Construitur cum εὐπορῆσαι, et ab eo regitur. Auger.

Μέγα — βούλησις] Ἡ βούλησις ἑκάστου μεγάλην ἰσχὺν παρέχει τοῖς τοιούτοις λογισμοῖς. Wolf.

Τοιούτοις — λόγοις] Hæ rationes, ut quis putet, fieri posse, quæ non congruant sanæ rationi, quibus simul aliquid vanitatis subest (§. ϛ΄.), oriuntur, aluntur cujusque voluntate. Rüdig.

Οὐχ οὕτω πέφυκεν] Non hæc est *rerum natura* (§. θ΄. med.), ut quæ quis velit, ea sponte ipsi eveniant. Idem.

η΄. Ὁρᾶτε οὖν ταῦθ᾽ οὕτως] Σκέψασθε τοῦτον τὸν τρόπον. Wolf.

Ἐνδέχεται] Ἐπιτρέπει, πέφυκε. Idem.

Ἐνδέχεται] Ut res in se suscipiunt, ut *ferunt*, vid. Thom. M. p. 326. Reisk. post hanc vocem putat εἰ deesse, at Noster non interrogatione utitur, imo non dubitat, quin, rebus diligenter consideratis, et stipendia cives sint facturi et mercedem daturi. Rüdig.

Καὶ δυνήσεσθε ἐξιέναι] Ἀντὶ τοῦ, γνώσεσθε, ὅτι δεῖ ὑμᾶς αὐτοὺς στρατεύεσθαι. Wolf.

Καὶ μισθὸν ἕξετε] Ἀντὶ τῶν θεωρικῶν. Idem.

Ἐλλείποντάς τι] Sic ordina: ἐλλείποντάς τι τοῦ πολέμου, δι᾽ ἔνδειαν χρημάτων: et mox: δι᾽ ἀπορίαν ἐφοδίων τοῖς στρατευομένοις, scilicet δοθησομένων, ἢ ἀναγκαίων ὄντων. ἐφόδια vero intelligo τὰ σιτηρέσια, de quibus Philippica 1. Idem.

Κορινθίους] Demosthenes Atheniensium virtutem recalefacere studet, in memoriam ipsis revocando insignem patrum ipsorum expeditionem circiter sæculum ante factam. Simul atque Græcia confœderata Persarum Regem propulsasset, statim victores in se invicem arma verterunt. Athenienses ac Lacedæmonii suis utrique partibus præfuerunt. Reliqui, prout quosque aut voluntas aut commodi ratio trahebat, vel has vel illas partes amplexi sunt. Corinthii et Megarenses illo tempore inter se bellabant; causa belli erat de finibus suis contentio. Megarenses, quibus commodius esset ab Atheniensibus quam a Lacedæmoniis auxiliandum, ab his elapsi sunt ut illis se conjungerent. Corinthii minime hoc erant perterriti, seque persuasissimos habentes, Athenienses, in Ægypto et Ægina occupatos, ad novum hoc bellum sufficere non posse, in Megarensium fines se intromiserunt. Athenienses vero non tam virium suarum quam virtutis suæ rationem habuerunt. Senes Juvenesque, qui servabant domi, ad socios defendendos una alacres profecti sunt, quæsivere hostem, ac profligarunt. *Tourrell.* Mount.

Καὶ Μεγαρέας] Megara, insignis Græciæ urbs, æquali fere a Corintho et Athenis

δ᾽ ἐᾷν πόλεις Ἑλληνίδας ἀνδραποδίζεσθαι δι᾽ ἀπορίαν ἐφο-
δίων τοῖς στρατευομένοις. καὶ ταῦτ᾽ οὐχ ἵν᾽ ἀπέχθωμαί
τισιν ὑμῶν τηνάλλως προῄρημαι λέγειν· οὐ γὰρ οὕτως ἄφρων
οὐδ᾽ [1] ἀτυχής εἰμι ἐγώ, ὥστε ἀπεχθάνεσθαι βούλεσθαι
μηδὲν ὠφελεῖν νομίζων· ἀλλὰ δικαίου πολίτου κρίνω τὴν 48
τῶν πραγμάτων σωτηρίαν ἀντὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν χάριτος
αἱρεῖσθαι. καὶ γὰρ τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν λέγοντας
ἀκούω, ὥσπερ ἴσως καὶ ὑμεῖς, οὓς ἐπαινοῦσι μὲν οἱ παριόν-
τες ἅπαντες, μιμοῦνται δ᾽ οὐ πάνυ, τούτῳ τῷ ἔθει καὶ τῷ
τρόπῳ τῆς πολιτείας χρῆσθαι, τὸν Ἀριστείδην ἐκεῖνον, τὸν

[1] ἀτυχής τίς εἰμι

intervallo dissita, prope sinum Saronicum. Hoc bellum contigit duodecim annos post bellum de quo in præcedenti nota dictum est. Megarenses, postquam præsidiarios Atheniensium milites trucidassent, Lacedæmoni, ac Corintho etiam ipsorum capitali hosti, contra quem Athenienses ipsorum causam suscepissent, se conjunxere. Athenienses eorum tam perfida defectione animoque adeo ingrato commoti injuriam ulcisci decreverunt. Itaque Megarensibus denuntiarunt, ne terram Cereri et Proserpinæ sacratam contra fas excolerent: qua admonitione detrectata, eos aditu in portus et regionem Atticæ decreto interdixere: idque decretum acerbius bellum Peloponnesiacum accendit. Ex oratione Demosthenis credideris, bella de quibus loquitur ab auditoribus suis fuisse gesta. Hujusmodi Anachronismis uti eloquentiæ conceditur, quæ hoc modo ad posteros transfert majorum suorum gloriam. Optima est hæc ratio in animos hominum se insinuandi, adque intimos affectus recta via incedit. Nullum nos ita movet exemplum ut nostrum; nihilque est quod quis tantum, quantum semetipsum, imitari gestiat. *Tourrell.* Idem.

Ἐπὶ Κορινθίους καὶ Μεγαρέας] Diversum interpp. putant innui bellum, alterum *Corinthiorum*, quos Athenienses, Megarensibus auxiliantes, aggrediebantur Ol. 80, 3. (Thuc. I. 103.), alterum *Megarensium*, in quorum fines Athenienses Ol. 83, 1. invadebant. Ulpian. de uno intelligit bello, quod Corinthii et Megarenses conjuncti Atheniensibus inferebant. Nam Megarenses quum τὴν ἱερὰν ὀργάδα (locum Cereri et Proserpinæ sacrum in confinio Megaridis et Atticæ) tempore Periclis sibi vindicassent, hi una Corinthiis, quos in auxilium vocaverant, vehementem Atheniensium impetum (ἁρπάσαντας) experiebantur. Thuc. I. 139. ibique Duk. Plut. in Pericl. II. p. 168. Huic explicationi partic. καὶ favere videtur. Rüdig.

Τισιν ὑμῶν] Eos intelligit, qui ægre ferunt, pecuniam theatralem sibi eripi; cfr. ad Phil. I. §. δ΄. Idem.

Τηνάλλως] *Frustra* i. e. ut nihil sit causæ, cur illos mihi invisos faciam, d. f. leg. §. ζδ΄. fin. οὐχ ἕξει τί λέγῃ, ἀλλὰ τηνάλλως ἐνταῦθα ἐπαρεῖ τὴν φωνήν. coll. Phil. II. §. ϛ΄. Bergl. ad Alciphr. p. 102. s. Idem.

Ἀτυχής εἰμι] Reisk. ex duobus libris interposuerat τις, quæ vox etsi bene suum tueatur locum (Matth. Gr. gr. §. 487, 5.), tamen Codd. auctoritate caret; ἀτυχὴς is est, qui voti se compotem futurum putat, cujus compos vix fieri potest. Idem.

Ὠφελεῖν νομίζων] Exspectaveris *accusativum*, sed *nominativi absoluti* exempla vid. Hom. Il. I. 170. οὐδέ σ᾽ ὀΐω ἐνθάδ᾽, ἄτιμος ἐὼν, ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν, coll. V. 202. et 353. Pro ὠφελεῖν nonnulli libri ὠφελῆσαι. Idem.

Νομίζων] Minime in νομίζων cum Rüdigero de nominativo absoluto cogitandum; sed hæc est usitata linguæ Græcæ constructio, ut, si ex enuntiatione primaria pendeat infinitivus idem subjectum habens, et subjectum et ejus determinationes in nominativo ponantur. Cf., si opus sit, Matthiæ Gr. Gr. §. 535. Rüdigeri errorem notavit etiam Ern. Fr. Poppo Thucyd. T. I., p. 117. Brem.

Ἀλλὰ — αἱρεῖσθαι] Hæc sententia laudatur a Stob. 147. 26.; in Bekk. Anecd. I. p. 119. pro κρίνω legitur κρίνων, quod non spreverim, ex præcedd. facile εἰμὶ suppleas. Rüdig.

Τὸν Ἀριστείδην ἐκεῖνον] Aristides, Justus cognomine, non nihil ad victorias Marathoniam ac Salaminiam contulit, atque Atheniensium ad pugnam Platææ dux erat. Eum jure etiam dixeris Athenarum in Græcia imperii prima jecisse funda-

Νικίαν, τὸν ὁμώνυμον ἐμαυτῷ, τὸν Περικλέα. ἐξ οὗ δ' οἱ διερωτῶντες ὑμᾶς οὗτοι πεφήνασι ῥήτορες, τί βούλεσθε; τί γράψω; τί ὑμῖν [1] χαρίσωμαι; προπέποται τῆς [2] παραυ-

[1] χαρίσομαι [2] παραυτίκα ἡδονῆς καὶ χάριτος

menta. Aristidis virtus apud omnes reverenter habita id potissimum effecit, ut Græci, postquam Persas vicissent, Athenarum potius quam Spartæ dominationi se summitterent. Plato, accuratus ille hominum æstimator, in Gorg. [pag. 526. Ed. Serrani] eum omnium Græcorum perfectissimum atque integerrimum fuisse testatur. *Tourrell.* Mount.

Τὸν Νικίαν] Alius dux Atheniensium, ditissimus, itemque maxime munificus occubuit bello Siculo, quod ne susciperent omnibus modis cives suos dehortari voluit: verum apud eos Alcibiadis ipsius æmuli auctoritas prævaluit. *Tourrell.* Idem.

Τὸ ὁμώνυμον ἐμαυτῷ] Δημοσθένην τὸν εἰς Σικελίαν στρατηγήσαντα, κἀκεῖ ἀποθανόντα, ἅμα τῷ Νικίᾳ· Ἀριστείδην δὲ τὸν δίκαιον ἐπικληθέντα, ὡς οἶμαι, λέγει. Wolf. V. Thucyd. l. VII. c. 16. sqq.

Τὸν Περικλέα] Hic vir et patriæ et sæculi sui decus fuit. Scientia politica, militari, atque eloquentia pariter insignis. Ex his tot ac tam præclaris dotibus tanta ei Athenis nata est auctoritas, ut ab iis qui ipsi invidebant pro novo Pisistrato haberetur. Unde factum est, ut primo necesse illi esset moderatione atque obsequio, etiam plus quam decuit, in sua agendi ratione uti. Postquam vero tantam potestatem nactus esset, quanta opus fuit ad libere agendum, tum ille Atheniensium mollitiæ haud diutius indulsit, verum tanta cum severitate singulos in officio continebat, ut iidem homines, qui, ab ipso gloria cumulati, eum vicissim omni honorum genere onerassent, de supplicio ei infligendo cogitarent. Plato voci publicæ de Pericle fidem abrogare audet, ipsumque populi Atheniensis corrumpendi insimulat. Quid, inquit is Philosophus, de Equisone sentiamus, qui equum curare in se receperit, eumque feriorem reddiderit, quam acceperat? Plat. in Gorg. [pag. 516. Ed. Serran.] *Tourrell.* Vide Plutarch. in Pericle, et Isocratem in Orat. περὶ ζεύγους. Mount.

Ἐξ οὗ δὲ οἱ διερωτῶντες ὑμᾶς οὗτοι πεφήνασι ῥήτορες, τί βούλεσθε; τί γράψω;] Oratores id unice quærebant ut populum gubernarent; populusque sola erat adulatione gubernandus. Ad eum igitur id imperium pertinebat, qui ad assentationem esset eruditissimus, vel potius qui deceptoris partes agere potissimum calleret. In hosce homines, tam turpiter obsequiosos, et populari gratiæ servientes, certe non minus quam Orator noster, invehitur Aristophanes in Equitibus Act. 1. Sc. 1. et 2. idemque in Vespis 2. Aristoteles de Rep. lib. iv. cap. 4. lib. v. cap. 6. et 11. Isocrates de Pace. Quicunque, exclamat Demosthenes, in Oratione de Rep. Ord. quicunque Reipublicæ prodesse velit, primo auribus vestris mederi debet, nihil aliud audire assuefactis quam quod eas titillet. Cleones et Cleophones, inquit Demetrius Phalereus, 1. De Eloq. c. 315. hoc est, assentatores, populum Atheniensem totum possident, qui non nisi istorum auribus atque intellectu uti vult. *Tourrell.* Idem.

Τί ὑμῖν χαρίσωμαι] Vulg. χαρίσομαι, sed interest, utrum utaris conjunct. aor., an futuro, ille enim est quærentis, quid alii velint ut fiat, hic, an alii concedant (quod fere concedere debent) ut fiat: hac de re conjunctivum aor., quem Cod. *a.* præbet, cum Bekker. prætuli. Hujusmodi oratores perstringit Aristoph. Equit. 50. et 215. τὸν δῆμον αἰεὶ προσποιοῦ, ὑπογλυκαίνων ῥηματίοις μαγειρικοῖς. Rüdig.

Προπέποται] Ὥσπερ ἐν συμποσίῳ ὁ οἶνος, οὕτω καὶ ἐν πολιτείᾳ καὶ πολέμῳ τὰ πράγματα κατηνάλωται, καὶ οἱ καιροὶ ἐκπεφεύγασιν. Delectatur hac metaphora Demosthenes, καίτοι οὐ πάνυ συμποτικὸς γενόμενος, ὕδωρ καὶ ἔπινε, καὶ πρὸς λύχνον διεπόνει τοὺς λόγους. Wolf.

Προπέποται] Græcis solenne fuit in conviviis lautioribus alteri propinare, et deinde poculum ei donare. Hinc sumpta metaphora, προπίνειν significat *donare, concedere, prodere.* Etsi de hujus vocis etymo nequaquam convenit inter eruditos. *Ex edit.* Stock.

Προπέποται — πράγματα] Schol. Pind. Olymp. 7. in hæc: προπίνειν ἐστὶ κυρίως τὸ ἅμα τῷ κράματι (i. e. οἴνῳ) τὸ ἀγγεῖον χαρίζεσθαι, omnino propinantem aliquid (libertatem Dem. de Cor. §. ϛά.) prodere. Hermog. et Harpocrat. (προπεπωκότες) explicant per προδιδόναι. Mauss. ad Harpocr. et Val. ad Mauss. Rüdig.

Τῆς παραυτίκα ἡδονῆς] Scilicet ἕνεκα· διὰ τὴν παροῦσαν καὶ ἀκαριαίαν ἡδονήν. Wolf. Genitivo usus est orator, quoniam in προπεπ. inest notio *venditionis.* Phil. II. §. β'. κέκρισθε — εὔνοιαν. Non enim cum Wolf. ἕνεκα supplendum. Rüdig.

τίκα χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα καὶ τοιαυτὶ συμβαίνει, καὶ τὰ μὲν τούτων πάντα καλῶς ἔχει, τὰ δ' ὑμέτερα αἰσχρῶς.

θ'. Καί τοι σκέψασθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἅ τις ἂν κεφάλαια εἰπεῖν ἔχοι τῶν τ' ἐπὶ τῶν προγόνων ἔργων καὶ τῶν ἐφ' ὑμῶν. ἔσται δὲ βραχὺς καὶ γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν ἀλλ' οἰκείοις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εὐδαίμοσιν ἔξεστι γενέσθαι. ἐκεῖνοι τοίνυν, οἷς οὐκ ἐχαρίζονθ' οἱ λέγοντες οὐδ' ἐφίλουν αὐτοὺς ὥσπερ ὑμᾶς οὗτοι νῦν, πέντε μὲν καὶ τετταράκοντα

Καὶ τοιαυτὶ συμβαίνει] Τοιαῦτα, οἷα νῦν, τὸ πάντα ἀμελεῖσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι. Possit etiam ad ea referri quæ sequuntur. Wolf.

Καὶ τὰ μὲν τούτων πάντα καλῶς ἔχει, τὰ δ' ὑμέτερα αἰσχρῶς] Τούτων sc. τῶν ῥητόρων τὰ τῆς πόλεως πράγματα προπεπωκότων, non *hostium nostrorum*, ut Jacobsius interpretatur. Hæc enim notio nusquam est in propinquo, ut, quum τούτων legamus, ea animo obversetur. Affirmat etiam Demosthenes de iisdem rhetoribus Olynth. III. (II.) §. θ'. p. m. ὅτι οἱ μὲν ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν, οἱ δ' ἐξ ἀδόξων ἔντιμοι, ἔνιοι δὲ τὰς ἰδίας οἰκίας τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας εἰσὶ κατεσκευασμένοι· ὅσῳ δὲ τὰ τῆς πόλεως ἐλάττω γέγονε, τοσούτῳ τὰ τούτων ηὔξηται. Brem.

θ'. Καίτοι σκέψασθε] Collatio reipublicæ majorum et suæ ætatis: qualis est apud Isocratem, sed multo copiosior in Areopagitica, et oratione de pace. Hunc autem servat ordinem, ut primum de Græca, deinde de urbana administratione dicat. Denique magistratuum privatas res conferat; et populo torporem excutere studeat. Wolf. V. π. Συντάξ. §. ή. seqq.

Καίτοι σκέψασθε — τῶν προγόνων ἔργων, καὶ τῶν ἐφ' ὑμῶν] Fabius lib. vi. cap. 5. 'Idem (*Demosthenes*) cum offensam vereretur, si objurgaret populi segnitiem, in asserenda libertate reipublicæ, majorum laude uti maluit, qui eam fortissime administrassent. Nam et faciles habuit aures, et natura sequebatur, ut meliora probantes pejorum pœniteret.' Vide Dionys. Halicarnass. cap. de figuratis causis. Mount.

Οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις] Sic Isocrates παραινέσει: τὰς τοῦ πατρὸς προαιρέσεις ἀναμνησθεὶς, οἰκεῖον καὶ καλὸν ἕξεις παράδειγμα τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων: et in Philippica: ἐνθυμοῦ δὲ διότι μηδὲν ἀλλοτρίοις παραδείγμασι χρώμενος, σὲ παρακαλῶν τυγχάνω. Wolf.

Ὑμῖν ἔξεστι γενέσθαι εὐδαίμοσιν] Observa pares casus, qui verbum antecedunt et sequuntur. Isocrates τῶν προσποιησαμένων εἶναι σοφιστῶν. Martialis:

Nobis non licet esse jam disertis.

Idem.

Εὐδαίμοσιν ἔξεστι] Usitata Græcis constructio dativi cum ἔξεστι et ἔστι, de Rhod. lib. §. ιδ'. οὐδὲν ἐμποδὼν αὐτοῖς ἔσται κυρίοις τῶν ἀγαθῶν εἶναι. Exempla vide ap. Matth. Gr. gr. p. 770. Rüdig.

Πέντε μὲν καὶ τετταράκοντα ἔτη] Isocrates in Panegyrico habet ἑβδομήκοντα, in Panathenaico πέντε καὶ ἑξήκοντα. et Obsopœus in veteri exemplari legi ostendit ξέ. Fortassis hic legendum καὶ ἑξήκοντα. Tertia Philippica vero scribit: ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι προστάται ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ τρία τῶν Ἑλλήνων ἐγένοντο. Chronologiam a Pausaniæ Spartani interitu usque ad cladem Hellesponticam puto perducendam: post quam, captis a Lysandro Athenis, Lacedæmonii terra marique rerum potiti sunt, donec, iisdem victis ad Cnidum, Conon patriæ opes et dignitatem aliqua ex parte recuperavit: quas sociali bello Chares denuo evertit, nec multo post Philippus in Græcia grassari, non armis magis, quam auro Macedonico et proditione, ac dominari cœpit: cui Demosthenes quantum potuit, est adversatus. Wolf. V. Meurs. de Fort. Athen. c. X. et π. Συντάξ. §. ί.

Πέντε &c. ἐκόντων] A quarto anno Olympiadis 75. ad secundum octogesimæ quintæ. Postquam Græci ex pugnis Salaminia et Platæensi didicissent, quid virtus ac disciplina contra multitudinem possent, consilia iniere quomodo adversus nova Persarum regis molimina se præmunirent. Unaquæque Græciæ urbs singulare quodammodo imperium erat. Multitudo ducum multa secum necessario fert incommoda: hæc igitur ut præcaverent, constituere unum totius nationis imperatorem eligere, idque munus omnes ad

ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἦρξαν ἑκόντων, πλείω δ' ἢ μύρια τάλαντα
49 εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνήγαγον, ὑπήκουε δὲ ὁ ταύτην τὴν χώραν ἔχων αὐτοῖς βασιλεύς, ὥς πέρ ἐστι προσῆκον βάρβαρον Ἕλλησι, πολλὰ δὲ καὶ καλὰ καὶ πεζῇ καὶ ναυμαχοῦντες ἔστησαν τρόπαια αὐτοὶ στρατευόμενοι, μόνοι δὲ ἀνθρώπων κρείττω τὴν ἐπὶ τοῖς ἔργοις δόξαν τῶν φθονούντων κατέλιπον. ἐπὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλληνικῶν ἦσαν τοιοῦτοι· ἐν δὲ τοῖς

Pausaniam Lacedæmoniorum regem unanimes detulerunt. Illo Rex brevi abusus est, eoque processit ut etiam cum Persis clandestinum haberet consilium Græciæ iis subjugandæ, hac scilicet conditione, ut eam sibi præfecti nomine provinciam nancisceretur. Itaque eum Spartani revocarunt, et principatus pertæsi, qui reges suos efficeret tyrannos, eum ultro ad Athenienses transtulére. Hi delatum accepere: nullumque tum temporis consilium cœpere nisi in generalibus conventibus ad Delum habitis. Ibi definierunt quid singulæ urbes ad communem causam promovendam conferrent: quæ tamen omnes suis legibus gubernabantur. Ut verbo dicam, Athenienses usque ad bellum Peloponnesiacum principatum ita tenuerunt, ut ex ipsorum studio solum muneris sui cum dignitate adimplendi intelligeretur, quique inferiores erant, æqualitatis tamen similitudinem reliquam haberent. Itaque clades Xerxis, atque initium belli Peloponnesiaci duæ sunt Epochæ, quæ XLV. annos complectuntur, quibus Athenienses imperium obtinuere in Græcos sponte sua subditos. Etenim post bellum Peloponnesiacum, Athenis iniquo animo paruerunt: et ipse Thucydides, quamvis Atheniensis, confitetur omnes hujus belli cursu in Lacedæmonios inclinatione animorum propendisse. Additis igitur XXVII. annis belli Pelonesiaci, XLV. etiam inter cladem Xerxis et hoc bellum elapsis; duraverit Atheniensium imperium LXXII. annos integros, sive LXXIII. inchoatos. Demosthenes, juxta posteriorem hunc calculum, in tertia Philippica dicit Athenas Græciæ imperasse LXXIII. Eadem ratione Isocrates, cum hoc imperium tantum annos LXV. durasse dixisset, ejus durationem alio in loco ad plus quam LXX. extendit. Facile hæc discrepantia componitur, distinguendo tempore quo Græci volentes, quoque inviti Atheniensibus paruerint. *Tourrell.* MOUNT.

Πέντε καὶ τετταράκ.] H. Wolf. de suo dedit ἑξήκοντα contra libros. Sed vulgatæ ipse favet nexus. Noster ætatem Aristidis et Periclis animo tenens, hujus fines descripsit ab Ol. 75, 4. (477. a. Chr.) usque ad Ol. 86, 4. (432.) i. e. tempus ab initio belli Persici secundi usque ad init. belli Pelop. Vulgat. lectio defenditur Dionys. et de Rep. Ord. §. ί. Si Dem. Phil. III. §. 3. numerat 73 annos (coll. Isocr. Paneg. c. 30. ibique Spohn.) addidit 27 vel 28 annos belli Pelop. i. e. ad a. 405. cfr. Weiske de causis hyperboles in Philippi hist. illatæ p. 16. RÜDIG.

Μύρια τάλαντα] Id est, circiter vicies centum mille libras nostra moneta. Ingentem sane pecuniæ summam, quamque ut congererent, maxima frugalitate præditos fuisse oportuit Atheniensium majores. MOUNT. V. Thucyd. l. II. c. 13.

Συνήγαγον] Bav. Aug. 1. Harl. α. et β. ἀνήγαγον, quod Reisk. Auger. (apud quem in optim. libris est) et Bekker. recc., sed vulg. in Dionys. et Rep. Ord. §. ί. Jam quum de pecunia, quæ in arce reponebatur, ἀνάγειν, ἀναφέρειν solennes essent formulæ (Hemsterh. ad Aristoph. Plut. 1196.), inde hæc lectio orta videtur, cui vulgatam prætulimus. RÜDIG.

Ταύτην τὴν χώραν] *Hanc regionem*, i. e. hic, Macedoniam. Pro ταύτην velim legi τὴν ἐκεῖ. AUGER.

Ὁ ταύτην τὴν χώραν ἔχων] Rex Macedoniæ Perdiccas, Schol. monente, intelligendus, patruelis Amyntæ, patris Philippi, quem Thuc. V. 83. narrat ab Atheniensibus usu maris in Macedonia Ol. 90, 4. interclusum fuisse. Vid. Weisk. qui p. 21. acute de hac re disputat. Pro ταύτην fortass. leg. ταὐτὴν, *eandem* terram, quam nunc Phil. tenet. RÜDIG.

Ὥσπέρ ἐστι προσῆκον] Iphigenia in Euripide, [in Aul. v. 1410.]

Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς, ἀλλ' οὐ
 Βαρβάρους,
Μῆτερ, Ἑλλήνων. τὸ μὲν γὰρ δοῦλον, οἱ δ'
 ἐλεύθεροι. MOUNT.

Πολλὰ δὲ καὶ καλὰ] Herm. ad Vig. 838. Tourrell. hæc tropæa ad Marathonem, Salamina et Platæas refert. RÜDIG.

Πεζῇ] Scil. μαχόμενοι. WOLF.

Δόξαν κρείττω τῶν φθονούντων] Τοῦ φθόνου, ἣν οἱ φθονεροὶ οὐκ ἐλυμήναντο. IDEM.

κατὰ τὴν πόλιν αὐτὴν θεάσασθε ὁποῖοι, ἔν τε τοῖς κοινοῖς καὶ [1] ἐν τοῖς ἰδίοις. δημοσίᾳ μὲν τοίνυν οἰκοδομήματα καὶ κάλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἱερῶν καὶ τῶν ἐν τούτοις ἀναθημάτων, ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων ὑπερβολὴν λελεῖφθαι· ἰδίᾳ δ' οὕτω σώφρονες ἦσαν καὶ σφόδρα ἐν τῷ τῆς πολιτείας ἤθει μένοντες, ὥστε τὴν Ἀριστείδου καὶ τὴν Μιλτιάδου καὶ τῶν τότε λαμπρῶν οἰκίαν εἴ τις ἄρα οἶδεν ὑμῶν ὁποία ποτ' ἐστίν, ὁρᾷ τῆς τοῦ γείτονος οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν· οὐ γὰρ εἰς περιουσίαν αὐτοῖς

[1] Deest ἐν.

Δημοσίᾳ μὲν τοίνυν, οἰκοδομήματα—— κατεσκεύασαν] Ad hæc sic ait Scholiastes: οὐ περὶ τῶν οἰκοδομημάτων λέγει, ἀλλὰ τῶν ἀναθημάτων, καὶ γὰρ τούτων εἰσὶν ἴσως ὑπερβολαί. Non video, quare Ulpianus non admittat hæc verba oratoris debere intelligi de ædificiis, sed tantum de donariis. Nam et magnifice ædificaverat Pericles Propylæa et Odeum, usus opera Mnesicli architecti, de quibus Plutarchus in Pericle, et de Propylæis quidem gloriabantur Athenienses: testis Æschines in oratione περὶ Παραπρεσβείας [§. κδ'. med.] ἀνιστάμενοι δὲ οἱ συντεταγμένοι ῥήτορες, περὶ μὲν τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως οὐδὲν ἐνεχείρουν λέγειν, ἀποβλέπειν δὲ εἰς τὰ προπύλαια τῆς πόλεως ἐκέλευον ἡμᾶς, καὶ τῆς ἐν Σαλαμῖνι πρὸς τὸν Πέρσην ναυμαχίας μεμνῆσθαι καὶ τῶν τάφων καὶ τῶν προγόνων, &c. Et ob ejus ædificii magnificentiam in invidiam adducebantur a vicinis, testis idem Æschines in eadem oratione, [§. λβ'. fin.], Ἐπαμινώνδας στρατηγὸς οὐχ ὑποπτήξας τὸ μὲν τῶν Ἀθηναίων ἀξίωμα, εἶπε διαῤῥήδην ἐν τῷ πλήθει τῶν Θηβαίων, ὡς δεῖ τὰ τῆς Ἀθηναίων ἀκροπόλεως προπύλαια μετενεγκεῖν εἰς τὴν προστασίαν τῆς Καδμείας. Ex his patet, quantum hallucinatus sit Scholiastes, locum Demosthenis non debere intelligi de ædificiis; sed tantum de donariis, περὶ ἀναθημάτων, tanquam si Minervam Phidiæ tantum et alia donaria sola digna admiratione fuisse censuisset. Nam et ipse Demosthenes infra contra Androtionem ædificia magnifica recenset, sic: προπύλαια, ὁ Παρθενὼν, στόαι, νεώσοικοι. PALMER.

Κάλλη — ἱερῶν — καὶ ἀναθημάτων] Ornamenta templorum et donariorum; templa constat illo tempore pulcherrima fuisse exstructa. Vid. Beckii, Vir. Ill., Grundriss d. Archæol. d. Kunst. I. p. 72. s. ἀναθήματα (κοσμήματα, ἀγάλματα) dicuntur dona, quæ suspendi possunt, qualia sunt tripodes, aureæ phialæ et similia. Salmas. ad Solin. p. 767. Paus. Att. c. 27. Nam Xerxis sella, Mardonii acinaces erant suspensa. RÜDIG.

Ἀναθημάτων] Ἀνάθημα Græcis non dicitur de omni re, quæ diis consecrabatur, sed de illo tantum genere donorum quæ suspendi poterant, aut in excelso et conspicuo loco statui, ut essent templis ornamento, qualia sunt phialæ aureæ et argenteæ, tripodes, acerræ, corollæ, et similia. Vide Salmas. Plin. Exercitat. in Solin. Polyhist. qui plura ibi disputat de voce ἀνάθημα, eamque nusquam apud Græcos in malam partem accipi, pro ἀνάθεμα, contendit. MOUNT.

Ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων] Isocrates Areopagitico: ὥστε ἔτι καὶ νῦν τοὺς ἀφικνουμένους νομίζειν, αὐτὴν ἀξίαν εἶναι μὴ μόνον τῶν Ἑλλήνων ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. WOLF.

Ἐν τῷ τῆς πολιτείας ἤθει] Ἤγουν τῷ δημοκρατικῷ, ἐν ᾧ αἱ ἰσότητες εὐδοκιμοῦσιν. IDEM.

Ἐν τῷ τῆς πολιτείας ἤθει μένοντες ὥστε τὴν Ἀριστείδου, καὶ τὴν Μιλτιάδου, &c.] Nemini unquam animus ab re omissior fuit, quam Aristidi et Miltiadi. Aristidis tota hæreditas ad eum efferendum non suffecit, neque ille duabus suis filiis quidquam præter gratorum civium misericordiam reliquit. Qui Miltiadi invidebant paulo post pugnam Marathoniam effecere, ut is quinquaginta talentis mulctaretur. Quam pecuniam, quod solvere non poterat vir qui non alias divitias quam gloriam sibi cumulare noverat, in vincula publica conjectus est, ibique, cum summo patriæ suæ dedecore, diem obiit supremum. [Vide Cor. Nep.] *Tourrell.* MOUNT.

Οὐ γὰρ εἰς περιουσίαν] Οὐκ ἐπολιτεύοντο διὰ χρηματισμὸν τὴν πολιτείαν· οὐκ ἐργασίαν, ἀλλὰ λειτουργίαν εἶναι ἐνόμιζον. WOLF. Ad rem familiarem amplificandam, cfr. §. ί. RÜDIG.

ἐπράττετο τὰ τῆς πόλεως, ἀλλὰ τὸ κοινὸν αὔξειν ἕκαστος
ᾤετο δεῖν. ἐκ δὲ τοῦ τὰ μὲν Ἑλληνικὰ πιστῶς, τὰ δὲ πρὸς
τοὺς θεοὺς εὐσεβῶς, τὰ δ' ἐν αὑτοῖς ἴσως διοικεῖν μεγάλην
εἰκότως ἐκτήσαντο εὐδαιμονίαν. τότε μὲν δὴ τοῦτον τὸν
τρόπον εἶχε τὰ πράγματα ἐκείνοις, χρωμένοις οἷς εἶπον
προστάταις· νυνὶ δὲ πῶς ὑμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν [1] τούτων
τὰ πράγματα ἔχει; ἆρά γε ὁμοίως [2] ἢ παραπλησίως; 36
καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πόλλ' ἂν ἔχων εἰπεῖν· ἀλλ' ὅσης
ἅπαντες ὁρᾶτε ἐρημίας ἐπειλημμένοι, καὶ Λακεδαιμονίων
μὲν ἀπολωλότων, Θηβαίων δ' ἀσχόλων ὄντων, τῶν δ' ἄλ-
λων οὐδενὸς ὄντος ἀξιόχρεω περὶ τῶν πρωτείων [3] ἡμῖν ἀντι-
τάξασθαι, ἐξὸν [4] δ' ἡμῖν καὶ τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν ἀσφαλῶς

[1] † τούτων] τῶν νῦν [2] † ἢ] καὶ [3] ὑμῖν [4] † [δ']

Τὸ κοινὸν αὔξειν] Horatius Od. II. xv.

Privatus illis Census erat brevis,
Commune *magnum*—— Mount.

Ἴσως διοικεῖν, μεγάλην εἰκότως ἐκτήσαντο εὐδαιμονίαν] Eurip. Phœniss. Act. 2. Sc. 1. [v. 346.]

κάλλιον——
Ἰσότητα τιμᾷν· ἣ φίλους ἀεὶ φίλοις,
Πόλεις τε πόλεσι, ξυμμάχους τε ξυμμάχοις
Συνδεῖ. τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ.
Τῷ πλέονι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίσταται
Τοὔλασσον—— Idem.

Ἐκείνοις] Τοῖς προγόνοις ἡμῶν. Wolf.

Χρωμένοις] Ἕως ἐχρῶντο ἢ διὰ τὸ χρῆσθαι. Wolf. Dum illi remp. administrabant, bene habebant: dativ. ut Olynth. II. (I.) §. ϛ'. ἡμῖν καλῶς πεπρᾶχθαι. Rüdig.

Οἷς εἶπον προστάταις] Τούτοις οὓς εἶπον προστάταις. Sic Cicero, 'ut equis facilioribus possint uti.' Sed in Græco duo substantiva sunt: in Latino alterum adjectivum. Wolf.

Ὑπὸ τῶν χρηστῶν] De Eubuli hoc cognomento nihil mihi constat, sed de Phocione sic scribit Plutarchus: ὥστε θαυμάζειν, ὅπως καὶ ὁπόθεν τραχὺς οὕτως ἀνὴρ καὶ σκυθρωπὸς ἐκτήσατο τὴν τοῦ χρηστοῦ προσηγορίαν. Wolf. Χρηστοὶ vocantur oratores, qui in gratiam aliorum dicunt: eodem modo de Cor. §. κζ'. ἣν (εἰρήνην) κατὰ τῆς πατρίδος τηροῦσιν οἱ χρηστοί. Rüdig.

Καὶ παραπλησίως] Sæpissime in MStis permutantur καὶ et ἢ, quod et hic factum esse, nemini, opinor, dubium erit. In Pith. ἢ legitur. Sic noster in Orat. de fal. leg. §. πϛ'. ἆρά γε ὅμοια, ἢ παραπλήσια τούτοις; Mount.

Ἀλλ' ὅσης] Ἀλλ' ἐπειλημμένοι τοσαύτης ἐρημίας, scilicet τῆς Ἑλλάδος, ὅσην ὁρᾶτε ἅπαντες. ἐπιλαμβάνεσθαι ἐρημίας, idem quod τυχεῖν, παραπεπτωκυίας ἡμῖν τοσαύτης ἐρημίας. *Cum in tantam Græciæ solitudinem inciderimus: cum soli simus inter Græcos, principatu digni videamur.* τὸ ἐπειλημμένοι, ἀντὶ τοῦ, ἐπειληφότες, κατ' ἐναλλαγὴν Ἀττικήν. Sed si quis passive malit intelligere, *a quanta solitudine simus circumventi*, is cogitet, legendum sibi fore, ἀλλ' ὑφ' ὅσης ἅπαντες, etc. Nam ἡ ἔλλειψις durissima fuerit. Sic dicunt ἐπιλαμβάνεσθαι προφάσεως, *arripere occasionem*: τῶν τριχῶν, *invadere in capillos*: τῆς ἀτελείας ἐπειλημμένοι, *consecuti immunitatem*: ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ λόγου, *reprehendere orationem*. Wolf. *Sed quantam omnes videtis solitudinem nacti* vel *consecuti*. *Solitudinem* i. e. absentiam æmulorum. Auger. Ita strue: τόσης, ὅσην ὁρᾶτε, ἐπειλ. — ἀπεστερήμεθα: ἐρημία est absentia eorum, qui, quo minus quid facias, te impediunt: ἐπιλαμβάνεσθαι, aliquam rem *nancisci*, velut qui prædam aufert, hinc ἀτέλειαν, immunitatem, Lept. §. ή. Similiter Olynth. I. (III.) §. ϛ'. ἔστι δέος — μὴ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν τρέψηται. Nostrum locum vid. in Bekk. Anecd. I. p. 136. Rüdig.

Καὶ Λακεδαιμονίων μὲν] Ob cladem Leuctricam, quam et Cicero scribit, Lacedæmoniis fuisse pestiferam: qua, cum Cleombrotus, invidiam timens, temere cum Epaminonda conflixisset, Lacedæmoniorum opes corruerint. Vide Diodorum 15. [c. 55.] et Isocratem in Philippica et Archidamo. Wolf. Et Dem. de Pace, §. έ.

Θηβαίων δὲ ἀσχόλων ὄντων] Διὰ τὸν Φωκικὸν πόλεμον. Vide Philippicam Isocratis. Wolf.

Τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς] Οὔτε Ἀργείων, οὔτε Ἀρκάδων, οὔτε Θετταλῶν, οὔτε Κορινθίων, οὔτε Μεγαρέων, ὧν οὐδεὶς λόγος. Idem.

Ἐξὸν ἡμῖν] Ἐξουσίαν καὶ καιρὸν ἐχόντων

ἔχειν καὶ τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βραβεύειν, ἀπεστερήμεθα
μὲν χώρας οἰκείας, πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τά-
λαντα [1] ἀναλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον, οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ
συμμάχους ἐκτησάμεθα, εἰρήνης οὔσης ἀπολωλέκασιν οὗτοι,
ἐχθρὸν δ' ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς τηλικοῦτον ἠσκήκαμεν. ἢ φρα-
σάτω τις ἐμοὶ παρελθών, πόθεν ἄλλοθεν ἰσχυρὸς γέγονεν
ἢ παρ' ἡμῶν αὐτῶν Φίλιππος; ἀλλ' ὦ τᾶν, εἰ ταῦτα
φαύλως, τά γ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει νῦν ἄμεινον ἔχει. καὶ τί

[1] † ἀνηλώκαμεν

ἡμῶν. Idem.

Τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βραβεύειν] Τὴν τῆς Ἑλλάδος ἡγεμονίαν ἀναλαβεῖν. Idem. Quod cuique conveniat, discerptare. Rüdig.

Τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βραβεύειν] Id quod Orat. de Rep. Ord. et alibi dicit τὰ δίκαια ὁρίζειν τοῖς ἄλλοις, et de quo passim magnifice gloriatur. Mount.

Ἀπεστερήμεθα μὲν χώρας οἰκείας] Amphipolin puto intelligendam. ἀνηλώκαμεν. Ulpianus I. Olyn. bellum Amphipolitanum mille ducentis talentis constitisse Atheniensibus dicit: ubi fortasse legendum χίλια καὶ πεντακόσια, ut habet Demosthenes, cui res patriæ notiores fuerunt. Wolf.

Πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα] Eam pecuniæ summam, recuperandæ Amphipoli destinatam, Chares dissipaverat. *Tourrell.* Mount. Jacobs. laudat. Æsch. d. f. leg. §. κδ'. χίλια δὲ καὶ πεντακόσια τάλαντα οὐκ εἰς στρατιώτας, ἀλλ' εἰς ἡγεμόνων ἀλαζονείας ἀνηλωκέναι, nam Chares aliique imperatores (Olynth. II. (I.) §. θ'.) hanc pecuniæ summam dissipaverant. Pro ἀνηλώκαμεν Bekker. dedit ἀναλώκαμεν, quod in Bav. superscriptum; hanc formam quamvis ament Attici (Thom. M. p. 55.), tamen non ubique ea legitur, ut in loco Æsch., cfr. Duk. ad Thuc. VI. 31. Rüdig.

Εἰς οὐδὲν δέον] Ἤτοι μάτην, ἢ, μηδὲν ἡμῖν αὐτοῖς εἰς τοὔμπροσθεν πράξαντες οὐ κρατήσαντες τῆς ἐπιβολῆς· οὐκ ἐν δέοντι, καὶ χωρὶς ἀνάγκης: *cum necesse non esset*. Potuissent enim ea urbe, deditione sponte facta, potiri, ut in 1. Olynth. dixit. Wolf.

Οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ] Utrum bello Xerxeo, an Laconico? Idem.

Οὓς δ' ἐν, &c. εἰρήνης οὔσης ἀπολ. οὗτοι] Ulpianus et Wolfius hoc intelligendum volunt de pace qua Athenienses censuerunt libertatem Chiis, Rhodiis, Byzantinis, aliisque defectoribus esse relinquendam. Si sic res habeat, ita hæc vertenda sunt, *quæ bello acquisivimus per pacem amisimus.* Magis autem naturale mihi videtur referre hæc ad eventus recentiores, veluti expugnationem Pydnæ, Potidææ, aliarumque Thraciæ urbium, quæ sociæ erant Atheniensibus, quasque Philippus non nisi post confectam cum Athenis pacem, secundo ejus regni anno, ceperat. *Tourrell.* Mount.

Τῷ πολέμῳ] Vario modo hoc explicant bellum: videtur Dem. ipsum Amphipolitanum (de quo cfr. Weisk. p. 38.) in mente habere, in quo plures Thraciæ urbes in societatem venerant Atheniensium. Promisit Phil., se Amphipolin redditurum (εἰρήνης οὔσης, vid. Phil. I. §. θ'. et III. §. δ'.), sed tamen has urbes cepit (Pydnam, Potidæam aliasque): hinc tantus factus est hostis. Rüdig.

Ἀπολωλέκασιν οὗτοι] Ἐποίησαν ἀποστῆναι ἡμῶν διὰ τὴν τοῦ Χάρητος πολυπραγμοσύνην καὶ ὕβριν. Vide argumentum orationis Isocraticæ de pace, et 16. Diodori. Wolf.

Ἐχθρὸν δ' ἐφ' ἡμᾶς] Idem et in 1. Olynth. et in 2. dixit. Idem.

Ἠσκήκαμεν] Idem in Dionys. et Hermog., sed Auger. ex paucis libris sine idonea causa ἠσκήσαμεν. Sensus: nostra socordia effecimus, ut talis evaderet. Vulg. confirm. Schol., hinc non est, quod cum Valcken. Or. de Phil. p. 267. ηὐξήκαμεν scribatur, quod Jacobs. probavit. Cfr. Æsch. d. f. leg. §. μά. Rüdig.

Ἀλλ' ὦ τᾶν] Hactenus τὰ Ἑλληνικά· in quibus recensendis et παραλείψει usus est, et Græciæ principatum amissum, provinciam amissam, pecuniam inutiliter insumptam conquestus, ad extremum Philippi incrementa non prohibita, sed aucta, magistratibus objicit. Nunc ad τὰ πολιτικὰ transit, iisque extenuatis et contemptis, invidiam conflat tribunis plebis, qui populi ignavia ad suas opes augendas abutantur: eaque occasione ad rem gerendam eum excitat, et ad pristinam libertatem et dignitatem recuperandam. Wolf.

Ἀλλ' ὦ τᾶν] Sunt hæc adversarii verba: cfr. Schol. ad Aristoph. Plut. 66.: οὐ πρὸς ἕνα μόνον τὸ ὦ τᾶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς δύο. Rüdig.

Τάγ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει] Isocrates περ εἰρήνης· ἀλλὰ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἄν τις ἰδὼν

ἂν εἰπεῖν τις ἔχοι; τὰς ἐπάλξεις ἃς κονιῶμεν, καὶ τὰς ὁδοὺς ἃς ἐπισκευάζομεν, καὶ κρήνας καὶ λήρους; ἀποβλέψατε δὴ πρὸς τοὺς τὰ τοιαῦτα πολιτευομένους, ὧν οἱ μὲν ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν, οἱ δ' ἐξ ἀδόξων ἔντιμοι, ἔνιοι δὲ τὰς ἰδίας οἰκίας τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας εἰσὶ κατεσκευασμένοι· ὅσῳ δὲ τὰ τῆς πόλεως ἐλάττω γέγονε, τοσούτῳ τὰ τούτων ηὔξηται. τί δὴ τὸ
51 πάντων αἴτιον τούτων, καὶ τί δή ποτε ἅπαντ' εἶχε καλῶς τότε καὶ νῦν οὐκ ὀρθῶς; ὅτι τὸ μὲν πρῶτον καὶ στρατεύεσθαι τολμῶν αὐτὸς ὁ δῆμος δεσπότης τῶν πολιτευομένων ἦν καὶ κύριος αὐτὸς ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἀγαπητὸν ἦν παρὰ τοῦ δήμου τῶν ἄλλων ἑκάστῳ καὶ τιμῆς
καὶ ἀρχῆς καὶ ἀγαθοῦ τινὸς μεταλαβεῖν· νῦν δὲ τοὐναντίον 37
κύριοι μὲν οἱ πολιτευόμενοι [1] τῶν ἀγαθῶν, καὶ διὰ τούτων

[1] τῶν ἀγαθῶν οἱ πολιτευόμενοι

καλῶς διοικούμενα, καὶ περὶ τῶν ἄλλων θαῤῥήσειεν; Wolf.

Καὶ τί ἂν εἰπεῖν τις ἔχοι; τὰς ἐπάλξεις, ἃς κονιῶμεν, καὶ τὰς ὁδοὺς, ἃς ἐπισκευάζομεν, καὶ κρήνας καὶ λήρους] Acerba in fine irrisio, non quidem ex similitudine soni, sed ex notione vocabuli, quod ad finem rejectum et commode pronuntiatum pretium rerum ante nominatarum vere taxat. Bene Jacobs *Gossen und Possen* [*fountains and fooleries*]. Similis locus est apud Platonem Gorg. p. 490. C. περὶ σιτία σὺ λέγεις καὶ ποτὰ καὶ ἰατροὺς καὶ φλυαρίας. Brem.

Κονιῶμεν] Wolfius legit καινῶμεν, quod certe falsum est, vertit autem *reficimus*; qui sensus ut obtineat, scriptum oportuit καινῶμεν. Multo melius est, ut opinor, κονιῶμεν, *dealbamus*, propiusque tangit futilem ac inanem Eubuli aliorumque τῶν χρηστῶν rerum administrationem. Mount.

Καὶ λήρους] Mirum cuipiam videatur, cum puteis jungi *nugas*: male Schol. expl. per εὐτελῆ τινὰ, ἀπὸ τοῦ λήρου, τοῦ φλυάρου καὶ περιττοῦ. Lucches., *ineptias ornamentis auctas et decoratas*. Jenisch (Æsthet. crit. Par. d. Dem. u. Cic. p. 104.) *Bauten-Spielereyen* [*baby-houses*]. Eadem vox legitur π. Συντάξ. §. ί. In Progr. p. VI. proposui, probante Hermanno, pro λήρους legendum ληνοὺς, (Hesych. πύελοι) i. e. alvei, in quos liquor aliquis infunditur. Hom. h. in Merc. 104. Philostr. Apoll. Tyan. VI. 27. Hæc ipsa vox l. s. l. in explicatione Scholiastæ ex uno cod. tanquam varietas est enotata. Quod Dionys. habet κλήρους ex καὶ et λήρους ortum est. Penes alios sit judicium, quid verum. Lectio vulg. mihi nunc non improbabilis videtur. Rüdig.

Ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν] Pith. ταχὺ πλούσιοι habet, quod certe recipiendum est. In voce ταχὺ tota vis sententiæ ponitur: nemo enim alicui vitio vertat, quod dives factus sit: siquis autem ad magnas divitias derepente pervenerit, in eum demum jure cadet suspicio fortunæ malis artibus amplificatæ: juxta illud Menandri: οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν. Noster Philipp. Δ. §. ις΄. Καὶ γάρ τοι τούτων μὲν ἐκ πτωχῶν ἔνιοι ταχὺ πλούσιοι γεγόνασι, &c. Et sic Cicero ad verbum, Philipp. 8. p. 521. Ed. Græv. 'ex mendicis Repente divites, &c.' De istiusmodi hominibus vide Aristoph. in Plut. et alibi passim. Mount. Sed hic *celeritatis* notio non præcipue spectatur. Rüdig.

Εἰσὶ κατεσκευασμένοι] Κατεσκευάκασι. Wolf.

Δεσπότης τῶν πολιτ. καὶ κύριος] Olim gubernabat populus magistratum, penes illum erat, alios muneribus instar beneficiorum (ἀγαθῶν) ornare. Cfr. in Aristocr. §. νδ΄. τότε μὲν γὰρ ἦν ὁ δῆμος δεσπότης τῶν πολιτευομένων, νῦν δ' ὑπηρέτης. Rüdig.

Τῶν ἄλλων ἑκάστῳ] Omnibus aliis exoptatum fuit (ἀγαπητὸν, ut si magnam et insperatam prosperitatem adeptus sis), a vobis accipere honores: τιμὴ et ἀρχὴ sæpe junguntur. Xen. Cyr. I. 2, 15. οὐδεὶς ἀπελήλαται τιμῶν καὶ ἀρχῶν. Idem.

ἅπαντα πράττεται, ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα καὶ συμμάχους ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε, ἀγαπῶντες ἐὰν [1] μεταδῶσι θεωρικῶν ὑμῖν ἢ βοΐδια πέμψωσιν οὗτοι, καὶ τὸ πάντων ἀνανδρότατον, τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε. οἱ δ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει καθείρξαντες ὑμᾶς ἐπάγουσιν ἐπὶ ταῦτα καὶ [2] τιθασεύουσι χειροήθεις αὑτοῖς ποιοῦντες. ἔστι δ' οὐδέποτ', οἶμαι, μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας· ὁποῖ' ἄττα γὰρ ἂν τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ᾖ, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν. ταῦτα μὰ τὴν Δήμητρα οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἰ μείζων εἰπόντι ἐμοὶ γένοιτο παρ' ὑμῶν βλάβη

[1] † μεταδιδῶσι

[2] τιθασσεύουσι

Συμμάχους] F. σύμμαχοι. Taylor.

Ἀγαπῶντες] *Acquiescentes*, ita dicuntur ii, qui rem aliquam detestabilem nacti lætantur, quod hac neque deteriore utantur conditione. Rüdig.

Βοΐδια] Pith. et Ben. γ. βοηδρόμια: quod hic legi etiam Scholiastes docet. Inepte, si quid usquam. Etenim quem hic sensum elicies ex voce βοηδρόμια? Et quomodo dixeris βοηδρόμια πέμψωσιν? In Orat. de Rep. Ord. ubi tota hæc comparatio iterum occurrit, legitur ἀγαπᾶτε ἄν τι αὐτοὶ μεταδιδῶσι, λαμβάνοντες. Vide, si vacet, quas nugas agat Mausacus ad Harpocrationem, v. Βοηδρόμια. Mount. Buculæ, quæ ad solennes dapes celebrandas mitti solebant. Rüdig. Cfr. Corsin. Fast. Attic. p. I. d. XIII. §. XXV.

Οὗτοι] Οἱ δημαγωγοὶ καὶ στρατηγοί. Wolf.

Προσοφείλετε] Ὀφείλετε πρὸς τῷ εἶναι ὑμέτερα, καίτοι ὄντων ὑμετέρων ἃ ἂν δῶσι. Idem.

Χάριν προσοφείλετε] Hic πρὸς est *ultro* (sive *insuper*) sicut dixit Livius lib. iv. 'Interim Galli, postquam accepere, ultro honorem habitum violatoribus juris humani.' Id est, præterquam quod pœnas non dederunt, insuper honorem habitum. Mount.

Οἱ δ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει] Αὐτοὶ δὲ οἱ δημαγωγοί. Wolf.

Καθείρξαντες] Ὥσπερ εἰς εἱρκτὴν ἐμβαλόντες. Idem. Metaphora est translata a brutis, quæ quis cicurat et mansuefacta eo perducit, ut facile, quod velit, faciant. Rüdig.

Ἔστι δ' οὐδέποτ', οἶμαι] Operæ erit hac de re et Criticorum principem Longinum audire disputantem, π. ὕψους, §. 44, ubi, sub aliena persona suam declarans sententiam, *cæteras quidem artes in servile ingenium cadere posse* confirmat; *eloquentiam nunquam*. Stock.

Μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν] Verissima sententia. Minutæ et scrupulosæ actiones quasi comminuunt et discerpunt animos, et humi abjiciunt. Magnæ autem res eosdem erigunt et dilatant. Sic Cic. de Officiis: 'Quæ cura,' defendendi et juvandi plures, 'exsuscitat etiam animos, et majores ad rem gerendam facit.' Idem eodem libro negat, magnitudinem animi declarari posse nisi in republica, τῇ γὰρ ὕλῃ τῇ ὑποκειμένῃ συνεκτείνεται ἡ ψυχὴ, ἕξιν τινὰ δυσμετακίνητον, καὶ ἰσομεγέθη τοῖς πράγμασιν ἐγχαραττομένη. Wolf. Longin. Sect. 9. περὶ Ὕψους, hanc propositionem conversam habet: οὐδὲ γὰρ οἷόν τε μικρὰ καὶ δουλοπρεπῆ φρονοῦντας καὶ ἐπιτηδεύοντας παρ' ὅλον τὸν βίον θαυμαστόν τι καὶ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐξενεγκεῖν ἄξιον. Mount.

Μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας] In misera et humili conditione esse, cfr. §. έ. fin. Rüdig.

Ὁποῖ' ἄττα — ᾖ] Qualia sunt instituta et studia hominum. Hesych. ἐπιτήδ. expl. ἔργον, ποίημα; est ἄττα i. q. τινὰ et ἅττα i. q. ἅτινα. Etym. M. p. 167, 35. 42. Cfr. Olynth. I. (III.) fin. Rüdig.

Ταῦτα μὰ τὴν Δήμητρα] Ordo est, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι μὰ τὴν Δήμητρα, εἰ ταῦτα γένοιτο παρ' ὑμῶν ἐμοὶ τῷ εἰπόντι βλάβη μείζων, τῶν πεποιηκότων, τουτέστιν, ἢ τοῖς πεποιηκόσι γενέσθαι ταῦτα, τουτέστιν, ἵνα γένωνται. Si quis argutiis delectatur, nihil obstat, quo minus vertat: *Hæc verba major noxa mihi esse poterunt, quam quanta noxa ii sunt, qui harum rerum auctores fuerunt*, cum sint homines pestilentissimi, καὶ λυμεῶντες τῆς πολιτείας, ἀλάστορες, ἄτη. Wolf.

Εἰ μείζων — γενέσθαι] Dionys. hunc locum ita exhibuit: βλάβη ἢ τῶν πεποιηκό-

τῶν πεποιηκότων αὐτὰ γενέσθαι· οὐδὲ γὰρ παῤῥησία περὶ πάντων ἀεὶ παρ' ὑμῖν ἐστίν, ἀλλ' ἔγωγε ὅτι καὶ νῦν γέγονε θαυμάζω.

ί. Ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν γ' ἔτι ἀπαλλαγέντες τούτων τῶν ἐθῶν ἐθελήσητε στρατεύεσθαί τε καὶ πράττειν ἀξίως ὑμῶν αὐτῶν, καὶ ταῖς περιουσίαις ταῖς οἴκοι ταύταις ἀφορμαῖς ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν ἀγαθῶν χρήσησθε, ἴσως ἄν, ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέλειόν τι καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγαθόν, καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε. καὶ γὰρ οὔτ' ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ, καὶ ταῦτα,

των αὐτὰ ἑκάστῳ; quam scripturam Reisk. in annott. probat, sed γενέσθαι, quod in textu est, addi vult. Hanc rationem Auger. secutus dedit: ἢ ἑκάστῳ τῶν πεποιηκότων αὐτὰ γενέσθαι, monens, se ἢ assumsisse ex K. et U. At nihil mutandum, modo, quæ sit verborum structura, intelligatur: etenim τῶν πεποιηκότων (cujus genitivi causa Dionys. ἑκάστῳ addidisse videtur) pendet a genit. τῆς βλάβης, qui post μείζων βλάβη est subintelligendus: *majus mihi erit damnum damno eorum, qui fecerunt*. Cfr. de Class. §. δ'. οὔπω μείζων οὗτος ἔσθ' ὁ φόβος τῶν πρὸς ὑμᾶς—διαφορῶν. Pind. Olymp. I. 11. μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον αὐδάσομεν, i. e. τοῦ ἀγῶνος Ὀλυμπίας. Eurip. Troad. 372. [357.] Ἑλένης γαμεῖ με δυστυχέστερον γάμον.—θαυμάζω, hortatur cives, ut libertatem dicendi concedant. Rüdig.

Οὐδὲ γὰρ παῤῥησία] Isocrates περὶ εἰρήνης· δημοκρατίας οὔσης οὐκ ἔστι παῤῥησία, πλὴν, &c. Wolf.

Ὅτι καὶ νῦν γέγονε] Scilicet παῤῥησία μοί. Possit etiam legi: θαυμάζω ὅτι γέγονεν, τουτέστι, τοῦθ' ὃ γέγονεν, ἐξουσία δήπου τοῦ παῤῥησιάσασθαι. Sed illud melius. Hac comprobatione attentionis, et quasi assentatiuncula reconciliat auditorem. Idem.

Ἐὰν οὖν] Accedit ad perorationem. Sunt enim præcipuæ duæ partes hujus orationis: una, quæ breviter absolvitur, Olynthios esse defendendos, quamvis sit principalis: altera, theatralem pecuniam, faciendam esse militarem, hoc est, convertendam esse in stipendia civium pro republica militantium. Idem.

Ἀλλὰ νῦν γ' ἔτι] Hæc verba conjungenda sunt, *nunc saltem*, q. d. *quamvis sero*. Erigit populum in spem rerum meliorum, modo obtemperet. Idem. Subintellige ἐπειδὴ οὐ πρότερον: sicut in Orat. de Cor. ἐπειδὴ δὲ οὐ τότε, ἀλλὰ νῦν δεῖξον. Mount.

Τούτων τῶν ἐθῶν] Τοῦ διανέμεσθαι τὰ δημόσια χρήματα, καὶ μὴ στρατεύεσθαι. Wolf. Ut domi sedentes pecuniam militarem vestris donetis voluptatibus. Rüdig.

Καὶ πράττειν ἀξίως ὑμῶν αὐτῶν] Ἀξίως τῆς ἡγεμονίας τῆς Ἑλλάδος. δεῖ δὲ

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Potest non solum ad officium, sed etiam ad eventum referri: *si volueritis pro dignitate vestra agi vobiscum*. Wolf.

Ταῖς οἴκοι (οὔσαις) ταύταις] Ταῖς οἰκείαις, ταῖς δημοσίαις προσόδοις. Idem. Sc. ταῖς θεωρικαῖς, vocat has pecunias περιουσίας, ut cives iis non opus habere videantur. Rüdig.

Ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν ἀγαθῶν] Ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ τὰ ἔξω τῆς Ἀττικῆς ὄντα, καὶ διὰ στρατειῶν περιγενησόμενα. Wolf.

Τὰ ἔξω τῶν ἀγαθῶν] i. e. Ἐπὶ τὰ τῶν ἀγαθῶν τὰ ἔξω. Per μέγα ἀγαθὸν intelligere videtur potestatem sui juris. Rüdig.

Λημμάτων ἀπαλλαγείητε] Quæ sint λήμματα, vid. ad Olynth. II. (I.) §. θ'., h. l. ad pecuniam theatral. referenda; altera vox liberationem a vinculo, quo quis detinebatur, innuit. Rüdig.

Ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι—ἐᾷ] Locus hic Demosthenis apprime celebris factus est citationibus crebris atque imitationibus. Auctores et Profani et Ecclesiastici eum ad invidiam usque laudarunt. Athenæus lib. vi. c. 20. [locus est p. 270.] 'Istiusmodi,' inquit, 'alimenta sumamus, quæ, juxta Oratorem Pæaniensem, robur haud indant, sed tantum mori non sinant.' S. Hieronymus in cap. iv. Ezechielis ver. 4. ad hæc verba, 'Cibus autem tuus quo vesceris, erit in pondere viginti stateres in die,' observat istiusmodi alimentum vitam producere potius quam sustentare: 'quo trahitur magis anima quam sustentatur.'

ἃ νέμεσθε νῦν ὑμεῖς, οὔτε τοσαῦτά ἐστιν ὥστε ὠφέλειαν ἔχειν τινὰ διαρκῆ, οὔτ' ἀπογνόντας ἄλλο τι πράττειν ἐᾷ,
38 ἀλλ' ἔστι ταῦτα τὴν ἑκάστου ῥαθυμίαν ὑμῶν ἐπαυξάνοντα. 52
οὐκοῦν σὺ μισθοφορὰν λέγεις; φήσει τις. καὶ παραχρῆμά γε τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἵνα τῶν κοινῶν ἕκαστος τὸ μέρος λαμβάνων, ὅτου δέοιτο ἡ πόλις, εἰς τοῦθ' [1] ἕτοιμος ὑπάρχῃ. ἔξεστιν ἄγειν ἡσυχίαν; οἴκοι μένων εἶ βελτίων, τοῦ δι' ἔνδειαν ἀνάγκῃ τι ποιεῖν αἰσχρὸν ἀπηλλαγμένος. συμβαίνει τι τοιοῦτον, οἷον καὶ τὰ νῦν;

[1] ἑτοίμως χρήσιμον ἑαυτὸν παρέχοι.

Et paulo inferius: 'Qui cibus et potus, juxta inclytum Oratorem, non vires tribuit, sed mortem prohibet.' Dixi plures scriptores imitatos etiam fuisse hunc oratoris nostri locum. Philostratus in Vita Apollonii, 'Doctrinam,' inquit, 'vos docebo longe diversam ab istiusmodi alimentis quæ medici ægris præscribunt. Etenim non solum ne vos moriamini efficiet, verum etiam vires vobis addet.' Dio lib. lvi. refert Tiberium nobili cuidam Romano in vincula conjecto talia dari alimenta jussisse, qualia neque voluptati neque viribus tribuendis sufficerent, sed tantum mortem prohiberent: διαῖταν τοιαύτην καὶ τοσαύτην, ὥστε μήτε τινὰ ἡδονὴν καὶ ῥώμην παρασχεῖν μήτε ἀποθνήσκειν αὐτὸν ἐᾶν. *Tourrell.* Mount.

Ἀσθενοῦσι] Ita docet Athenienses morbo laborare. Rüdig.

Διαρκῆ] Ἀρκοῦσαν εἰς τὰς χρείας, καὶ διαμένουσαν. Wolf.

Οὔτ' ἀπογνόντας] Καταφρονήσαντας τῶν τοιούτων λημμάτων, τῶν ἐλπίδων τῶν ἐκ τούτων ἀποσφαλέντας. Idem.

Οὔτ' ἀπογνόντας] Hæc pecunia, quam accipitis, neque vires vestras auget, neque, si de effectu hujus medicaminis desperetis et illud contemnatis, vos aliquid facere patitur, quo ipsi vestras probetis vires. Rüdig.

Ἄλλοτε πράττειν] Ἑτέρους πόρους ζητεῖν. Wolf.

Ἔστι ταῦτα ἐπαυξάνοντα] Ἐπαυξάνει. Idem.

Οὐκοῦν σὺ μισθοφορὰν λέγεις;] Valente Eubuli lege, capitale fuit ad populum juxta formulas præscriptas ferre, ut pecunia theatralis in stipendia militum impenderetur: licebat tamen impune verbo tenus sententiam proferre. Et ne hoc tamen nisi cautissime aggreditur Demosthenes. *Ex edit.* Stock.

Μισθοφορὰν] Pro mercede stipendia facere erat servorum: "ex horum genere nos esse jubes?" imo statim (καὶ παραχρῆμά γε) in eundem orator vult omnes ordinem redigi. Rüdig.

Καὶ παραχρῆμά γε τ. α. σ. ἁπάντων] Subaudi λέγω simpliciter, vel λέγω δεῖν εἶναι. Auger.

Τὴν αὐτὴν σύνταξιν] *Omnium ordinationem eandem esse ac militantium*: scil. ut militibus, sic et cæteris officio fungentibus, pecuniam numerandam censet. Debebatur enim merces quædam civibus, qui judiciis et conciliis interfuere. *Ex edit.* Stock.

Τὸ μέρος] Ut quisque illud munus, quod ipsi convenit, in se suscipiat. Vid. ad Lib. Arg. Olynth. III. (I.) τὸν τόπον. Rüdig.

Τοῦθ' ἕτοιμος παρέχοι] Vulg.: εἰς τοῦθ' ἑτοίμως χρήσιμον ἑαυτὸν παρέχοι, in aliis libris εἰς deest, in aliis χρήσιμον ἑαυτὸν, in aliis pro παρέχοι scribitur ὑπάρχοι. Sed ultimæ voces quam facile confundi potuerint, apparet: jam quum τοῦτο ad ὑπάρχοι non quadraret, additum εἰς, porro quum, si εἰς τοῦτο legeretur, παρέχοι non haberet quo referretur, accessit χρήσιμον ἑαυτόν. Sed his, quæ aliunde venerunt, recisis, lectio, quam dedimus, manebit. Accedit, quod Dionys. in Isæo p. 108. Sylb. scribit: τοῦτο παρέχῃ. Bekker. dedit: εἰς τοῦθ' ἕτοιμος ὑπάρχῃ. Sed optativ. vel ob δέοιτο suum locum hic obtinet. Rüdig.

Εἶ βελτίων] Quærenti, an, si quisque se reipubl. daret, pacem agere liceret, respondet Orator, licere, et meliore etiam ratione, non enim esse, quod populus ab aliis largitiones (τι αἰσχρὸν ποιεῖν) acciperet, itaque his, qui darent, pareret. Idem.

Τι τοιοῦτον οἷον καὶ τὰ νῦν] Id est, εἰ πόλεμός τις συμβαίνει, ὥσπερ νῦν συμβέβηκε. τὸ, καὶ τὰ, elegantiæ causa crebro adduntur. Wolf.

Καὶ τὰ νῦν] Si quid tale evenerit, quale nunc, ut sit bellum gerendum? Quum οἷον et τὰ νῦν sibi non constent, mallem scribi τανῦν, ut de Chers. §. ιέ., ubi male Reisk. lect. vulg. τανῦν mutavit. Cfr. Schæf. mel. crit. p. 67. Rüdig.

στρατιώτης αὐτὸς ὑπάρχων ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων λημμάτων, ὥς πέρ ἐστι δίκαιον ὑπὲρ τῆς πατρίδος. ἔστι τις ἔξω τῆς ἡλικίας ὑμῶν; ὅσα οὗτος νῦν ἀτάκτως λαμβάνων οὐκ ὠφελεῖ, ταῦτ' ἐν ἴσῃ τάξει λαμβανέτω πάντ' ἐφορῶν καὶ διοικῶν ἃ χρὴ πράττεσθαι.

ιά. Ὅλως δὲ οὔτ' ἀφελὼν οὔτε προσθεὶς πλὴν μικρόν, τὴν ἀταξίαν ἀνελὼν εἰς τάξιν ἤγαγον τὴν πόλιν, τὴν αὐτὴν τοῦ λαβεῖν, τοῦ στρατεύεσθαι, τοῦ δικάζειν, τοῦ ποιεῖν τοῦθ' ὅ τι καθ' ἡλικίαν ἕκαστος ἔχοι καὶ ὅτου καιρὸς εἴη, τάξιν ποιήσας. οὐκ ἔστιν ὅπου τοῖς μηδὲν ποιοῦσιν ἐγὼ τὰ τῶν [1] ποιούντων εἶπον ὡς δεῖ νέμειν, οὐδ' αὐτοὺς μὲν ἀργεῖν καὶ σχολάζειν καὶ ἀπορεῖν, ὅτι δὲ οἱ τοῦ δεῖνος

[1] ποιησόντων

Στρατιώτης] Scilicet ἀμείνων εἶ, ἄμεινον πράττεις ὑπάρχων αὐτὸς (οὐχὶ δὲ ξένους μισθούμενος) στρατιώτης ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων, τῶν δημοσίων δήπου χρημάτων, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον. Wolf.

Στρατιώτης αὐτὸς ὑπάρχων] Subaudi εἶ βελτίων quod præcessit. Auger.

Στρατιώτης αὐτὸς] Meliore uteris conditione, si, bello exorto, stipendia facias et totidem (duos) obolos accipias, quam ut iis in pace fruaris. Petit. L. Att. p. 554. ἀπὸ τῶν, cfr. ad Phil. I. §. l. Rüdig.

Ἔστι τις ἔξω τῆς ἡλικίας] Τῆς στρατιωτικῆς, καὶ, ὥς φασιν, ὑπὲρ τὸν κατάλογον. Wolf.

Ὅσα οὗτος ἀτάκτως] Εἰς τὰς θεωρίας. Idem.

Οὐκ ὠφελεῖ] Τὴν πόλιν. Idem.

Ἐν ἴσῃ τῇ τάξει] Ὅσον πρὸς τὴν ἑκάστου δύναμιν καὶ ἡλικίαν. Idem.

Ἐν ἴσῃ τάξει] Pariter ac illi, qui stipendia faciunt, auferant suam pensionem, qui res domesticas administrant. Rüdig.

Ὅλως δὲ οὔτ' ἀφελὼν, οὔτε προσθεὶς πλὴν μικρῶν, etc.] *Ad summam nec addens nec demens, præter pauca, immunitatis tantum licentia sublata, in eundem ordinem civitatem redegi, æqua ut conditione capiant, militent, judicent, id denique faciant, quod quisque per ætatem facere potest.* Ex hoc Demosthenis loco satis apparet, apud Athenienses etiam, sicut apud Romanos, judicandi necessarium fuisse munus, ut militandi. De quo plura vide in posterioribus Annotationibus Bud. in Pandect. *Ex edit.* Hervag.

ιά. Ὅλως δὲ οὔτ' ἀφελὼν] Scilicet τῶν ὑπαρχόντων πραγμάτων, καὶ τῆς παρούσης καταστάσεως. Wolf.

Οὔτε προσθεὶς] Τοῖς ἤδη παροῦσι. Idem.

Πλὴν μικρῶν] Τοῖς γε ἐθέλουσι τὰ δέοντα ποιεῖν. Idem.

Ἀταξίαν] Ut alii essent immunes a militia, alii omne ferrent onus. Rüdig.

Ἤγαγον] In hunc ordinem res redactas esse volui. Vid. de hoc aoristi usu Herm. ad Vig. p. 746. Idem.

Τοῦθ' ὅ,τι καθ' ἡλικίαν] Non dissimilis locus est Areopagitici: ἐκείνη ἡ βουλὴ ἀπήλλαξε τοὺς μὲν πένητας τῶν ἀποριῶν ταῖς εὐεργεσίαις καὶ ταῖς παρὰ τῶν ἐχόντων ὠφελείαις· τοὺς δὲ νεωτέρους τῶν ἀκολασιῶν τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ ταῖς αὐτῶν ἐπιμελείαις· τοὺς δὲ πολιτευομένους τῶν πλεονεξιῶν ταῖς τιμωρίαις· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους τῶν ῥᾳθυμιῶν ταῖς τιμαῖς ταῖς πολιτικαῖς καὶ ταῖς παρὰ τῶν νεωτέρων θεραπείαις. Wolf.

Ἔχοι] Sub. ποιεῖν. Auger.

Οὐκ ἔστιν ὅπου] Μηδαμοῦ. Wolf.

Οὐκ ἔστιν ὅπου] Minime illud ego instituì hac æqualitate, ut desides domi maneant et accipiant, quæ strenuis sunt impertienda: ita Orator suos pungit, quippe qui omnes domi maneant. Pro ποιησόντων ex multis libris Atticam futuri formam ποιούντων cum Bekker. rec. Rüdig.

Τὰ τῶν ποιησόντων] Τὰ δέοντα, χρήματα. Notetur locus: τὰ χρήματα τῶν ποιησόντων ἐστί. et, οὐκ ἔστιν ὅπως τοῖς μηδὲν ποιοῦσι δεῖ νέμειν. Wolf.

Ἀργεῖν] Ἄεργον εἶναι, μηδὲν ἔργον ποιεῖν, οὐδὲ στρατεύεσθαι. Idem.

Σχολάζειν] Σχολὴν ἄγειν καὶ ἀφροντιστεῖν τῶν κοινῶν. Prius illud ad corpus, militiam, opificia pertinere videtur: posterius hoc ad animum, providentiam, solicitudinem. Idem.

Οἱ τοῦ δεῖνος] Τῶν στρατηγῶν τινὸς, οἷον οἱ Τιμοθέου, Ἰφικράτους, Χαβρίου, Προξένου, Χάρητος, Χαριδήμου, Διοπείθους, καὶ τῶν λοιπῶν. Idem.

νικῶσι ξένοι, ταῦτα πυνθάνεσθαι· ταῦτα γὰρ νυνὶ [1] γίγνεται. καὶ οὐχὶ μέμφομαι τὸν ποιοῦντά τι τῶν δεόντων ὑπὲρ ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ [2] ὑμᾶς ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ἀξιῶ πράττειν ταῦτα ἐφ' οἷς ἑτέρους τιμᾶτε, καὶ μὴ παραχωρεῖν, ὦ ἄνδρες
53 Ἀθηναῖοι, τῆς τάξεως, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι τῆς ἀρετῆς μετὰ πολλῶν καὶ [3] καλῶν κινδύνων κτησάμενοι κατέλιπον. σχεδὸν εἴρηκα ἃ νομίζω συμφέρειν· ὑμεῖς δ' ἕλοισθε ὅ τι καὶ τῇ πόλει καὶ ἅπασι συνοίσειν ὑμῖν μέλλει.

[1] γίνεται [2] ὑμᾶς αὐτοὺς ὑπὲρ [3] καλῶν καὶ μεγάλων κινδύνων

Νικῶσι ξένοι] Ἔδει δὲ τοὺς Ἀθηναίους νικᾶν. De industria verbo plausibili est usus, ad excitandos gloriæ et victoriæ dulcedine animos. Idem.

Καὶ οὐχὶ μέμφομαι] Hic locus laudatur in Bekk. Anecd. I. p. 156., ubi male ὑπὲρ ἡμῶν legitur. Docet Orator, non odio mercenariorum se hæc dicere, sed Atheniensium studio. Rüdig.

Καὶ μὴ παραχωρεῖν——τῆς τάξεως] Sic Orat. de Rep. Ord. sub finem: Αἰσχρὸν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, αἰσχρὸν, λιπεῖν τὴν τοῦ φρονήματος τάξιν, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι παρέδωκαν. Alludere videtur ad militares ordines, quos qui desererent infamia notabantur. Mount.

Τῆς τάξεως] Τοῦ ἀξιώματος καὶ τῆς εὐδοξίας. Wolf.

Τῆς τάξεως] Hac voce, a re militari repetita, utitur ad virtutis quasi ordinem significandum et commendandum, ex quo quidem majores Græciæ principatum tenebant. Rüdig.

Καὶ καλῶν] In paucis libris additur καὶ μεγάλων, quod Reisk. rec., sed Bekker. omisit. Wolf. neutrum habet, Auger. καὶ καλῶν. Vid. Orvill. ad Char. p. 620., qui docet, καλὰ et μεγάλα sæpe confundi, monens in suo cod. legi καὶ μεγάλων. Alterutrum abjiciendum: vulgatam retinui. Rüdig.

Σχεδὸν εἴρηκα] Scilicet πάντα, ὅσον γε πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν. Wolf.

Καὶ ἅπασι] Wolf. et Auger. ex Ald. P. Man. καὶ ἅπασιν ὑμῖν dederunt. Ceterum Demosth. et hic judicium de pecunia theatrali effugit, ita ut ipsis Atheniensibus relictum sit, saluti publicæ prospicere. Rüdig.

RÜDIGERI

AD

ORATIONEM PHILIPPICAM PRIMAM

PROLEGOMENA.

Hoc tempore, quo, ut Libanius modo dixit, Philippus Thebis consuetudine et doctrina Epaminondæ aliorumque Græcorum utebatur,* videntur consilia de Græciæ libertate aliquando opprimenda animum ejus, honoris cupidine ferventem et calliditate plenum, subiisse, ita ut Græci, qui ipsam sui perniciem quasi intra mœnia alerent, astutia pariter ac fortitudine devicti dici possint. Vid. quæ Demosth. de Philipp. dicit in Or. Olynth. I. (III.) §. γ'. Ille enim ubi audiverat, res patrias misceri, Pæonios et Illyrios in fines Macedoniæ irrupisse eamque diripere, Thebis quam celerrime relictis, patriam petiit et tutelam Amyntæ, fratris filii, in se suscepit, usque dum ipsi summa rerum demandaretur. Diodor. Sic. XVI. 1, 2. Justin. VII. 5. Argæum, quem Athenienses volebant principatum Macedoniæ obtinere, una cum auxiliis Atheniensium facile Philippus devicit, captivos illorum lautis excepit epulis, quæque amiserant, reddidit. Demosth. in Aristocr. p. 660, 13. ed. R. Qua quidem re ut Atheniensium animos delenivit, pæne ut nihil invidiæ esset relictum, ita Olynthiis, Amphipoli demum expugnata (Æschin. π. π. §. ιδ'. Demosth. in Aristocr. p. 659, 3. ed. R.), plurimum injecit terroris. Hoc facto Olynthii legatos miserunt Athenas, qui de fœdere ineundo agerent: verumtamen quum Athenienses Philippi pollicitationibus de Amphipoli restituenda freti permoveri non possent, isti, re infecta, in patriam rediere. cfr. Or. Olynth. II. (I.) §. γ'. Olynthios vero sibi conciliavit, tradita Potidæa, quæ Atheniensium fuerat. vid. l. l. et Or. in Aristocr. p. 656, 9. ed. R. Neque etiam parum fecit ad potentiam Philippi augendam, quod Thessalos sibi devinciret: Demosth. Olynth. II. (I.) §. ϛ'.: eorum partes in bello Phocensi sumsit (Dem. Olynth. II. (I.) §. β'.) ita, ut ipsorum vectigalibus potiretur. Dem. or. d. pac. §. έ. Olynth. II. (I.) §. δ'. Jam bello Phocensi quum Macedoniæ

* De Philippi vita vid. Valckenaer. de Philippi indole, virtutt. rebusq. gestis in Hemsterb. et Valcken. Orr. p. 225 sqq. Præclare descripta est in P. J. S. Vogel's Biographieen grosser und berühmter Männer des Alterthums. Tom. II.

rex Græcos vidisset occupatos et distentos, subito in illorum fines invasurus per Thermopylas, ab Atheniensibus a. 352. repulsus est. Diod. Sic. XVI. 38. Eodem anno, ut Demosthenes, lumen oratorum Græcorum, animadverterat, animos suorum civium metu Philippi perculsos esse atque fractos, *primam* hanc habuit orationem Philippicam Olymp. CVII. 1. arch. Aristodemo.

Jam vero quum post Lelandum, Anglum, Jacobsio,* V. Cel., hæc oratio duabus videatur contineri partibus, quarum altera complectitur §. ά.—ί., altera §. ιά.—ιζ'., inde a verbis: *Πόρου ἀπόδειξις*, ita, ut hæc alio sit tempore alioque fine habita, a nostro consilio non alienum erit, eam rem, quantum in vobis situm est, sub judicium vocare. Ac primo quidem illud neminem hanc orationem accurate legentem fugiet, quod recte vidit Jacobs. l. l., in prima parte §. ά.—ί. agere oratorem de exercitu comparando et stipendiis persolvendis, et tale ab eo describi tempus, quo Athenienses nondum bello impliciti erant, in altera vero parte §. ιά.—ιζ'. belli, cujus insidias et pericula Athenienses experti erant, initium esse factum, sed non ea, qua debebat, ratione. Quid? quod sunt loca, in quibus de eadem re diversa traduntur. Cfr. §. δ'. *ἣν ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι, — τὰ κατεῤῥᾳθυμημένα πάλιν ἀναλήψεσθε κᾀκεῖνον τιμωρήσεσθε*: contra §. ιέ. hæc habet: *θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ μηδεὶς ὑμῶν μήτ' ἐνθυμεῖται, μήτε λογίζεται, ὁρῶν, τὴν μὲν ἀρχὴν τοῦ πολέμου γεγενημένην περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον*. Quam illo in loco fovet spem de Philippo puniendo, ejusdem explendæ initium factum esse hoc in loco commemorat. §. ζ'. dicit: *ταῦτα μὲν οἴομαι δεῖν ὑπάρχειν ἐπὶ τὰς ἐξαίφνης αὐτοῦ στρατείας*. Hortatur enim, ut Athenienses navium ope impetus, quos rex Macedonum faciat in Chersonesum aliasque regiones, propulsent. Sed §. ιδ'. hæc leguntur: *ὥσπερ δὲ οἱ βάρβαροι πυκτεύουσιν, οὕτω πολεμεῖτε Φιλίππῳ· — καὶ ὑμεῖς, ἐὰν ἐν Χεῤῥονήσῳ πύθησθε Φίλιππον, ἐκεῖσε βοηθεῖν ψηφίζεσθε, ἐὰν ἐν Πύλαις, ἐκεῖσε·* etc. Ex his patet, Athenienses jam sæpius decrevisse auxilia mittere in fines sociorum, sed vere nondum perfecisse. His adde §. ιά. §. ιέ.; verumtamen talium vanorum decretorum nulla fit in prima parte mentio.

Maxime vero in altera parte illud monet, ut ipsi cives exeant (§. ιέ. a med.) ac stipendia faciant, ut ipsi testes sint rerum gestarum (§. ιέ. ap. fin.), ne temere in judicium vocent imperatores et injuste in hos agant (§. ιέ. fin.). Hinc facile collegeris, Athenienses paullo ante milites mercenarios misisse et injuriis affecisse imperatores. Quanquam enim in prima parte §. θ'. simili modo orator suos hortatur, ut ipsi manus conserant, exempla tamen, quibus rem confirmat, ex tempore superiore repetit ita, ut nihil modo gestum

* Demosthenes Staatsreden v. F. Jacobs. Lpz. 1805. p. 109—122.

fuisse videatur, quo cives ad res strenue gerendas impellerentur. Sæpius autem Demosthenes demonstrat, Philippum, qui in copiis, quas sibi paraverit, acquiescere nequeat, plurimum operæ et laboris collocare in finibus suis proferendis: vid. §. δ'. fin. Sed §. ιέ. postquam fere eadem dixit, subjungit hæc: εἶτα τοῦτ' ἀναμενοῦμεν, καὶ τριήρεις κενὰς καὶ τὰς παρὰ τοῦ δεῖνος ἐλπίδας ἐὰν ἀποστείλητε, πάντ' ἔχειν οἴεσθε καλῶς; ex quibus verbis illud ipsum discas, quod supra docuimus, copias mercenarias ab Atheniensibus fuisse missas, sed non justum numerum. Quin etiam dicit orator §. ιβ'., Philippum e Lemno cives Athenienses captivos abduxisse, ad Geræstam naves cepisse Atheniensium et e Marathonia regione navem sacram privasse. Hæc omnia si eo fuissent tempore commissa, ubi prima orationis pars est habita, mirum sane esset, quod orator a principio nullam eorum mentionem fecisset ad animos incitandos et inflammandos. Cfr. Jacobs. p. 117 sq.

Sunt hæc eo præmissa consilio, ut argumentum ex Dionysii Halicarn. auctoritate repetendum, quod non satis certum dici potest, magis etiam confirmaretur. Ille enim in Epist. ad Ammæ. §. ί. ordinem orationum Demosthenicarum describens dicit, orationem sextam Philippicam, — legendum autem q uintam — agere de *salute insulanorum* et *urbium Hellesponti*, ejusque initium hoc esse: ἃ μὲν ἡμεῖς, ἄνδρες 'Αθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτά ἐστιν. Jam quum eadem verba in principio secundæ orationis hujus partis legantur, nostra res testimonio Dionysii probaretur, si Demosthenes diserte de iis ipsis rebus ageret, quas affert scriptor Epistolæ. Atqui, dixerit quispiam, quum Dionys. illud dicat orationis argumentum esse, quod non vere est, nonne hoc initium orationis deperditæ judicari potest? Potest; at si fortasse verba Dionysii cum ipsa oratione conciliari possint, concedes, Dionysium testem esse satis gravem. Lelandus hanc rem intactam reliquit, Jacobsius p. 114. non magni momenti esse dicit. Quid? nonne verba quædam Demosthenis Dionys. est interpretatus? nam ille §. ιβ'. hæc dicit: καὶ ἔτι πρὸς τούτοις τὸν μέγιστον τῶν ἐκείνου πόρων ἀφαιρήσεσθε. ἔστι δ' οὗτος τίς; ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ὑμῖν πολεμεῖ συμμάχων, ἄγων καὶ φέρων τοὺς πλέοντας τὴν θάλατταν. Videtur Dionys. nescio qua auctoritate verba Demosthenis ὑμέτεροι σύμμαχοι retulisse ad insulanos et urbes Hellesponti, quas diripiat Macedo (ἄγων καὶ φέρων). Neque etiam in seqq. Demosthenes de certa quadam re agit, cujus patrocinium commendet, sed hortatur suos, ut desistant de segnitie et decretorum mora. Quanquam hanc explicandi rationem non commodissimam dixerim, tamen mihi de hac re cogitandi illa vel inde aliquid commendationis habere visa est, quod orator rem quippe satis notam de industria verbis describere noluit, Dionysius vero cognovit, hanc causam fuisse, quam apud po-

pulum ageret Demosthenes.—Sed supersunt alia quædam, quæ nostræ sententiæ minus favere videntur, quorum primum hoc est, quod quum hæc oratio sit habita post Olynthum expugnatam, hujus rei nulla fiat mentio. At quum Atheniensium animi illa facile moverentur et occasionem, quam e manibus dimisissent, se a Philippi dominio liberandi, ægre in memoriam revocarent, videtur orator consulto Olynthi mentionem prætermisisse; hoc vel inde probari poterit, quod, quo loco (§. ιδ'.) eas enumeret regiones, in quas Philippus irrumpat, Olynthum omittat, quanquam §. ζ'. iisdem regionibus, quas §. ιδ'. affert, addat etiam Olynthum. Quare quo tempore verba capitis §. ζ'. dicta sunt, illa urbs haud dubie nondum fuit expugnata, at memoria, ad quam alteram orationis partem, in qua inest §. ιδ'., retuleris, Olynthum existimanda est manibus Philippi traditam vidisse.

Neque etiam Harpocrationis et Libanii auctoritas tanta est in hac re, ut certum ex illorum testimonio argumentum peti possit ad nostram sententiam labefactandam: alter enim sub voce ἱερὰ τριήρης hanc orationem vocat quartam Philippicam, itaque eandem facit cum ea, quam vulgo primam dicimus: alter vero argumentum hujus orationis, quod paullo post sequetur, ita adumbrat, ut pateat, illum utramque hujus orationis partem unam habuisse. Jam si illo tempore (a. 314. p. Ch.), quo hi viri vixerunt, altera orationis pars ita cum altera coaluerit, ut una haberetur hæc oratio, quid mirum, quod neuter eorum harum partium faceret discrimen? Sed quo modo hæ duæ partes in unum sunt conglutinatæ? Ita, si recte sentio. Quum prior illius orationis pars finiretur pecuniæ ratione (πόρου ἀπόδειξις), eademque verba essent præfixa posteriori parti, inde ab eo tempore, quo oratio Phil. I. post tertiam Olynthiacam collocabatur, eo facilius hæ partes coaluerunt, quo magis quis, quo prima referret verba, desideraret.

Hæc fere habuimus, quibus nostram stabiliremus sententiam. Quanquam enim primo propositum fuit, ut rationem vulgatam probaremus, tamen quo sæpius hanc rem in judicium vocabamus, eo probabilior ea, quam tuiti sumus, sententia visa est. Sed quoniam non eo, quo visum est, loco illas partes disposuimus, necesse est, ut, quum argumentum hujus orationis adumbraturi sumus, eam totam complectamur.

Pag. ed. aliq. cit.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΦΙΛΙΠΠΙΚΟΥ Α.

Pag. ed. Reisk.

1 ΚΑΚΩΣ ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Φίλιππον οἱ Ἀθηναῖοι φερόμενοι συνεληλύθασιν εἰς ἐκκλησίαν ἀθυμοῦντες. ὁ τοίνυν ῥήτωρ τήν τε ἀθυμίαν πειρᾶται παύειν, λέγων οὐδὲν εἶναι θαυμαστόν, εἰ ῥαθυμοῦντες κεκράτηνται, καὶ εἰσηγεῖται πῶς ἂν ἄριστα τῷ πολέμῳ προσενεχθεῖεν. 39
κελεύει δὴ δύο δυνάμεις παρασκευάσασθαι, μίαν μὲν μείζω πολιτικήν, ἥτις οἴκοι μένουσα πρὸς τὰς τῶν ἐπικαίρων χρείας ἕτοιμος ὑπάρξει, ἑτέραν δὲ [1] ἐλάττω, ξένων ὄντων τῶν στρατευομένων, παραμεμιγμένων δέ. [2] καὶ κελεύει τὴν δύναμιν μὴ Ἀθήνησι μένειν μηδὲ ἐκ τῆς πόλεως ποιεῖσθαι τὰς βοηθείας, ἀλλὰ περὶ τὴν Μακεδονίαν ἀναστρέφεσθαι πολεμοῦσαν ἀδιαλείπτως, ἵνα μὴ τοὺς ἐτησίας πνέοντας ἐπιτηρήσας ὁ Φίλιππος ἢ καὶ τὸν χειμῶνα, ἡνίκα Ἀθήνηθεν εἰς Μακεδονίαν πλεῖν οὐ δυνατόν, ἐπιχειρῇ τοῖς πράγμασι καὶ παρὰ τὴν ἀπουσίαν τὴν τῶν Ἀθηναίων ἁπάντων κρατῇ, ἀλλ' ἐγγὺς ἡ πρὸς αὐτὸν ἀντιταξομένη δύναμις ὑπάρχῃ.

[1] † ἐλάττονα

[2] † καὶ ταύτην κελεύει

Κακῶς φερ.] Κακῶς φέρεσθαι, *infeliciter rem gerere.* Simili modo εὖ et καλῶς conjungitur cum hoc verbo. Viger. p. 317. De ipsa causa belli dictum est in Prolegg. Rüdig.

Πῶς ἂν ἄριστα τῷ πολέμῳ προσενεχθεῖεν] Κατὰ συγκοπὴν, ἀντὶ τοῦ, προσενεχθείησαν. Dixit autem de re, καλῶς προσφέρεσθαι τῷ πολέμῳ, sicut alias de persona dicitur, φιλανθρώπως τοῖς ἀνθρώποις προσφέρεσθαι, *humaniter tractare homines, uti humanitate erga eos.* Wolf.

Προσενεχθεῖεν] Προσφέρεσθαι, *uti aliquo,* rarius refertur ad ipsas res quam ad homines, quorum utimur consuetudine: ex illo genere est, quod legitur apud Herodian. V. 4.: προσεφέροντο ἔργῳ ῥαθυμότερον. Rüdig.

Κελεύει δὲ δυνάμεις] Manutii editio habet, κελεύει δὴ δύω δυνάμεις. Quod quidem et in prima (tertia) Olynthiaca suadet. Sed illic jubet et Olynthum defendi, et Macedoniam vastari: hic et emissarias copias Athenis ali, et alias comparari, quæ Philippum continenter oppugnent. Wolf. Quum Græci part. δὴ utantur, quando id, quod paucis indicaverunt, singulatim discripturi sunt, quod quidem fit nostro in loco, illum tuitus sum. Hoogev. Part. Gr. p. 195. Rüdig.

Πρὸς τὰς τῶν ἐπικαίρων χρείας] Πρὸς τὰ καθ' ἕκαστον καιρὸν ἀναγκαῖα πράγματα. Wolf. Lectio vulg. aliquid habet difficultatis; hinc enatæ variæ lectiones: at illa bene se habet hoc sensu: *si quando necessitas opportunitatis* i. e. *ex opportuno tempore et loco orta fert.* Nam ἐπίκαιρα sunt opportuna tempora et loca. Aristid. habet: κρατεῖν τῶν ἐπικαίρων τῆς χώρας. Similis genitivi usus est apud poetas Græcos: Eur. Suppl. 45. τέκνα νεκύων. 160. αἷμα χθονός. Vid. Erfurdt. ad Soph. Œd. R. 826. Seidler. ad Eurip. Electr. 651. Herm. ad Vig. 890. Rüdig.

Παραμεμιγμένων δὲ] Scilicet τοῖς πολίταις τῶν ξένων, vel παραμεμιγμένων τῶν πολιτῶν τοῖς ξένοις: quod perinde est. Wolf.

Τοὺς ἐτησίας] Scilicet ἀνέμους, παρὰ τὸ ἔτος rectius opinor, quam παρὰ τὸ ἔθος. Tum enim ἐθησίας scriberetur. Neque vero ut ab ἔτος fit ἐτήσιος *annuus,* ita ἐθήσιος, *solitus, consuetus,* ab ἔθος formari puto. Plinius aquilones vocat lib. 11. cap. 2. 'Caniculæ,' inquit, 'exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos prodromos vocant. Post biduum autem exortus, iidem Aquilones constantius perflant, diebus quadraginta, quos Etesias vocant.' Hos Aristoteles libello de Mundo permistos esse scribit ex Aquilonibus et Favoniis. Strabo vero libro 3. εὔρους, id est, *subsolanos* appellat Etesias. Cum autem Athenæ meridionaliores sint (ut docet tabula Cosmographica) Macedonia Septentrionalior: Athenis in hanc navigaturis adversi erunt Etesiæ: ex Macedonia Athenas, secundi. Hyberno autem tempore, quamvis Austri familiarius flent, periculosa per se omnis navigatio. Idem.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ

ΛΟΓΟΣ Α.

40 *ά. ΕΙ μὲν περὶ καινοῦ τινὸς πράγματος προὐτίθετο,* 2

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ] Quod Ulpianus adscriptum esse dicit, ὅλος συμβουλευτικὸς, videtur grammatici aut Rhetoris alicujus esse additamentum. Wolf.

ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ] Τοῦ Μακεδόνων βασιλέως, ἐξ οὗ καὶ Ὀλυμπιάδος Ἀλέξανδρος ὁ Μέγας ἐγεννήθη. Harum orationum tanta fuit celebritas, ut et M. T. Cicero, quas in M. Antonium habuit, infelici et exemplo et æmulatione, Philippicas, quam Antonianas inscribere maluerit. Nam et Philippi atque Alexandri successor Antipater ad necem compulit Demosthenem: et Cicero crudelius etiam interfectus est. Nostra vero ætate Joanni Dobenego Cochlæo, minus male cessit imitatio: qui Philippicas non in eum, qui proscribere posset, scripsit: sed in eum, qui ne stylo quidem, nedum gladio illum ulciscendum esse duxerit. Idem.

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ] Utrum omnium Demosthenicarum prima? An vero ex iis tantum, quæ Philippicæ inscribuntur? sed hæc ab Ulpiano petantur. Nam certas chronologias omnium orationum proferri non posse existimo, etiam 16. Diodori libro adhibito, propter varios et multiplices Græcorum tumultus, et minuta bella, scriptione fortasse parum digna ἐν παγκοσμίῳ ἱστορίᾳ. Veteres autem, Ephorum, Theopompum, et alios amisimus. Philippus Macedoniæ regnum suscepisse traditur Olympiade 105. quæ (Funccio auctore) in annum Mundi incidit 3608. Anno autem Mundi 3965. cum natus tradatur Christus, regnare cœpit Philippus annis ante Christi incarnationem 357. annis abhinc (id est, ab hoc anno 1548. quo hæc scribo) 1905. occisus 24. regni anno, ætatis 49. Bella vero ab eo tempore quæ et quoto quæque anno gesserit, requirantur ex eodem Funccio, (cui quidem singularis et ingenii et diligentiæ laus a plerisque viris doctis tribuitur) aut aliis Chronologiis, quæ præter Eusebium complures exstant, ratione temporum e Biblicis oraculis maxime petita: quibus neque Ægyptii, neque Chaldæi, etsi nescio quot seculorum myriadas (quas quis infinitas esse dubitet, Mundi æternitate concessa?) jactantes, quicquam antiquius demonstrare ullo scripto fide digno possunt. Idem. Hanc orationem habuit Demosthenes Olymp. CVII. 1., æt. 29. Rüdig.

Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινὸς πράγματος] Vide exordium orationis Æschineæ contra Ctesiphontem, ubi citatur Solonis lex de disciplina oratorum: in quam peccare videbatur Demosthenes, nondum grandis natu: et præconium: τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων. Hac igitur de causa præfatur, se, quamvis nunc primus sententiam dicat, non primum tamen dicere, quod res nova non agatur: simulque et odium propulsat, et attentionem captat, cum significet, se aliquid melius cæteris, quorum consilia rempublicam nihil juverint, in medium esse allaturum. Τὸ τοίνυν προοίμιον τῇ μὲν, διὰ προκαταλήψεως καὶ διασυρμοῦ τῶν πρότερον εἰπόντων, ἐννοϊκόν· τῇ δὲ προσεκτικὸν, μετ' ἐπαγγελίας. Wolf. Vide Petit. in Leg. Att. p. 200. Legem a Wolfio laudatam Doctiss. Tourrellus abrogatam fuisse dicit, Archonte Glaucippo Olymp. XCII. ann. 3. rationis tamen et decori auctoritate adhuc viguisse. Mount.

Προὐτίθετο] Scilicet a Prytanibus. Ii concionem advocandi jus habebant, quam nisi ad præscriptum legum convocassent, solvebant mulctam mille drachmarum, consecratam Minervæ. Ante vero quam concio cogeretur, πρόγραμμα pro Eponymorum statuis publice proponebant, sive tabulam qua significabant de quo agendum in concione, quoque die, quaque diei hora. Vid. Jul. Poll. lib. viii. cap. ix. 94. et ibi Doctiss. Kuhn. Demosth. contra Timocr. §. 4. Car. Sigon. 11. de Rep. Athen. 4. Idem.

Εἰ προὐτίθετο λέγειν] Εἰ ἡ πρόσοδος ἀπεγράφετο, ὡς Ἰσοκράτης ἐν τῷ Ἀρεοπαγιτικῷ. προὐτίθετο, scilicet ὑπὸ τῶν πρυτανέων. λέγειν, ἵνα λέγωσιν οἱ ῥήτορες. Wolf.

ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν, ἐπισχὼν ἂν ἕως οἱ πλεῖστοι
3 τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον, εἰ δὲ μή, τότ' ἂν καὶ αὐτὸς ἐπειρώμην ἃ γιγνώσκω λέγειν· ἐπειδὴ δὲ περὶ ὧν πολλάκις εἰρήκασιν οὗτοι πρότερον, συμβαίνει καὶ νυνὶ σκοπεῖν, ἡγοῦμαι καὶ πρῶτος ἀναστὰς εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν. εἰ γὰρ ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου τὰ δέοντα οὗτοι συνεβούλευσαν, οὐδὲν ἂν ὑμᾶς νῦν ἔδει βουλεύεσθαι.

β'. Πρῶτον μὲν οὖν οὐκ ἀθυμητέον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,

Ἐπισχὼν ἂν] Scilicet ἐμαυτὸν, καίπερ ἐπιθυμῶν τὰ συμφέροντα τῇ πόλει λέγειν. IDEM.

Οἱ πλεῖστοι] Σωφροσύνης ἐνδεικτικὸν οὐχὶ δὲ εἷς μόνος, ἢ δύω, ἢ τρεῖς. Si qua nova res ageretur, non modo non primus verba facerem, sed in postremis potius. IDEM.

Τῶν εἰωθότων] Scilicet λέγειν, ἢ γνώμην ἀποφαίνεσθαι, τουτέστι, τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἐνδοξοτέρων ἀνδρῶν. IDEM.

Ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων] Lege Solonis cautum erat, ut inter oratores, seniores sententiam priores dicerent. Lex autem illa abrogata fuisse dicitur 57 annis antequam habita fuerit hæc oratio. Decori tamen ratione mos adhuc viguit. Propterea Demosthenes excusationem hanc callidam profert. *Ex edit.* STOCK.

Εἰωθότων] Videtur decem illos innuere oratores, qui electi erant, ut, si qua res in deliberationem caderet, coram senatu verba facerent : vocabantur συνήγοροι : quibus non ante annum quadragesimum aut tricesimum causas dicere licuit. Vid. Schol. ad Aristoph. Vesp. 464. Lucches. ad or. d. Class. not. B. RÜDIG.

Τότ' ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην] Observetur modestia verborum. WOLF.

Ἃ γινώσκω] Οὐχ ἃ οἶδα, ἀλλ' ἃ συμφέρειν ὑπολαμβάνω: ἐπειρώμην ἂν γνώμην ἀποφαίνεσθαι. IDEM.

Οὗτοι πρότερον] Οἱ εἰωθότες λέγειν. IDEM.

Καὶ νυνὶ] Νυνὶ ipsum tempus præsentissimum significat, quam νῦν sit trium temporum. Etym. M. p. 608, 44. male Viger. p. 426. docet, νυνὶ nil deferre a νῦν. cf. Olynth. I. (III.) §. ί. RÜDIG.

Καὶ πρῶτος ἀναστὰς] Εἰ καὶ πρῶτος ἀνέστην, ἢ, τοῦ πρῶτος ἀναστῆναι, καὶ παριέναι ἐπὶ τὸ βῆμα. WOLF.

Καὶ πρῶτος] Legem, quam Æschin. l. l. desuetudine abrogatam dicit, caute violat. RÜDIG.

Εἰκότως συγγνώμης τυγχάνειν] Scilicet παρ' ὑμῖν: ὑμᾶς ἐμοὶ δικαίως ἂν συγγνώμην νέμειν. WOLF.

Ἐκ τοῦ παρεληλυθότος] Ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ. Eandem formulam paulo post repetet. IDEM.

Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ] i. e. *inde a tempore superiore et per illud.* cf. §. β'. et Or. in Neær. p. 1360, 22. ed. R. καὶ ἐκ τοῦ λοιποῦ χρόνου φίλους εἶναι ἀλλήλοις. RÜDIG.

Τὰ δέοντα οὗτοι] ὧν τῇ πόλει δεῖ, καὶ ἃ τοῖς πράγμασι συμφέρει. WOLF.

Οὗτοι συνεβούλευσαν] Pro οὗτοι αὐτοὶ et pro συνεβούλευσαν συνεβούλευον: secuti Wolf. et Auger. Sed illud non recepi, quum orator videatur οὗτοι repetere, ut pungat illos, et *imperf.* non convenit, nam dicere vult : *si consuluissent*, ut Olynth. I. (III.) §. γ'. εἰ — ἐβοηθήσαμεν, quare lect. vulg. tuitus sum. RÜDIG.

β'. Πρῶτον μὲν οὖν] Duæ sunt præcipuæ hujus orationis partes : quarum altera, principio et fine tractatur, adhortatione constans, ad rem magnis animis et strenue contra Philippum gerendam, multis reprehensionibus cessationis perniciosæ, et desperationis indignæ tanta republica, admistis: altera in medio adhortationum posita, rationem instructionis et apparatus bellici continet : quæ fere difficillima consiliorum pars est, quod tum usum rerum non vulgarem, tum hominum, locorum, temporum, facultatum ab omni parte cognitionem exquisitam, tum ingenii maximum acumen postulat. Ut enim quisque maxime non modo perspicit, quid in re quaque verissimum sit : sed et acutissime et celerrime potest et videre et explicare rationem, hoc est, τὸν τρόπον τοῦ διαπράξασθαι τὰ δέοντα, καὶ μετ' ἐλέγχων αἰτιολογεῖν : is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet. Cic. 1. de officiis. WOLF.

Οὐκ ἀθυμητέον τοῖς παροῦσι πράγμασι] Διὰ τὸ κακῶς φέρεσθαι ὑμᾶς τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ, κατορθοῦντα τὰ πολλά. propositio prior. IDEM. Παροῦσι πράγμασι Lucchesin. refert ad Pydnam, Potidæam, Methonen aliasque urbes, quas Philippus ademerat, auctore Æschine de fals. leg. §. κγ'. RÜDIG.

τοῖς παροῦσι πράγμασιν, οὐδ' εἰ πάνυ φαύλως ἔχειν δοκεῖ. ὃ γάρ ἐστι χείριστον αὐτῶν ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει. τί οὖν ἐστι τοῦτο; ὅτι οὐδέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν κακῶς τὰ πράγματα ἔχει, ἐπεί τοί γε εἰ πάνθ' ἃ προσῆκε πραττόντων οὕτως εἶχεν, οὐδ' ἂν ἐλπὶς ἦν αὐτὰ βελτίω γενέσθαι. ἔπειτα ἐνθυμητέον καὶ παρ' ἄλλων ἀκούουσι καὶ τοῖς εἰδόσιν αὐτοῖς ἀναμιμνησκομένοις, ἡλίκην ποτ' ἐχόντων δύναμιν Λακεδαιμονίων, ἐξ οὗ χρόνος οὐ πο-

Ἔχειν δοκεῖ] Scilicet τοῖς τὰ μὲν ἐκβάντα θεωροῦσι, τὰς δὲ τούτων αἰτίας οὐκ ἐπισκεπτομένοις. Ita significat, res ipsas, id est, fortunam Atheniensium, non esse malas, sed videri. Fortunatis non est desperandum. At inquiunt Athenienses, nos calamitosi sumus, rebus toties male gestis? Refutatio translatione a fortuna in ignaviam, constat, adjecta concessione, Si functi hactenus essent officio, non injustam desperationis causam habituros. WOLF.

Ὃ γάρ ἐστι χείριστον αὐτῶν] Τῶν πραγμάτων, ἐν τοῖς πράγμασι. Quid autem illud est? ipsa calamitatum causa, imprudentia et cessatio : qua sublata tolletur effectus, ipsæ calamitates. IDEM. Cf. Proœm. κθ'. et Phil. III. §. β'.

Οὐδὲν τῶν δεόντων] Mitigari potest acerbitas generalis sententiæ, addito προσδιορισμῷ e 2. Olynthiaca [§. ή. med.] μηδὲν ποιούντων, ὧν τοῖς πολεμοῦσι προσήκει. IDEM.

Ἐπεί τοί γε, εἰ] *Nam profecto, si.* Vid. Hoogev. de Part. Gr. p. 287. Zeun. ad Vig. 403. RÜDIG.

Πραττόντων] Scilicet ὑμῶν, μᾶλλον δὲ ἡμῶν. Sic enim mitigatur acerbitas reprehensionis εἰ ἐπράττετε, ἢ, εἰ ἐπράττομεν. Observa synonymiam: ποιεῖν τὰ δέοντα, et πράττειν ἃ προσήκει. WOLF.

Οὕτως εἶχεν] Ὥσπερ ἔχει, φαύλως δηλονότι. IDEM.

Ἔπειτα ἐνθυμητέον] Primum argumentum a spe fortunæ melioris sumptum, quia parum firmum est (Quid enim spes est, nisi vigilantis somnium?), exemplis Atheniensium et Philippi confirmatur : qui et Lacedæmonios potentissimos vicerint, et ab hoste imbecilli, cum ipsi potentissimi essent, sint superati. Quod quidem terrorem augere posset, nisi causa eventus consideraretur. Nam si Philippus, tum infirmus, Athenienses potentissimos superavit; quid nunc fiet, illo potentissimo, his infirmissimis? IDEM.

Ἔπειτα — ἀναμιμν.] *Illud considerandum, quod et ab aliis audiistis et ipsi nostis, si in momoriam revocatis.* RÜDIG.

Ἡλίκην ποτ' ἐχόντων] Isocrates Areopagitico: λαβόντων καὶ τὴν κατὰ γῆν καὶ τὴν κατὰ θάλασσαν ἀρχήν. WOLF.

Ἡλίκην ποτ' ἐχόντων δύναμιν Λακεδαιμονίων] Bellum quod et hic et in aliis locis Demosthenes magnifice prædicat, initum est Olympiadis centesimæ anno quarto, hoc est viginti quatuor annis circiter, ante hanc orationem. Historia hæc est. "Lacedæmonii, victa apud Cnidum eorum classe, et pace exinde facta, superbire tamen et civitates Græciæ injuriis afficere haud cessant. Cadmæam occupabant Thebanorum arcem, horum multis patria privatis. Exsules autem revertuntur et auxiliantibus sibi Atheniensibus, Lacedæmonios ejiciunt. Exinde Thebani exercitum ingentem conflant. Athenienses, ut inimicos veteres et imperii æmulos frangerent, primas sibi belli partes sumunt. Legatos mittunt ad civitates Lacedæmoni subjectas, qui hortentur ut communis libertatis asserendæ occasionem amplectantur. Deficiunt itaque Chii, Byzantini, Mitylenii, aliique. Sub hoc tempus Sphodrias, Lacedæmoniorum jussu, Piræeum noctu tentat : unde novam belli occasionem sumunt Athenienses : quod iis prospere cessit.——Consulat Lector eruditus Xenoph. lib. 5. [c. 3. et 4.] et Diodor. lib. 15. [c. 35.] *Tourrell.* STOCK. Et Diod. l. 11. Corn. Nep. in Vit. Conon. Xenoph. Rer. Hell. l. 4. Justin. l. 6. Aristid. Or. 2. de Soc. et in Panathen. Demosth. Phil. 3.

Ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολὺς] Ἐστὶν, ἢ, διελήλυθε, *non ita olim* : οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου. WOLF.

λύς, ὡς καλῶς καὶ προσηκόντως οὐδὲν ἀνάξιον ὑμεῖς ἐπράξατε τῆς πόλεως, ἀλλ' ὑπεμείνατε ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων τὸν πρὸς ἐκείνους πόλεμον. τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα 41
λέγω; ἵν' εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεάσησθε ὅτι

Ὡς καλῶς] Honestum enim est defendere Græciæ libertatem contra tyrannos: et si ea defensio ejusmodi fuit, ut si quis secum in libertatem assertum sibi servire cogeret. Tales enim Græcorum fuisse patronos tam Athenienses quam Lacedæmonios, passim docet Isocrates. IDEM.

Προσηκόντως] Ut qui et principes Græcorum ab antiquissimis temporibus fuerint, et urbem suam tanquam asylum patere calamitosis semper voluerint. IDEM.

Οὐδὲν ἀνάξιον] Sive metu consternati cessissent Lacedæmonii; sive largitionibus corrupti Græcos deseruissent. IDEM.

Ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων] Rüdiger uncis inclusit Ἑλληνικῶν, quod abest a multis codd. Sed quum ut pauci, ita præstantissimi codd. id teneant, nequaquam abjiciendum est, quum τὰ Ἑλληνικὰ δίκαια in hac re quasi terminus quidam technicus sit, obvius etiam Olynth. II. §. ή. ad quem locum Scholiastes monet, bellum illud vocari τὸν πόλεμον τὸν ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων. Phil. II. §. β'. med. appellantur τὰ κοινὰ δίκαια τῶν Ἑλλήνων. Eadem περὶ Ῥοδίων ἐλευθ. §. ιγ'. opponuntur τοῖς ἰδίοις δικαίοις. Etiam aliis substantivis Ἑλληνικὸς similiter jungitur, ut Ἑλληνικαὶ πράξεις de Cor. §. ιή. ἔν τε τοῖς κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύμασι καὶ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς. *Ibid.* §. λά. BREM.

Εἰδῆτε καὶ θεάσησθε] Hæc sine sensus discrimine dicuntur. Nam qui, ut res aliqua mentibus infixa hæreat, volunt, vel binis verbis eam exprimere solent. Hom. Od. VIII. 94. ἐπεφράσατ' ἠδὲ νόησεν. 134. οἶδε καὶ δεδάηκε. vid. Eust. ad h. l. Soph. Œd. T. 58. γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα. Eur. Suppl. v. 115. Electr. 772. Demosth. Olynth. I. (III.) §. ζ'. καθεδεῖται καὶ προσεδρεύσει. Olynth. II. (I.) §. ά. δαιμονίᾳ καὶ θείᾳ εὐεργεσίᾳ. Vid. Hermann. ad Hom. h. in Cer. 362. RÜDIG. Vere monet Rüdiger, eos, qui velint, ut res aliqua mentibus infixa hæreat, vel binis verbis eam exprimere. Ex Demosthenis usu loquendi hoc aliquanto accuratius et per partes explicemus. Istam synonymorum conjunctionem Demosthenes præcipue amat in notione *agnoscendi, perpendendi, tenendi,* omnino eorum, quæ mentis agitationem spectant, sive vocabulorum alterum a sensu externo petitum sit, sive utrumque ad internum pertineat. P. 19. l. 23. ed. R. θεωρῶν καὶ σκοπῶν εὑρίσκω. p. 122. l. 3. λογίζεσθε δὴ πρὸς θεῶν καὶ θεωρεῖτε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς. p. 43. l. 25. ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ πεπεισμένων. Etiam substantiva sic junguntur. p. 124. l. 18. Τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ. p. 21. l. 24. πολλὴν δὴ τὴν μετάστασιν καὶ μεγάλην δεικτέον τὴν μεταβολήν· ubi Ulpianus absurde μετάστασιν interpretatur τὸ ἀπὸ Ἀθηνῶν εἰς Ὄλυνθον ἐλθεῖν συμμάχους, Reiskius perperam καὶ μεγάλην τὴν μεταβολὴν ut glossam rejicit. Mutationis notio primaria est; hinc junguntur synonyma. Notandum etiam hoc, quod Demosthenes, si allocutio adest, eam solet utrique interponere, ut nostro loco. p. 13. l. 7. ἵνα γνῶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αἴσθησθε. p. 12. l. 23. Ἆρά γε λογίζεταί τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον. Κατὰ Ἀριστοκρ. p. 629. l. 25. ed. R. σκέψασθε δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρήσατε. Raro vocativum postponit, ut p. 94. l. 6. ἆρ' ὁρᾶτε καὶ λογίζεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἐπιοῦσαν ὥραν τοῦ ἔτους, et hic quidem recte propter objecti amplitudinem.—Alterum est genus conjunctionis, quum utrumque vocabulum notione quidem cognatum sit, prioris vero significatio latius pateat, et posteriore definiatur. Locus est a nonnullis interpretibus vexatus p. 10. l. 2. sqq. ed. R. ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, τὰ μὲν εἴκων, ἡνίκ' ἂν τύχῃ, τὰ δ' ἀπειλῶν — — τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλων καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν, τρέψηται καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων. Reiske dedit e conjectura δρέψηται pro τρέψηται, eumque secutus est vir elegantis judicii Fr. Jacobs, vertens: "*Wir haben nichts so sehr zu fürchten, als dass dieser verschlagene Mann — — — vor uns her ernte und die Umstände zu seinem Vortheil kehre.*" Quæ quidem mutatio levis est, sed minime vera videtur. Δρέπεσθαι enim verbum est, quod a Demosthene neque propria neque tropica significatione usquam adhibetur: id quod grave est in nostro scriptore. Nam vocabula et phrases, quæ similia sunt hujus δρέπεσθαι, non semel sed sæpius ab eo adhiberi solent, et, qua tropica significatione aliquando usus est, in ea usurpanda sibi placet. Porro quæritur, num, si vocabulo δρέπεσθαι Demosthenes usus fuisset, huic παρασπᾶσθαι adjunxisset. Non credo equidem. Quid enim utriusque notioni commune? At contra lectio vulgaris prorsus est ex more Demosthenis. Sæpe

οὐδὲν οὔτε φυλαττομένοις ὑμῖν ἐστὶ φοβερὸν οὔτ', ἂν ὀλιγωρῆτε, τοιοῦτον οἷον ἂν ὑμεῖς βούλησθε, παραδείγμασι χρώ- 4
μενοι τῇ τότε ῥώμῃ τῶν Λακεδαιμονίων, ἧς ἐκρατεῖτε ἐκ τοῦ προσέχειν τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν, καὶ τῇ νῦν ὕβρει τούτου, δι' ἣν ταραττόμεθα ἐκ τοῦ μηδὲν φροντίζειν ὧν ἐχρῆν.

enim apud eum præcedit vocabulum, quod dicunt, generis, sequitur partis seu speciei, rem accuratius definiat. Sic τρέπεσθαι in genere est *convertere*, et ut generalis hæc significatio perperam non possit intelligi, additur παρασπᾶσθαι: quod est *in damnum nostrum ad se rapere.* Exempla quædam similia adjiciamus. P. 123. l. 13. οὐδὲν ἡγοῦμαι πλέον ἢ τὰ τοῦ πολέμου κεκινῆσθαι καὶ ἐπιδεδωκέναι. Κεκινῆσθαι, ut τρέπεσθαι, quamvis mutationem significat; sed ea per ἐπιδεδωκέναι in bonam partem definitur, ut τρέπεσθαι in malam per παρασπᾶσθαι. p. 95. l. 23. αἰτιᾶσθαι καὶ διαβάλλειν, ut p. 110. l. pen. αἰτιώμενοι καὶ διαβάλλοντες. p. 98. l. 21. φάσκειν καὶ ὁμολογεῖν. p. 100. l. 3. ἥξει πάντα καὶ διαφεύξεται πρὸς ὑμᾶς, cum quo περὶ Συμμορ. p. 181. l. 18. comparandum est ἥξει καὶ δεήσεται. Multis in ejusmodi locis καὶ reddi potest *et quidem.* Sic etiam substantiva junguntur. P. 23. l. 25. δείγματα τῆς ἐκείνου γνώμης καὶ κακοδαιμονίας. Κακοδαιμονία significat, qualis illa γνώμη fuerit, scilicet quasi a malo quodam genio injecta. p. 100. l. 13. τῆς πολιτείας καὶ τῆς δημοκρατίας, ut attentio moveatur. p. 119. l. 14. sqq. κύριος δὲ Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ φρουραῖς καὶ ξένοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει.—Quamquam autem in vocabulis cognatæ significationis tum apud ceteros scriptores, tum apud Demosthenem a minore ad majus progressio fiat, nonnunquam tamen noster a majore recedit ad minus. P. 119. l. 1. sqq. εἰ δέ γε δοῦλος ἢ ὑποβολιμαῖος τὰ μὴ προσήκοντα ἀπώλλυε καὶ ἐλυμαίνετο, Ἡράκλεις ὅσῳ μᾶλλον δεινὸν καὶ ὀργῆς ἄξιον πάντες ἂν ἔφασαν εἶναι! Fortius præcedit, quoniam Demosthenes significare vult, id ipsum cadere in Philippum, quamquam ne alterum quidem, etsi mitius, tolerabile foret. Nos non uteremur particula καὶ sed ἢ καὶ, *oder auch nur.* Eodem modo p. 121. l. 6. ἀντισήκεται δὲ ἀντὶ τούτων, ὑφ' ὧν ἀπόλωλε καὶ νενόσηκεν ἡ Ἑλλάς. Reiskius, his locis non offensus, mutavit, ubi caussa non erat, v. c. de Cor. p. 286. l. 18. sqq. τί οὖν βούλεται (ὁ Φίλιππος), καὶ τίνος ἕνεκα τὴν Ἐλάτειαν κατείληφε; πλησίον δύναμιν δείξας καὶ παραστήσας τὰ ὅπλα, τοὺς μὲν ἑαυτοῦ φίλους ἐπᾶραι καὶ θρασεῖς ποιῆσαι. Vulgo, quod recte revocavit Bekkerus, θρασεῖς ποιῆσαι καὶ ἐπᾶραι. Nonnunquam etiam particulam ἢ eadem vi ponit, v. c. p. 36. l. 1. ὁμοίως ἢ παραπλησίως. περὶ Παραπρεσβείας p. 439. l. 20. ἆρά γε ὅμοια ἢ παραπλήσια τούτοις; Hinc fit, ut posterius vocabulum diversæ significationis multifariam prius definiat, sive causam hujus indicans, sive viam et rationem. P. 98. l. 10. sqq. νῦν δὲ δημαγωγοῦντες ὑμᾶς — — οὕτω διατεθείκασιν, ὥστ' ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις τρυφᾶν καὶ κολακεύεσθαι πάντα πρὸς ἡδονὴν ἀκούοντας, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ γιγνομένοις περὶ τῶν ἐσχάτων ἤδη κινδυνεύειν. i. e. ferocire propter adulationes. p. 126. l. 22. τῶν δὲ πολλῶν εἴ τις αἴσθοιτο, ἐσίγα καὶ κατεπέπληκτο, *tacebat metu perculsus.* περὶ Παραπρεσβ. p. 391. l. 18. sqq. οὗτοι δ' ἐχαρίζοντο πάντ', ἐνδεικνύμενοι καὶ ὑπερκολακεύοντες αὐτόν. adulationibus sese insinuantes. BREM.

Τοιοῦτον] Pro τοιοῦτο, ad quod subaudiendum ἐστὶ quod præcessit. Mox post τῇ addidi juxta Reiskii mentem τε, quod mihi visum fuit excidisse, et esse necessarium si non ad sensum, at saltem ad conficiendam phrasim Demosthenicam. AUGER.

Ἧς ἐκρατεῖτε] Prospere hoc bellum cessit Atheniensibus. Iphicrates et Callias Lacedæmonios ad Corinthum superarunt. Deinde Chabrias Polim eorum ducem vicit navali prælio inter Naxum et Parum. [Id prælium maxime Athenienses erexit, et Chabriæ nomen, itemque Phocionis illustravit. Vicit etiam Agesilaum regem Lacedæmoniorum in Bœotia.] Haud multum post Timotheus Corcyram occupavit: sequente etiam anno Lacedæmonios ad Leucadem profligavit. Diod. lib. xv. Xenoph. lib. v. Aristid. in Panathen. *Tourrell.* Eodem anno Thebani Lacedæmonios ad Orchomenum profligarunt. Diod. ibid. Sigon. in temp. Athen. MOUNT.

Ἐκ τοῦ προσέχειν — τὸν νοῦν] Præp. ἐκ causam efficientem indicat. cfr. §. ιέ. τὰ δὲ πράγματα ἐκ τούτων ἀπόλωλεν. Thuc. I. 2. ἐξ ὧν ἐφθείροντο. Matth. Gr. gr. §. 574. πράγματα quæ sint, vid. ad Liban. Arg. §. 3. Præter ea, quæ ad §. β'. notantur, etiam Timotheus Ol. CI. 1. ad Leucadem Lacedæmoniorum naves disjecit et anno 4. Corcyra illos expulit. RÜDIG.

Τούτου] Vide quanto cum contemptu de

γ'. Εἰ δέ τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυσπολέμητον οἴεται τὸν Φίλιππον εἶναι, σκοπῶν τό τε πλῆθος τῆς νῦν ὑπαρχούσης αὐτῷ δυνάμεως καὶ τὸ τὰ [1] χωρία πάντα ἀπολωλέναι τῇ πόλει, ὀρθῶς μὲν οἴεται, λογισάσθω μέντοι τοῦθ', ὅτι εἴχομέν ποτε ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Πύδναν καὶ Ποτίδαιαν καὶ Μεθώνην καὶ πάντα τὸν τόπον τοῦτον

[1] χωρία ταῦτα πάντα

Philippo loquitur: alibi passim eum ἄνθρωπον, regem vix semel quidem appellat. Infra §. ί. dicit, γένοιτο γὰρ, &c. Μακεδὼν ἀνήρ; in Orat. de Coron. [§. κά.] τῷ μὲν ἐν Πέλλῃ τραφέντι. In Philippica autem tertia [§. ζ'.] contumeliosius adhuc eum tractat: verba hæc sunt. Φιλίππου, &c. οὐ μόνον οὐχ Ἕλληνος ὄντος, οὐδὲ προσήκοντος οὐδὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλ' οὐδὲ Βαρβάρου ἐντεῦθεν ὅθεν καλὸν εἰπεῖν, ἀλλ' ὀλέθρου Μακεδόνος, ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον σπουδαῖον οὐδὲν ἦν πρότερον πρίασθαι. MOUNT.

Τούτου] *Istius*, i. e. Philippi. Οὗτος Græco sermone sicut *iste* Latino, vulgo, dicitur de eo quem petimus, contra quem loquimur. AUGER.

Τῇ νῦν ὕβρει τούτου] Hæc insolentia qualis fuerit, exponit §. γ'. adde §. δ'. dicit τούτου contemtim: nam hoc pronomen contemtus notionem innuit, ut §. ή. ἐπιστολ. ταύτας δυνάμεις. Or. p. Megal. 203, 1. Θηβαίους τουτουσί. Plat. Crit. 4. τούτους τοὺς συκοφάντας. RÜDIG.

γ'. Εἰ δέ τις ὑμῶν] Occupatio. Potentiam Philippi non esse extimescendam. Ratio ab ipsius hostis exemplo: quod is, cum vires Atheniensium non reformidasset, rem suam bene gesserit. Quas autem cogitationes Philippo tribuit: iisdem uti jubet Athenienses. WOLF.

Σκοπῶν τό τε πλῆθος] Philippus eo tempore 20000 pedites, equites 3000 habuit; ingentem sane exercitum, si Græcorum exercitibus eum conferas. Notum est Athenienses ad Marathonem 10000 milites, plures nunquam in pugnam eduxisse. *Tourrell.* STOCK.

Τὰ χωρία] Τὰ ὁρμητήρια καὶ ἐπιτειχίσματα, opportuna loca ad vim tum inferendam tum propulsandam: quorum quædam hic attinguntur, cum plura sint 1. Olynthiaca exposita. WOLF.

Λογισ. μέντοι] Particulam μὲν excipit δὲ, quum non copulandi, sed potius *adversandi* particula requiratur: ceterum μέντοι in se habet δὲ, ut εἶτα Olynth. II. (I.) §. ά. Cfr. Hoogev. Part. Gr. p. 477. Herm. ad Vig. 842. RÜDIG.

Πύδναν, καὶ Ποτίδαιαν, καὶ Μεθώνην] [Pydna, Macedoniæ urbs, quæ postea *Citrum*, ut Strabo, sive, ut Livius habet, *Citium*, vocabatur. Potidæa, Thraciæ urbs, quæ postea *Cassandria*, in confinio Macedoniæ sita, in Isthmo peninsulæ Pallenes, atque sexaginta stadiis dissita ab Olyntho: Corinthiorum fuit colonia. Vide Schol. ad Aristoph. in Equit. et Thucyd. lib. i. Ad opposita sinus Thermaici litora sitæ erant hæ duæ urbes; unde maximi erant Atheniensibus momenti. Utramque Philippus ceperat, ut et Amphipolim, Olymp. 105. ann. 3. Methone (ea scilicet de qua hic Demosthenes) Thraciæ urbs fuit, quadraginta stadiis ab Olyntho distans; quam cum obsideret Philippus, in prætereuntem de muris sagitta ab Astere quodam Amphipolitano jacta dextrum ejus oculum effodit. Sagittæ inscriptum fuisse traditur: Ἀστὴρ Φιλίππῳ θανάσιμον πέμπει βέλος. Vid. Schol. ad Olynth. iii. §. γ'. Lucianus in lib. De scrib. Hist. in Olyntho id contigisse refert. Stephanus Byzantinus, ut et Maussacus ad Harpocrationem, quinque Methonas numerat: aliam Thraciæ, aliam Laconicæ, aliam Macedoniæ, aliam Persidos, quintam vero Eubœæ. Ad quamnam harum Philippus oculum amisit, inter auctores haud consensum est: nos vero Diod. Strab. Harpocrat. et Suidam sequimur. Obsidionem ad tempus tulerunt oppidani, tandem deditionem facere coacti sunt, ea lege ut cives singuli ex urbe cum veste excederent; eam Philippus solo æquavit, agrumque Macedoniæ attribuit. Hanc urbem Philippus cepit, Pagasas etiam (quas Pagas appellat Diodorus) imperio suo addidit Olymp. CVI. ann. 3. Vid. Diod. lib. xvi. [31.] Strab. lib. vii. [fin.] Justin. lib. vii. sub fin. [Polyæn. IV. 2.] Eustath. ad hunc versum in Il. B. [v. 716.]

Οἱ δ' ἄρα Μηθώνην, καὶ Θαυμακίαν ἐνέμοντο.

et Palmerii Exercitationes ad Lucianum p. 557.] Athenienses, post victorias Salaminiam atque Marathoniam, non solum Græciæ imperio potiti sunt; verum etiam plures versus Thraciam, nonnullas in ipsa Thracia, urbes cepere: hæ vero, postquam Lacedæmonii, sub fine belli Peloponnesiaci, Athenarum potentiam evertissent, jugum exsuere. Timotheus, re-

οἰκεῖον κύκλῳ, καὶ πολλὰ τῶν μετ' ἐκείνου νῦν ὄντων ἐθνῶν αὐτονομούμενα καὶ ἐλεύθερα ὑπῆρχε, καὶ μᾶλλον ἡμῖν ἐβούλετ' ἔχειν οἰκείως ἢ ἐκείνῳ. εἰ τοίνυν ὁ Φίλιππος τότε ταύτην ἔσχε τὴν γνώμην, ὡς χαλεπὸν πολεμεῖν ἐστὶν [1] Ἀθηναίοις ἔχουσι [2] τοσαῦτα ἐπιτειχίσματα τῆς αὐτοῦ χώρας ἔρημον ὄντα συμμάχων, οὐδὲν ἂν ὧν νυνὶ πεποίηκεν ἔπραξεν, οὐδὲ τοσαύτην ἐκτήσατ' ἂν δύναμιν. ἀλλ' οἶδεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο καλῶς ἐκεῖνος, ὅτι ταῦτα μέν ἐστιν ἅπαντα τὰ χωρία ἆθλα τοῦ πολέμου κείμενα ἐν μέσῳ, φύσει δ' ὑπάρχει τοῖς παροῦσι τὰ τῶν ἀπόντων καὶ τοῖς ἐθέλουσι πονεῖν καὶ κινδυνεύειν τὰ τῶν ἀμελούντων. καὶ γάρ τοι ταύτῃ χρησάμενος τῇ γνώμῃ πάντα κατέστραπται καὶ ἔχει, τὰ μὲν ὡς ἂν ἑλών τις ἔχοι πολέμου νόμῳ, τὰ
42 δὲ σύμμαχα καὶ φίλα ποιησάμενος· καὶ γὰρ συμμαχεῖν

[1] Ἀθηναίοις ἐστὶν
[2] τοιαῦτα αὐτοῦ

cuperata patriæ potentia, eas Atheniensium ditioni denuo subjecit. Hoc illud est quo sensus textus præcipue collimat. *Tourrell.* MOUNT.

Ἐθνῶν] Illyrios, Pæonas ac Thraces intelligit. *Lucch.* RÜDIG.

Αὐτονομ. καὶ ἐλεύθ.] Vid. Thuc. VIII. 91., cujus Schol. explicat αὐτονομεῖσθαι, τοῖς ἰδίοις νόμοις χρῆσθαι. Ceterum Noster solet αὐτόνομος conjungere cum ἐλεύθερος, ut Olynth. I. (III.) §. θ'. et de Coron. 327, 8. IDEM.

Οἰκείως] Thuc. VI. 57. εἶδόν τινα διαλεγόμενον οἰκείως τῷ Ἱππίᾳ. Schol. ad hunc loc. explic. φιλικῶς. cfr. §. δ'. IDEM.

Τοιαῦτα ἐπιτειχίσματα] Τὰ προβεβλημένα magis ad defensionem nostri, τὰ ἐπιτετειχισμένα ad oppugnationem hostium exstructa castella, significare tradunt: quibus ego non assentior, hoc quidem loco, ab ἐπιτειχίζω fit et ἐπιτειχισμὸς, et ἐπιτείχισις. WOLF. Eodem sensu Demosthenes hanc vocem usurpat, quo alibi ὁρμητήρια. Namque in Orat. de fal. leg. §. ζά. ὁρμητήρια (inquit) ἐφ' ἡμᾶς ἐν Εὐβοίᾳ Φίλιππος προκατεσκευάζετο: in Orat. autem de Chers. §. ιέ. κατασκευάζοντος ὑμῖν ἐπιτείχισμα τὴν Εὔβοιαν. Urbes supra memoratæ verissime erant contra Philippum ἐπιτειχίσματα, maximeque ad infestandam Macedoniam opportuna. Demosth. Philip. II. §. γ'. Εἰ γὰρ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν πρόειτο, οὐδ' ἂν οἴκοι μένειν βεβαίως ἡγοῖτο. Eadem iterum occurrunt Philipp. IV. §. δ'. MOUNT.

Ἔρημον ὄντα συμμάχων] Refertur ad τὸ πολεμεῖν, ὡς χαλεπόν ἐστι, τινὰ ὄντα συμμάχων ἔρημον, πολεμεῖν Ἀθηναίοις, id est, ὅπως ἂν πολεμοίη: vel, ἀντὶ τοῦ, ἐρήμου ὄντος συμμάχων: vel, Φίλιππος ἔρημος ὤν. Latine per dativum commodius efferretur, ὡς χαλεπόν ἐστιν αὐτῷ, ἐρήμῳ συμμάχων ὄντι πολεμεῖν Ἀθηναίοις. WOLF.

Οὐδὲ τοσαύτην ἐκτήσατ' ἂν δύναμιν] Nollem Rüdiger ex paucis nec optimis codd. revocasset ἐκτήσατο pro ἐκτήσατ' ἄν. Rarum enim est in Demosthene, quamquam non omnino inusitatum, ut e primo membro in secundum particula ἂν assumenda sit; sed plerumque ea repetitur ipsa, ut nusquam, nisi optimorum codd. auctoritate eam deleverim. BREM.

Ἆθλα τοῦ πολέμου κείμενα ἐν μέσῳ] Metaphora a palæstra sumpta, ut recte monet Scholiastes. Eadem alii passim utuntur. Catilina apud Sallust. p. 80. Ed. Wasse. 'En illa, illa, quam sæpe optastis, libertas, præterea divitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt. Fortuna ea omnia victoribus præmia posuit.' Cyrus similiter in Orat. ad milites: τὰ τῶν ἡττωμένων ἀγαθὰ πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ ἆθλα πρόκειται. Xenoph. Cyr. Pæd. lib. ii. 3. 2. MOUNT.

Φίλα] Habet Pith. φίλια, quam lectionem veram esse pro certo habeo: φίλος enim est *amicus, qui amat*; φίλιος *fœderatus*, quo sensu hic sumitur. Sic passim apud Græcos auctores φίλια ἔθνη, ἐν φιλίᾳ scilicet subaud. χώρᾳ, unde φιλίως, ut decet eos qui in societate sunt. Vocem φίλος nusquam, ut opinor, eodem sensu usurpatam videris. Jul. Pol. lib. iii. 62. ὁ δὲ φίλιος πρὸς τὸν πολέμιον ἀντίκειται. in quem locum vid. Jungermannum. IDEM. Sed

καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις ἐθέλουσιν ἅπαντες, οὓς ἂν ὁρῶσι παρεσκευασμένους καὶ πράττειν ἐθέλοντας ἃ χρή.

δ'. Ἂν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἐθελήσητε γενέσθαι γνώμης νῦν, ἐπειδήπερ οὐ πρότερον, καὶ ἕκαστος ὑμῶν, οὗ δεῖ καὶ δύναιτ' ἂν χρήσιμον τῇ πόλει παρασχεῖν αὑτόν, πᾶσαν ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν ἕτοιμος πράττειν ὑπάρξῃ, ὁ μὲν χρήματ' ἔχων εἰσφέρειν, ὁ δ' ἐν ἡλικίᾳ στρατεύεσθαι, — συνελόντι δ' [1] ἁπλῶς εἰπεῖν ἢν ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι καὶ παύσησθε αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἕκαστος ποιήσειν ἐλπίζων, τὸν δὲ πλησίον πάνθ' ὑπὲρ αὐτοῦ πράξειν, καὶ τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε, ἂν θεὸς

[1] [ἁπλῶς;]

ἐθέλῃ, καὶ τὰ κατερρᾳθυμημένα πάλιν ἀναλήψεσθε κἀκεῖνον τιμωρήσεσθε. μὴ γὰρ ὡς θεῷ νομίζετ' ἐκείνῳ τὰ παρόντα πεπηγέναι πράγματα ἀθάνατα, ἀλλὰ καὶ μισεῖ τις ἐκεῖνον καὶ δέδιεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ φθονεῖ καὶ τῶν πάνυ νῦν δοκούντων οἰκείως ἔχειν αὐτῷ· καὶ ἅπανθ' ὅσαπερ καὶ ἐν ἄλλοις τισὶν ἀνθρώποις ἔνι, ταῦτα κἀν τοῖς μετ' ἐκείνου χρὴ νομίζειν ἐνεῖναι. κατέπτηχε μέντοι ταῦτα πάντα νῦν, οὐκ ἔχοντ' ἀποστροφὴν διὰ τὴν ὑμετέραν βραδυτῆτα καὶ ῥᾳθυμίαν, ἣν ἀποθέσθαι φημὶ δεῖν ἤδη. ὁρᾶτε γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ πρᾶγμα, οἷ προε-

ut φίλιος passivam habet significationem, — φιλία ἄλοχος —, ita φίλος activam, ut h. l. *sibi obligavit alios*. conf. Seidler. ad Euripid. Troad. 240. Schol. nostrum locum respiciens dicit συμμάχους καὶ φίλους. Intelligit Thessalos et Olynthios, quos Ol. 105, 4. Phil. fœdere sibi conciliaverat. v. Olynth. II. (I.) §. γ'. RÜDIG.

Καὶ γὰρ] Hæ particulæ indicant, id, quod factum sit, pro natura rerum fieri debuisse : nempe. Hinc, quod sæpe legitur, οὐ γάρ; *nonne?* Hoogev. de Part. Gr. 144. IDEM.

Οὓς ἂν ὁρῶσι] *Si quos videant, qui.* Græci enim conjunctivo utuntur post relativ. cum partic. ἄν, si qua res, quæ fieri possit, dubium est, an fiat. cfr. §. ή. ἐξ ἧς ἂν — et ἀλλ' ὅσον ἂν —. IDEM.

δ'. Ἂν τοίνυν] Consimilium factorum consimilem fore eventum affirmat. Nam fortunæ Atheniensium se non diffidere, multis locis ostendit. WOLF.

Ἐπὶ τῆς τοιαύτης γενέσθαι γνώμης] Τοιαῦτα διανοηθῆναι, τοιαύτῃ χρήσασθαι τῇ γνώμῃ, ut paulo ante dixit. IDEM.

Ἐπειδήπερ οὐ πρότερον] Γεγένησθε ἐπὶ τοιαύτης γνώμης : οὐ προῄρησθε τοιαῦτα πράττειν. IDEM.

Ἐπειδήπερ] Est concedentis aliquid ad voluntatem alius : *quandoquidem*. Æsch. Socrat. Dial. ii. 12. RÜDIG.

Οὗ δεῖ] Ἐν ᾧ καιρῷ καὶ τόπῳ, καθ' ὅ. WOLF.

Ἑτοίμως πράττειν ὑπάρξῃ] Lego ἕτοιμος. Sic enim et Veneta editio habet, et hoc postulant verba infinita πράττειν, εἰσφέρειν, στρατεύεσθαι : etsi Obsopœus etiam post, ἅπαντας ὑπάρχειν ἑτοίμως, pro ἑτοίμους, in suo codice exstare, annotavit. Sed ου et ω sæpe permutantur. IDEM. Ut Xenoph. Hell. iv. 2. 11. ἕτοιμος — μήτ' ἀδικεῖν, μήτ' ἀδικεῖσθαι. RÜDIG.

Συνελόντι δ' ἁπλῶς εἰπεῖν] Ἵνα δὲ συνελὼν τὸν λόγον ἁπλῶς εἴπω. Peculiaris formula est, in significatione brevis et ponderosæ orationis. WOLF.

Ἢν ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι] Τὸ ἑαυτοῦ εἶναι ἢ γίγνεσθαι, ἐστὶν ἐλεύθερον εἶναι, καὶ αὐτὸν ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ μὴ ἐξ ἄλλων ἠρτῆσθαι. Nota, servile esse, pendere ab aliis et cessare : ingenui vero animi, ipsum suscipere curam rerum, itaque se quasi asserere in libertatem. IDEM.

Ὑμῶν αὐτῶν γενέσθαι] *Sui juris fieri*. cfr. or. de Class. p. 182. v. 9. ed. R. RÜDIG.

Κομιεῖσθε] *Recuperabitis*. cfr. Olynth. II. (I.) §. θ'. Sæpe hæc vox eo sensu legitur in Or. p. Megalop., ut 206, 5. 207, 26. ed. R. Similis futuri apocopati forma est ὑστεριοῦμεν §. ιά. IDEM.

Ἂν θεὸς ἐθέλῃ] Rüdiger hæc annotat : "Reisk. ex uno Bav. dedit ἐθέλῃ, idem Bekker. ; sed sæpissime hæ formæ inter se permutantur. vid. Sturz. Lex. Xenoph. II. p. 519." Sed hæc non ita tractanda ; verum attendendum est ad cujusque scriptoris usum. Sunt enim, qui promiscue θέλειν et ἐθέλειν adhibeant, sola ducti euphonia, ut Xenophon. Alii ἐθέλειν unice usurpant, ut Plato, apud quem quod paucis locis hæret, θέλειν, optimorum codd. auctoritate emendandum erit. Tragicis solum θέλειν in trimetris iambicis in usu est, utrumque in ceteris versuum generibus. In Demosthene longe frequentissimum est ἐθέλειν et proprium hoc apud ipsum. In hac formula tamen ἂν θεὸς θέλῃ non temere quid mutandum, quum etiam p. 24. l. 2. ed. R. in omnibus codd. legatur ἂν οἱ θεοὶ θέλωσι : quamquam hic fortasse propter hiatum scripsit θέλωσι, ut interdum post μὴ ponit θέλειν ; vide p. 205. l. ult. p. 208. l. 15. sed non semper. Cf. v. c. p. 209. l. 13. 19. Etiam post εἰ inveni θέλω, κατὰ Μειδίου p. 585. l. 23. εἰ θέλοιτε et κατὰ Ἀνδροτ. p. 610. l. 2. Similia monenda sunt de οἶμαι et οἴομαι, quæ a multis scriptoribus promiscue usurpantur. Demosthenes οἴομαι plerumque ponit sequente infinitivo ; οἶμαι vero directæ orationi inserit. Aliquoties tamen οἶμαι legitur sequente infinitivo, ubi nulla codd. varietas notatur : quod tum non mutaverim, quamquam Reiskium non ubivis accuratum in afferendis codd. lectionibus inveni. At, ubi libri variant, sine cunctatione prætulerim οἴομαι. Quavis enim pagina hoc ita Demosthenes usurpat. BREM.

Τὰ κατερρᾳθυμημένα] Διὰ ῥᾳθυμίας προειμένα ὑφ' ὑμῶν, καὶ ἀπολωλότα. WOLF. In Timocrat. p. 765. v. 13. dicit : εἰ καταρρᾳθυμήσετε, eodem sensu. RÜDIG.

Πάλιν ἀναλήψεσθε] Nota geminationem particularum πάλιν et ἀνὰ, ut si dicas *rursus recipere*. WOLF. Xenoph. Mem. II. 4. 4. πάλιν ἀνατίθεσθαι. RÜDIG.

Πεπηγέναι] Proprie γάλα et αἷμα dicitur πεπηγὸς, omnino quæ *fixa* sunt, ut I. in Arist. 797, 10. ed. R. ταῦτα οὕτω πεπηγότα τῇ φύσει. Eadem de Philippo vid. Olynth. II. (I.) §. ς'. IDEM.

Καὶ τῶν πάνυ νῦν δοκούντων οἰκείως ἔχειν αὐτῷ] Et ad proceres aulicos, et ad Olympiadem uxorem, et ad Alexandrum filium hæc pertinere possunt. A Pausania certe satellite in solenni pompa Cleopatræ nuptiarum est interfectus : cum quidem expeditionem Persicam animo agitaret : de qua consulenti Apollinem responsum fuit :

> Ἔστεπται μὲν ὁ ταῦρος, ἔχει τέλος, ἔστι δ' ὁ θύσων.

Quod ille oraculum non de Pausania, interfectore suo, sed de se et rege Persarum est interpretatus : quod ipse illum taurum esset immolaturus. WOLF. Hæc verba et seqq. neque cum Wolfio ad proceres aulicos et ad Olympiadem uxorem et ad Alexandrum filium retulerim — hoc ipse orationis nexus vetat —, neque cum Lucch. duas sociorum classes statuo, sed, ipso oratore duce, tria genera sociorum, quorum alii eum *oderunt*, i. e. Pæones et Thraces, vid. §. β'. ; alii *metuunt*, i. e. Thessali, qui liberati a crudeli imperio (Olynth. II. (I.) §. γ'. Diod. Sic. XVI. 35.), mox hujus experiebantur avaritiam, Olynth. II. (I.) §. δ'. coll. I. (III.) §. θ'; alii *invident*, i. e. Olynthii, qui ægre ferebant, quod tantas nancisceretur ille opes. cfr. Argum. Or. Olynth. I. (III.) et not. ad §. ά. Quod dicit μισεῖ τις ἐκεῖνον, hoc pronom. τις innuit, *non paucos* esse, qui hac sint mente. Hom. Il. VII. 202. Thuc. III. 111. hæc : καί τινας αὐτῶν στρατηγῶν — ἠκόντισέ τις. Schol. ad h. l. dicit, de *multitudine* τὶς esse accipiendum. Duker. ibid. loca Eustath. ad Hom. laudat. RÜDIG.

Ἄλλοις τισὶν] Quippe qui nolint se subjicere Philippo. Carpit Dem. ipsos Athenienses, qui quum cognovissent, illum ad Thermopylas accedere, summo perculsi sunt metu. Nam per τὶς tangit, quos non nominare vult. Pro Megalop. p. 202, 20. RÜDIG.

Κατέπτηχε] Cfr. Hom. Il. xxxii. 291. Odyss. viii. 190. ibique Eust., Herodi. ii. 5. 8. IDEM.

Οὐκ ἔχοντα ἀποστροφὴν] Res pro personis. οὔτε οἱ μισοῦντες, οὔτε οἱ δεδιότες, οὔτε οἱ φθονοῦντες, ἔχουσι καταφυγὴν οὐδὲ ἀσφάλειαν. WOLF.

Ἀποστροφὴν] Inquit Harpocratio, ἀντὶ τοῦ, καταφυγὴν, Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. AUGER.

Προελήλυθεν] Quemadmodum adverbia *loci*, ut ποῦ, οὐδαμοῦ, ita adverbia *gradus* struuntur cum genit. Soph. Œd. R. 367. ὁρᾶν, ἵν' εἶ κακοῦ Eurip. Ion. 1271. Similiter τοῦτο §. ιγ'. fin. et πᾶν Olynth. III. (II.) §. β'. Latini : *quo* dementiæ est progressus? RÜDIG.

λήλυθεν ἀσελγείας [1] ἄνθρωπος, ὃς οὐδ᾽ αἵρεσιν ὑμῖν δί-
6 δωσι τοῦ πράττειν ἢ ἄγειν ἡσυχίαν, ἀλλ᾽ ἀπειλεῖ καὶ λόγους ὑπερηφάνους, ὥς φασι, λέγει, καὶ οὐχ οἷός τ᾽ ἐστὶν ἔχων ἃ κατέστραπται μένειν ἐπὶ τούτων, ἀλλ᾽ [2] ἀεί τι προσπεριβάλλεται καὶ κύκλῳ πανταχῇ μέλλοντας ἡμᾶς 43
καὶ καθημένους περιστοιχίζεται.

έ. Πότ᾽ οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πότε ἃ χρὴ πράξετε;

[1] ἄνθρωπος [2] αἰεί

Ἀσελγείας] Varios habet sensus vox ἀσελγὴς, a quo ἀσέλγεια. Neque enim *incontinentem* solum et *lascivum*, sed etiam *petulantem*, *superbum*, *injurium* significat. Jul. Poll. lib. 8. 75. Ἐπὶ δὲ τοῦ ὑβρίσαντος, ὑβριστὴς, ὑπερήφανος, ὑπερόπτης, ἀσελγής. Quin et *magnum* sæpe apud veteres significat. Sic ἄνεμος ἀσελγὴς, *Ventus magnus*. Vid. Suid. v. ἀσέλγεια. Etymol. v. ἀσελγής. Hesych. v. Κριός. Et Scholiast. ad Mid. Demosth. sub init. MOUNT.

Ἄνθρωπος] Sic scripsit Bekkerus, ut alibi ἀνὴρ, ἄνθρωποι cet. quando definitum est substantivum. Ante omnia in memoriam revocabo, quæ Wolfius monet Liter. Analekten II. p. 458. "Pluribus, inquit, talium verborum vix opus est articulo, quod loca demonstrant, in quibus omnes codd. præbent ἀνδρὸς, ἀνδρὶ, etiam ἄνδρα, cui casui ex illa ratione τὸν addendum esset. Et quoties vel unus Demosthenes in unis Philippicis licentius interpolandus foret, ubi Macedonum rex contemtim vocatur ἄνθρωπος, alii hostes ἄνθρωποι! Accedit, quod sæpe sic discrepant libri, ut articulum a paucioribus scribis additum potius quam a majore parte omissum censeas." Hæc qui perpenderit et ipse scriptorum usum sine ira et studio attenderit, vix se dederit novandi libidini. Certa quidem sunt exempla, in quibus additum est adjectivum substantivo ἀνὴρ sine articulo. Sophocl. Aj. 59.

Ἐγὼ δὲ φοιτῶντ᾽ ἄνδρα μανιάσιν νόσοις
Ὤτρυνον.

1135. Herm.

Τοιαῦτ᾽ ἄνολβον ἄνδρ᾽ ἐνουθέτει παρών.

Quidni etiam sine adjectivo, in oratione præsertim ad populum? quum Brunckius ipse concedat ad Aristoph. Lysistr. 152., Comicis licuisse substantivum sine articulo efferre; cum quibus oratores múlta habent communia. Accedit, quod substantivorum permultis, quæ ambiguitatem per contextum nullam admittunt, articulo non opus est. Ut nil dicam de πατὴρ et μήτηρ, πόλις sæpe legitur sine articulo, quem Marklandus addere volebat in Euripidis Suppl. 1213., quanquam sæpe deest in locis proximis: 1200. 1219. 1240. 1265. Herm. Ita etiam δόμοι, οἶκος, cet. Eurip. Androm. 897.

ἢ σαφῶς ὁρῶ
Δόμων ἄνασσαν τήνδε

ubi Brunckius sine causa, neutiquam *postulante sensu*, reposuit τῶνδε. Similiter Hel. 512. Δόμων ἄνασσαν προσμένω. Cf. Schaeferi Melet. Crit. p. 4. s. Wyttenbach. ad Plat. Phæd. p. 258. BREM.

Ἀπειλεῖ καὶ λόγους ὑπερηφάνους] Ὅτι ἐμβαλεῖ εἰς τὴν Ἀττικὴν, τιμωρησόμενος τοὺς Ἀθηναίους. Vide Olynth. I. et epistolam Philippi. WOLF.

Καὶ οὐχ οἷός τ᾽ ἐστὶν ἔχων ἃ κατέστραπται etc.] *Neque vero potest iis urbibus acquiescere, quas jam ditioni suæ subegit, sed latius latiusque in dies suarum expeditionum ambitum circumscribens, cunctantes vos, ignaveque sedentes tanquam indagine cingit.* Translatio est ἀπὸ τῆς κυνηγετικῆς. Siquidem *indago* proprie est, quod Græcis στοιχισμὸς dicitur, id est, αἱ λεγόμεναι κατὰ στοῖχον κείμεναι. *Ex edit.* HERVAG.

Ἔχων ἃ κατέστραπται, μένειν ἐπὶ τούτων] Τὸ ἔχων videtur Atticismo abundare, ut ληρεῖς ἔχων. Sed et interpretari sic licet: ἔχων ταῦτα ἃ κατέστραπται καὶ μένειν ἐπὶ τούτων, id est, ἀρκεῖσθαι τούτοις, στέργειν ταῦτα. WOLF.

Προσπεριβάλλεται] Γράφεται in nonnullis exemplaribus, ait Ulpianus, περισχοινίζεται. Haud credo. Fortassis in quibusdam περισχοινίζεται pro περιστοιχίζεται. Sed in hodiernis exemplis istius lectionis nec vola nec vestigium. TAYLOR.

Καθημένους] Ut *sedere* significat aliquando in Latino sermone *cunctari et pigre se gerere*, ita etiam καθῆσθαι in Græco. *Victor. Var. Lect.* l. xvi. c. 20.

Περιστοιχίζεται] *Indagine cingit:* juxta Harpocrationem est metaphora ducta a venatoribus. Juxta eundem in quibusdam codd. legebatur περιστοιχίζεται, in aliis περισχοινίζεται. AUGER.

έ. Πότ᾽ οὖν—] Cf. de Chers. §. ιβ΄. et Phil. Δ. §. ζ΄.

ἐπειδὰν τί γένηται; ἐπειδὰν νὴ Δί᾽ ἀνάγκη τις ᾖ; νῦν δὲ τί χρὴ τὰ γιγνόμενα ἡγεῖσθαι; ἐγὼ μὲν γὰρ οἴομαι τοῖς ἐλευθέροις μεγίστην ἀνάγκην τὴν ὑπὲρ τῶν πραγμάτων αἰσχύνην εἶναι. ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιιόντες [1] αὑτῶν πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγοράν· λέγεταί τι καινόν; γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ Ἀθηναίους

[1] αὐτοῦ

Νῦν δὲ τί χρὴ] Pro, τί δὲ χρὴ τὰ νῦν γιγνόμενα ἡγεῖσθαι, οὐ χρὴ νομίζειν ἀναγκὴν εἶναι τοῦ ἀμύνεσθαι. WOLF.

Οἶμαι] Thom. M. grammaticorum sententiam monet hanc esse, οἶμαι dici de rebus compertis, οἴομαι de rebus dubiis: hanc refutavit Sallier. ad l. l. Etiamsi aliud statuam discrimen, οἶμαι adhiberi in parenthesi, Olynth. I. (III.) §. έ. et §. ή., in ipsa vero structura verborum οἴομαι §. ζ΄., tamen non desunt loca, ubi οἶμαι cum infin. struitur, de Class. 181. ult. ed. R.; itaque librorum auctoritas sequenda videtur, ut h. l. feci. Ad μὲν non additur δὲ, nam quid ipsi statuant, illis orator relinquit. Herm. ad Vig. 841. RÜDIG.

Τὴν ὑπὲρ τῶν πραγμάτων αἰσχύνην] Τὰ αἰσχρῶς πεπραγμένα: ἣν αἰσχύνην δεῖ ἀποτρίψασθαι τῷ προσέχειν τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν. WOLF.

Αὑτῶν πυνθάνεσθαι] Ἀλλήλων, περιϊόντες κατὰ τὴν ἀγορὰν, εἰπέ μοι. Hoc μιμητικῶς dicitur. IDEM.

Ἀλλήλων] Vulg. αὐτῶν. Conjeceram primo legendum αὑτῶν cum spiritu aspero: αὑτῶν πυνθάνεσθαι, *ex vobismetipsis percontari*, quasi legeretur, ὑμῶν αὐτῶν. Sed non dubitavi accipere ἀλλήλων ex Longino, qui hunc ipsum locum citat, sect. 18. cum nonnullis aliis non maximi momenti varietatibus. Ceterum nemo nescit dici vulgo πυνθάνεσθαί τινος, *ex aliquo sciscitari*. AUGER.

Βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιϊόντες αὑτῶν πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγορὰν] Εἰπέ μοι est formula hortandi, quæ etiam tum ponitur, quum cohortatio fiat ad plures. Oratoribus et Comicis ea familiaris est. περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ p. 108. l. 13. ed. R. εἰπέ μοι, βουλεύεσθε. κατὰ Ἀριστοκρ. p. 656. l. 2. κατὰ Τιμοκρ. p. 718. l. 15. εἰπέ μοι, τί δεινότατον πάντες ἂν, ἀκούσαντες, φήσαιτε, καὶ τί ἂν μάλιστα ἀπεύξαισθε; Aristoph. Acharn. 318. εἰπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὦ δημόται; ubi vide Berglerum.— Αὑτῶν h. l. significat ἀλλήλων, ad quod librarii offendebant. Hinc alii dederunt αὐτῶν, alii αὐτοὶ, alii αὐτοῦ: quod postremum Reiske ut adverbium loci perperam recepit. Sin autem Longinus, hunc locum laudans, ἀλλήλων habet, aut glossam invenit, aut ipse consulto ἑαυτῶν mutavit. Eadem glossa multos codd. occupavit de Cor. p. 231. l. 12. πάντας συνέκρουε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐτάραττεν. Multi habent ἀλλήλους. p. 113. l. 25. πυνθάνεσθαι γὰρ αὐτοὺς, ὡς νοσοῦσι καὶ στασιάζουσιν ἐν αὑτοῖς. p. 116. l. 9. ἀπίστως καὶ στασιαστικῶς ἔχουσι πρὸς αὑτοὺς οἱ Ἕλληνες. p. 123. l. pen. ἐπειδὰν δὲ τούτοις κρατῶν πρὸς νοσοῦντας ἐν αὑτοῖς προσπέσῃ. BREM.

Κατὰ τὴν ἀγορὰν] Hæc verba etsi absint a Bav. et interpretamenti speciem præ se ferant, non abjicienda puto, quum notis *singulorum* per κατὰ exprimatur; eandem locutionem vid. in orat. ad Phil. ep. p. 156. ult. ed. R. Hom. Il. VII. 370. δόρπον ἕλεσθε κατὰ πτόλιν. RÜDIG.

Λέγεταί τι καινόν;] Ἆρα λέγεται; ἢ τί λέγεται καινόν; Quid novi? γένοιτο γὰρ etc. Hæc responsio Demosthenis est. Sic Isocrates in panegyrico indignatur, ὅτι ὁ Περσῶν βασιλεύς ἐστι ὁ διοικῶν τὰ τῶν Ἑλλήνων. WOLF.

Λέγεταί τι καινόν;] Sexcentis in locis hanc civibus suis levitatem exprobrat Demosthenes; similem quoque querelam apud Isocratem invenies. Divus Lucas Actorum capite 17. com. 21. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον. Insigne profecto hujusce novorum rumorum aucupii apud Cæsarem exemplum est, lib. 4. de Bell. Gall. cap. 5. Idem etiam Romanis vitium scriptores ipsorum objiciunt: inter cæteros Juvenalis Satyra vi. 407. et seqq. Vide Casauboni Comment. ad Theophrast. cap. περὶ λογοποιΐας. MOUNT.

Γένοιτο γὰρ ἄν τι] Frequentissimus est apud optimos scriptores, isque valde elegans, particulæ γὰρ in interrogatione pleonasmus. Insigne exemplum est Actorum cap. 19. ver. 35. Ἄνδρες Ἐφέσιοι, τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ Διοπετοῦς; sic etiam Matth. xxvii. 23. et Marc. xv. 14. τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; ubi satis erat τί κακόν. Præcipue notanda est hæc particula cum indignationem adjunctam habet. Aristoph. in Plut. τὸ γὰρ ἀντιλέγειν τολμᾷν ὑμᾶς, etc. *itane vero, audeatis etiam negare?* Latini, Græcos imitantes, dixerunt *Quisnam* in

7 καταπολεμῶν καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων διοικῶν; τέθνηκε Φίλιππος; οὐ μὰ Δί'. ἀλλ' ἀσθενεῖ; τί δ' ὑμῖν διαφέρει; καὶ γὰρ ἂν οὗτός τι πάθῃ, ταχέως ὑμεῖς ἕτερον Φίλιππον ποιήσετε, ἄνπερ οὕτω προσέχητε τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν· οὐδὲ γὰρ οὗτος παρὰ τὴν αὑτοῦ ῥώμην τοσοῦτον ἐπηύξηται, ὅσον παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν. καίτοι καὶ [1] τοῦτο. εἴ τι πάθοι καὶ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν [2] ὑπάρξαι, ἥπερ ἀεὶ βέλτιον, ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα, καὶ τοῦτ'

[1] τούτων εἴ τι πάθοι,

[2] ὑπάρξῃ, (ἡ γὰρ αἰεὶ βέλτιον, ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν, ἐπιμελουμένη, καὶ τοῦτ' ἂν ἐξεργάσαιτο)

interrogatione, et *Quidnam;* ubi παρέλκει particula *nam*. Veteres autem Latini hanc præfigebant: quos sequens Maro dixit,

'Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras
Jussit adire domos?'

Vid. Hen. Steph. Dissert. de Stylo N. T. IDEM.

Τέθνηκε Φίλιππος;] Gliscebant hi rumores, eo quod in obsidione Methones vulneratus erat Philippus, anno præcedente. [Vide infra, Olynth. iii. 3.] Totum hunc locum maxime miratur Longinus; quem vide, §. 18. Edit. Pear. *Tourrell.* STOCK.

Τέθνηκε Φίλιππος; *οὐ μὰ Δί'· ἀλλ' ἀσθενεῖ; Τί δ' ὑμῖν διαφέρει;*] Otiosos homines, novitatis avidos, in duabus primis enuntiationibus Demosthenes inducit. Secunda autem uno tenore et sublato interrogationis signo legenda videtur. Istius modi enim homines, alter altero melius et certius rem nosse volunt. Primus interrogat, num sciat et credat alter quod divulgetur, Philippum mortuum esse. "Minime vero, inquit alter, mortuus est, sed morbo laborat." Hic non interrogat, sed certo scit, quid verum sit. Demosthenes autem ridet utrumque: Τί δ' ὑμῖν διαφέρει; cet. BREM.

Ἂν οὗτός τι πάθῃ] *Si quid ei acciderit:* i. e. si moriatur ille: notus εὐφημισμὸς, cujus exempla passim observanda sunt. Sic Cicero in Catilin. iv. 'Deinde, si quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar. MOUNT.

Ἄν περ οὕτω προσέχητε] Ἐὰν οὕτως ἀμελήσητε τῶν πραγμάτων. Sunt enim hæc κατ' ἀντίφρασιν intelligenda. WOLF.

Ἀμέλειαν] Adde καὶ ῥαθυμίαν. IDEM.

Καίτοι καὶ τοῦτο] S. ὃ θρυλλοῦσιν οἱ πολλοὶ, ὅτι τέθνηκε Φίλιππος, εἰ συμπέσοι. Videtur enim aut ἐλλειπτικὸν, aut redundans. IDEM. τοῦτο restituerunt Auger. et Bekker., qui, nescio quo consilio, post hanc vocem punctum collocavit. Lectionis vulgatæ, quam probo, hic erit sensus: *si hoc fieret, ut ei quid accideret,* nam in πάθοι inesse videtur γένοιτο. cfr. in Aristocr. p. 632, 23. ed. R. τί τοῦτο λέγων; i. e. quid dicis hoc dicens? RÜDIG.

Τὰ τῆς τύχης] *Fortunæ favor.* cfr. §. ιά. fin. τὸ τῶν πνευμάτων. §. έ. Matth. Gr. gr. §. 285. IDEM.

Ὑπάρξαι] Plerique libri manuscripti et impressi legunt ὑπάρξει: cod. R. dat ὑπάρξῃ, quod admisit Reiskius. Καίτοι καὶ τοῦτο accipio quasi sensum aliquem efficiens, *et tamen sic se res habet.* Ἧπερ αἰεὶ βέλτιον, sub. ἐπιμελεῖται ἡμῶν. Ad verbum interpretor καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο, *et utinam rem absolveret.* i. e. utinam vitam Philippo eriperet! Vulgata, i. e. Wolfius, Ald. et Fel. legunt καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο, nescio unde acceptum quum libri omnes habeant καὶ τοῦτο ἐξεργάσαιτο. Retinui γὰρ quia τοῦτο proxime præcessit. AUGER.

Ἧπερ αἰεὶ βέλτιον] Ἀθηναίων δυσβουλία καὶ εὐτυχία. WOLF.

Ἐξεργάσαιτο] Si pro γὰρ legas τοῦτο, (ut habet Obsopœus) conjungere licebit: καὶ εἰ τὰ τῆς τύχης (εἰ ἡ τύχη) ὑπάρξαι ἡμῖν, καὶ ἐξεργάσαιτο τοῦτο, S, οὗπερ ἤρξατο. *Si fortuna nobis faverit, et huic etiam beneficio quasi summam manum addiderit,* id est, si Philippus ex morbo decesserit. Licet et δυνητικῶς exponere: *fieri enim potest, ut Fortuna, quod cœpit, perficiat:* et εὐκτικῶς, *utinam vero absolvat id, quod instituit,* id est, perimat eum, quem prostravit. IDEM.

Καὶ τοῦτο ἐξεργάσαιτο] *Atque hoc absolvat, quod incœpit:* sc. Philippum ad exitum vitæ perducendo. Alii legunt, καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο, et exponi possit, inquit Wolfius, εὐκτικῶς, *et utinam absolvat:* quanquam si adesset particula ἂν, καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτ' ἂν, hanc tutius sententiam complecti possemus; notante Lucchesinio. STOCK.

Ἧπερ ..... ἐξεργάσαιτο] Reiskii mutatio ἡ γὰρ .... ἐπιμελουμένη non habet, quo probetur, vulgata enim lectio, quam et Auger. et Bekker. recc., bene habet.

ἐξεργάσαιτο, ἴσθ' ὅτι πλησίον μὲν ὄντες, ἅπασιν ἂν τοῖς πράγμασι τεταραγμένοις ἐπιστάντες, ὅπως βούλεσθε διοικήσαισθε· ὡς δὲ νῦν ἔχετε, οὐδὲ διδόντων ὑμῖν τῶν καιρῶν Ἀμφίπολιν δέξασθαι δύναισθ' ἄν, ἀπηρτημένοι καὶ ταῖς παρασκευαῖς καὶ ταῖς γνώμαις.

ς'. Ὡς μὲν οὖν δεῖ τὰ προσήκοντα ποιεῖν ἐθέλοντας 8
ὑπάρχειν ἅπαντας ἑτοίμως, ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ πεπεισμένων παύομαι λέγων· τὸν δὲ τρόπον τῆς παρασκευῆς, ἣν ἀπαλλάξαι ἂν τῶν τοιούτων πραγμάτων ὑμᾶς ἡγοῦμαι,

Nam περ, quod Reiske in γὰρ mutavit, significat animum ejus, *qui sententiam suam aliis non improbari putat:* ad quam quidem notionem ea, ni fallor, revocari poterunt, quæ Hoogev. de Part. gr. p. 688. singulatim affert. Cfr. §. δ'. καὶ ἅπανθ' ὅσα περ etc. h. l. *fortuna, quæ, ut quivis concedet, nobis favet.* Quam quidem sententiam sæpe Noster exprimit. cfr. Olynth. II. (I.) init. Non recte Reiske ἐπιμελούμεθα mutavit in ἐπιμελουμένη, quum ἡμεῖς proximum sit subjectum: nec minus ἂν post τοῦτο, quod eidem debetur, abjiciendum. Notas parenthes. post ἐπιμελ. collocavi, quum ἐξεργάσαιτο pendeat a præced. RÜDIG.

Ἴσθ' ὅτι] Ἴστε ὅτι, παρὰ τὸ ἴσημι, ἴσατε καὶ ἴστε, κατὰ συγκοπήν. WOLF.

Πλησίον] Εἴ τε Μακεδονίας εἴ τε Ἀμφιπόλεως. IDEM.

Οὐδὲ διδόντων ὑμῖν τῶν καιρῶν Ἀμφίπολιν] Amphipolis antiquitus ἐννέα ὁδοὶ, postea Amphipolis nominabatur, quia, ut ait Thucydides, [cui assentit Auctor Etymologici] eam amnis Strymon pene circumfluat. [Suidas ita appellatam dicit, quia circum undique coleretur.] Hodie vocatur *Emboli.* Cimon Miltiadis F. Coloniam decem millium Atheniensium ad hanc urbem olim deduxit, quæ commodissime sita erat ad infestandam Macedoniam, cum intra eam et Thraciam jaceret. Philippus cito hoc animadvertit. Itaque vix solium adscenderat, quin eam occuparet; cum autem diutius eam retinere non posset, id libenter fecit quod necessitas exegit, ejusque incolis concessit ut Democratia uterentur. Eam iterum post biennium obsidens Atheniensibus se traditurum fidem dedit, urbe autem capta promisso non stetit. Maxime Atheniensium intererat urbem adeo ipsis opportunam recuperare, neque quidquam erat de quo eos tam sollicitos esse oportuit: itaque Demosthenes, ut ostendat quam deplorata sit ipsorum socordia, atque imprudentia, apertis, inquit, per occasionem portis Amphipoleos, vestra inter vos dissidia, atque animi incertitudines, vobis eas iterum occluderent. Probus in Cim. Plutar. Dem. in Aristoc. et de Fals. Leg. *Tourrell.* MOUNT. Phil. Ol. 105, 3. hanc urbem ceperat, Diod. Sic. XVI. 8., quam, ut ex multis locis veterum intelligitur, recuperare quam maxime Athenienses cupiebant. Quare quum hi ab Amphipolitanorum legatis Hierace et Stratocle ad auxilium ferendum invitarentur, cfr. Olynth. I. (III.) §. δ'., illorum precibus non sunt commoti, nam Philippus se hanc illis traditurum esse promiserat. Olynth. II. (I.) §. γ'. Καιροὶ, qui nostro loco nominantur, videntur ad illam legationem, de qua diximus, pertinere. Cfr. in Aristocr. p. 669, 10. ed. R. RÜDIG.

Ἀπηρτημένοι καὶ ταῖς παρασκευαῖς] Κεχωρισμένοι, κρεμάμενοι, μακρὰν ὄντες: μήτε παρεσκευασμένοι μήτε βουλόμενοι. WOLF.

Ἀπηρτημένοι] Sugillat hic Orator civium suorum levitatem solennem atque inconstantiam: eamque pulcre exprimit vox ἀπηρτημένοι, quæ significat *suspensi,* ideoque *fluctuantes,* ut ipse in versione reddidi. Haud multum absimile est quod Apostolus Ephesiis dicit, cap. iv. 14.—κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας. Sumitur quidem alias hoc verbum pro κεχωρισμένοι, ut observat Scholiastes, μακρὰν εἶναι, *longe abesse, aberrare:* sensu, ut opinor, minus huc arridenti, quemque sententiæ structura non admittat: nisi inserantur v. τῶν πραγμάτων, vel legamus τῆς παρασκευῆς καὶ τῆς γνώμης. MOUNT. Thom. M. p. 327. ἀποδιίσταμαι: quo quidem auctore illa vox proprie de mari dicitur; h. l. *prohibiti* et apparatus inopia et animorum fluctuatione. RÜDIG.

ς'. Ὡς μὲν οὖν δεῖ] Παύομαι μὲν οὖν λέγων, ὡς ὑμῶν ἐγνωκότων καὶ πεπεισμένων· τί δέ; ὡς δεῖ ἅπαντας ὑπάρχειν ἑτοίμους, ἐθέλοντας τὰ προσήκοντα ποιεῖν. WOLF.

Ἣν ἀπαλλάξαι ἂν] Ἀπαλλάξειν, δι' ἧς ἂν ἀπαλλαγείημεν τούτων τῶν πραγμάτων. IDEM.

Τοιούτων πραγμάτων] Intelligitur is re-

καὶ τὸ πλῆθος ὅσον, καὶ πόρους οὕς τινας χρημάτων, καὶ τἆλλα ὡς ἄν μοι βέλτιστα καὶ τάχιστα [1] δοκεῖ παρασκευασθῆναι, καὶ δὴ πειράσομαι λέγειν, δεηθεὶς ὑμῶν, ὦ 44
ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοσοῦτον. ἐπειδὰν ἅπαντα ἀκούσητε, κρίνατε, καὶ μὴ πρότερον προλαμβάνετε· μηδ' ἂν ἐξ ἀρχῆς δοκῶ τινὶ καινὴν παρασκευὴν λέγειν, ἀναβάλλεσθαί με τὰ πράγματα ἡγείσθω. οὐ γὰρ οἱ ταχὺ καὶ τήμερον εἰπόντες μάλιστα εἰς δέον λέγουσιν — οὐ γὰρ ἂν τά γε ἤδη γεγενημένα τῇ νυνὶ βοηθείᾳ κωλῦσαι δυνηθείημεν —, ἀλλ' ὃς ἂν δείξῃ τίς πορισθεῖσα παρασκευὴ καὶ πόση καὶ πόθεν διαμεῖναι δυνήσεται, [2] ἕως ἂν ἢ διαλυσώμεθα πεισθέντες τὸν πόλεμον ἢ περιγενώμεθα τῶν ἐχθρῶν· οὕτω γὰρ οὐκέτι τοῦ λοιποῦ πάσχοιμεν ἂν κακῶς. οἴομαι τοίνυν ἐγὼ ταῦτα λέγειν ἔχειν, μὴ κωλύων εἴ τις ἄλλος ἐπαγγέλλε-

[1] δοκῇ

[2] τέως

rum status, quo Atheniensibus metuendum, ne Philippo cederent. Rüdig.

Δοκῇ] Retinui: *si, quæ visa fuerint.* De Class. p. 178. v. 13. ed. R. πειράσομαι τὸν τρόπον εἰπεῖν, ὃν ἄν μοι δοκῆτε παρεσκευάσθαι: add. huj. or. §. ή. p. med. Idem.

Καὶ δὴ] i. q. ἤδη. Herm. ad Vig. 829. Idem.

Τοσοῦτον ἐπειδὰν] Ἵνα κρίνητε, ἐπειδάν. Wolf.

Καὶ μὴ πρότερον προλαμβάνετε] S. τὴν κρίσιν, μὴ κρίνετε πρὶν ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν τὴν ἐμὴν γνώμην. Idem.

Καινὴν παρασκευὴν] Pro καινὴν legi vult Victorius in Var. Lect. l. ix. c. 16. κενήν.

Ἀναβάλλεσθαί με τὰ πράγματα] Quomodo? cum parvæ copiæ citius comparari possint, quam magnæ? An quia his bellum duci potius quam confici potest? Wolf.

Οὐ γὰρ οἱ ταχὺ καὶ τήμερον εἰπόντες] Est ἐλλειπτικὸν, S. δεῖ παρασκευάσασθαι. Vult bellum maturari Demosthenes: sed id tam subito apparari posse negat. Idem.

Ταχὺ et τήμερον] Accipe tanquam substantivos, qui jugiter vobis hæc verba occinunt, *cito, hodie.* Auger.

Εἰς δέον λέγουσι] Τὰ δέοντα. Wolf. Opportune. Rüdig.

Οὐ γὰρ ἂν τά γε ἤδη γεγενημένα, &c.] Mirum quantum hallucinatus est Wolfius, qui hunc locum ita transtulit: *cum, quo quidem in loco res nunc sunt, auxiliis, quæ nunc mittimus, pericula propulsare non possimus.* Sensus hic est: quæ jam nobis damna evenerunt, auxiliis nunc missis defendere non possumus; etenim infectum reddere quod factum est non ipse potest qui potest omnia, juxta illud Horatianum Od. iii. 29.

——'non tamen irritum,
Quodcunque retro est, efficiet, neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit.'

Mount.

Ἀλλ' ὃς ἂν] Οὗτος μάλιστα εἰς δέον λέγει, ὅς, &c. Wolf.

Τίς πορισθεῖσα παρασκευὴ] *Quæ copiæ exstructæ esse debeant.* Rüdig.

Ἕως ἂν] Reiske τέως male in textum recepit. Nam in enunciatione relativa, cui ἂν additur, non utuntur particula demonstrativa. Rüdig.

Πεισθέντες] Οὐχὶ δὲ βιασθέντες. Wolf.

Τοῦ λοιποῦ] Ἐπιῤῥηματικῶς, εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον, μετὰ ταῦτα. Idem.

Ἄλλος] F. ἄλλο. Hæc verba ἡ μὲν ὑπόσχεσις, &c. alicubi, uti memini, citat Longinus, qui multa mutuatur a Demosthene non adducendo tantum, verum effingendo (sic), ut alibi notavi. Taylor.

Ἐπαγγέλλεται] Hoc verbum dicitur de iis, qui criminantur aliquem concionari et reipubl. præesse, quanquam non liceat. cfr. Harpocr. s. h. v. Etym. M. 353, 43. jam illi, quod pollicitationibus suadent, *ut perficiatur, postulant.* d. fals. leg. 401, 17. ed. R. τί δὴ μόνος οὐδὲν ἐπαγγέλλεται. Rüdig. Quid his verbis hic voluerit vir d., non intelligo. Apud Harpocrationem legitur: Ἐπαγγελία σημαίνει καὶ ἄλλα, ἰδίως δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν ἐγκαλούντων τινὶ δημηγορεῖν καὶ πολιτεύεσθαι οὐκ ἐξόν. Λέγεται τὸ ἐπαγ-

ταί τι. ἡ μὲν οὖν ὑπόσχεσις οὕτω μεγάλη, τὸ δὲ πρᾶγμα ἤδη τὸν ἔλεγχον δώσει· κριταὶ δ' ὑμεῖς ἔσεσθε.

ζ'. Πρῶτον μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τριήρεις πεντήκοντα παρασκευάσασθαί φημι δεῖν· εἶτ' αὐτοὺς οὕτω τὰς γνώμας ἔχειν, ὡς, ἐάν τι δέῃ, πλευστέον εἰς ταύτας αὐτοῖς ἐμβᾶσι. πρὸς δὲ τούτοις τοῖς ἡμίσεσι τῶν ἱππέων ἱππαγωγοὺς τριήρεις καὶ πλοῖα ἱκανὰ εὐτρεπίσαι κελεύω. ταῦτα μὲν οἴομαι δεῖν ὑπάρχειν ἐπὶ τὰς ἐξαίφνης ταύτας ἀπὸ τῆς 9
οἰκείας χώρας αὐτοῦ στρατείας εἰς Πύλας καὶ Χεῤῥόνησον

γέλλεσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ προστάττειν ἢ αἰτεῖσθαι, ὡς παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. Etymolog. M. ἐπαγγεῖλαι καὶ ἐπαγγελία σημαίνει μὲν καὶ ἄλλα, ἰδίως δὲ λέγεται ἐπὶ πεπορνευμένων καὶ δημηγορούντων οὐκ ἐξόν· καὶ ἐπήγγελλε, παρεκελεύετο, προσέταττε. λέγεται καὶ παθητικῶς, καὶ ἐπαγγείλασθαι λέγεται τὸ κελεύειν ἢ καταγγέλλειν. Apparet ex his, ea, quam Rüdiger hoc loco aptam putavit, significatione nonnisi activum ἐπαγγέλλειν adhiberi, activum autem et medium significatione προστάττειν, κελεύειν. Neutra autem hoc loco apta. Taylor, qui varias hujus verbi significationes accurate explicat ad orationem de falsa legat. p. 293. vol. ii. Nostr. Ed., ait, hic significare *operis formam proponere, rem seu argumentum delineare et rationem instituere ejus, quod esset exsequendum:* quam significationem quo magis commendet, legendum conjicit ἄλλο pro ἄλλος, quod vel molestus hiatus dissuadet, ut nil dicam de separatione ἄλλο — τι. Mihi quidem ἐπαγγέλλεται et ὑπόσχεσις consulto videntur opposita. Ut enim jam veteres Grammatici notarunt, ὑπισχνεῖσθαι est polliceri, quod præstare velis et possis; ἐπαγγέλλεσθαι promittere, quod præstare non possis, sive vanitate ductum, seu lucri studio, seu alia causa. εἴ τις ἄλλος ἐπαγγέλλεταί τι est igitur 'si quis alius vana et magnifica promittit;' ὑπόσχεσις contra ejus est, qui, quæ conducunt et fieri possunt, promittit. Brem.

Οὕτω μεγάλη] Τηλικαύτη. Wolf. i. e. ut vix exsolvi promissum possit. cfr. de Coron. §. ρά. εἰ δ' ἄρ' ἔχουσιν οὕτως ἀνιάτως. Rüdig.

Τὸ δὲ πρᾶγμα] *Rem* appellat explicationem consilii sui. Wolf. Metaphora hæc a re forensi desumta, in qua πρᾶγμα ipsa est causa, de qua agitur, ἔλεγχος argumentum causæ. Cfr. de Coron. ξς'. τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους φυγών. Rüdig.

Τὸν ἔλεγχον δώσει] Ἐλεγχθήσεται, γνωσθήσεται. πότερον ἀληθὴς ἡ ὑπόσχεσις αὐτὸ δείξει. Wolf.

Κριταὶ — ἔσεσθε] Κρινεῖτε. Idem.

ζ'. Εἶτ' αὐτοὺς] Verba sic ordina: εἶτά φημι δεῖν αὐτοὺς (ἡμᾶς τοὺς Ἀθηναίους) ἔχειν οὕτω (τοιαύτας) τὰς γνώμας (alias οὕτω γνώμης ἔχειν cum genitivo) ὡς αὐτοῖς ἐμβᾶσιν εἰς ταύτας (τὰς τριήρεις) πλευστέον (ἐστὶ) ἐάν τι δέῃ. Idem. De Class. §. έ. οὕτω διακεῖσθαι τὰς γνώμας ὑμᾶς. Rüdig.

Ἡμίσεσι τῶν ἱπ.] *Dimidiæ equitum parti.* Xen. Cyr. II. 3, 17. ἡμίσεις τῶν ἀνδρῶν. vid. Wolf. ad Lept. §. δ'. Hoogev. ad Vig. p. 99. Idem.

Ἱππαγωγοὺς, τριήρεις, καὶ πλοῖα ἱκανὰ] Ita distinguit Laz. Bayfius in libro de re navali. V. Robortelli Emendat, i. 2. Taylor. Casaubon. ad hanc vocem in Equit. Aristoph. "Naves Græcorum varie nominantur: fere a mensura, quam capiunt, ut Chiliagogi, Myriagogi: vel a re, cui sunt destinatæ, ut σιταγωγοὶ, quæ deferunt τὸν σῖτον, *i. e. frumentum.* Sic et illæ naves quibus utebantur in transvehendis equis, quibus postea utebantur in terra, Gr. Ἱππαγωγοὶ, Lat. *Hippagines.* Mount. Cf. Thuc. ii. 56. iv. 42. vi. 43. Herod. vi. 48.

Κελεύω] *Hortor;* sæpe cum φημὶ et οἴομαι permutatur, apud Xen. Cyr. V. 2, 15. cum δοκεῖ. Suid. s. h. v. Wessel. ad Herod. III. 36. Rüdig.

Πύλας] Pylæ, sive Thermopylæ: transitus sexaginta passuum latitudinis, inter Phocidem ac Thessaliam. Varii lacus, sicut etiam Mare Locrense, et mons Œta, hasce angustias impediebant; quas Philippus appellavit *Clavem Græciæ.* Phocenses, ut munimentum adversus Thessalos, hostes ipsorum implacabiles, haud difficulter custodiendum possiderent, murum ædificarunt ad Thermopylas, qua solum ex Thessalia in Phocidem patet introitus. Hiatus qui in hoc muro facti erant, ne viam prorsus obstrueret, appellabatur Πύλαι, *Portæ;* cui voci addita est v. θερμαὶ, *calidæ,* propter calida quædam, quæ circa eum locum erant, la-

καὶ Ὄλυνθον καὶ ὅποι βούλεται· δεῖ γὰρ ἐκείνῳ τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ παραστῆναι, ὡς ὑμεῖς ἐκ τῆς ἀμελείας ταύτης τῆς ἄγαν, ὥσπερ εἰς Εὔβοιαν καὶ πρότερόν ποτέ φασιν εἰς Ἁλίαρτον καὶ τὰ τελευταῖα πρώην εἰς Πύλας, ἴσως ἂν ὁρμήσαιτε. οὔτοι παντελῶς οὐδ᾽ εἰ μὴ ποιήσαιτ᾽ ἂν τοῦτο, ὡς ἔγωγέ φημι δεῖν, εὐκαταφρόνητόν ἐστιν, ἵν᾽ ἢ διὰ τὸν φόβον, εἰδὼς

vacra; exque his duabus facta vox Thermopylæ. *Tourrell.* Jac. Palmerius Scholiasten nostrum ignorantiæ in Geographicis ex hoc loco arguit, nempe quod Pylas inter Parnassum et Mare ponat, quum pro Parnasso deberet dicere Callidromum, vel Œtam. De Thermopylarum situ consulendus est qui eum accurate describit, Strab. lib. ix. et Livius lib. xxxvi. 15. MOUNT. V. Diodor. Sic. xvi. 38.

Χεῤῥόνησον] Hoc intelligendum est de Chersoneso, sive Peninsula, Thraciæ, post unum annum Atheniensibus tradita a Cersoblepte (uno ex Thraciæ regibus, Cotyi autem filio); quippe qui eam contra Philippum defendere non posset. Cardiani, qui in hac tum regione florebant, novos hos dominos agnoscere recusarunt, quin ad Philippum confugere. Is, ut eorum defectionem adjuvaret, cujus ipsum etiam auctorem exstitisse verisimile est, in Chersonesum arma intulit. *Tourrell.* MOUNT. V. Diodor. Sic. xvi. 34.

Ὄλυνθον] De Olyntho prolixius, magisque ad propositum, dicemus, cum de Olynthiacis nobis erit agendum. Philippus jam fortasse adversus Olynthum hostiliter se gesserat, minime vero ejus obsidionem instruxerat, neque quidquam omnino fecerat quod eo spectaret; alioquin Demosthenes nequaquam id tam leviter hoc in loco attigisset, cum de eo alibi tam frequenter, tantaque vi, declamitet. *Tourrell.* MOUNT.

Δεῖ γὰρ ἐκείνῳ τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ παραστῆναι] Δεῖ πεπεῖσθαι Φίλιππον καὶ προσδοκᾷν. WOLF.

Παραστῆναι] Vid. D'Orville ad Char. Aphrod. l. iv. c. iv. p. 391.

Ἐκ τῆς ἀμελείας ταύτης] Μετὰ τὴν ἀμέλειαν, ac potius, ἀφέμενοι τῆς ἀμελείας ταύτης, *omissa, repudiata ista socordia.* WOLF.

Εἰς Εὔβοιαν] Opem tulerant Athenienses, septem annis antea, Eubœensibus contra Thebanos: cum quinque diebus exercitum in Eubœam induxerint, et triginta vix elapsis, coegerint Thebanos pacem petere, et ab insula decedere. *Ex edit.* STOCK. Vid. Diodor. Sic. xvi. 7., Demosth. de Chers. §. ιζ'., et pro Megalop. §. ε'.

Ὥσπερ εἰς Εὔβοιαν] Sub. ὑμᾶς ὁρμῆσαι. AUGER.

Καὶ πρότερόν ποτέ φασιν, εἰς Ἁλίαρτον] Lacedæmonii hanc Bœotiæ urbem oppugnabant. Athenienses, Thebanis opem petentibus, eam obsidione liberarunt, occiso Lysandro duce Lacedæmonio. Facta est hæc expeditio annis 43 ante hanc orationem habitam (πρότερόν ποτέ φασιν, inquit Demosthenes) atque eo insignior fuit, quod tum Athenienses nuperrime excusserant jugum triginta Tyrannorum. *Ex edit.* STOCK. Vid. Xenoph. Hellen. iii. 5.

Καὶ τὰ τελευταῖα πρώην εἰς Πύλας] Vid. supra: consule etiam Diodorum lib. xvi. Historiæ summa hæc est. Thebani victos armis Lacedæmonios et Phocenses apud Amphictyonum consilium accusaverant; illos, quod Cadmeam arcem induciarum tempore occupaverant; hos, quod terræ sacræ tractum excoluissent. Illi pecunia damnantur, majori quam quæ exsolvi posset. Igitur Phocenses, Philomelo duce, templum Delphicum occupant. Hinc conflatum bellum, quod Phocicum, sive Sacrum, appellatur, quodque novem, ut Diodorus refert, decem vero, ut Pausanias, annos duravit. Pleræque Græciæ urbes Phocenses, ut sacrilegos, ultione persequendos censent; Athenienses contra et Lacedæmonii iis auxiliantur. Philippus, a Thebanis Thessalisque dux belli creatus, Phocenses prælio vincit. Athenienses, audito belli eventu, ne in Græciam transiret, angustias Thermopylarum occupant. MOUNT.

Οὔ τοι παντελῶς] Sententia est: tametsi hoc non feceritis, (id est, si non strenue excurreritis, sicut olim) id quod ego tamen omnino censeo faciendum, non tamen in ea re parum momenti erit. WOLF.

Ποιήσαιτε] Ὑμεῖς: non ad Philippum pertinet. Nam ε per apostrophum abjectum est, non ο: ποιήσαιτε lege, non ποιήσαιτο. WOLF.

Εὐκαταφρόνητόν ἐστιν] Subaudi ὃ ποιήσετε, vel resume τοῦτο quod est post ἂν, et quod aliqui velint post παντελῶς collocari. AUGER.

Εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὑμᾶς] Non dubito, quin

εὐτρεπεῖς ὑμᾶς — εἴσεται γὰρ ἀκριβῶς· εἰσὶ γὰρ, εἰσὶν οἱ πάντ᾽ ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ παρ᾽ ἡμῶν αὐτῶν πλείους τοῦ δέοντος — ἡσυχίαν ἔχῃ, ἢ παριδὼν ταῦτα ἀφύλακτος ληφθῇ, μηδενὸς ὄντος ἐμποδὼν πλεῖν ἐπὶ τὴν ἐκείνου χώραν ὑμῖν, ἂν ἐνδῷ [1] καιρόν.

η'. Ταῦτα μέν ἐστιν, ἃ πᾶσι δεδόχθαι φημὶ δεῖν καὶ [2] παρεσκευάσθαι προσήκειν οἴομαι· πρὸς δὲ τούτοις δύναμίν τινα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φημὶ προχειρίσασθαι δεῖν ὑμᾶς, ἣ συνεχῶς πολεμήσει καὶ κακῶς ἐκεῖνον ποιήσει. μή μοι μυρίους μηδὲ δισμυρίους ξένους μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους

[1] καιρός

[2] παρασκευάσασθαι

legendum sit, εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὄντας ὑμᾶς, addito participio, quod sæpe perperam prætermittitur. WOLF.

Εἰσὶ γὰρ, εἰσὶν οἱ πάντ᾽ ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ] Philippus auro in speculatores impendendo nunquam pepercit; eoque plures se, quam ferro, urbes expugnasse gloriatus est. Demosthenes inter proditores hic designat Aristodemum et Neoptolemum; minime vero Æschinem, qui non nisi post sex annos Philippi commodis inserviit. *Tourrell.* MOUNT. Cic. Cat. i. 1. 'Nos, nos, dico aperte, consules desumus.'

Μηδενὸς ὄντος ἐμποδὼν] *Cum nihil,* vel *nemo impediat.* WOLF.

Μηδενὸς ὄντος ἐμποδὼν πλεῖν ἐπὶ τὴν ἐκείνου χώραν ὑμῖν] Macedonia, cujus quidem regnum hæreditarium erat, sita est in Thracia antiqua; limites vero habuit a meridie montes Thessaliæ, ab oriente Bœotiam et Pieriam, ab occasu Lyncistas, a septentrione Mygdoniam et Pelagoniam. Postquam autem Philippus partem Thraciæ atque Illyrici subegisset, patuit id regnum a mari Adriatico usque ad Strymonem fluvium. Decem reges numeravit a Perdicca primo rege ad Philippum tum regnantem. Ejus regia urbs erat Pella, celebris ob Philippum ejusque filium Alexandrum ibi natos. *Tourrell.* MOUNT.

Καιρὸν] Recepi. Nam ἐνδιδόναι neutral. est *cedere,* et activ. cum acc. πρόφασιν, ἀρχὴν, similibusque, denotat *suppeditare.* Eodem modo h. l.: *si Philippus occasionem fecerit.* RÜDIG.

η'. Δεδόχθαι καὶ παρεσκευάσθαι] Enallage ἐμφατικὴ ad tollendam cunctationem. Alii παρασκευάσασθαι: quod non displicet. Nam τὸ δεδόχθαι jam præsto esse potest: τὸ παρεσκευάσθαι non item. Sic mox pro πρὸς δὲ τούτοις, alii πρὸ δὲ τούτων, *ante hæc.* WOLF.

Δεδόχθαι] Præteritum pro præsenti, ut in Græco sermone sæpius usurpatur. AUGER.

Παρεσκευάσθαι] Rüdiger revocavit παρασκευάσασθαι [quum apparatum non *factum,* verum *faciundum* describat, ut §. ζ'.], quod factum nollem. Nam plures libri παρεσκευάσθαι commendant, idque fortius est, quippe quum necessitatem involvat, ut isthæc parata et instructa sint. Eodem modo p. 91. l. 1. ed. R. περὶ τούτων δ᾽ οἶμαι τὴν ταχίστην συμφέρειν καὶ βεβουλεῦσθαι καὶ παρεσκευάσθαι. Sæpe hæc vocabula confusa sunt, atque interdum παρεσκευάσθαι ex optimis libris restituendum, ut περὶ Συμμορ. p. 178. l. 13. ὃν ἄν μοι δοκεῖτε μάλιστα παρεσκευάσθαι, ubi ἂν, quod *posse* significat, jungendum cum παρεσκευάσθαι. Similiter etiam alia præterita ponuntur. περὶ Συμμορ. p. 182. l. 23. καὶ τὰ μὲν σώματα οὕτω φημὶ δεῖν συντετάχθαι. Infra p. 19. l. 14. δυεῖν ἕνεκα συμφέρειν ἡγοῦμαι εἰρῆσθαι. Etiam aliis locis librarii ejusmodi præterita mutarunt, ut περὶ Συμμορ. p. 178. l. 20. εἰ δὲ παρελθὼν εἷς ὁστισοῦν δύναιτο διδάξαι καὶ πεῖσαι, τίς παρασκευὴ καὶ πόση καὶ πόθεν πορισθεῖσα χρήσιμος ἔσται νῦν τῇ πόλει, πᾶς ὁ παρὼν φόβος λέλυται: ubi duo codd. λυθήσεται habent. BREM.

Κακῶς ποιήσει] *Bello petet.* Xen. Anab. I. 4, 22. εἴ τις βούλοιτο βασιλέα κακῶς ποιεῖν. Matth. Gr. §. 409. Tempore futuro, ut hic, ita alibi Noster utitur, ut, *quæ fieri velit,* significet; idem exprimit per κελεύω, quod paullo post sequitur. RÜDIG.

Μή μοι μυρίους] Explica supplendo, juxta Wolfium, μή μοι μυρίους . . . δυνάμεις λεγέτω τις, ἀλλὰ ταύτην δύναμιν ἐθέλω ἣ τῆς &c. Ceterum per τὰς ἐπιστολιμαίους δυνάμεις, intellige copias quas mox affore spes erat literis a civitate scriptis, et quæ tamen non aderant. AUGER. Vid. Musgrav. ad Eurip. Hel. 555.

Μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις]

ταύτας δυνάμεις, ἀλλ᾽ ἢ τῆς πόλεως [1]ἔσται, κἂν ὑμεῖς ἕνα κἂν πλείους, κἂν τὸν δεῖνα κἂν ὁντινοῦν χειροτονήσητε στρατηγόν, τούτῳ πείσεται καὶ ἀκολουθήσει. καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαι κελεύω. ἔσται δ᾽ αὕτη τίς ἡ δύναμις καὶ

[1] ἔστω

Conductitios exercitus verti. ἀπόστολος veteribus *classem* significat: unde ἀποστολιμαῖος *classicus, classiarius, emissarius.* ἐπιστολὴ, *literæ, mandatum.* ἐπιστολεὺς, γραμματοφόρος, *tabellarius,* vel ὁ ἐπὶ τοῦ στόλου διάδοχος τοῦ ναυάρχου, *classi præfectus:* ἐπιστολιμαῖος, *epistolaris,* τὸ δι᾽ ἐπιστολῆς γιγνόμενον ἢ διαπραττόμενον. ἐπιστολιμαῖοι δυνάμεις, *copiæ,* (ut opinor) *quæ,* cum est opus, *foris contrahendæ, et missis literis aut legatis accersendæ sunt.* Apud Eusebium lib. 7. ecclesiasticæ historiæ legitur: ἐπιστολιμαίων δέομαι γραμμάτων. Sic ἐπιστολιμαῖος χαρακτὴρ, ἐπιστολιμαῖα συνθήματα, ἐπιστολιμαῖοι κατηγορίαι. ἐπιστολιμαίους δυνάμεις, scilicet λεγέτω τις, ἀλλὰ ταύτην δύναμιν ἐθέλω, ἣ τῆς πόλεώς ἐστι, τουτέστι, πολιτικήν. Hermogenes addit πρόσφερε. Wolf.

Ἐπιστολιμαίους] Quatuor hujusce vocis interpretationes recensuit Tourrellus. Prima est Henrici Stephani, qui ἐπιστολιμαίους δυνάμεις recte vertendum censet *Missitias Copias,* ex Suetonio: et tum sensus erit, copias Veteranorum, qui contra privilegia sua coguntur iterum militare. Secunda est Jul. Pollucis, qui per ἐπιστολιμαῖος intelligit *Peregrinus:* ita ut, juxta eum, τὸ ἐπιστολιμαῖοι δυνάμεις nihil aliud significabit quam *copias peregrinas,* ἃς ἐπιστέλλουσιν οἱ ξένοι. Tertia Phavorini est: isque vertit διαπόντιος, *transmarinus,* et pro ἐπιστολιμαῖος legit ἀποστολιμαῖος, eam vocem ab ἀπόστολος derivans, quæ classem sive navalem apparatum denotat. Quarta, quamque ipse sequitur, Wolfii est, qui per has voces intelligit, Copias quæ, cum est opus, foris contrahendæ, et missis literis aut legatis accersendæ sunt. Hactenus Tourrellus: quem miror duos ex Polluce et Phavorino interpretationes elicuisse, quum idem plane ad verbum uterque dicat; excepto quod hic ἀπ. ille vero ἐπιστολιμαῖος habet: vid. Poll. vi. 49. Phavorin. col. 682. Palmerius longe alio sensu hunc locum interpretatur: ejus verba hæc sunt. "Intelligit (credo) minas per epistolas ad Philippum missas, de quibus infra ait [§. ιά.] ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ." In eadem sententia videtur esse Scholiast. ad hanc v. Omnino autem vide Scholion ad voces μή μοι μυρίους, quod ab alia manifeste manu est. Ab omnibus hisce interpretationibus diversa demum est ea quam protulit Etymologus: ita enim ille, col. 365. Ἐπιστολιμαίους, στρατιώτας ἀγελαίους εἶπεν Δημοσθένης· παρὰ τὸ στόλος, τὸ στράτος. Quænam ex his optima sit, lectoris esto judicium. Mount.

Ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις] Hujusce locutionis (quæ mire torsit interpretes) hanc explicationem proposuit Olivetus. "Atheniensibus usitatum erat literas undique mittere ad copias accersendas. Rescriptum itaque erat ex alio atque alio loco hunc et illum militum numerum comparatum fore. Cum vero ad rem ventum esset, nequaquam tantæ repertæ sunt copiæ, quantæ in literis hinc petentibus, illinc promittentibus, nominantur. En! ergo quid significat ἐπιστολιμαίους δυνάμεις: magnificos hos apparatus qui in literis solummodo utrinque scriptis exsistunt." *Ex edit.* Stock.

Ἀλλ᾽ ἢ τῆς πόλεως ἔστω] Malim ἀλλ᾽ ἢ τῆς πόλεως ἔσται, καὶ κἂν. videtur enim necessario, quamvis κακοφώνως, addenda conjunctio. Wolf. ἴσως, καὶ ἂν ὁντινοῦν. Taylor. Hæc mens est scriptoris: ne alias enumeretis copias quam domesticas. Rüdig.

Τούτῳ πείσεται] Scilicet ἡ πολιτικὴ δύναμις. Unde apparet, mercenarios milites non cuivis duci parere solitos. Wolf.

Καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαι κελεύω] Τὴν τροφὴν etsi in universum de sustentatione exercitus intelligere licet, tamen pro *annona,* seu *commeatu,* quod σιτηρέσιον postea dicet, intelligo: ut et cibaria, vel certam pro iis pecuniam ad sustentationem corporis, et aliam pecuniam pro laboribus et periculis dederint militibus, quæ conjuncta τὸν ἐντελῆ μισθὸν, *integrum stipendium,* confecerint. Suidas σιτηρέσιον, τὸ διδόμενόν τισιν εἰς τροφήν. Hesychius ἐφόδιον. Budæus militarem annonam et stipendium et tesseram frumentariam interpretatur. Apud Cæsarem est frequens, militibus metiri frumentum, τὸ σιτομετρεῖν, ἢ σιτοδοτεῖν: cujus locum adscribere libet: 'Ingresso civile bellum, centuriones cujusque legionis singulos equites e viatico suo obtulerunt: et universi milites gratuitam et sine frumento stipendioque operam, cum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent. Neque in tam diuturno spatio quisquam omnino descivit: plerique capti, concessam sibi sub conditione vitam, si adversus eum militare vellent, recusarunt.' Idem.

πόση, καὶ πόθεν τὴν τροφὴν ἕξει, καὶ πῶς ταῦτ᾽ ἐθελή-
σετε ποιεῖν; ἐγὼ φράσω, καθ᾽ ἕκαστον τούτων διεξιὼν
χωρίς. ξένους μὲν λέγω — καὶ ὅπως μὴ [1]ποιήσετε τοῦθ᾽
ὃ πολλάκις ὑμᾶς ἔβλαψεν· ἅπαντ᾽ ἐλάττω νομίζοντες εἶ- 11
ναι τοῦ δέοντος, καὶ τὰ μέγιστ᾽ ἐν τοῖς ψηφίσμασιν αἱρού-
μενοι, ἐπὶ τῷ πράττειν οὐδὲ τὰ μικρὰ ποιεῖτε· ἀλλὰ τὰ
μικρὰ ποιήσαντες καὶ πορίσαντες, τούτοις προστίθετε, ἂν
ἐλάττω φαίνηται. λέγω δὴ τοὺς πάντας στρατιώτας δισχι-
λίους. τούτων δὲ Ἀθηναίους φημὶ δεῖν εἶναι πεντακοσίους,

[1] ποιήσητε

Τροφὴν] i. q. σιτηρέσιον, ἐφόδιον. Jubet mercedem solvi, ne singuli sua gerant bella. Rüdig.

Ἐθελήσετε] *Poteritis:* in eodem sensu apud Aristoph. In Homero etiam frequentissime: Il. Φ. ver. 366. Οὐδ᾽ ἔθελε προρέειν, pro οὐκ ἠδύνατο. Sic Il. N. ver. 106. Μίμνειν οὐκ ἐθέλεσκον——ad quem locum hæc Eustathius: Τὸ δὲ οὐκ ἐθέλεσκον, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐδύναντο. Συνηθὲς δὲ Ὁμήρῳ καὶ οὕτω λαμβάνειν τὴν τοιαύτην λέξιν. Confer Suidam v. ἐθελήσει. Mount.

Καθέκαστον τούτων διεξιὼν χωρὶς] Καθέκαστον, *singulatim.* Isocrates ad Nicoclem, καθόλου δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων, item cum, genitivo: pro ἕκαστα τούτων διεξιὼν χωρίς. Wolf.

Ξένους μὲν λέγω, &c. λέγω δὴ τοὺς πάντας] Repetitio verbi ejusdem, propter hyperbaton, et interjectam sive parenthesin, sive prolixam ἐπεμβολήν. Sed, ἀντὶ ξένων, substituit στρατιώτας, eodem sensu. Idem. Qui vero στρατιώτας eodem sensu, quo supra ξένους? Equidem conjicio legendum πεζοὺς, idque confirmare mihi videntur cum ea quæ infra habet, ὥσπερ τοὺς πεζοὺς τ. ἀ. τ. στρατευομένους, tum ipsius sententiæ filum atque ordo naturalis; primo enim exponit orator, quot pedites conscribendos censeat; secundo ex his quot cives, quot peregrinos esse oporteat: aut igitur στρατιώτας per se significat pedites, (quo quidem sensu non nisi raro admodum invenitur,) et si significet, quid ad rem τὸ ξένους? aut necessario mutandum est in τὸ πεζούς. In orat. Æschin. contra Ctes. πεζοὺς στρατιώτας μυρίους καὶ ἱππεῖς χιλίους. Mount. Neque hæc vox significat στρατιώτας, neque cum Mount. πεζοὺς substituendum: sed, nisi quis cum Reiskio putet, scriptorem occœpti sermonis oblitum esse, quum paullo post dicat στρατιώτας, de industria ξένους videtur in principio posuisse, ne peregrinos excludere existimaretur. Rüdig.

Ποιήσητε] Bekker. dedit ποιήσετε, nullo, quantum scio, libro addicente. Retinui vulgatam lect., quum canon ille Dawesianus, quem Bekker. hic et multis aliis in locis secutus esse videtur, non ubique adhiberi possit. Vid. Buttm. Gr. Gr. §. 126, 4. Poppo Obss. Thucyd. p. 155. Idem.

Ἅπαντ᾽ ἐλάττω νομίζοντες εἶναι τοῦ δέοντος] Nihil satis magnum videri dicit Atheniensibus. Omnia minoris æstimare, quam oporteat, aliud est. Wolf.

Ἅπαντ᾽ ἐλάττω] Fuit hoc Atheniensium, ut maxima decernerent, minima perficerent: quam rem illis sæpe et Noster et alii oratores exprobrant. Olynth. III. (II.) §. ϛ΄. Lucches. existimat, cladem Syracusanam et naufragium duce Charete acceptum oratoris menti obversata fuisse. Rüdig.

Καὶ τὰ μέγιστ᾽ ἐν τοῖς ψηφίσμασιν αἱρούμενοι] Hoc est quod Aristophanes in Nubibus [v. 419.] vocat γλώττῃ πολεμίζειν, et Latini *verbigerari.* Idem vitium Atheniensibus exprobrat Isocrates Orat. de Pac. *Tourrell.* Mount.

Στρατιώτας δισχιλίους· τούτων δὲ Ἀθηναίους φ. δ. εἶ. πεντακοσίους] Athenienses nullis aliis militibus primitus utebantur, quam suis civibus; ii, quum ad expeditionem aliquam proficiscendum erat, nomina sua in Tabulas publicas referebant. Omnibus per vices obeundum erat hoc munus; nulla vel divitiarum vel nobilitatis habita ratione. Ipsi suis vicibus Philosophi loricam induerunt. Plato magistri sui Socratis fortitudinem prædicat, quæ etiam a Seneca et Plutarcho celebratur. Quin et ipsius Platonis res bello gestæ literis mandatæ sunt. Nemo igitur a generali lege observanda tunc temporis eximius habebatur, quæ, ut ipsi singuli servirent, exigebat. Quicunque præscripto die ad vexillum se non receperat, quique ante

ἐξ ἧς ἂν τινος ὑμῖν ἡλικίας καλῶς ἔχειν δοκῇ, χρόνον τακτὸν στρατευομένους, μὴ μακρὸν τοῦτον, ἀλλ᾽ ὅσον ἂν δοκῇ καλῶς ἔχειν, ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις· τοὺς δ᾽ ἄλλους ξένους 46
εἶναι κελεύω. καὶ μετὰ τούτων ἱππέας διακοσίους· καὶ [1] τούτων πεντήκοντα Ἀθηναίους τοὐλάχιστον, ὥσπερ τοὺς
12 πεζούς, τὸν αὐτὸν τρόπον στρατευομένους. καὶ ἱππαγω-

[1] τούτων εἶναι πεντήκοντα

præscriptum tempus id reliquerat, Desertoris pœna plectebatur: numerus vero horum militum is erat quem rei gerendæ ratio postulabat. Demosthenis antem tempore, obsoleta sunt hæc omnia. Imperator, Factionis prævalentis ope electus, non nisi ex peregrinis et mercenariis, qui male serviebant, exercitum conflavit. Demosthenes postulat, ut iterum valeant antiqua consuetudo et disciplina. *Tourrell.* MOUNT.

Ἐξ ἧς ἂν τινος ὑμῖν] Cives, qui ætatem quadraginta annorum excesserant, immunes erant a militia. Demosthenes eorum judicio relinquit, an non Veteranorum privilegia suspendere ex re erit, ut eo magis exercitatiores habeant milites. *Tourrell.* IDEM.

Ἐξ ἧς ἂν τινος ἡλικίας] Ut hæc verba intelligantur, pauca sunt de ratione militum Athenis conscribendorum explicanda: præsertim, cum ea res vix satis mihi videtur fuisse, vel a Petito, vel ab aliis quos vidi recentioribus, intellecta. Ætas militaris ab decimo octavo anno pertingebat usque ad sexagesimum: quod et clare testatur Harpocratio, voce Ἐπώνυμοι, temere a Petito solicitatus: et ex iis quæ sequuntur, ulterius patebit. Omnes, quorum ætas intra hos limites stetit, albis inscripti erant, quæ servabant 42. Magistratus, Eponymi nuncupati; ita ut unusquisque Eponymus eorum civium nomina albo suo inscripta teneret, qui per idem annorum spatium militaverant; unus nempe eorum qui unicum stipendium fecerant, alter eorum qui bina, et sic deinceps. (Quot igitur annos quotamque ætatis partem, militandum fuerit, vel horum magistratuum numerus indicat; cum inter omnes constet tempus, a quo stipendia merere cœperint.) Instituti autem istius hic usus fuit. Populus, quandocunque expeditionem decerneret, ætatem simul eorum definire solebat, quibus erat in hostes egrediendum: ἐξ ἧς ἂν τινος αὐτῷ ἡλικίας καλῶς ἔχειν δοκῇ: deinde qui fuerint, qui hoc decreto essent obstricti, inspectis Eponymorum catalogis statim patebat. Atque hoc est, quod innuit Aristoteles, de Rep. Athen. ab Harpocratione citatus in voce στρατεία ἐν τοῖς Ἐπωνύμοις· Χρῶνται δὲ τοῖς Ἐπωνύμοις καὶ πρὸς τὰς στρατείας· καὶ ὅταν ἡλικίαν ἐκπέμπωσι, προσγράφουσι, ἀπὸ τίνος ἄρχοντος ἐπωνύμου μέχρι τίνος δεῖ στρατεύεσθαι: *Utuntur autem Eponymis etiam ad militiam; et cum juventutem emittunt, adscribunt, a quo Archonte Eponymo usque ad quem stipendia merere oporteat:* hoc est, a quo *catalogo* usque ad quem.—Quanquam autem sexagenariis solis militiæ erat vacatio, (unde ἀστράτευτοι, et ὑπὲρ τὸν κατάλογον, vocantur a Polluce, Onom. ii. 11.) in more tamen positum fuit, (non lege sancitum, quod falso credit Ulpianus) ut etiam quadragenariis eadem immunitas concederetur, nisi in difficilibus reipublicæ temporibus: unde ait infra Demosthenes, Olynth. B. (Γ). γ΄. 45 *annos natis indictum fuisse, ut naves conscendant*, ob flagrantem in Philippum indignationem. Narrat Plutarchus Phocionem, jussum a populo, alienissimo (ut ipsi visum est) reip. tempore, bellum suscipere, per præconem edixisse, ut omnes ab adolescentia ad sexagesimum usque annum statim a concione sese in castra subsequerentur. Adversus hoc edictum nulla se lege defendere potuerunt seniores: maluit itaque populus a bello ipso desistere quam obmurmurantes et graves annis ad arma retrahere. STOCK.

Στρατευομένους] Ἴσως, στρατευσομένους. TAYLOR.

Ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις] Ὥστε ἀλλήλους διαδέχεσθαι. WOLF. Ita, ut alteri alteros excipiant: similiter ἐκ προσηκόντων. Thuc. iii. 67. De usu dativi cum substantivis vid. Matth. Gr. §. 396. RÜDIG.

Τοὺς δ᾽ ἄλλους ξένους εἶναι κελεύω] In militia Atheniensi omnes extra Atticam nati pro peregrinis habebantur. Peregrini itidem a Mercenariis distinguebantur: illo nomine ii milites vocabantur quos a Sociis mutuata est Respublica; hoc vero, quos mercede conduxit. Horum maxima pars ex Creta ducebatur quæ optimis Jaculatoribus pollebat. *Tourrell.* MOUNT.

Καὶ ἱππαγωγοὺς τούτοις· εἶεν] Robortellus [Emendat. c. 2. Grut. Thes. Crit. t. ii. p. 30.] legi vult: καὶ ἱππαγωγοὶ ς΄. τούτοις εἶεν.

γοὺς τούτοις. εἶεν. τί πρὸς τούτοις ἔτι; ταχείας τριήρεις δέκα· δεῖ γάρ, ἔχοντος ἐκείνου ναυτικόν, καὶ ταχειῶν τριήρων ἡμῖν, ὅπως ἀσφαλῶς ἡ δύναμις πλέῃ.

θ΄. Πόθεν δὴ τούτοις ἡ τροφὴ γενήσεται; ἐγὼ καὶ τοῦτο φράσω καὶ δείξω, ἐπειδάν, διότι τηλικαύτην ἀποχρῆν οἴομαι τὴν δύναμιν καὶ πολίτας τοὺς στρατευομένους εἶναι κελεύω, διδάξω. τοσαύτην μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διὰ ταῦτα, ὅτι οὐκ ἔνι νῦν ἡμῖν πορίσασθαι δύναμιν τὴν ἐκείνῳ παραταξομένην, ἀλλὰ λῃστεύειν ἀνάγκη καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ πολέμου χρῆσθαι τὴν πρώτην· οὐ τοίνυν οὔθ᾽ ὑπέρογκον αὐτήν — οὐ γὰρ ἔστι μισθὸς οὐδὲ τροφή — [1] οὔτε παντελῶς ταπεινὴν εἶναι δεῖ. πολίτας δὲ παρεῖναι καὶ συμπλεῖν διὰ ταῦτα κελεύω, ὅτι καὶ πρότερόν ποτ᾽ ἀκούω ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ τὴν πόλιν, οὗ Πολύστρα-

[1] † οὐδὲ

quam mutationem, merito exagitat Sigonius, [in Emendat. ibid. p. 148.] quippe quæ nulla librorum auctoritate munita sit, quæque venustatem orationis impediat, et sermonem ipsum contra Grammaticæ præcepta deformet. Quod ex Thucydide probat Robortellus singulas hippagines tricenos Equites vehere solitas, qui numerus non valde discrepat ab hoc Demosthenis, certe hoc contra ipsum facit: nihil enim opus fuit, ut Orator aliquid de numero hippaginum statueret, quum tam bene notum fuerit quot erant necessariæ, etiam ipso non admonente. MOUNT.

Ταχείας τριήρεις] Wolfius vertit *celeres triremes*, Nic. Carrus *veloces naves*; Tourrellus autem, *Galéres légérement armées*; censetque per ταχείας τριήρεις intelligi debere *præsidiarias naves*, quem sensum ex verbis sequentibus confirmat ὅπως ἀσφαλῶς ἡ δύναμις πλέῃ, et ex Thucydidis lib. vi. pag. 442. Edit. Francofur. IDEM.

Ἔχοντος ἐκείνου ναυτικὸν] Ex fœdere cum Thessalis inito, eorum classibus et portubus potitus est Philippus. *Tourrell.* STOCK.

Ταχειῶν τριήρων] Schol. ad Thucyd. viii. 43. explic.: πρὸς τὴν ναυμαχίαν ἐπιτήδειοι, quam interpret. seqq. comprobant. RÜDIG.

θ΄. Τηλικαύτην, τοσαύτην] Accipe sensu diminutivo, *tantillam*. AUGER.

Τὴν ἐκείνῳ παραταξομένην] Ἐκ παρατάξεως μαχησομένην, *quæ acie cum illo decernat, collatis signis dimicet.* WOLF.

Λῃστεύειν] Quid sit τὸ λῃστεύειν optime illustrat locus Livii in libro xv. Verba sic se habent: 'in fines Romanos excucurrerunt, [*Veientes*] populabundi magis, quam justi more belli. Itaque non castris positis, non exspectato hostium exercitu, raptam ex agris prædam portantes Veios rediere.' MOUNT.

Τὴν πρώτην] Τὸ πρῶτον, sicut τὴν ἀρχήν. WOLF.

Οὐ γάρ ἐστι μισθὸς οὐδὲ τροφὴ] Πότερον ἐκ παραλλήλου, ἢ κατὰ διαστολήν: Si denæ drachmæ fuerunt σιτηρέσιον, id est, si pecunia pro cibariis data est, nihil aliud dicit, nisi deesse pecuniam, qua stipendia militibus solvantur. IDEM.

Ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ] Exstat Lysiæ ἐπιτάφιος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς. et Diodorus, lib. 14. meminit societatis ad Corinthum initæ a Bœotiis, Atheniensibus, Corinthiis, Argivis, contra Spartanos: et lib. 15. refert, Timotheum, Chabriam, Callistratum, (non Polystratum) duces esse creatos contra Lacedæmonios. IDEM. vid. Schol. ad hæc verba in Plut. Aristoph. p. 13. ed. Kust. τὸ δ᾽ ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν οὐχ οὗτος τρέφει: vid. etiam Suid. et Harpocrat. ad vv. ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ. MOUNT.

Ἐν Κορίνθῳ] Insignis Græciæ urbs intra Isthmum Peloponnesi sita. Bellum de quo loquitur Demosthenes ortum est Olymp. 93. Ann. 3tio, et octo annos duravit. Lacedæmonii Olymp. 93. Ann. 4to, everso Atheniensium imperio, sui jecerunt fundamenta. Thebæ, Athenæ, Corinthus, et consequenter cæteræ omnes inferioris ordinis urbes Spartæ leges accipiebant. Itaque tranquilla erant et pacata omnia, quum Græciæ in Asia Colo-

τος ἡγεῖτο καὶ Ἰφικράτης καὶ Χαβρίας καὶ ἄλλοι τινές, καὶ αὐτοὺς [1] ὑμᾶς συστρατεύεσθαι· καὶ οἶδα ἀκούων ὅτι Λακεδαιμονίους παραταττόμενοι μεθ᾽ ὑμῶν ἐνίκων οὗτοι οἱ ξένοι καὶ ὑμεῖς μετ᾽ ἐκείνων. ἐξ οὗ δ᾽ αὐτὰ καθ᾽ αὐτὰ τὰ ξενικὰ ὑμῖν στρατεύεται, τοὺς φίλους νικᾷ καὶ τοὺς συμμάχους, οἱ δ᾽ ἐχθροὶ μείζους τοῦ δέοντος γεγόνασι. καὶ πα-

[1] ὑμᾶς αὐτοὺς

niæ contra Persarum Regem Lacedæmoniorum opem implorabant. In Asiam profectus est Agesilaus, ejusque subjugandæ spem ei fecerunt rapidæ ejus victoriæ; quum Regis Persarum Emissarii, quo hostem adeo pertimescendum sive debilitarent, sive amoverent, Thebanos contra Spartam, oblato auro, excitabant. Statim Athenienses et Corinthii cum iis fœdus inierunt. Libertatis eos conjunxit communis amor; omnesque ultro Corinthi convenerunt, συνέδριον κοινὸν τῶν συμμάχων Κόρινθος, ait Diodorus [xiv. 82. Xenoph. H. Gr. iv. 3. Aristoph. Plut. 173.] Arma induunt Athenienses, eorumque copiæ sociorum exercitui se conjungunt. *Tourrell.* Idem.

Οὗ Πολύστρατος ἡγεῖτο, καὶ Ἰφικράτης, καὶ Χάβριας] Parum notus est primus ex his Imperatoribus. Ne minimam sane mentionem cujusvis Polystrati, qui bello de quo hic agitur interfuerit inter historicos invenias. Suidas et Harpocration Polytropum hic legendum omnino volunt. Equidem haud scio, nunquid potius legendum sit Callistratum, qui in bello Corcyrensi Iphicratis et Chabriæ collega fuit, teste Xenophonte atque Diodoro. Iphicrates, celebris Atheniensium Imperator, obscuro genere ortus, suæque, si quis alius, fuit fortunæ faber. Sutor ei fuit pater, socer vero Rex Thraciæ. Chabrias item Atheniensium imperator fuit, inter illustres viros unus a Cornelio Nepote celebratos; idem in bello Corinthiaco Iphicrati successit. *Tourrell.* Tourrellus, Suidam secutus, male cepit Harpocrationis mentem. Mihi quidem recte se habere recepta lectio videtur. Demosthenes in Orat. περὶ ἀτελείας §. ιθ΄. iterum Polystrati mentionem fecit, idque etiam, ex quo eundem esse, de quo hic, credibile sit, de Iphicrate et Chabria locutus: τιμῶντές ποτε Ἰφικράτην, οὐ μόνον αὐτὸν ἐτιμήσατε, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἐκεῖνον Στράβακα καὶ Πολύστρατον. Polytropus Lacedæmoniorum, non Atheniensium, dux fuit; ut ex Diodoro patet, lib. xv. p. 489. Ed. Hanov. Vid. Maussac. ad Harpoc. Mount. V. Hartung. c. 1. Grut. Thes. Crit. t. ii. p. 634.

Καὶ ἄλλοι] Ex iis aliis unus fuit Callias Hipponici, ut ex Xenophonte discimus lib. iv. [5.] Hellenicorum. Palmer.

Καὶ αὐτοὺς ὑμᾶς συστρατεύεσθαι] Rüdiger reduxit vulgarem ordinem ὑμᾶς αὐτούς. Sed αὐτοὺς præponitur, ut *ipsi* militiæ operam dedisse intelligantur, *ihr in eigener Person.* Eodem modo collocatio verborum corrupta erat ante Bekkerum p. 58. l. 21. ed. R. καὶ οὐκέτ᾽ ἐν τούτοις αἰτιάσομαι τοὺς ὑπὲρ Νεοπτολέμου λέγοντας — οὐδὲ εἷς γὰρ ἦν — ἀλλ᾽ αὐτοὺς ὑμᾶς: vulgo ὑμᾶς αὐτούς. Hermannus vim hujus collocationis in egregia dissertatione de pronomine αὐτὸς explicuit Acta Semin. Reg. et Societ. Philol. Lips. T. I. p. 56. sqq. Brem.

Οἶδα ἀκούων] Ἐξ ἀκοῆς ἔγνωκα. *Nihil habeo præter auditum.* Dissimulat historiarum lectionem: etsi e Xenophonte hoc utique cognorat. Wolf.

Οὗτοι οἱ] Respicere videtur pugnam ad Haliartum Ol. xcvi. 3. commissam. vid. ad §. ζ΄. Rüdig.

Ἐξ οὗ δ᾽ αὐτὰ καθ᾽ αὐτὰ τὰ ξενικὰ, &c.] Plutarchus in vita Phocionis, eodem fere modo effrænem Atheniensium exercituum licentiam exagitat. *Tourrell.* Mount.

Ἐξ οὗ] Diod. S. XV. 95. narrat, Charetem, qui metuisset hostes et sociis injurias intulisset, Ol. 104, 4. in Corcyram navigasse ibique turbas excitavisse; alii etiam videntur sua gessisse bella. Rüdig.

Ὑμῖν] Sæpe Græci dativ. μοὶ, σοὶ, ἡμῖν et ὑμῖν abundanter addunt, ut significent, illius, ad quem hæc pronomina referantur, interesse quæ fiant; cfr. §. 5. Eurip. Suppl. 36. 45. Barnes. ad Eurip. Iph. Aul. 613. Idem.

Οἱ δ᾽ ἐχθροὶ] Innuit Alexandrum, Pheræorum ducem, qui classem Atheniensium vicerat. Diod. Sic. XV. 95. Idem.

Και παρακύψαντα ἐπὶ] *Et cum ad bellum nostræ urbis obiter respexerint,* statim nos deserunt: id est tam diu non inserviunt, quam nobis esset opus. Cum neminem habent alium, qui stipendia numeret, exorto nobis bello, ad nos accurrunt, ad breve saltem tempus, dum locupleti-

ρακύψαντα ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως πόλεμον, πρὸς Ἀρτάβαζον 13
καὶ [1] πανταχοῖ μᾶλλον οἴχεται πλέοντα, ὁ δὲ στρατηγὸς
47 ἀκολουθεῖ. εἰκότως· οὐ γὰρ ἔστιν ἄρχειν μὴ διδόντα μισθόν. τί οὖν κελεύω; τὰς προφάσεις ἀφελεῖν καὶ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν στρατιωτῶν, μισθὸν πορίσαντας καὶ στρατιώτας οἰκείους ὥσπερ ἐπόπτας τῶν στρατηγουμένων παρακαταστήσαντας, ἐπεὶ νῦν γε γέλως ἔσθ᾽ ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν. εἰ γὰρ ἔροιτό τις ὑμᾶς, εἰρήνην ἄγετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; μὰ Δί᾽ οὐχ ἡμεῖς γε, εἴποιτ᾽ ἄν, ἀλλὰ Φιλίππῳ πολεμοῦμεν. οὐκ ἐχειροτονεῖτε δὲ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν

[1] πανταχοῦ

orem et liberaliorem dominum invenerint: sicut Lucanus egregie cecinit:

‘ Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur,
Venalesque manus: ibi fas, ubi maxima merces.’

Unde Isocrates eos κοινοὺς ἁπάντων ἀνθρώπων ἐχθροὺς nominat. Quanquam etiam κοινοὶ ἁπάντων φίλοι sunt, vel solius pecuniæ potius amici. Idem 2. ad Philippum epistola: συνειδότες, inquit, ὅτι τὰ τῶν ξενιτευομένων στρατεύματα πλείους ἠδίκηκε τῶν πιστευόντων αὐτοῖς, ἢ σέσωκε. Sed versus illos Lucani vir fortissimus et dux, cum alibi, tum re contra Turcas anno 1532. in Pannonia bene gesta, clarus, facete eludit, eos non ad milites, qui antecedant, sed ad lixas et calones pertinere. Hos enim castra sequi. Wolf. *Copiæ conductitiæ leviter modo attingentes gerentesque bellum Atheniensium abeunt ad Artabazum.* Morem respicit orator meretricum, quæ θρύπτονται et de fenestra modo prætereuntes amantes adspicere dignantur: non ad eos descendunt vel ipsos admittunt. Aristoph. Eccles. 202. Thesm. 804. Illi milites *adspiciunt, prospiciunt,* obiter modo bellum: non serio gerunt. *D'Orville ad Char. Aphrod.* l. ii. c. iv. p. 177.

Πρὸς Ἀρτάβαζον] Athenienses eam quæ inter milites suos tum regnabat licentiam paulo ante sunt experti. Charetem ingenti præfecerant exercitui, eique in mandatis dederant, ut Byzantinos, Coos, Rhodios, Chiosque, qui ab iis defecerant, ad officium reduceret. Hujus profecto expeditionis felicem fore exitum merito erat cur sperarent, modo magnificis pollicitationibus Artabazi, rebellis in Asia minori Satrapæ, responsare valuisset ipsorum Imperator. Hic Satrapa, septuagies mille militibus circumsessus, jamque, adeo impar erat viribus, hosti cessurus, Charetem, qui Atheniensibus copiis in Hellesponto imperabat, pellexit. Artabazo auxilium tulit Chares, illoque a periculis expedito mercedem beneficio parem accepit. Id Charetis factum pro capitali crimine habebatur; quippe quod non solum neglectis Reipublicæ negotiis peregrino se bello immiscuisset, verum etiam Persarum regem irritasset, qui trecentas naves se instructurum per legatos minitatus est ad Insulares, qui contra Athenas conjurati erant, adjuvandos. His minis perterrefacti Athenienses, Isocratis consilio obsecuti sunt; itaque maris imperio renunciarunt, utque Rhodii, Byzantini, Chii, et Coi plena libertate fruerentur permisere. Demosthenes culpam a Charete transfert in milites immorigeros, quibus illi stipendia numerare non curabant. *Tourrell.* Duas historias confudisse videtur Tourrellus; ea, quam hic habes, ex Diodoro exscripta est, in eo autem narratur de Charete Pharnabazo auxiliante Olymp. 106. ann. 1. Artabazo non nisi post tres annos auxiliatus est. Vid. Diod. l. 16. et Schol. ad has voces, p. 107. μή μοι μυρίους μηδὲ δισμυρίους. Mount.

Γέλως ἔσθ᾽ ὡς χρώμεθα] Ἀντὶ τοῦ γελοῖόν ἐστιν, ἢ, γελοίως χρώμεθα. Wolf.

Πολεμοῦμεν] Ut significaret, Athenienses ipsos nescire, quid ageretur, eos dicentes facit, se gerere, quæ non gerant. Vid. Jacobs. ad h. l. Rüdig.

Οὐκ ἐχειροτονεῖτε] Melius erit, meo quidem judicio, si hæc verba, mutatione aliqua facta, ex Atheniensium ore hoc modo proferantur: οὐκ ἐχειροτονοῦμεν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν, ita ut sensus loci sic se habeat: “Cum Philippo bellum gerimus: qui vero potes hoc nescire? nonne creavimus ex nobis” etc. cui respondetur, “Hoc quidem concedo; quid vero isti omnes, quos cum tanta ostentatione enumerastis, agunt, ex-

δέκα ταξιάρχους καὶ στρατηγοὺς καὶ φυλάρχους καὶ ἱππάρχους δύο; τί οὖν οὗτοι ποιοῦσι; πλὴν ἑνὸς ἀνδρός, ὃν ἂν ἐκπέμψητε ἐπὶ τὸν πόλεμον, οἱ λοιποὶ τὰς πομπὰς πέμπουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν· ὥσπερ γὰρ οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίνους, εἰς τὴν ἀγορὰν χειροτονεῖτε τοὺς ταξιάρχους καὶ τοὺς φυλάρχους, οὐκ ἐπὶ τὸν πόλεμον. οὐ γὰρ ἐχρῆν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταξιάρχους παρ' [1] ὑμῶν,
14 ἱππάρχους παρ' [1] ὑμῶν ἄρχοντας οἰκείους εἶναι, ἵν' ἦν ὡς ἀληθῶς τῆς πόλεως ἡ δύναμις, ἀλλ' εἰς μὲν Λῆμνον τὸν

[1] ἡμῶν

cepto uno," etc. Videntur opinionem nostram confirmare quæ sequuntur: εἰς τὴν ἀγορὰν χειροτονεῖτε—Quod si hæc germana sit lectio, difficile non erit verborum mutationem indagare, quippe cum inverso τῷ η ex ἡμῶν, factum esset ὑμῶν, cumque observaret aliquis minime congruere hæc οὐκ ἐχειροτονοῦμεν ἐξ ὑμῶν, in Margine Libri scripsit ἐχειροτονεῖτε, quod postea in Textum irrepsit. Potuit etiam ita scriptum fuisse, ἐχειροτονεῖτε μὲν etc. τί δὲ οὖν; MOUNT.

Δέκα ταξιάρχους] Τάξις Suidæ continet viros 128. quorum dux quondam ταξίαρχος, nunc ἑκατόνταρχος. Ista ratione milites conscriptos oportuit 1280. WOLF.

Ταξιάρχους] Taxiarchi deni ex singulis tribubus fuerunt. Horum autem negotium fuit, ut ordines militares instruerent, pedites in prœlium mitterent, iisdemque quo ire, et per quot dies cibum parare oporteret, per præconem denunciarent, et, si liberet, militem ex armatorum Catalogo delerent. Sigon. lib. iv. cap. 5. de Rep. Ath. MOUNT.

Στρατηγοὺς] Στρατηγοὶ (*Prætores*) deni fuere ex tribubus singulis singuli, a populo, ut reliqui omnes, in Comitiis declarati. Primis temporibus omnes æquali usi imperio, singuli singulorum dierum imperium obtinebant: iis autem Polemarchus undecimus adjunctus est, ut, si forte illi paribus inter se sententiis discreparent, ipse in alteram partem inclinans omnem dubitationem eximeret. Postea Polemarchus domi retentus est, ut jura inter cives et peregrinos diceret, nec Prætores omnes ad bellum missi sunt; (quod hic innuit Demosthenes) sed modo unus, modo duo, pro rei periculo: cæteri domi urbanis officiis, ad militiam tamen spectantibus vacabant; qui Στρατηγοὶ ἐπὶ τῆς διοικήσεως appellati sunt, ut illi Στρατηγοὶ ἐπὶ τῶν ὅπλων. *Tourrell.* IDEM.

Καὶ ἱππάρχους δύο] Utrum τὸ δύο *duos*, an *binos*, ut et ad στρατηγοὺς et ad φυλάρχους referatur? ἱππαρχία equitum 512. fuit: φυλάρχων quod munus in exercitu fuerit, mihi non liquet. Romani non tribunos plebis modo, sed militum etiam et tribunos ærarios, et consulari potestate habuerunt. Significat autem, hos nomen inane habere, sine re. WOLF.

Φυλάρχους, καὶ ἱππάρχους] Ut Prætores et Taxiarchi Peditibus, sic Hipparchi et Phylarchi Equitibus imperarunt. Hipparchi autem duo, Phylarchi decem; illi quidem universo, hi vero singularum tribuum equitatui ita præfuerunt, ut quemadmodum Taxiarchi Prætoribus, sic Phylarchi Hipparchis dicto audientes essent; qui tamen et ipsi Prætoribus paruerunt. *Tourrell.* MOUNT.

Μετὰ τῶν ἱεροποιῶν] Ἱεροποιοὺς Hesychius interpretatur ἐπιμηνίους. ἐπιμηνίαν δὲ ἢ ἐπιμήνιον, θυσίαν καθ' ἕκαστον μῆνα τῇ νουμηνίᾳ ἐπιτελουμένην. WOLF. Vid. Maussac. et Vales. ad Harpocrat. v. Σεμναὶ Θεαί, Pollux l. viii. 107. et Meurs. in Eleusin. c. 25.

Ὥσπερ τοὺς πηλίνους] Ἀνδριάντας τῶν στρατηγῶν. WOLF. Qui e luto dolia fictilia et pupas seu imagunculas efficiunt (ἐργάζειν τὸν πηλόν). Nam οἱ πήλινοι sunt *imagunculæ*, cf. Pollux VII. 164. ibique interpp. Schol. ita: οἱ τὰ πήλινα προτίθενται: πηλίνους enim vix ad ταξιάρχους potest referri; bene Jacobs: Puppenmacher. Hi Græce vocabantur κοροπλάθοι. Poll. X. 189. et interpp. RÜDIG.

Εἰς τὴν ἀγορὰν] Οὐκ ἐπὶ τὸν πόλεμον: τοῦ θεαθῆναι ἕνεκα μᾶλλον, ἢ τοῦ πολεμεῖν. WOLF. Ut ibi instar rerum venalium exponantur et sua specie splendeant. Phil. Γ. §. η. νῦν δὲ ἅπαντα ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἐκπέπραται. RÜDIG.

Οὐ γὰρ ἐχρῆν] Interrogative et affirmative: Summam rei militaris esse penes cives Athenienses oportere. WOLF.

Ἀλλ' εἰς μὲν Λῆμνον] Hæc sine interrogatione. Queritur enim mercenariis militibus credi omnia. IDEM.

παρ' ὑμῶν ἵππαρχον δεῖ πλεῖν, τῶν δ' ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως κτημάτων ἀγωνιζομένων Μενέλαον ἱππαρχεῖν; καὶ οὐ τὸν ἄνδρα μεμφόμενος ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὑφ' ὑμῶν ἔδει κεχειροτονημένον εἶναι τοῦτον ὅς τις ἂν ᾖ.

ι. Ἴσως δὲ ταῦτα μὲν ὀρθῶς ἡγεῖσθε λέγεσθαι, τὸ δὲ τῶν χρημάτων, πόσα καὶ πόθεν ἔσται, μάλιστα ποθεῖτε ἀκοῦσαι. τοῦτο δὴ καὶ περανῶ. χρήματα τοίνυν, ἔστι μὲν ἡ τροφή, σιτηρέσιον τοῖς στρατευομένοις μόνον τῇ δυνάμει ταύτῃ, τάλαντα ἐννενήκοντα καὶ μικρόν τι πρός,

Ἀλλ' εἰς μὲν Λῆμνον] Lemnos, hodie *Lenno* sive *Limni*, insula maris Ægæi inter Montem Athon et Chersonesum Thracicam; eam Æschylus in Persis inter insulas Atheniensibus subditas recenset. In Herodoto lib. vi. ac Cornelio Nepote in Miltiad. legere est quomodo eam a Pelasgis, Miltiade duce, ademerint. Byzantini, Rhodii, Chii, Coique quinquennium ante contra Athenas se commoverunt, Lemnumque centum navibus invadere conati sunt. Athenienses a Lemniis auxilio vocati sub optimis suis ducibus illuc profecti sunt. Quatuor annos post Thermopylas occupare aggressus est Philippus. Eum Athenienses, qua tum erant vigilantia, eodem, unde venerat, se recipere coegerunt: immemores autem eum relictum cœptum renovare posse, satis habuerunt equitum agmen ad oram Atticæ collocare. *Tourrell.* MOUNT.

Τῶν ἀγωνιζομένων ἱππαρχεῖν] Ἵππαρχον εἶναι. WOLF.

Τῶν ἀγωνιζομένων] Οἱ ἀγωνιζόμενοι videntur esse, qui ad Pylas Philippo aditum negarent, quorum dux, judice Luc., Menelaus fuit; qui unde oriundus fuerit, nescimus, nam Tourrellii sententia, fuisse hunc Philippi fratrem ex altero conjugio natum, non vero similis est. RÜDIG.

Μενέλαον] Hunc Philippi fratrem fuisse ait Tourrellus, ex altero autem conjugio natum. Etenim Philippi mater Eurydice, Menelai Cygnea erat; utriusque autem Pater Amyntas teste Harpocr. et Justin. l. vii. Equidem cum Oliveto potius sentiam, hunc alium esse Menelaum, nobis alias ignotum. Quamvis enim Philippus et Menelaus diversis matribus fuerint nati, neque sane amicitia conjunctissimi, non tamen verisimile videtur Athenienses hostis sui fratri tantum confidere voluisse. MOUNT.

Μενέλαον ἱππαρχεῖν] Parum insolens fuit Atheniensibus extraneum exercitui præficere. V. Plat. Ion. [p. 144. ed. Serr.] In Æliano etiam Hist. l. xiv. 5. catalogus est Peregrinorum, qui Atheniensium exercitibus imperarunt. *Tourrell.* MOUNT.

Ἀλλ' ὑφ' ὑμῶν ἔδει κεχειροτονημένον εἶναι τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ] Populum solum penes erat hæc munera conferre; hoc tamen imperatorum arbitrio nonnunquam permisere. *Tourrell.* IDEM.

Ὑφ' ὑμῶν] Emendavi ex Reiskii mente ἀφ' ὑμῶν, ita et emendandum censuit Abbas d'Olivet. AUGER. Sed hoc sensu dixisset ἐξ ὑμῶν, ut sup. p. 113. v. ult. RÜDIG.

ι. Τοῦτο δὴ καὶ περανῶ] Παρὰ τὸ περαίνειν καὶ τὸ πέρας, τὸ τέλος. WOLF.

Χρήματα τοίνυν] Constructio et collocatio verborum insolentior. Sed accipio sic: περὶ χρημάτων τοίνυν, *de pecunia, quod ad pecuniam attinet.* ἡ μὲν τροφὴ τῇ δυνάμει ταύτῃ (quod sequitur, κατ' ἐπεξήγησιν accedit, σιτηρέσιον μόνον τοῖς στρατευομένοις) ἐστὶν τάλαντα ἐννενήκοντα, id est, ἡ τροφὴ τῆς δυνάμεως ἀπαιτεῖ τάλαντα τοσαῦτα. 100. drachmæ minam, minæ 60. talentum, talentum 600. aureos facit. Hinc suo quisque arbitratu rationes Demosthenicas supputet: et illud notet, equiti triplum σιτηρέσιον esse datum, drachmas tricenas, pediti denas: quorum carnes esse vilissimas vulgaris jocus affirmat: et ipsi milites suam luxuriam et licentiam excusantes, aiunt, eadem se conditione esse, qua porcos, qui saginati jugulentur. IDEM.

Τάλαντα ἐννενήκοντα καὶ μικρόν τι πρὸς]

20 M. per Month × 12 = 240 × 10 = 2400 = 40 Talents.
10 Dr. p. M. × 2000 στρατιωτ. = 20000 Dr. × 12 = 240000 Dr. = 40 Talents.
30 Dr. p. M. × 200 equit. = 6000 Dr. × 12 = 72000 Dr. × 12 Talents.

40 Talents.
40 Talents.
12 Talents.
S. T. 92 Talents.

TAYLOR.

δέκα μὲν ναυσὶ ταχείαις τετταράκοντα τάλαντα, εἴκοσιν 48
εἰς τὴν ναῦν μναῖ τοῦ μηνὸς ἑκάστου, στρατιώταις δὲ δισχιλίοις τοσαῦθ᾽ ἕτερα, ἵνα [1] δέκα τοῦ μηνὸς ὁ στρατιώτης δραχμὰς σιτηρέσιον λαμβάνῃ· τοῖς δ᾽ ἱππεῦσι διακοσίοις οὖσιν, ἐὰν τριάκοντα δραχμὰς ἕκαστος λαμβάνῃ τοῦ μηνός, δώδεκα τάλαντα. εἰ δέ τις οἴεται μικρὰν ἀφορμὴν σιτηρέσιον τοῖς στρατευομένοις ὑπάρχειν, οὐκ ὀρθῶς ἔγνωκεν· ἐγὼ γὰρ οἶδα σαφῶς ὅτι, τοῦτ᾽ ἂν γένηται, [2] προσποριεῖται τὰ λοιπὰ αὐτὸ τὸ στράτευμα ἀπὸ τοῦ πολέμου, οὐδένα τῶν Ἑλλήνων ἀδικοῦν οὐδὲ τῶν συμμάχων, ὥστ᾽ ἔχειν μισθὸν ἐντελῆ. [3] ἐγὼ συμπλέων ἐθελοντὴς πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος, ἐὰν μὴ ταῦθ᾽ οὕτως ἔχῃ. πόθεν οὖν ὁ πόρος τῶν χρημάτων, ἃ παρ᾽ ὑμῶν κελεύω [4] γενέσθαι, τοῦτ᾽ ἤδη λέξω.

[1] δέκα ἕκαστος τοῦ [2] † προσποριεῖ [3] κἀγὼ δὲ συμπλέων [4] γενήσεται

Τάλαντα ἐννενήκοντα] Talentum multiplex fuit auctore Festo; Atticum autem sex millium Denariorum fuisse dicit. Talentum (inquit Suidas) Minarum est sexaginta: Mina autem Drachmarum centum. Hoc etiam legimus in versibus illis qui apud Priscianum leguntur, et Favini esse dictitantur:

'Cecropium superest post hæc docuisse Talentum:
Sexaginta Minas; seu vis, Sex Millia Drachmas:
Quod summum doctis perhibetur Pondus Athenis?'
Bud. de Asse, Lib. ii.

Cujus lib. 4to videre licet omnia Talenta ad unam formam redacta. De valore communis Attici talenti valde discrepant Auctores: juxta Tourrellum valet nostra moneta libras 187. solidos autem decem; doctiss. Prideaux id exæquat libris 188. sol. 6. den. 8. Arbuthnottus libras 193. sol. 15. Vide autem Seldenum et Hostum de re nummaria. Observandum restat ex hoc Demosthenis computo patere, in unum annum duraturum esse, quem ille postulat, commeatum. Mount.

Δέκα τοῦ] Vox ἕκαστος a Voss. etiam abest, eam tamen sententia plane requirit: itaque cæteri omnes cum editi, tum calamo exarati. Sic paulo post, ἐὰν τ. δ. ἕκαστος λαμβάνῃ. Idem.

Τοῦτ᾽ ἂν γένηται] Legitur in Wolfio εἰ τοῦτο γένηται: prætuli, ut magis Græcum, τοῦτ᾽ ἂν γένηται, quod dant plures libri impressi et manuscripti. Pro προσποριεῖ in vulgata, dedi προσποριεῖται, *sibi comparabit, sibi subministrabit.* Auger.

Προσποριεῖ] Ἐκ τῆς λείας καὶ τῶν λαφύρων. Wolf.

Ὥστ᾽ ἔχειν μισθὸν ἐντελῆ] Militum Classiariorum ἐντελὴς μισθὸς, sive *integrum et solidum stipendium* erat drachma Attica in diem. Vid. Kust. ad Equites Aristoph. l. 1364. et Kuhn, ad Jul. Poll. lib. 1. 121. Quantum aliorum fuerit equidem ignoro; sed palam est Demosthenem magnam ejus partem a bello iis comparandam relinquere. Mount. Nam alioquin qui terra militabant quaternos et classiarios ternos in diem accepisse obolos docet Meurs. Lectt. Att. II. 8. Sed Noster jubet, ut binos accipiat miles in diem obolos, quum in mensem constituat decem drachmas. Cfr. Thuc. III. 17. ibique Duk. et VIII. 45. Rüdig.

Πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος] S. εἰμὶ, οὐκ ἀναίνομαι. Wolf.

Ἃ παρ᾽ ὑμῶν κελεύω, γενήσεται] Fortasse legendum, ἅπερ ὑπάρχειν κελεύω. vel ἃ παρ᾽ ὑμῶν ὑπάρχειν κελεύω. Videtur enim significare, tributum esse conferendum, et sequitur postea, αὐτοὶ τῶν χρημάτων πορισταὶ καὶ ταμίαι γιγνόμενοι: etsi τὸ ποϱισταὶ ad latrocinia et prædas agendas fortasse pertinet. Idem.

Γενέσθαι] Etenim ad πόθεν facile suppleas ἔσται, (nam sæpe Noster ita proponit quæstiones, ut verbum omittat); sed locutio παρ᾽ ὑμῶν κελεύω requirit, quo referatur: quid aptius quam γενέσθαι? hoc autem ipsum de pecunia dici solet, quæ aliis colligitur. cf. Dem. p. 926, 25. ed. R. ἀργύριον, ὃ δεῖ γενέσθαι τοῖς δανείσασι. Verum non bene dicetur πόρος γίγνεται. Rüdig.

ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ.

ιά. Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτά ἐστιν. ἐπειδὰν δ᾽ ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας, ἃ

ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ] In margine hæc verba annotata reperi: ἐντεῦθεν ἔφη Διονύσιος Ἁλικαρνασσεὺς ἑτέρου εἶναι ἀρχήν. προοίμιον δέ φησιν οὐκ ἔχει. ἐπειδὴ δευτερολογία ἐστὶν, ἐν αἷς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὐκ εἰσὶ προοίμια. Obsopœus. De hac Orationis nostræ parte vid. Prolegg. fortassis pertinet ea ad Ol. cviii. 2. vid. Jacobs p. 110. Rüdig.

ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ] Dionysius Halicarnassensis in Epist. ad Amm. reliquam hujusce orationis partem sextam Philippicam facit, Themistocle Archonte habitam. Mihi autem, sicuti etiam cæteris omnibus Interpretibus, naturalis primæ Philippicæ continuatio videtur, quare eas ut disjungerem, non potui in animum inducere. *Tourrell.* Vid. Schol. ad Ἃ μὲν ἡμεῖς. Equidem, cum Tourrello et Scholiaste quæ sequuntur hujus orationis partem consequentem esse censeo; nollem tamen Dionysium ideo erroris redarguere. Etenim illi et sua auctoritas constare potest, atque hæc nihilominus suum adhuc locum retinere. Is sextam Philippicam Themistocle Archonte habitam fuisse tradit, ejusque exordium fuisse, Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτ᾽ ἔστι. Ex eo autem non sequitur necessario eum hanc primæ Philippicæ partem in animo habuisse. Solenne est enim oratoribus easdem prope periodos diversis in locis repetere. Quidni igitur credamus eam sextam Philippicam vitio temporis periisse, potius quam hujus orationis partem, (imperfectam enim jam esse satis ostendunt verba proxime antecedentia τοῦτ᾽ ἤδη λέξω) cum in libris omnibus cum impressis tum MStis, idque sensu commodissimo, sequentia prioribus connectantur? Mount. Ego existimarim hic corruptum fuisse Dionysii Halicarnassæi textum, et ab aliqua imperita manu male emendatum ad nos pervenisse. Plura porro me inducunt ad ita sentiendum. 1°. Summa peritia et excellens Dionysii Halicarnassæi judicium, qui in tanta rei evidentia ita turpiter errare non potuit. 2°. Textus, ut se habet, evidenter peccat, quod Wolfius et alii animadverterunt. Nam ista Philippica his verbis incipiens ἃ μὲν ἡμεῖς exhibetur ut sexta, quæ tamen ex ipsa rei inspectione, ex ipsa ratione numerorum, debet esse quinta. 3°. Denique, et hoc mihi videtur invictum argumentum, Dionysius Halicarnassæus liquido dicit sextam, imo quintam Philippicam, haberi de custodia insularium et civitatum in Hellesponto, περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιωτῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων: de his autem omnino silet ista Philippica quam textus ait incipere ἃ μὲν ἡμεῖς. Verisimillimum est igitur amissam fuisse aliquam Demosthenis Philippicam de hac re habitam, quæ Dionysii ætate supererat. Sic ille rhetor mentionem facit alicujus orationis quæ jam non exstat, in qua Demosthenes defendebat se dona non accepisse, videlicet ab Harpalo. Itaque pag. cccxliii. v. 11. vol. I. nostr. ed. mihi videtur legendum πεμπτὴν pro ἕκτην, et lin. 13., pro ἃ μὲν ἡμεῖς deberet esse initium ejus quæ periit Philippicæ, et quæ habebatur περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιωτῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων. Auger.

ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ] Hic Γραμματεὺς, sive scriba quidam, Demosthenis de pecunia comparanda sententiam publice perlegit. Stock.

ιά. Ἃ μὲν ἡμεῖς] Talentis 92. fore opus dixit: quæ (uti probabile est) populus conquiri jussit a quæstoribus. Qui ratione inita exposuerunt, unde ea pecunia petenda esset. Catalogus autem de scripto, ut apparet, recitatus, hic prætermissus est, ut et leges et decreta et testimonia, et alia scripta complura: quæ nobis nec inutilia, nec injucunda lectu essent, si exstarent. Wolf.

Ἐπειδὰν ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας] *Cum sententias suffragiis vestris comprobaveritis*, facta discessione: verbi causa: diversas sententias dixerint Demosthenes, Demades, Phocion. Qui igitur plures e populo assensores habuerit, τούτου ἡ γνώμη ἐπιχειροτονεῖται. Idem. Semper hunc locum mendosum esse suspicatus sum; eum meliore sensu sic legendum puto: ἐπειδὰν δ᾽ ἐχειροτονήσατε τ. γνώμας, ἃ. ἂ. ὑ. ἀ. ἐπιχειροτονῆτε, quod verbum cum majorem vim habeat quam simplex verbum χειροτονεῖν, idemque, ut opinor, significare possit ac si dictum esset ἐπικυροῦτε, omnino sequi debet, non præcedere. Si conjecturis, præsertim meis, venia daretur, ita hanc sententiam refingendam velim: ἐπειδὰν δ᾽ ἐχειροτονήσατε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ, ἐπιχειρῆτε. Pro hac lectione non parum, ut videtur, faciant quæ sequuntur, ἵνα μὴ μόνον—πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις. Locus pene huic gemellus occurit in Orat. de fals. leg. §. λδ΄. ἀλλὰ καὶ

ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χειροτονήσατε, ἵνα μὴ [1] μόνον τοῖς ψηφί-
16 σμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ
καὶ τοῖς ἔργοις. δοκεῖτε δέ μοι πολὺ βέλτιον ἂν περὶ τοῦ
πολέμου καὶ ὅλης τῆς παρασκευῆς βουλεύσασθαι, εἰ τὸν
τόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς χώρας, πρὸς ἣν [2] πολε-
μεῖτε, ἐνθυμηθείητε, καὶ λογίσαισθε ὅτι τοῖς πνεύμασι
καὶ ταῖς ὥραις τοῦ ἔτους τὰ πολλὰ προλαμβάνων δια-
πράττεται Φίλιππος, καὶ φυλάξας τοὺς ἐτησίας ἢ τὸν
χειμῶνα ἐπιχειρεῖ, ἡνίκ' ἂν ἡμεῖς μὴ [3] δυναίμεθα ἐκεῖσε

[1] † μόνον [ἐν]   [2] πολεμήσετε   [3] δυνώμεθα

χειροτονεῖτε, καὶ τὰ ὑμέτερα αὐτῶν ἐγχειρίζετε. In eadem Orat. §. ιγ'. δέον ὑμᾶς ἀκοῦσαι περὶ τῶν πραγμάτων, εἶτα βουλεύσασθαι, μετὰ ταῦτα δὲ πράττειν ὅ, τι δόξαι. Mount. Si conjecturis indulgere fas esset, alium in hac periodo vocabulum immutarem; et pro ἀρέσκῃ legerem ἀρκέσῃ, *quæ vobis sufficiant.* Levis hæc mutatio sensum præstat optimum et argumento maxime congruum. Stock.

Χειροτονήσατε] Cum ita perperam in plerisque libris impressis ederetur, sensum hujus commatis Interpretes haud assecuti sunt. Legendum omnino cum Edit. Paris. χειροτονήσαντες, et subaudiendum ὁρᾶτε, σκοπεῖτε, aut verbum aliquod simile. Frequens admodum apud scriptores Græcos est hæc Ellipsis: (vide L. Bos. Ellips. Græc. verbis βλέπειν et σκοπεῖν) quanquam plura ejus occurrant exempla ante τὸ ὅπως, quam ἵνα. Unum tamen, quod satis sit, protulit doctiss. Hoogeveen, in præstanti illa, qua nuper Græcitatis ditavit studiosos, *Doctrina particularum linguæ Græcæ*, c. 23. §. 2. Καὶ νῦν ἵνα ἄγητε τὰς ἡμέρας τῆς σκηνοπηγίας, inquiunt Judæi, fratribus suis scribentes, II. Macchab. initio: ubi reticeri potius duxerim τὸ ὁρᾶτε, (et mecum sentiunt Interpretes Angli) quam quod supplet vir eruditus, ταῦτα γράφομεν: *et nunc* curate, id agite, *ut celebretis festum tabernaculorum.* Idem. Jam vero χειροτονήσατε si legitur, ἵνα μὴ sqq. pendebunt ab hoc verbo: decernite, ne epistolis sed re pugnetis: sed quis nexus? Vulgata non videtur mutanda, probante etiam Cel. Hermanno; sensus: si sententias comprobatis, decernentes quæ vobis placuerint. d. Pac. §. δ'. dicuntur οἱ βοηθήσοντες βοηθεῖν. Ante ἵνα μὴ quis non facile suppleverit ὁρᾶτε? Cfr. Hom. Od. VIII. 461. Plat. Crit. 9. Vig. p. 435. Rüdig.

Τόπον] F. τρόπον. Taylor.

Τόπον] i. e. *situm*; in Aristocr. 681, 18. ὥσπερ γὰρ Χαλκὶς τῷ τόπῳ τῆς Βοιωτίας κεῖται; sed p. 119. v. pen. intellig. *tractus* regionis. cf. Lept. 475, 2. ὁ περὶ Θρᾴκην τόπος. Rüdig.

Πολεμήσετε] Quum orator suos excitet, ut injuriam illatam ulciscantur, prætuli. Idem.

Τὰ πολλὰ προλ. διαπρ.] Præripit multa i. e. fere omnia. Noster p. 886, 28. τί ἂν τὰ πολλὰ λέγοι τις; Hom. Od. II. 58. Vig. p. 22. διαπράττειν, perficere modo clandestino et fallaci. Olynth. II. (I.) §. ς'. Thuc. I. 31., ubi Schol. explicat: χρήμασι καὶ λόγοις. Idem.

Ἐτησίας] Ventos scilicet, qui ad ortum Caniculæ singulis annis constanter flabant. Nonnulli perperam contenderunt, iis Ægyptum Nili sui incrementum debere: postea vero compertum est, eam exundationem efficere imbres abundantes qui in superiori Æthiopia illo tempore descendunt. Vox Etesiæ ad Latinos transiit; eaque Cicero plus semel utitur; inter alios locos in Epist. l. xii. [Epist. 25.] Quod reliquum est, per Etesias Demosthenes æstatem intelligit, tempus scilicet quo isti venti dominabantur, quoque Græci ob ingentem calorem ad æstiva se recipiebant. Philippus ad res agendas asperrimis usus est tempestatibus; quæ, omnibus bene pensitatis, sua etiam secum commoda apportant. Aul. Gell. l. ii. c. 22. Aristot. Meteor. l. ii. c. 5. et 6. *Tourrell.* De Etesiis ac Nilo vide Diod. l. i. p. 35. 39. Vide etiam Strab. l. xvii. p. 789. Ed. Casaub. Ald. Manutium, doctiss. Salmas. in Plin. Exercitat. p. 299. et seqq. Hekelii notas ad Cluver. p. 390. ubi Nili increscentis descriptionem legere est elegantissimam, et Wolfium supra in Arg. Mount.

Δυναίμεθα] Vulg. δυνώμεθα. Sed ἡνίκ' ἂν c. conj. est: *si quando.* Olynth. I. (III.) §. β'. ἡνίκ' ἂν τύχῃ. Quare cum Bekker. dedi δυναίμεθα, *eo tempore, quo.*

49 ἀφικέσθαι. δεῖ τοίνυν ἡμᾶς ταῦτ' ἐνθυμουμένους μὴ βοη-
θείαις πολεμεῖν — ὑστεριοῦμεν γὰρ ἁπάντων — ἀλλὰ πα-
ρασκευῇ συνεχεῖ καὶ δυνάμει. ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ
μὲν χρῆσθαι τῇ δυνάμει Λήμνῳ καὶ Θάσῳ καὶ Σκιάθῳ
καὶ [1] ταῖς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νήσοις, ἐν αἷς καὶ λιμένες καὶ
σῖτος καὶ ἃ χρὴ [2] στρατεύματι πάνθ' ὑπάρχει· τὴν δ'

[1] ταῖς ἄλλαις ταῖς ἐν   [2] στρατεύμασι

Xen. Œc. XI. 14. ἀνίστασθαι εἴθισμαι, ἡνίκα ἔνδον καταλαμβάνοιμι. Nostro l. ἂν ad ipsum verbum pertinet. Olynth. II. (I.) §. β'. ὅσ' ἂν εἴποι τις. Rüdig. Optativum bonorum testium auctoritate restituit Bekkerus, quum vulgo legatur δυνώμεθα: qui modus ubique addi solet conjunctioni ἡνίκ' ἄν, quoniam ea de certo et definito tempore plerumque ponitur. Hic autem optativus egregius est ad irridendos Athenienses: 'quo tempore nos istuc proficisci non possemus, *etiamsi velle nos diceremus.*' Brem.

Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς ταῦτα ἐνθυμουμένους μὴ βοηθείαις πολεμεῖν] Hoc in loco quanquam nostrum exemplar cum Aldino concordarit, tamen alia manu et illa perantiqua adscriptum comperi γράφε γοητείαις. Quæ mihi profecto germana lectio esse videtur, si quis verborum sensum paulo attentius legerit. Arguit enim Demosthenes cives suos ignaviæ, proponens Philippi vigilantiam, omnes temporis articulos rei gerendæ captantis. *Oportere itaque ista considerantes, non præstigiaturis rem agere.* ἀλλὰ παρασκευῇ συνεχεῖ, καὶ δυνάμει, ut mox sequitur. Facilis autem fuit lapsus e γοητείαις in βοηθείαις, nominum affinitate. Veluti in aliis auctoribus idem non raro accidisse vidimus. Alioqui si βοηθείαις legendum sit, tum Demosthenes plane pugnantia diceret, cum summo apparatu bellum adversus Philippum gerendum suadeat. Obsopœus. Omnino tota hac oratione civibus suis persuadere conatur Demosthenes, ne mittendo auxilia putent se posse Remp. tueri, sed manum semper instructam ac paratam habeant, quæ omni occasione bene gerendæ rei utatur, nec unquam cesset ei molestiæ aliquid detrimentique importare. Unde flagitium illius magis intelligi potest, qui pro βοηθείαις scribi oportere censuit γοητείαις. *Victor. Var. Lect.* l. ix. c. 16.

Μὴ βοηθείαις πολεμεῖν] Βοήθεια, *tumultuarius miles, ad propulsandos hostes subito coactus.* συνεχὴς παρασκευὴ καὶ δύναμις, *constans et perpetuus exercitus*, qui semper in procinctu stat, quovis in loco paratus ad vim et inferendam et repellendam. γοητείαις πολεμεῖν *præstigiis belligerare*, etsi scomma non infacetum est, minus tamen placet. Wolf. Cf. de Chers. §. ιά.

Ὑπάρχει δ' ὑμῖν χρῆσθαι Λήμνῳ χειμαδίῳ, τῇ δυνάμει] *Licet vobis uti Lemno*, &c. *hybernis exercitui*, id est, ut exercitus ibi hybernet. Notetur triplex dativus, ά. χρῆσθαι τόπῳ τινί. β'. χειμαδίῳ, εἰς τὸ παραχειμάσαι. γ'. τῇ δυνάμει, ὅπως ἂν ἡ δύναμις παραχειμάσῃ ἐκεῖ. Wolf.

Ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι τῇ δυνάμει Λήμνῳ etc.] Valckenaer ad Herod. VIII. 112. deleri vult τῇ δυνάμει: quod non faciendum. Dativus enim significat *in commodum* vestrarum copiarum. p. 18. l. 1. ed. R. ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν—δοκεῖ μοι τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν φανερὰν γενομένην τῇ πόλει, in salutem civitatis nostræ. p. 11. l. 26. νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει τις οὗτος —αὐτόματος τῇ πόλει. Brem.

Λήμνῳ, καὶ Θάσῳ, καὶ Σκιάθῳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νήσοις] Lemnos, insula maris Ægæi, ut supra diximus. Thasus, insula prope ostium Strymonis fluvii, atque Atheniensibus subdita. Sciathus, alia in Ægæo mari insula, quæ juxta Strabonem lib. ix. ad Thessaliam, cujus in confinio sita est, pertinebat. Καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νήσοις, Peparethum, Imbrum, &c. intelligit. *Tourrell.* Mount.

Καὶ ἃ χρὴ στρατεύμασι] Scilicet ὑπάρχειν. τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους] Eo vero anni tempore, quo et ad terram accedere facile est, et nullæ procellæ metuendæ sunt: tum ad ipsam regionem, tum ad oras mercatuum, noster exercitus facile accedet: ῥᾳδίως ἔσται s. ἡ δύναμις τὴν ὥραν, pro μετὰ τὴν ὥραν, πρὸς τῇ γῇ γενέσθαι *appellere ad litus.* πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ, Macedonia (nam de hac infestanda agitur) videtur intelligenda. ἐμπορίων στόματα videntur οἱ λιμένες *portus* dici, αἱ εἰσβολαὶ καὶ εἴσοδοι. Si legas ῥᾳδίως εἴσεσθε, *facile vos Athenienses scietis.* aut, εἴσεται, scilicet ὁ στρατηγὸς ὑμῶν. ῥᾳδίως ἔσται suspectum est, nisi addatur γνῶναι [quod optimum videtur. *Mount.*]. Malim quidem ῥᾴδιον ἔσται. Sed et id ante positum est, et quocunque te convertas, nulla via bona est. Locus videtur corruptus, et vatem potius, quam

17 ὥραν τοῦ ἔτους, ὅτε καὶ πρὸς τῇ γῇ γενέσθαι ῥᾴδιον καὶ τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλές, πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἐμπορίων στόμασι ῥᾳδίως ἔσται.

ιβ΄. Ἃ μὲν οὖν χρήσεται καὶ πότε τῇ δυνάμει, παρὰ τὸν καιρὸν ὁ τούτων κύριος καταστὰς ὑφ᾽ ὑμῶν βουλεύσεται· ἃ δ᾽ ὑπάρξαι δεῖ παρ᾽ ὑμῶν, ταῦτ᾽ ἐστὶν ἃ ἐγὼ γέγραφα. [1] ἂν ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πορίσητε τὰ χρή-

[1] κἂν

interpretem postulare. Principio sic verteram: *eo autem anni tempore, cum et appellere ad terram facile est, et a ventis nihil periculi, ad ipsam regionem et mercatuum aditus facile milites accedent.* Hegendorphinus, ac potius Melanchthon Hegendorphini nomine, sic interpretatur, neglectis verbis: *anni tempestates et secundos ventos, et omnia, quibus opus erit, providebit imperator.* Alius quidam anonymus: *et facile erit observare anni tempus, in quo non difficile terram attingere, et videre ventorum constantiam circa eandem regionem et circa ostia civitatum oberrare.* Paulus Manutius, vir doctus et disertus, quem honoris causa nomino, ut meretur, hunc locum, si non vere, perspicue certe et eleganter transtulit, hoc modo: *de anni vero tempore, cum scilicet ad terram liceat accedere: aut quibus ventis ipsam regionem et emporiorum ostia petere sit tutum: non difficilis erit animadversio. Pertinent hæc ad eum, quem vos exercitui præfeceritis: qui et de re et de tempore consilium ex occasione capiet. Ego, quæ vos agere oporteat, exposui. Afferant alii, me volente et cupiente, meliora, et certiora. Ego meam dubitationem, ac potius ignorationem, ingenue confiteor.* Wolf.

Τὴν ὥραν τοῦ ἔτους—ἔσται] Hesych. καιρὸς ἔτους, τὸ ἔαρ καὶ τὸ θέρος. Moschop. ἔτους ὥραν ἰδίως τὸ θέρος φασὶν Ἀττικοί. Vid. Zeun. ad Viger. 162. Locus hic ita fortassis expedietur: ad ἔσται intell. ἡ δύναμις, ut §. ή. (Schol. ἅπαντα supplet). Jam quum πρὸς c. dat. summam exprimat vicinitatem, Olynth. I. (III.) §. θ΄. fin. d. Cherson. §. γ΄. πρότερος πρὸς τοῖς πράγμασι γίγνεσθαι, sensus h. l. erit: classis facile erit in ipsa illa regione et emporiis. Nam hæc ut clauderentur, plurimum interfuit. cfr. Olynth. II. (I.) §. ϛ΄. Rüdig. Si hanc lectionem aliquo modo explicare velimus, τὴν ὥραν τοῦ ἔτους erit accusativus temporis: *per opportunum anni tempus;* ἔσται i. q. ἐξέσται; supplendum ex antecedentibus χρῆσθαι τῇ δυνάμει *facile licebit his copiis uti,* πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ, *in ipsa regione, terra.* Sed nescio an locus sit corruptus; codicum tamen medelam exspectaverim potius, quam conjecturæ. Brem.

Καὶ τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλὲς] Explica supplendo, καὶ ὅτε τῶν πνευμάτων ἀσφαλές ἐστι, quæ ultima vox etiam subaudienda est ad ῥᾴδιον quod præcessit. Auger.

Ῥᾳδίως ἔσται] Scil. γνῶναι. Supra voces illas πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ cum τῷ ῥᾳδίως ἔσται conjungit Lucchesinius; ut sensus sit, *qua anni tempestate nihil erit a ventis timendum, hoc utique, cum in ipsa regione et in ostiis maritimarum urbium commorabimini, nullo negotio discernetis.* Stock. Ego non dubitavi adjicere ex meo διαγνῶναι, *facile licebit dignoscere.* Auger.

ιβ΄. Ἃ μὲν οὖν] Græci dicunt: τί χρήσομαι αὐτῷ, quid ea re faciam. Vig. 323. ad χρήσεται cogitando addas τις, ut Soph. Œd. R. 314. ἄνδρα δ᾽ ὠφελεῖν ἀφ᾽ ὧν ἔχοι τε καὶ δύναιτο κάλλιστος πόνων. Sensus h. l.: quemadmodum et quando utendum sit copiis. Rüdig.

Ὁ τούτων κύριος καταστὰς ὑφ᾽ ὑμῶν] Sic Basiliensis. Manutianus, ὁ κύριος καταστὰς ὑμῶν: quod magis placet, cum significet, imperatorem Atheniensium Atheniensem esse oportere. Mox pro ἂν ταῦτα, lego, ἂν δὲ ταῦτα. Wolf.

Ἂν ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, — ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν κ. τ. λ.] Rüdiger, pronus in sententiam, a verbis Πόρου ἀπόδειξις novam incipere orationem, (quam sententiam nos sub judicium vocavimus *Philologische Beyträge aus der Schweiz,* vol. i. p. 24—34.) ad hunc locum, "Omnino, inquit, patet, oratorem profiteri, se de his rebus non dixisse. Verumtamen §. θ΄. de illis exposuerat: nonne igitur hæc orationis pars est diversa a priore?" Fateor, hæc mihi mira videri. Exposuit sine dubio orator de his rebus §. θ΄. ita, ut copiarum numerum enumeraverit. At ubi hæc se fecisse negat? Hoc quidem loco addit, quid his §. θ΄. enumeratis copiis faciendum sit, si civitati eas utiles esse oporteat; πᾶσα nempe ἡ δύναμις νόμῳ κατακλειστέα ἐστὶν ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν. Tantum igitur abest, ut orator se de his rebus non dixisse profiteatur, ut hic ipse locus priorem respiciat, eique addat, quod ad posteriorem hanc orationis partem reservabatur. Brem.

ματα πρῶτον ἃ λέγω, εἶτα καὶ [1] τἄλλα παρασκευάσαντες, τοὺς στρατιώτας, τὰς τριήρεις, τοὺς ἱππέας, ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν νόμῳ κατακλείσητε ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν, τῶν μὲν χρημάτων αὐτοὶ ταμίαι καὶ πορισταὶ [2] γιγνόμενοι, τῶν δὲ πράξεων παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τὸν λόγον ζητοῦντες, παύσεσθ᾽ ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν βουλευόμενοι καὶ πλέον οὐδὲν ποιοῦντες, καὶ ἔτι πρὸς τούτοις πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μέγιστον τῶν ἐκείνου πόρων ἀφαιρήσεσθε. ἔστι δ᾽ οὗτος τίς; ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ὑμῖν πολεμεῖ συμμάχων, ἄγων καὶ φέρων τοὺς πλέοντας τὴν θάλατταν. ἔπειτα τί πρὸς τούτῳ; τοῦ πάσχειν αὐτοὶ κακῶς ἔξω γενήσεσθε, οὐχ ὥσπερ τὸν παρελθόντα χρόνον εἰς

[1] τἄλλα πάντα παρασκευάσαντες [2] γενόμενοι

Ἃ λέγω] Videtur ad πόρου ἀπόδειξιν referendum esse. Rüdig.

Καὶ τἄλλα πάντα παρασκευάσαντες, τοὺς στρατιώτας, τὰς τριήρεις, τοὺς ἱππέας, ἐντελῆ, πᾶσαν τὴν δύναμιν] Conjungo παρασκευάσαντες τἄλλα πάντα ἐντελῆ: Manutius ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν interpretari maluit: *copias plane universas lege lata discedere a bello prohibueritis.* Wolf.

Ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν] *Integras omnes copias,* i. e. omnes omnino copias. Auger.

Αὐτοὶ ταμίαι καὶ πορισταὶ γιγνόμενοι] Imperatores militaris pecuniæ et conquirendæ et distribuendæ munus sibi nacti sunt. Demosthenes iis præcidendam censet omnem prævaricandi ansam in obeundo munere parum illis convenienti, eosque de nihilo respondere oportere, præterquam de rebus suis gestis, quarum rationem reddere tenebantur, nisi titulus αὐτοκράτορος, hoc est, *imperatoris plena potestate præditi,* immunes eos præstaret. Aristides ad pugnam Platææ, Nicias, Alcibiades, et Lamachus bello Siculo, hoc titulo insigniti erant, isque impediebat quo minus in eorum actiones inquireretur. Suid. Plutar. [Alcib. p. 200.] *Tourrell.* Mount.

Ταμίαι] Quæstores numero erant decem e Pentecosiomedimnis lecti. Ii in templo Minervæ, pecuniam et sacram et publicam custodiebant, nec non ipsum Minervæ simulacrum. E populi sententia creabantur veteri Atheniensium lege. Vid. Schol. ad Cherson. p. 60. v. ταμίας δημοσίους. Suid. Harpocr. et Petit. in Leg. Att. p. 253. Idem.

Παύσεσθε ἀεὶ —] *Tandem istarum deliberationum finem facietis et aliquid proficietis.* Wolf.

Ἄγων καὶ φέρων] Ἄγειν καὶ φέρειν τοὺς πολεμίους, ἢ τὴν χώραν, est *hostiliter grassari,* abducere jumenta et homines, diripere opes, vel *agere et rapere.* Idem. Robortell. Emendat. i. 3. Taylor. Et Sigon. in Emendat. c. 5. t. ii. p. 151. Grut. Thes. Crit. Cfr. Hom. Il. E. 483. Herod. i. 88.

Ἔξω γενήσεσθε] Ἀπαλλαγήσεσθε τοῦ πάσχειν κακῶς. Wolf. Dicitur de iis, qui extra hostium aciem et jactum venerunt. Rüdig.

Οὐχ ὥσπερ] Supple ad interpretationem, οὐκ οἰχήσεται ἄγων, οὐδ᾽ ἐκλέξει, ὥσπερ τὸν παρελθόντα χρόνον ᾤχετ᾽ ἄγων, καὶ ἐξέλεξε. Auger.

Οὐχ ὥσπερ] Quum ea, quæ sequuntur, nemo præter Demosthenem tradiderit, non certo tempus ex historico aliquo constitui potest, quando gesta sint, nisi ex ipso oratore conjectura illud assequare, nam dicit Noster extr. hac §. οὔτε ἠδύνασθε κωλύειν. Hinc patet de tali tempore cogitandum esse, quo Athenienses curis vel domesticis vel externis distenti sociorum fortunis consulere non possent. Nisi cum Lucch. putemus, Ol. 105, 3. Philippum post Amphipolin et Pydnam captam has, quas orator ei exprobrat, Atheniensibus intulisse injurias, videtur illud innui tempus, quo Macedo, Olyntho expugnata Ol. 108, 1., gravioribus damnis Athen. eorumque socios affecisse existimari facile potest. Sed illi quo minus possent saluti sociorum prospicere, impediti fuerunt fortassis et rebus adversis Charidemi et auxilio Phocensibus misso.

Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ἐμβαλὼν αἰχμαλώτους πολίτας ὑμετέρους ᾤχετ᾽ ἄγων, καὶ πρὸς τῷ Γεραιστῷ τὰ πλοῖα συλλαβὼν ἀμύθητα χρήματ᾽ ἐξέλεξε, τὰ τελευταῖα δ᾽ εἰς Μαραθῶνα ἀπέβη καὶ τὴν ἱερὰν ἀπὸ τῆς χώρας ᾤχετ᾽
18 ἔχων τριήρη, ὑμεῖς δ᾽ οὔτε ταῦτα ἠδύνασθε κωλύειν οὔτ᾽ εἰς τοὺς χρόνους, οὓς ἂν [1] προθῆσθε, βοηθεῖν.

ιγ᾽. Καίτοι τί δή ποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζετε τὴν μὲν τῶν Παναθηναίων ἑορτὴν καὶ τὴν τῶν Διονυσίων ἀεὶ τοῦ καθήκοντος χρόνου γίγνεσθαι, ἄν τε δεινοὶ λάχωσιν ἄν τε ἰδιῶται οἱ τούτων ἑκατέρων [2] ἐπιμελούμενοι, εἰς ἃ τοσαῦτ᾽ ἀναλίσκετε χρήματα, ὅσα οὐδ᾽ εἰς ἕνα τῶν ἀποστόλων, καὶ τοσοῦτον ὄχλον καὶ [3] [τοσαύτην] παρα-

[1] προέλησθε [2] ἐπιμελησόμενοι [3] † Absunt unci.

Diod. S. XVI. 57. Rüdig. V. Victor. Var. Lect. l. vii. c. 4.

Εἰς Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ἐμβαλὼν] Imbros insula versus Chersonesum Thracicam: Lemnos maris Ægæi insula: ambas tenuerunt Coloniæ Atheniensium. Exiguus maris trajectus utramque a Thessalia separabat: ibi autem summo Philippus imperio potitus est; itaque a situ suo talibus invasionibus valde erant obnoxiæ. *Tourrell.* Mount.

Γεραστῷ] Γεραιστῷ legendum est, quod est promontorium et portus nomen Eubœæ. Obsopœus. Cfr. Eurip. Orest. 993., Callimach. in Del. 188., Aristoph. in Equit. 558., Hom. Odyss. Γ. 771. et Steph. Byz. et Strab. l. x.

Τὰ τελευταῖα δ᾽ εἰς Μαραθῶνα ἀπέβη] Marathon vicus Atticæ, celebris ob victoriam quam Athenienses, Miltiade duce, ibi in Persas adepti sunt Olymp. 72. Ann. 3. *Tourrell.* Mount.

Τὴν ἱερὰν] Duæ erant Triremes, quæ Sacræ dictæ sunt, Salaminia et Paralus. Salaminia eadem fuit atque ea quæ Delia nominata est; qua sacrificia Delum quotannis pervehebantur. Paralus a Paralo antiquo heroe quodam nomen accepit, quique eam conscenderunt Parali appellati sunt. Ambas autem cum ad bellum gerendum, tum ad prætores a bello, si opus esset, ad judicium retrahendos, et omnino ad publica munera celeriter obeunda adhibitas legimus Sigon. lib. iv. 5. Harpocratio hic intelligi putat τὴν Πάραλον· Wolfius vero Deliam. His duæ aliæ postea additæ sunt, Antigonis et Demetrias. Suid. v. Πάραλος. Idem.

Καὶ τὴν ἱερὰν ἀπὸ τῆς χώρας ᾤχετ᾽ ἔχων τριήρη] Intelligo τὸ θεωρικὸν πλοῖον, de quo est apud Platonem: quo sacrificia Delum ab Atheniensibus pervehebantur. Wolf.

Εἰς τοὺς χρόνους] Κατὰ, ἢ ἐν τοῖς χρόνοις, κατὰ καιρὸν τὸν ὑφ᾽ ὑμῶν προωρισμένον. Idem.

ιγ᾽. Τί δήποτε] Διὰ τίνα ποτ᾽ αἰτίαν. Idem.

Καίτοι τί δήποτε] *Jam vero quid tandem.* Rüdig.

Παναθηναίων ἑορτὴν, καὶ τὴν τῶν Διονυσίων] Consulat lector Potteri Archæol. Stock. Vid Suid., Harpocrat., Arg. ad Mid. Dem., Meurs. de Panathen. et Dionys., Montfauc. t. ii. Antiq. Ill., Duport. Præl. ad Theophrast. c. 3., Plutarch. in Thes., Pausan. Arcad. 2. et Pollux viii. 89. 93.

Ἄν τε δεινοὶ λάχωσιν, ἄν τε ἰδιῶται] Οἱ μὲν δεινοὶ ἐνταῦθα οἱ ἔμπειροι τῆς διαθέσεως τῶν ἑορτῶν· οἱ δὲ ἰδιῶται, οἱ ἄπειροι τῶν τοιούτων. Exemplo sit in oratione κατὰ Νεαίρας, Stephanus δεινὸς, Theogenes rex sacrificulus, ἰδιώτης: qui (ut alibi scripsi) opponitur τῷ τε πολιτευομένῳ, καὶ τῷ πεπαιδευμένῳ, καὶ τῷ τεχνίτῃ ἢ δεινῷ καὶ ἐμπείρως ἔχοντι ἢ εὐμοιρίαν φύσεως ηὐτυχηκότι. Wolf.

Δεινοὶ] Vox hæc latissimæ significationis est; insignes emphases et elegantias facit in Lingua Græca. Cum de personis dicitur, est *μέση λέξις*, et modo in bonum, modo in malum sumitur, ut et *gravis* Latine. Vide Duport. in Theophrast. cap. 1. Mount.

Λάχωσιν] Observat Olivetus ex hac voce apparere, sorte electos fuisse quibus horum festorum cura commissa est. Idem.

Ὄχλον] Inter ipsos dies festos primum certamen tædarum, in quo et pedites et equites cursu contendebant, deinde certamen athletarum et musicum agebatur;

σκευήν, ὅσην οὐκ οἶδ᾽ εἴ [1] τι τῶν ἁπάντων ἔχει· τοὺς δ᾽ ἀποστόλους πάντας ὑμῖν ὑστερίζειν τῶν καιρῶν, τὸν εἰς Μεθώνην, τὸν εἰς Παγασάς, τὸν εἰς Ποτίδαιαν; ὅτι ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα νόμῳ τέτακται, καὶ [2] πρόοιδεν ἕκαστος ὑμῶν ἐκ πολλοῦ τίς χορηγὸς ἢ γυμνασίαρχος τῆς φυλῆς, πότε καὶ παρὰ τοῦ καὶ τί λαβόντα τί δεῖ ποιεῖν, οὐδὲν ἀνεξέταστον οὐδ᾽ ἀόριστον ἐν τούτοις ἠμέληται· ἐν δὲ τοῖς περὶ

[1] τις [2] προεῖδον

solemni obambulatione velum Minervæ (πέπλος) a lectissimis virginibus (ἐργαστῖναι) circumferebatur: ad quæ omnia quis neget magna multitudine et apparatu opus fuisse? Cfr. Plat. Alcib. II. t. V. 97. Bip. Rüdig.

Ὅσην οὐκ οἶδ᾽ εἴ τις τῶν ἁπάντων] Wolfius hæc ita transtulit *an ullus omnium habet:* nos *ulla* vertimus, ut ad ἀπόστολος referatur. Cum Wolfio sentire video Tourrellum atque Olivetum, juxta quos sensus loci est, Athenienses de festis suis præparandis magis sollicitos fuisse, inque ea majores sumptus fecisse quam cæteri Græci: quod utique verissimum est, sed minus quam quod antea dictum fuit, ideoque id velle Demosthenem vix putem; præterea hæ voces de cæteris Græcis parum commode intelligi posse videntur, nisi additum fuisset vox Ἑλλήνων. Nic. Carrus hunc locum ita vertit: *quantum haud scio an ulla unquam classis vestra habuerit:* sed illud *vestra* rectius, ut opinor, omittatur. Cæterum, ut sciamus quanto sumptu hæc apud Athenienses festa celebrabantur, quantoque illi studio istiusmodi cærimonias sectabantur, Tourrellus ad Platonem nos remittit in Alcib. ii. [p. 148.] et Athen. l. xiv. Mount.

Εἴ τι τῶν ἀπ. ἔχει] Vulg. εἴ τις, quod alii referunt ad Græcos, alii rectius ad classem, sed quum dixisset ἕνα τῶν ἀποστ. languet εἴ τις ἀποστ., hinc non dubitavi lect. εἴ τι recipere, sensus: *si quid omnino;* nam artic. τῶν indicat nihil reliquum esse, ut τὰ πολλὰ, §. ιά. ἅπας. Eustath. ita: ἄλφα σημαίνει ἄθροισιν. ἔχειν. vid. ad Lib. Vit. Dem. §. ά. adde Thuc. II. 61. τὸ λυποῦν ἔχει τὴν αἴσθησιν. Rüdig.

Τὸν εἰς Μεθώνην, τὸν εἰς Παγασὰς, τὸν εἰς Ποτίδαιαν] De Methona ac Potidæa vide supra §. γ᾽. Pagasæ maritima Thessaliæ urbs fuit, navale autem Pheræorum. Ibi Argo navis exstructa fertur, unde et *Pagasæa* appellatur. Ab ea illic compacta Pagasas nomen habere fabulantur: alii probabilius nomen loco ἀπὸ παγῶν, Dor. id est, *fontibus*, factum sentiunt, qui frequentes ibi largique fluunt. Vide Strab. l. ix. p. 436. Ed. Casaub. Mount. Cfr. Olynth. I. (III). §. θ᾽.

Προεῖδεν] Malim πρόοιδεν, *præscit, ante novit*, sicut σύνοιδα, ἔξοιδα, præterito medio, προεῖδον, *providi, prospexi*, unde προϊδεῖν, sed a πρόοιδα προειδέναι, οι in ει mutato. Wolf.

Ἐκ πολλοῦ] Πρὸ πολλοῦ χρόνου, πρὸ τῆς ἑορτῆς. Idem.

Χορηγὸς] Ædilis, qui Bacchanalibus gregi saltatorum sumptus suppeditat. Sed hujus munus e Midiana rectius cognoscetur. γυμνασίαρχος est qui oleum in palæstra se exercentibus præbet. Tribus autem fuisse decem Athenis illo tempore, docet oratio funebris. Idem.

Χορηγὸς ἢ Γυμνασίαρχος] Choragi Dionysiis et Panathenæis choros curabant et ducebant: victum etiam iis, nec victum solum, sed et coronas aureas, vestesque chori ipsius, ornamenta, atque insignia suppeditabant. Inque ea re tantum studii, tantumque industriæ posuerunt, ut magistros, et tibicines præstantiores coram Archonte sortiti sint, ludumque habuerint, in quo per magistrum quem χοροδιδάσκαλον appellabant, chorum ipsum erudiendum, exercendum curarint. Etenim inter ipsos illustre de laude victoriaque certamen intercedebat, ita ut in Dionysiis qui hymnis canendis alterum superasset, is tripodem præmium ferret, eumque cum magna cærimonia dedicaret. Gymnasiarchi ii dicti sunt, qui oleum iis, qui se palæstra exercere vellent, ministrarunt. Hæc officia inter primos honores erant, qui in civitate caperentur. Sigon. lib. iv. 4. Mount. Vid. Vol. ii. p. 371. seqq. Proleg. F. A. Wolfii.

Τίς χορηγὸς] Sub. ἔσται. Auger.

Παρὰ τοῦ] Παρά του pro παρά τινος rectius. Wolf.

Λαβόντα] *Si quis est, qui acceperit.* Rüdig.

Ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ πολέμου] Ἐν δὲ τῷ πολέμῳ, καὶ τῇ τούτου παρασκευῇ, quam posteriorem clausulam Obsopœus in suo codice exstare scribit: sicut τὸ τῆς αἰτίας, ἡ αἰτία, Græcismus elegans. Wolf.

τοῦ πολέμου καὶ [1] τῇ τούτου παρασκευῇ ἄτακτα, ἀδιόρθωτα,
ἀόριστα ἅπαντα. τοιγαροῦν ἅμα ἀκηκόαμέν τι καὶ τρι-
ηράρχους καθίσταμεν καὶ τούτοις ἀντιδόσεις ποιούμεθα καὶ
περὶ χρημάτων πόρου σκοποῦμεν· καὶ μετὰ ταῦτα ἐμβαί-
19 νειν τοὺς μετοίκους ἔδοξε καὶ τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας, εἶτ᾽

[1] τῆς τούτου παρασκευῆς ἄτακτα, ἀόριστα, ἀδιόρθωτα

Τριηράρχους] *Triremium Præfecti*: armamenta triremibus et victum remigibus ex suis sumptibus dabant: propter tamen sumptus magnitudinem, ea interdum a civitate acceperunt: aliquando duo simul triremem instruxerunt, aliquando tres, aliquando decem, aliquando plures. Ut autem Prætores in re maritima trierarchis omnibus, sic singuli trierarchi singulis triremibus, ac ejus triremis remigibus imperarunt. Sigon. lib. iv. 4. et 5. Vide Suid. et Petit. in Leg. Att. l. iii. [tit. iv.] MOUNT. Et Vol. ii. p. 375. sq.

Ἑλλήνων ἀντιλαβέσθαι;

έ. Ἐπ᾽ ἄλλο δὲ δίκαιον ἔρχομαι τῶν κατὰ τὰς συνθή-
κας. ἔστι γὰρ γεγραμμένον, ἐάν τινες τὰς πολιτείας
τὰς παρ᾽ ἑκάστοις οὔσας, ὅτε τοὺς ὅρκους
τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης ὤμνυσαν, καταλύσωσι,
πολεμίους εἶναι πᾶσι τοῖς τῆς εἰρήνης μετέ-
χουσι. σκέψασθε δ᾽, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι Ἀχαιοὶ
μὲν οἱ ἐν Πελοποννήσῳ ἐδημοκρατοῦντο, τούτων δ᾽ ἐν Πελ-
λήνῃ νῦν καταλέλυκε τὸν δῆμον ὁ Μακεδὼν ἐκβαλὼν τῶν
πολιτῶν τοὺς πλείστους, τὰ δ᾽ ἐκείνων τοῖς οἰκέταις δέ-
δωκε, Χαίρωνα δὲ τὸν παλαιστὴν τύραννον ἐγκατέστησεν.
ἡμεῖς δὲ τῆς εἰρήνης μετέχομεν τῆς προσταττούσης πολε-
μίους ἡγεῖσθαι τοὺς ταῦτα πράττοντας. ἐκ δὴ τούτων
πότερον πειθώμεθα τοῖς κοινοῖς προστάγμασι, πολεμίοις
αὐτοῖς χρώμενοι, ἢ βδελυρεύσεταί τις οὐ φάσκων, τούτων
τῶν μισθοφορούντων παρὰ τοῦ Μακεδόνος, τῶν καθ᾽ ὑμῶν
πεπλουτηκότων; οὐ γὰρ δὴ λέληθέ γε αὐτοὺς οὐδὲν τούτων·
245 ἀλλ᾽ εἰς τοῦθ᾽ ὕβρεως ἥκουσιν, ὥστε δορυφορούμενοι τοῖς
τοῦ τυράννου στρατοπέδοις ἐν μὲν τοῖς παραβεβασμένοις
ὅρκοις ἐμμένειν ὑμῖν διακελεύονται, ὡς καὶ τῆς ἐπιορκίας 215

[1] νυνὶ δ᾽ * οὐ, ὅτ᾽

θήκας. Idem.

Μετὰ τῶν βουλομένων] S. συστρατεύεσθαι, καὶ διαφυλάττειν τὰς συνθήκας, τά τε δέοντα ποιεῖν. Idem.

Ἰσχύειν] Sic construe: ἰσχύειν πράττειν τὸ συμφέρον καὶ ἄνευ τοῦ δικαίου. et, ἰσχύειν fortasse ἀντὶ τοῦ ἰσχύσειν. ἡ φράσις, ὁ καιρὸς ἰσχύει πράττειν τὸ συμφέρον, τουτέστι, δύναται, οἷός τ᾽ ἔστι. Idem.

Νυνὶ δ᾽ ὅτ᾽ εἰς ταὐτὸ τὸ δίκαιον] Sententia est, coerceri Macedones et justum et utile et tempestivum atque opportunum esse. Idem.

Χρόνον ἀναμενεῖτε ἀντιλαβέσθαι] Καιρὸν τοῦ ἀντιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας. Idem.

έ. Δίκαιον — τῶν κατὰ τὰς συνθήκας] Quia συνθηκικὸν δίκαιον non licet dicere. Idem.

Τὰς πολιτείας — καταλύσωσι] Atqui apud Eresios et Antissæos πολιτεία τυραννὶς fuit, qua ipsi Græci eversa pacta et conventa violarunt. Sed argutatur auctor, ὅτι ἡ τυραννὶς οὐ πολίτευμα, ἀλλ᾽ ἀδίκημα. Idem.

Καταλέλυκε τὴν πόλιν] Malo cum Feliciano legere, τὸν δῆμον, aut τὴν πολιτείαν. Idem.

Χαίρωνα] Cfr. Palmer. Exercit. ad Pausan. Achaic. p. 235. Sylb. 454.

Οὐ φάσκων] S. δεῖν πολεμίοις αὐτοῖς χρήσασθαι, *negans bellum eis inferendum esse*, et, τις τούτων τῶν μισθοφορούντων βδελυρεύσεται, οὐ φάσκων, τουτέστιν, ἀρνούμενος. Idem.

αὐτοκράτορος ὄντος ἐκείνου, τοὺς δ᾽ ἰδίους ὑμᾶς νόμους
ἀναγκάζουσι λύειν, τοὺς μὲν κεκριμένους ἐν τοῖς δικαστη-
ρίοις ἀφιέντες, ἕτερα δὲ παμπληθῆ τοιαῦτα βιαζόμενοι πα-
ρανομεῖν. εἰκότως· τοῖς γὰρ πεπρακόσιν ἑαυτοὺς εἰς τἀναν-
τία τοῖς τῇ πατρίδι συμφέρουσιν οὐκ ἔνι μέλειν νόμων οὐδ᾽
ὅρκων· τοῖς δ᾽ ὀνόμασιν αὐτῶν μόνοις ἀποχρώμενοι παρα-
κρούονται τοὺς παρέργως [1]ἐνταυθὶ, ἀλλ᾽ οὐκ ἐξεταστικῶς,
ἐκκλησιάζοντας, καὶ νομίζοντας τὴν παραυτίκα ἡσυχίαν
οὐκ ἔσεσθαί ποτε αἰτίαν ταραχῆς [2]ἀτόπου καὶ μεγάλης.

ς´. Κελεύω δ᾽ ἔγωγε, καθάπερ ἐν ἀρχῇ προεῖπον, πεί-
θεσθαι τούτοις τοῖς φάσκουσι δεῖν ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολο-
γίαις ἐμμένειν, εἰ μὴ ἐκεῖνο νομίζουσιν, ὅταν μὲν λέγωσιν
ὡς ἐμμενετέον τοῖς ὅρκοις, οὐ λέγειν αὐτοὺς τὸ μηδὲν ἀδικεῖ-
σθαι, οὐδένα δ᾽ οἴονται [3]αἰσθάνεσθαι, τυραννίδων ἀντὶ δημο-
κρατιῶν καθισταμένων καὶ τῶν πολιτειῶν καταλυομένων.
[4]τοῦτο δ᾽ ἐστὶ καταγελαστότατον· ἔστι γὰρ ἐν ταῖς συν-
θήκαις, ἐπιμελεῖσθαι τοὺς συνεδρεύοντας καὶ
τοὺς ἐπὶ τῇ κοινῇ φυλακῇ τεταγμένους, ὅπως
ἐν ταῖς κοινωνούσαις πόλεσι τῆς εἰρήνης μὴ
γίγνωνται θάνατοι καὶ φυγαὶ παρὰ τοὺς κει-
μένους ταῖς πόλεσι νόμους, μηδὲ χρημάτων δη-
μεύσεις, μηδὲ γῆς ἀναδασμοὶ, μηδὲ χρεῶν ἀπο-
κοπαὶ, μηδὲ δούλων ἀπελευθερώσεις ἐπὶ νεω-
246 τερισμῷ. οἱ δὲ τοσούτου δέουσι τούτων τι κωλύειν, ὥστε
καὶ συγκατασκευάζουσιν, οὓς πῶς οὐ προσήκει ἀπολωλέ-
ναι; οἳ τηλικαύτας συμφορὰς παρασκευάζουσιν ἐν ταῖς

[1] ἐνταυθοῖ [2] ἀτόπου [μεγάλης] [3] αἰσθήσεσθαι
[4] τὸ δ᾽ ἔτι * καταγελαστότερον.

Κεκριμένους] Τοὺς καταδικασθέντας ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Idem.

Τοῖς δ᾽ ὀνόμασιν αὐτῶν] S. τῶν νόμων καὶ τῶν ὅρκων. Idem.

Ἀτόπου καὶ μεγάλης] Addo καὶ cum Feliciano. Idem.

ς´. Τὸ μηδὲν ἀδικεῖσθαι] Malim τὸ μηδένα ἀδικεῖσθαι. Idem.

Οὐδένα δ᾽ οἴονται αἰσθήσεσθαι] Fortassis οὐδένα δ᾽ οἴονται ἀδικεῖσθαι, eodem verbo repetito. Qui enim talia non animadverti ab ullo potuissent? Quem locum sic vertas licet: *Nemini faciendam esse injuriam: et injuriam fieri nemini, cum tyrannides pro democratiis constituuntur, et respub. abrogantur.* Idem.

Τοὺς συνεδρεύοντας] In Plataico Isocratis est, Ἀθήνησι γενέσθαι συνέδριον: quod scilicet sociorum legati ibi convenerint, de republica Græciæ deliberaturi. Idem.

Καὶ τοὺς ἐπὶ τῇ κοινῇ φυλακῇ τεταγμένους] S. τῶν συνθηκῶν καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. Idem.

Ἀπελευθερώσεις ἐπὶ νεωτερισμῷ] Additur προσδιορισμὸς, ne ademtum videatur domini jus manumittendi eos, qui serviunt liberaliter: sicut paulo post, ὅπλα ἐπιφέρειν ἐπὶ πολέμῳ, τουτέστι, πολεμικῶς, ἀλλ᾽

πόλεσιν, ἃς διὰ τὸ μέγεθος αὐτοῖς τοσούτοις οὖσι μὴ πε- 216
ριορᾷν ἐπέταξαν;

ζ'. Ἔτι δ' ἕτερον δείξω τὸ λελυκὸς τὰς συνθήκας. ἔστι γὰρ γεγραμμένον, ἐκ τῶν πόλεων τῶν κοινωνουσῶν τῆς εἰρήνης μὴ ἐξεῖναι φυγάδας ὁρμήσαντας ὅπλα ἐπιφέρειν ἐπὶ πολέμῳ μηδεμιᾷ πόλει τῶν μετεχουσῶν τῆς εἰρήνης· εἰ δὲ μή, ἔκσπονδον εἶναι τὴν πόλιν, ἐξ ἧς ἂν ὁρμήσωσιν. οὕτω τοίνυν ῥᾳδίως τὰ ὅπλα [1]ἐπήνεγκεν ὁ Μακεδών, ὥστ' οὐδὲ κατέθετο πώποτε, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ἔχων περιέρχεται καθ' ὅσον δύναται, τοσούτῳ δὲ νῦν μᾶλλον ἢ πρότερον, ὅσῳ ἐκ προστάγματος ἄλλους τε ἑτέρωθι καὶ τὸν παιδοτρίβην εἰς Σικυῶνα κατήγαγεν. οὐκοῦν, εἰ δεῖ πείθεσθαι ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις, καθάπερ οὗτοί φασιν, ἔκσπονδοι ἡμῖν εἰσὶν αὗται αἱ πόλεις αἱ ταῦτα διαπεπραγμέναι. εἰ μὲν οὖν δεῖ ἐπικρύπτεσθαι τἀληθῆ, οὐδὲν δεῖ λέγειν ὅτι εἰσὶν αἱ Μακεδονικαί· εἰ δ' οὐκ ἀνιᾶσιν οἱ καθ' ὑμῶν τῷ Μακεδόνι ὑπηρέται προστάττοντες πράττειν τὰ ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις, πεισθῶμεν αὐτοῖς, ἐπειδὴ τὰ δίκαια λέγουσι, καί, καθάπερ κελεύει ὁ ὅρκος, ἐκσπόνδους αὐτοὺς ποιήσαντες βουλευσώμεθα, πῶς δεῖ χρῆσθαι τοῖς δεσποτικῶς καὶ ἀσελγῶς διακειμένοις, καὶ διὰ τέλους τὰ μὲν ἐπιβουλεύουσι, τὰ
217 δὲ [2]πράττουσι, καὶ καταγελῶσι τῆς κοινῆς εἰρήνης. διὰ τί γὰρ οὐ φήσουσιν οὗτοι δεῖν ταῦθ' οὕτως ἔχειν; [3]ἢ ὁμο-

[1] κεκίνηκεν [2] * ταράττουσι [3] ἢ τὴν μὲν ὁμολογίαν τὴν κατὰ

οὐκ ἐμπορικῶς, ἢ συμμαχικῶς. Idem.

Αὐτοῖς τοσούτοις οὖσι] S. τοῖς συνεδρεύουσι. Idem.

Ἐπέταξεν] Lege cum Feliciano ἐπέταξαν, S. αἱ συνθῆκαι. Idem.

ζ'. Ἔστι γὰρ γεγραμμένον] Sic ordinanda verba sunt: μὴ ἐξεῖναι φυγάδας, ὁρμήσαντας ἐκ τῶν πόλεων, τῶν κοινωνουσῶν τῆς εἰρήνης, ἐπιφέρειν ὅπλα ἐπὶ πολέμῳ πόλει μηδεμιᾷ τῶν μετεχουσῶν τῆς εἰρήνης. Sententia enim est, exsules vi reditum in patriam (si ea sit ex fœderatis civitatibus) sibi patefacere studentes, in fœderatis civitatibus neque ferendos neque adjuvandos esse. Idem.

Ὅσῳ ἐκ προστάγματος] Προστάγματι, προστάσσων, τῷ προστάσσειν, διὰ προστάγματος. Idem.

Τὸν παιδοτρίβην] Non *literatorem ludimagistrum*, sed *lanistam qui palæstræ præest*, intellige. Idem.

Αἱ Μακεδονικαὶ] S. πόλεις. Hæc a Macedonicis urbibus esse facta. Idem.

Εἰ δὲ οὐκ ἀνιᾶσι — προστάττοντες πράττειν] Διατελοῦσι, διαγίγνονται, διαμένουσιν, οὐ παύονται. ἀνιᾶσι, ἀντὶ τοῦ, ἀνιεῖσιν, ἢ ἀνιέασι, ὥσπερ τιθέασι, παρὰ τὸ ἀνίημι. Idem.

Οἱ — τῷ Μακεδόνι ὑπηρέται] Pro ὑπηρετοῦντες: de qua loquendi forma satis in Isocrate multa notavimus. Idem.

Διὰ τέλους — ἐπιβουλεύουσι] Ἐπιβουλεύω διὰ τέλους, τουτέστι, διατελῶ ἐπιβουλεύων. Idem.

Τὰ δὲ πράττουσι] S. ἐναντία ταῖς συνθήκαις. Nisi malis ταράττουσι, S. τὴν Ἑλλάδα, *Græciæ perturbatoribus*. Idem.

Δεῖν ταῦθ' οὕτως ἔχειν] Τουτέστιν, ἐκ-

λογίαν τὴν μὲν κατὰ τῆς πόλεως οὖσαν βεβαίαν ἀξιοῦσιν εἶναι, τὴν δὲ σώζουσαν οὐ [1]συγχωροῦσιν; ἆρά γε δοκεῖ [2]δίκαια γίγνεσθαι; κἂν μέν τι ᾖ πρὸς τῶν ἐχθρῶν κατὰ τῆς πόλεως ἐν τοῖς ὅρκοις, τοῦτο μὲν ἰσχυρὸν ἀεὶ ποιήσουσιν·
217 ἐὰν δέ τι [3]ἡμέτερον ᾖ κατ' ἐκείνων [4]ἅμα δίκαιον καὶ συμφέρον, πρὸς τοῦτο δὲ διαμαχομένους οὐδέποτε παύσασθαι οἰήσονται δεῖν ἑαυτούς;

η'. Ἵνα δ' εἰδῆτε ἔτι σαφέστερον, ὅτι οὐδεὶς ὑμῖν ἐγκαλέσει ποτὲ τῶν Ἑλλήνων ὡς ἄρα παρέβητέ τι τῶν κοινῇ ὁμολογηθέντων, ἀλλὰ καὶ χάριν ἕξουσιν ὅτι μόνοι ἐξηλέγξατε τοὺς ταῦτα ποιοῦντας, μικρὰ ἐπιδραμοῦμαι περὶ αὐτῶν πολλῶν ὄντων. ἔστι γάρ που ἐν ταῖς συνθήκαις, τὴν θάλατταν πλεῖν τοὺς μετέχοντας τῆς εἰρήνης, καὶ μηδένα κωλύειν αὐτούς, μηδὲ κατάγειν πλοῖον μηδένα τούτων· ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιῇ, πολέμιον εἶναι πᾶσι τοῖς τῆς εἰρήνης μετέχουσιν. οὐκοῦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, [5][ὑμεῖς μὲν] ἐναργέστατα [6]ἑωράκατε τοῦθ' ὑπὸ τῶν Μακεδόνων γεγενημένον· εἰς τοῦτο γὰρ [7]ὑπεροψίας ἦλθον, ὥστε εἰς Τένεδον ἅπαντα τὰ ἐκ τοῦ Πόντου πλοῖα κατήγαγον, καὶ σκευωρούμενοι περὶ αὐτὰ οὐ πρότερον ἀφεῖσαν, πρὶν [5][οὖ] ὑμεῖς ἐψηφίσασθε τριήρεις ἑκατὸν πληροῦν καὶ καθέλκειν εὐθὺς τότε, καὶ στρατηγὸν ἐπ' αὐταῖς ἐτάξατε Μενεσθέα.

θ'. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον τοσαῦτα μὲν εἶναι καὶ τηλικαῦτα τὰ ἡμαρτημένα ἑτέροις, τοὺς δ' ἐνταῦθα φίλους αὐ-

[1] συγχωρήσουσιν [2] δίκαιον ταῦτα γίγνεσθαι [3] ὑμέτερον [4] ἅμα καὶ δίκαιον
[5] Absunt unci. [6] ἑωράκατε] ἴστε [7] παρανομίας

σπόνδους ποιῆσαι τοὺς Μακεδόνας. Idem.

Τὴν κατὰ τῆς πόλεως οὖσαν] Quæ vero pactio est contra Atheniensem rempublicam? An quod suis rebus contenta imperium in alias urbes sibi vendicare non audebat? Idem.

Κἂν μέν τι ᾖ πρὸς τῶν ἐχθρῶν] Pro ὑπέρ. *si quid hostibus stat.* Idem.

Ὡς ἐν τοῖς ὅρκοις] Τὸ ὡς puto redundare. Malim τῶν ἐν τοῖς ὅρκοις. Idem.

η'. Πλεῖον κατάγειν] Lege πλοῖον. De ipso loquendi modo ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ diximus. Idem.

Ἅπαντα τὰ ἐκ Πόντου] S. πλοῖα. Idem.

Σκευωρούμενοι περὶ αὐτὰ] Συσκευαζόμενοι, ἐπιβουλεύοντες, πονηρευόμενοι, κατὰ μικρὸν ὑφ' ἑαυτοῖς ποιούμενοι, τυρεύοντες, κατ-

τύοντες, μᾶλλον δὲ τὰ ψευδῆ προφασιζόμενοι, *falsas causas, cur eas detinerent, comminiscentes*, ἢ διερευνῶντες ἅπαντα τὰ σκεύη, τουτέστι, τὰ φορτία καὶ τοὺς γόμους. Idem.

Πρὶν οὗ] F. πρὶν ἤ. Nam prius illud nunquam usquam me legere memini. Idem.

Μενεσθέα] Hujus nominis et olim dux Atheniensium fuit, cujus meminit Homerus in catalogo, his versibus, de Atheniensibus scribens: [Il. B. 552. sq.]

Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς·
Τῷ δ' οὔπως τις ὁμοῖος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνὴρ
Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας·
Νέστωρ δ' οἶος ἔριζεν· ὁ γὰρ προγενέστερος
ἦεν. Idem.

248 τῶν μὴ ἐκείνους ἀποτρέπειν τοὺς παραβαίνοντας, ἀλλ'
ἡμῖν συμβουλεύειν ἐμμένειν τοῖς οὕτως ὠλιγωρημένοις; ὥς-
περ καὶ τούτου προσγεγραμμένου, τοῖς μὲν ἐξεῖναι πλημ-
μελεῖν, τοῖς δὲ μηδ' ἀμύνεσθαι. πῶς δ' οὐχ [1] ἅμα παρε-
νόμουν ἐκεῖνοι καὶ ἀναίσθητοι ἦσαν, οἵ γε τηλικοῦτον παρ-
έβησαν τῶν ὅρκων, ὃ παρ' ἐλάχιστον ἐποίησεν αὐτοὺς
ἀφαιρεθῆναι δικαίως τὴν κατὰ θάλατταν ἡγεμονίαν; καὶ
νῦν ἔτι παραδεδώκασι τοῦτο τὸ δίκαιον ἀνεγκλήτως ἡμῖν, 218
ὅταν βουληθῶμεν πράττειν· οὐ γὰρ, ὅτι ἐπαύσαντο ἐξα-
μαρτάνοντες, ἧττόν τι δήπου παραβεβήκασι τὰς κοινὰς
ὁμολογίας. ἀλλ' εὐτυχοῦσιν, ὅτι ἐναποχρῶνται τῇ ὑμετέρᾳ
ῥαθυμίᾳ τῇ οὐδὲ τῶν δικαίων ἀπολαύειν προαιρουμένῃ.

ί. Ὃ καὶ ὑβριστικώτατον συμβέβηκεν, εἰ οἱ μὲν ἄλλοι Ἕλληνες καὶ βάρβαροι ἅπαντες τὴν πρὸς ὑμᾶς ἔχθραν φοβοῦνται, οὗτοι δ' οἱ νεόπλουτοι μόνοι καταφρονεῖν ὑμᾶς ὑμῶν αὐτῶν ἀναγκάζουσι, τὰ μὲν πείθοντες, τὰ δὲ βιαζόμενοι, ὥςπερ ἐν Ἀβδηρίταις ἢ [2] Μαρωνείταις, ἀλλ' οὐκ ἐν Ἀθηναίοις πολιτευόμενοι. καὶ ἅμα μὲν μικρὰ τὰ ἡμέ-

[1] ἅμα τε παρηνόμουν

[2] μαρωνίταις

θ. Μὴ ἐκείνους ἀποτρεπειν] Οὕτω καὶ καθ' ἡμᾶς οἱ μὲν παραχαράττειν τὰ θεῖα δόγματα λεγόμενοι, βαρέως φέρουσιν ἐξελεγχόμενοι καὶ ἐπιτιμώμενοι· οἱ δὲ τούτους ἐξελέγχοντες καὶ ἐπιτιμῶντες, αὐτοὺς ἐκείνους ἀντιῶνται τῷ μὴ παύεσθαι ἐθέλειν ἐξαμαρτάνοντας· ὡς καὶ ὁ παρ' Εὐριπίδῃ Ἱππόλυτος [v. 659.]

Ὄλοισθε. μισῶν δ' οὔ ποτ' ἐμπλησθήσομαι
Γυναῖκας, οὐδ' εἴ φησί τίς μ' ἀεὶ λέγειν·
Ἀεὶ γὰρ οὖν πῶς εἰσὶ κἀκεῖναι κακαί.
Ἢ νῦν τις αὐτὰς σωφρονεῖν διδαξάτω,
Ἢ κἄμ' ἐάτω ταῖσδ' ἐπεμβαίνειν ἀεί.

IDEM.

Ἐμμένειν τοῖς οὕτως ὠλιγωρημένοις] Eodem argumento et Isocrates in Panegyrico utitur adversus Persas. IDEM.

Πῶς δ' οὐχ ἅμα παρηνόμουν ἐκεῖνοι] Ἀντὶ τοῦ, παρανενομήκασι, καὶ ἀναίσθητοι ἐγένοντο. Detentionem illam Ponticarum navium et injustam fuisse, et incallide factam ex eo probat, quod parum abfuerit, quin a Græcis principatus maris Macedonibus eriperetur. IDEM.

Τηλικοῦτον παρέβησαν τῶν ὅρκων] Aut τηλικοῦτον τῶν ὅρκων jungendum, aut παρέβησαν τοὺς ὅρκους. ὃ ἐποίησε παρ' ἐλάχιστον, ὥστε ἐλαχίστου ἐδεήθησαν. IDEM.

Ἀφαιρεθῆναι] Ἢ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἢ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων. Hinc apparet, Alexandro jam tum decretum fuisse principatum, de quo Isocrates in Philip. IDEM.

Δικαίως] S. propter intercepta navigia Pontica. IDEM.

Καὶ νῦν ἔτι] Hic est verborum ordo, καὶ παραδεδώκασιν οἱ Μακεδόνες ἡμῖν πράττειν ἀνεγκλήτως ἔτι καὶ νῦν τοῦτο τὸ δίκαιον, τὸ ἀφαιρεῖσθαι αὐτῶν τὴν ἡγεμονίαν, ὅταν βουληθῶμεν. Sed si quis mavult conjungere, ὅταν βουληθῶμεν πράττειν, ἀλλὰ μὴ ῥαθυμεῖν καὶ ἀργεῖν, non obsto. In fine est, ἅμα καὶ τῷ δικαίῳ ἡμᾶς ἀνεγκλήτως χρῆσθαι. IDEM.

Τῇ οὐδὲν τῶν δικαίων ἀπολαύειν προαιρουμένῃ] Μὴ ἀντέχεσθαι τοῦ δικαίου ἅμα καὶ συμφέροντος. IDEM.

ί. Οἱ νεόπλουτοι] Non tam Alexander et Macedones, quam horum studiosi oratores, quos supra κατὰ τῶν Ἀθηναίων πεπλουτηκέναι dixit. IDEM.

Ὥσπερ ἐν Ἀβδηρίταις ἢ Μαρωνείταις] Abderitica mens pro stupida, proverbio celebratur. Abdera et Maronea sunt oppida Thraciæ, prius patria Democriti, posterius vini præstantia nobilitatum ab Homero, jure certe optimo: cum Ulysses Cyclopem Polyphemum ἀνθρωποφάγον eo inebriatum excæcarit. IDEM.

Ἅμα μὲν μικρὰ τὰ ἡμέτερα πράγματα

τερα πράγματα ποιοῦσι, τὰ δὲ τῶν ἐχθρῶν ἰσχυρά· ἅμα
δὲ λανθάνουσιν ἑαυτοὺς ἀνυπόστατον τὴν πόλιν ὁμολο- 249
γοῦντες εἶναι, διακελευόμενοι τὸ δίκαιον οὐ δικαίως διαφυλάττειν, ὡς τῷ συμφέροντί γε προελομένην χρῆσθαι κρατεῖν ἂν τῶν πολεμίων ῥᾳδίως δυνηθεῖσαν. εἰκότως δ' αὐτὸ πεπόνθασιν· ἕως γὰρ ἂν ἐξῇ τῶν κατὰ θάλατταν καὶ [1] μόνοις ἀναμφισβητήτως εἶναι κυρίοις, τοῖς γε κατὰ γῆν πρὸς τῇ ὑπαρχούσῃ δυνάμει ἐστὶ προβολὰς ἑτέρας ἰσχυροτέρας εὑρέσθαι, ἄλλως τε καὶ πεπαυμένων ὑπὸ τῆς τύχης τῶν δορυφορουμένων ὑπὸ τῶν τυραννικῶν στρατοπέδων, καὶ τῶν μὲν ἐφθαρμένων, τῶν δὲ ἐξεληλεγμένων οὐδενὸς ἀξίων ὄντων.

ιά. Τὸ μὲν οὖν περὶ τὰ πλοῖα πρὸς τοῖς ἄλλοις τοῖς προειρημένοις ὁ Μακεδὼν τηλικοῦτον παρέβη· τὸ δὲ ὑβριστικώτατον καὶ ὑπεροπτικώτατον τῶν Μακεδόνων τὸ πρώην γεγενημένον ἐστὶ, τὸ τολμῆσαι εἰσπλεῦσαι εἰς τὸν Πειραιᾶ

[1] μόνων

ποιοῦσι] Πότερον λόγῳ; extenuant nostras opes, Macedonum augent: ἢ ἔργῳ; dum auctores sunt connivendi ad injurias. IDEM.

Ἅμα δὲ λανθάνουσιν ἑαυτοὺς] Significat, eorum orationem secum pugnare. Quomodo autem? Dicunt, urbem esse imparem Macedonibus, quibus metuunt, ne suarum injuriarum pœnas dent, si Athenienses jus suum persequi vellent, eoque hos quiescere jubent. IDEM.

Τὸ δίκαιον οὐ δικαίως διαφυλάττειν] *Jus non juste servare.* Ænigmati hoc simile videtur, quod sic intelligo: Justum per se est stare pactis: sed frangenti fidem servare fidem, injustum est. Non dissimile huic est illud ex Megalopolitana οὐχ ἁπλῶς ποιεῖν τὰ δίκαια: quod est, *non simplicis justitiæ esse amicum*: sed dum hujus studium præ te feras, aliud spectare. IDEM.

Προελομένην] Ὑποθετικῶς, εἰ προέλοιτο. IDEM.

Καὶ μόνων ἀναμφισβητήτως] Supra dixit, Alexandrum fuisse in periculo amittendi marini imperii. Hæc igitur verba sic accipienda sunt, ut vel classe plurimum valere significet Athenienses, (nam 100. triremium non parva vis est) vel, ut de principatu maris recuperando Athenienses laborare velit. μόνων autem hanc vim habet, ut eos mari tantum potitos extra periculum esse statuat, etiamsi terra nulla subsidia habeant: nisi forte legendum sit, καὶ μόνοις, et ad κυρίοις referatur. IDEM.

Προσβολὰς] *Impetus, aggressiones.* Sed hic προσβολὰς ἀντὶ προσθηκῶν videtur posuisse, *facile posse subsidia alia comparari, quibus paratæ copiæ confirmentur.* ἡ ὑπάρχουσα δύναμις, est classis 100. triremium, προσβολαὶ erunt *cæteræ copiæ terrestres.* προβολαὶ sunt *propugnacula, munitiones.* sæpissime πρὸ et πρὸς non sine incommodo sententiæ permutantur. προβολὰς ἑτέρας τοῖς κατὰ γῆν εὑρέσθαι, si recte legitur, sententia est, ut existimo, Athenienses classe invictos, pedestres copias facile propulsaturos. IDEM.

Τῶν δορυφορουμένων] Qui sint isti, mihi non constat, nisi quod de aliquibus Atheniensibus civibus proditoribus potius, quam de exteris Græcis, intelligendum videtur. IDEM.

Τῶν δὲ ἐξεληλεγμένων οὐδενὸς ἀξίων ὄντων] De hac similitudine casuum cum verbo εἶναι, et participio ὤν, in Isocrate admonui. Potuisset dicere, ὅτι οὐδενὸς ἄξιοί εἰσι. IDEM.

ιά. Καὶ ὑπεροπτικώτατον τῶν Μακεδόνων] Καθ' ὃ οἱ Μακεδόνες τῶν λοιπῶν μάλιστα καταφρονοῦσιν. ὑπεροπτικώτατος τοῦ πλήθους est *summus contemptor populi.* τὸ ὑπεροπτικώτατον τῶν εὐγενῶν est *fastus extremus, quo nobiles adversus alios utuntur*, vel, *quo cæteri a nobilibus contemnuntur.* Observanda verba sunt, alias active, alias passive posita. IDEM.

ϖαρὰ τὰς κοινὰς ἡμῖν ϖρὸς αὐτοὺς συνθήκας. καὶ τοῦτο, 219
ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐχ ὅτι μία τριήρης ἦν, μικρὸν ὑπολη-
250 πτέον, ἀλλ' ὅτι ἀπόπειρα ἐγένετο εἰ περιοψόμεθα, ἵνα μετὰ
ϖλειόνων αὐτοῖς ἐγγένηται τοῦτο ϖράττειν, καὶ ὅτι οὐκ
ἐφρόντισαν τῶν κοινῶν δογμάτων, καθάπερ οὐδὲ τῶν προειρη-
μένων. ἐπεὶ, ὅτι γε τοῦτο ϖαράδυσις ἦν κατὰ μικρὸν καὶ
ἐθισμὸς τοῦ ἀνέχεσθαι ἡμᾶς τοὺς τοιούτους εἴσϖλους, κἀ-
κεῖθεν δῆλον· τὸ γὰρ τὸν τότε εἰσπλεύσαντα ἐπὶ τῆς νεὼς,
ὃν ἔδει εὐθὺς μετὰ τῆς τριήρους ὑφ' ὑμῶν ἀπολωλέναι, αἰτεῖ-
σθαι ναυπηγήσασθαι μικρὰ πλοῖα ἐν τοῖς ἡμετέροις λιμέσι,
ϖῶς οὐ καταφανὲς ποιεῖ ὅτι ἀντὶ τοῦ εἰσπλεῖν τὸ εὐθὺς
ἔνδον εἶναι ἐμηχανῶντο; καὶ, εἰ λεπτὰ πλοῖα ὑπομενοῦμεν,
ὀλίγον ὕστερον καὶ τριήρεις· καὶ, εἰ τὸ ϖρῶτον ὀλίγας, μι-
κρῷ ὕστερον πολλάς. οὐ γὰρ δή ἐστί γε εἰπεῖν, ὡς Ἀθήνησι
μὲν ἀφθόνων ὄντων τῶν ναυπηγησίμων ξύλων, τῶν πόῤῥωθεν
καὶ μόλις εἰσκομιζομένων, ἐν δὲ τῇ Μακεδονίᾳ ἐπιλελοιπό-
των, τῇ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς βουλομένοις [1] εὐτελέστατα
καθισταμένῃ· ἀλλ' ᾤοντο ἅμα τε ναυϖηγήσεσθαι ἐνταῦθα
καὶ πληρώσεσθαι ἐν τῷ λιμένι τῷ προειρημένῳ, ἐν ταῖς κοι-
ναῖς ὁμολογίαις διειρημένου μηδὲν τοιοῦτον εἰσδέχεσθαι, καὶ
[2] τοῦτο ἐξέσται ἐπὶ [3] πλέον ἀεὶ ϖοιεῖν· οὕτω ϖάντοθεν κατα-
πεφρονηκότως ἐκεῖνοι τῇ ϖόλει χρῶνται διὰ τοὺς ἐντεῦθεν
διδασκάλους τοὺς ὑπαγορεύοντας αὐτοῖς ἃ δεῖ ϖοιεῖν. οὕτω
[4] δὲ κατεγνώκασι μετὰ τούτων ἀδιήγητόν τινα τῆς πόλεως

[1] ἐντελέστατα [2] ταῦτα [3] πλεῖον [4] δὴ

Περὶ τὰς κοινὰς] Lege παρὰ τὰς κοινάς. Idem.

Ἀλλ' ὅτι] Post ἀλλ' ad. videtur οἰητέον, vel aliud quid. Auger.

Παράδυσις] F. ϖαρείσδυσις, ut in celebri illo Metrodori dicto, sed arrogantiore: ϖροκατείλημμαί σε, ὦ τύχη, καὶ πᾶσάν σου ἀφῄρημαι τὴν ϖαρείσδυσιν. Sed et illud a παραδύω formari potest. Wolf.

Ἀντὶ τοῦ εἰσπλεῖν τὸ εὐθὺς ἔνδον εἶναι] Τὸ εἰσπλεῖν requirebat ex fœdere petitionem facultatis appellendi. Sed Macedo non petita potestate appulit, et postea petiit, quod voluit: ne violenter egisse et contra fœdus videretur. Idem.

Ὡς ὄντων, ὡς ἐπιλελοιπότων] Pro ὡς εἰσὶ, ὡς ἐπιλελοίπασι. Idem.

Εὐτελέστατα κατασταμένῃ] Πιπρασκούσῃ, id est, *minimo vendenti*, per υ, non per ν. Idem.

Πληρώσεσθαι] Vel viris, vel mercibus. fortasse legendum etiam ναυϖηγήσεσθαι. Idem.

Διειρημένου] *Cum expressum sit*, id est, καίτοι διείρηται. Idem.

Καὶ ταῦτα ἐξέσται] Nova periodus, nisi legendum videatur, καὶ ταῦτα ἐξέσεσθαι, scilicet ᾤοντο. Idem.

Καταπεφρονηκότως] *Contemptim, cum contemptu.* adverbium factum e genitivo participii plurali, ν in σ mutato. sic νουνεχόντως, ἐῤῥωμένως, διαφερόντως, etc. Idem.

Ἐκεῖνοι χρῶνται] S. ὑμῖν τοῖς Ἀθηναίοις. Idem.

Οὕτω δὴ κατεγνώκασι] Recte quidem senserunt, nisi Demosthenes ubique mentiatur, qui talem nobis depingit Atheniensem populum, ut asino ignavissimo,

220 ἔκλυσιν καὶ μαλακίαν, καὶ οὔτε πρόνοιαν ὑπὲρ τῶν μελλόν-
των εἶναι, οὔτε λογισμὸν οὐδένα παραγίνεσθαι τίνα τρόπον
χρῆται ὁ τύραννος ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις.
ιβ'. Αἷς ἐγὼ διακελεύομαι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ϖείθε-
σθαι, καθάπερ ἐδίδαξα, καὶ διεβεβαιωσάμην ἂν, ὡς τοῦθ' 251
ἡλικίας ἔχων, ἅμα καὶ τῷ δικαίῳ ἡμᾶς ἀνεγκλήτως καὶ
τοῖς καιροῖς ἀσφαλέστατα χρῆσθαι τοῖς ἐπὶ τὸ συμφέρον
κατεπείγουσι. καὶ γὰρ ἔτι προσγέγραπται ταῖς συνθήκαις,
ἐὰν βουλώμεθα τῆς κοινῆς εἰρήνης μετέχειν·
τὸ δ' ἐὰν βουλώμεθα ἐστὶν ἅμα καὶ τοὐναντίον, εἰ ἄρα
ποτὲ δεῖ ϖαύσασθαι αἰσχρῶς ἑτέροις ἀκολουθοῦντας, ἀλλὰ
μηδ' ἀναμνησθῆναι μηδεμιᾶς φιλοτιμίας τῶν ἐξ ἀρχαιο-
τάτου καὶ πλείστων καὶ μάλιστα πάντων ἀνθρώπων [1] ἡμῖν
ὑπαρχουσῶν. ἐὰν οὖν κελεύητε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, γράψω,
καθάϖερ αἱ συνθῆκαι κελεύουσι, Πολεμεῖν τοῖς παραβεβη-
κόσιν.

[1] ὑμῖν

qui vix contis et fustibus excitari queat, comparandus videatur. Idem.

ιβ'. Διεβεβαιωσάμην] M. διαβεβαιωσαίμην per αι in optativo. Idem.

Τὸ δὲ ἐὰν βουλώμεθα ἐστὶν ἅμα καὶ τοὐναντίον] Ἀντὶ τοῦ ἐμφαίνει, ἢ δηλοῖ, ἢ παρίστησι νοεῖν καὶ τοὐναντίον. Si hæc agenda sunt iis, qui fœderis participes esse volunt: ergo, qui hæc agere nolunt, sunt fœderis expertes. Idem.

Καὶ τοὐναντίον] Delendum mihi videtur. Auger.

Ἀλλὰ μηδ' ἀναμνησθῆναι] Melius ἀκολουθοῦντας, ἢ μηδ', *contraria sunt aliquando desistere alienum dictum sequi, et abjicere gloriam majorum.* Wolf.

Τοῖς παραβεβηκόσι] Scil. αὐτὰς, τὰς συνθήκας. Idem.

FINIS TOMI PRIMI.

Londini imprimebat J. F. Dove, in Area quæ est Divi Joannis.

VOLUME 6

ORATORES ATTICI

ET QUOS SIC VOCANT

SOPHISTÆ

OPERA ET STUDIO

GULIELMI STEPHANI DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCII

TOMUS SEXTUS

DEMOSTHENES

LONDINI

EXCUDIT J. F. DOVE

(APUD QUEM ETIAM VENEUNT)

A. S. MDCCCXXVIII.

DEMOSTHENIS

QUÆ EXSTANT OMNIA

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA

VARIETATE LECTIONIS

SCHOLIIS TUM ULPIANEIS TUM ANONYMIS

ANNOTATIONIBUS VARIORUM

H. WOLFII OBSOPŒI TAYLORI MARKLANDI JURINI MOUNTENII STOCKII HARLESII
F. A. WOLFII SPALDINGII AUGERI RÜDIGERI WUNDERLICHII BREMII
ALIORUMQUE ET SUIS

ILLUSTRAVIT

GULIELMUS STEPHANUS DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCIUS

ACCEDUNT ANIMADVERSIONES

REISKII DOUNÆI WEISKII AMERSFOORDTII

ET NUNC PRIMUM PUBLICI JURIS FACTÆ

THOMÆ STANLEII VEL POTIUS JACOBI DUPORTI

NECNON ADVERSARIA

PETRI PAULI DOBREE

GRÆCARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES
NUPER PROFESSORIS REGII

TOMUS SECUNDUS

DEMOSTHENIS PUBLICÆ

LONDINI

PROSTANT APUD J. F. DOVE

A. S. MDCCCXXVIII.

TABULA

EORUM QUÆ CONTINENTUR

IN

TOMO SEXTO.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΔΗΜΟΣΙΟΙ.

TAYLORI

PROLEGOMENA

AD

ÆSCHINIS

ET

DEMOSTHENIS

ORATIONES

DE

CORONA ADVERSARIAS.

Quod Cicero dixit, quum has duas Orationes in Latinum sermonem convertit, vere dixit; se nempe gladiatorum par nobilissimum post hominum memoriam inducere, Æschinem et Demosthenem, illum, non tanquam Æserninum Samnitem, spurcum hominem, sed doctum et acerrimum, immo alterum fere Pacidianum, cum Pacidiano, gladiatorum optimo, compositum. (Ita enim Ciceronis verba interpretor contra Manutium, cum aliorum, tum Jani Parrhasii in Epist. LX. auctoritate adductus.) Ut affirmare non dubitem, nihil habere Humaniores Literas vel Elegantia limatius, vel Facundia disertius, vel gravius Oratione: nihil aut verborum ornatu cultius, aut sententiarum majestate elatius, vel ab omni denique laudis genere felicius.

Et quum hæc dicam, nihil profero, nisi quod comprobavit Vetustas, atque omnium Gentium Populorumque Consensus, ad quos Humanitas, hoc est, hujusmodi Literæ pervenerint. "Hic, quem præstitisse diximus ceteris, in illa pro Ctesiphonte oratione longe optima, submissius a primo, deinde, dum de legibus disputat, pressius, post sensim incedens, judices ut vidit ardentes, in reliquis exultavit audacius." Cic. Orat. cap. 8. "Si exempla sequimur," ait Idem ibid. cap. 38. "a Demosthene sumamus, et quidem perpetuæ dictionis, ex eo loco, unde in Ctesiphontis judicio de suis factis, consiliis, meritis in Rempublicam aggressus est dicere. Ea profecto Oratio in eam formam, quæ est insita in mentibus nostris, includi sic potest, ut major Eloquentia non requiratur." Porro: "Converti ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas Orationes inter se contrarias, Æschinis Demosthenisque." Id. de Optim. gen. Orator. Nam, non contentus eloquentia sæculi sui, cum totum se ad laudes Græcorum comparavit, tum, ut imaginem summæ Eloquentiæ in mente atque animo plenissime effingeret, Orationes has contrarias Latino sermone donavit Latini sermonis peritissimus artifex, M. Tull. Cicero. Et qui omnes ad imitandum proposuit, has potissimum duxit esse dignas, quas sedulo

in patriam linguam verteret. Istius operis nihil hodie remanet præter desiderium, si excipias Anteloquium, quod inscribi solet DE OPTIMO GENERE ORATORUM. (Tullius) Protagoram Platonis, et Œconomicon Xenophontis, et Æschinis ac Demosthenis duas contra se Orationes pulcherrimas transtulit. "Quanta in illis prætermiserit, quanta addiderit, quanta mutaverit, ut proprietates alterius linguæ suis proprietatibus explicaret, non est hujus temporis dicere. Sufficit mihi ipsius Translatoris auctoritas, qui ita in Prologo earundem Orationum loquutus est: Putavi mihi suscipiendum, etc." Hieron. ad Paulin. Epist. 50. Rursus: "Nisi forte putandus est Tullius Œconomicon Xenophontis, et Platonis Protagoram, et Demosthenis pro Ctesiphonte orationem afflatus Rhetorico spiritu transtulisse." Idem Apolog. advers. Rufin. l. 2. Qui similia fere habet in Proleg. ad Pentateuch. et in Epistola ad Sunniam et Fretelam. Scripsit item Sidonius Apollinaris II. Epist. 9. "Quamquam sic esset ad verbum sententiamque translatus, ut nec Apuleius Phædonem sic Platonis, neque Tullius Ctesiphontem sic Demosthenis in usum regulamque Romani Sermonis exscripserint." Verum ut jactura istius Versionis quodammodo resarciretur, quidam male feriati antiquas Ciceronis Editiones beare voluerunt Interpretatione hujus Controversiæ, quam elaboravit Leonardus Brunus, Aretinus, verum neque eo Loco, quem occupat, neque Fama istorum Scriptorum dignam, quos convertere instituebat. Ea utique Contentio duorum summorum hominum, ad quam Concursus ex tota Græcia factus esse dicitur, (nam et Æschines ipse commemorat p. 386. plures tribunal circumstetisse, quam unquam meminerit ad ullam causam publicam convenisse,) cito venit in famam atque celebritatem: et, dum stetit fortuna harum Literarum, nihil unquam aut ardentius legebatur, aut maximorum hominum studia magis alliciebat. Illam Demosthenis præcipue, (uti dicebam,) ita semper admirati sunt veteres, quemadmodum solebant Phidiæ Jovem aut Doryphorum suspicere; præstantissimi scil. Artificis præstantissima artificia, et quibus nihil in illo genere perfectius esse potuit. Οἱ γοῦν κάλλιστοι τῶν δημοσίων λόγων εἰσὶν, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, λέγω δὲ τόν τε ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥ—Theo Progymn. p. 5. Οἶμαι γάρ σε τῶν Δημοσθένους εἰ μήτι ἄλλο, ἀλλὰ ΤΟΝΓΕ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΑΝΑΡΡΗΣΕΩΣ ΛΟΓΟΝ, τὸν πολυύμνητον δὴ τοῦτον ἀνεγνωκέναι. Aristid. περὶ τοῦ παραφθέγμ. Scripsit ad morem Adagii Plinius VI. Epist. 33. "Solent quidam ex contubernalibus nostris existimare, hanc orationem præcipuam, ut inter meas, ΩΣ ΥΠΕΡ ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΟΣ esse." Hos omnes anteivit, ut ætate ita judicio, Dionysius Halicarnassensis, qui ita scribit in libro περὶ Συνθέσεως. Ἑτέρου πάλιν ἅψομαι, τοῦ πάνυ ἑρμηνεῦσθαι δαιμονίως δοκοῦντος, τοῦ ὑπὲρ Κτησιφῶντος, ὃν ἐγὼ ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ ΑΠΟΦΑΙΝΟΜΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΛΟΓΩΝ. Rursus περὶ δεινότ. §. 14.—πλεῖστα δὲ καὶ κάλλιστα ἐκ τῆς ὑπὲρ Κτησιφῶντος ἀπολογίας. Οὗτος γὰρ δή μοι δοκεῖ καλλίστῃ καὶ μετριωτάτῃ κατασκευῇ λέξεως κεχρῆσθαι ὁ λόγος. Deinde: Εἰ δέ τις ἐρεῖ—ὅτι τοῦτον ἴσως ἔγραψε τὸν λόγον (sc. περὶ τοῦ Στεφάνου) ταῖς Ἀριστοτέλους ἐντετυχηκὼς τέχναις, ΤΟΝ ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΛΟΓΩΝ, πολλὰ πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν ἔχων—καὶ τοῦτον ἐπιδείξειν ὑπισχνοῦμαι τὸν ἀγῶνα πρὸ τῶν Ἀριστοτέλους τεχνῶν ἐπιτετελεσμένον. Id. ad Ammæum. Verum his supersedeo; quoniam nemo est, qui non laudavit, et nullæ sunt laudes, quæ non sunt maximæ: illud etiam in animo habens, quod, si quem nullo modo capiat tanta Eloquentia, neque le-

ctione harum Orationum deliniri poterit, non ille istiusmodi auctoritatibus quidquam commovebitur.

Causa, quæ in judicium deducitur, erat hujusmodi. Post prælium Chæronense, quod ea infelicitate gestum erat, quam omnes sciunt, qui de Græciæ fortunis aliquid inaudiverint, mœnibus urbis reficiendis præponitur Demosthenes, sive illud Munus et Magistratum, sive λειτουργίαν quandam et Administrationem leviorem, vel Functionem appellare fas sit. Præterea Quæstor erat Theatralis, ἐπὶ τῷ θεωρικῷ constitutus, quod officium in commodiori loco expono disertius. His muneribus quum præclare functus sit Demosthenes, præcipue vero, quod in illo magnam partem privatis sumtibus confecisset, ideoque bene de Republica mereri videretur, Ctesipho quidam, amicus et adjutor in Republica administranda, ad Senatum retulit, uti Demostheni gratiæ publicæ haberentur ob sedulo navatam operam, ejusque perpetua in P. A. merita, utique ei Corona Aurea decerneretur; quod erat Civitatis erga bonos Cives Honoris et εὐχαριστίας publicum et maximum argumentum. Isti Rogationi obstitit Æschines luculenta ea Oratione, quam hodie es lecturus. Levissima quidem Causa, quæ eam, quam dixi, exspectationem ciere, tantamque eloquentiam suppeditare poterat. Verum totius Contentionis Fortuna non in corolla aut serto duabus virgulis oleaginis facto posita esse, sed ad Civitatem ipsam totamque Remp. spectare videbatur. Nam post fatale illud prælium ad Chæroneam, in quo Philippi Fortuna Demosthenis Consilia profligavit, cum Civitas de Salute pæne desperaret, flagrabat Orator multorum invidia. Expertus est, ut ait ille de Cor. ἀπόνοιαν Sosiclis, συκοφαντίαν Philocratis, μανίαν Diondæ et Melani, qui nihil intentatum reliquerunt, verum γραφὰς, εὐθύνας, εἰσαγγελίας, totam denique Fori Attici armaturam capiti ejus minitabantur. Ejus rei testis est Plutarchus in vita: Τότε δὲ τῆς ἀτυχίας τοῖς Ἕλλησι γενομένης οἱ μὲν ἀντιπολιτευόμενοι ῥήτορες, ἐπεμβαίνοντες τῷ Δημοσθένει, κατεσκεύαζον εὐθύνας καὶ γραφὰς ἐπ' αὐτόν· ὁ δὲ δῆμος οὐ μόνον τούτων ἀπέλυεν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν διετέλει, καὶ προκαλούμενος αὖθις εἰς τὴν πολιτείαν. Alii, in quorum numero erat Ctesipho, Demosthenem rursus ad Rempub. vocabant: alii contra, ut Æschines, eos, qui de Philippo victore melius senserant. Ctesipho vero opportunum id tempus fore ratus, ut populi quasi præjudicium de Demosthene fieret, eam sententiam in Senatu dixit, in qua hæc Causa tota continetur. Ibi Æschines, quem Demosthenes obtrectatorem nactus est in Rep. administranda acerrimum, tum, ut ne id fieret, neque istius consiliis uteretur Resp. quibus nuperrime labefactata esse videbatur, tum ut privatas inimicitias ulcisceretur, (ei enim nuper diem dixerat Demosthenes ob legationem male obitam et contra Reipublicæ salutem,) huic, quam dixi, Ctesiphontis Rogationi intercedit, hominemque ipsum libellis datis in judicium adduxit; specie quidem, quod in ea quædam continebantur, quæ legibus rogare non liceret, re autem vera, ut Demosthenis vitam, mores, consilia, res gestas, totamque demum Reipubl. administrandæ rationem insectaretur, eumque a civilibus muniis prorsus repelleret. Atque hæc est Causa, non ea, quam adducunt Rhetorum filii, cur de Quæstione et Corona, de Legibus et Argumento ipso, tam pauca disputentur, de Republica tam multa; adeo ut Γραφὴ ipsa, si eorum verbis uti liceat, pæne ἀμελεῖσθαι videatur. Atque hæc de Contentionis statu et origine dicta sunto.

Mos autem per totam Græciam, et Athenis maxime, celebrabatur, ut ad studium animique benevolentiam declarandam Civibus bene merentibus textilia quædam serta publice decernerent, quibus lemnisci aurei interponebantur: atque ut istius Decreti Memoria et Recitatio aliquando fieret in maxima Urbis frequentia, in Comitiis nempe aut Ludorum celebritate, cujusmodi fuerunt Panathenæa aut Dionysia; aut in Græcorum omnium conventu, qui in communi et publico loco agebatur. *Οὐ γὰρ 'Ολυμπιάσιν, ἢ Δελφοῖς ἀνακηρύττει τὸν στέφανον, οὐδ' εἰς Παναθήναια συναγαγοῦσα τοὺς "Ελληνας, ἢ Διονύσια, καθάπερ οἱ πάλαι ποτὲ 'Αθηναῖοι, κολακεύοντες — ἀλλ'*—Themist. Orat. III. init. Pervenere ad nostram ætatem monumenta quædam, (immo ejus generis adservantur nonnulla in bibliotheca Coll. Trinitatis Cantabrigiæ, dono et liberalitate illustrissimi D. COMITIS DE SANDVICO) quæ titulos præferunt istius benevolentiæ; et in quibus nude aliquando exarantur hæc verba, Ο ΔΗΜΟΣ ΤΟΝ ΝΙΚΟΦΗΜΟΝ, aut ΚΑΛΛΙΠΙΔΗΝ puta aut ΕΥΒΟΥΛΙΔΗΝ; subintellecto aut suppresso vocabulo ΣΤΕΦΑΝΟΙ: aliquando autem, si bene memini, floreo serto redimita, aut circumtexta, eo scil. animo, ut intelligeretur ea Civitas Nicophemum illum aut Callipidem corona ex publico decreto dare ornareque. Imo obtinuit, ut Civitas Civitatem totam eo præconio ornaret, ejusque rei memoriam publice consecraret; id quod ex Oratione Demosthenis in hac causa discimus, (§. κζ'.) *Χεῤῥονησιτῶν οἱ κατοικοῦντες Σηστὸν — — στεφανοῦσιν 'Αθηναίων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα, ὅτι —.* Rursus, *καὶ ἀνακαρύξαι τὸν στέφανον, ᾧ συστεφάνωται ὁ δᾶμος ὁ 'Αθηναίων ὑφ' ἡμῶν, ὅπως ἐπιστέωνται οἱ "Ελληνες πάντες 'Αθηναίων 'Αρετὰν, καὶ τὰν Βυζαντίων καὶ Περινθίων Εὐχαριστίαν.* De qua consuetudine erudite, ut semper, agit Celeb. D'Orvillius ad Chariton. I. 5. sæculi sui damno, et literarum infortunio publico, non ita pridem denatus. Arrepta hac occasione judicium meum et sententiam libenter interponerem de celeberrima ea quæstione, quæ toties agitari solet, quo pacto nimirum sunt intelligenda ea verba politissimi Scriptoris, Cornelii Nepotis, in vita Pomponii Attici: sc. "Quamdiu adfuit, ne qua sibi statua poneretur, restitit, absens prohibere non potuit. Itaque aliquot Ipsi et Phidiæ locis sanctissimis posuerunt." Ubi Codd. MSti cum hariolationibus Criticorum, et numero et varietate, certant. Alii enim, Ipsi ut Phidiæ: alii, Ipsi et Piliæ, quæ uxor fuit Attici: alii, Ipsi et uxori: alii, Filiæ: alii, Philiæ, i. e. Amicitiæ: alii, Pilio: alii, Ipsi et Reipublicæ: alii demum, Pnyce et Pœcile, propter id quod sequitur, locis sanctissimis posuerunt. Quid hoc mali! Quorsum ista, tantaque varietas! Constat jam ex more, quem delibavimus, Byzantios, præter Coronas, quibus P. Atheniensem ob egregia ejus merita donaverunt, ut istius rei testatior memoria fieret, imagines sive statuas publice etiam erexisse, scil. *εἰκόνας τρεῖς ἑκκαιδεκαπήχεις, ἐν τῷ Βοσπόρῳ, στεφανούμενον τὸν δᾶμον τῶν 'Αθηναίων ὑπὸ τῶ δάμω τῶν Βυζαντίων καὶ Περινθίων*: et Chersonesitanos itidem ob istud beneficium ΧΑΡΙΤΟΣ *βωμὸν* consecrasse *καὶ* ΔΗΜΟΥ *'Αθηναίων*. Ego itaque in Nepote lubens amplector, quod Lambinus, et nonnulli sperare potius audebant, quam commendare, nempe ut legeremus ibi, IPSI et FIDEI. Immo unde damnant hanc Crisin, in eo magnum robur et adjumentum esse video. Non potuit, aiunt, post Fidem, aut Filiam, aut Piliam etc. adjicere hæc verba, scil. "HUNC enim in omni procuratione Reipublicæ actorem auctoremque habebant." Sed

egregie decipiuntur: ideo enim Attico et Fidei statuam posuerunt Athenienses, quod summa Fide et constantia rempublicam procuraverat, eamque re et consilio adjuverat, quemadmodum hic Chersonesitani P. A. coronam decreverunt, aramque IPSI et GRATIÆ posuerunt, *ὅτι πάντων μέγιστον ἀγαθῶν πράττειν αἴτιος γέγονε Χεῤῥονησίταις, ἐξελόμενος ἐκ τοῦ Φιλίππου, καὶ ἀποδοὺς τὰς πατρίδας, τοὺς νόμους, καὶ τὴν ἐλευθερίαν.*

De hoc more Civium remunerandorum satis. Ctesiphontis Rogatio, sive ΨΗΦΙΣΜΑ, occurrit, *αὐτολεξεὶ* §. λέ. ubi "recensitis breviter Demosthenis in Rempublicam meritis, maxime autem liberalitate in Curatione, qua proxime functus est, rogat, Placere S. P. Q. A. laudari Demosthenem virtutis ergo benevolentiæque, atque ut corona aurea donaretur a populo, et istius rei Recitatio seu Proclamatio fieret proximis Dionysiis, in Theatro, Tragœdis Novis," feriante sc. populo, et spectante Græcia, quæ advenerat ludorum gratia. Quædam sunt hic expedienda, ut Lector interea ad has Orationes paratior accedat. Nam cum primum in Scenam producta esset Fabula, solebat ea res Commissionibus, ut vocant, fieri. In Dionysiis nempe, sive Feriis Liberalibus, ut aliarum rerum, ita ingenii quoque fuit quædam Contentio. Certabant ibi fabulis suis Poetæ: ut ex Didascaliis intelligere possumus, multisque ex Neotericis, qui ad Drama Antiquorum adnotaverunt. Tragœdia enim, quæ in Religione ortum et sedem habebat, ludos ideo sacros comitabatur. Ita perinde esset, quod scripsit Æschines p. 369. l. 10. *ἀναγορευόμενος ἐν τοῖς* ΑΓΩΣΙΝ: et quod 378. l. 8. *ἐν τῷ θεάτρῳ* — ΤΡΑΓΩΙΔΩΝ ΑΓΩΝΙΖΟΜΕΝΩΝ ΚΑΙΝΩΝ. Ita Ælianus II. V. H. 13. *'Ο δὲ Σωκράτης σπάνιον μὲν ἐπεφοίτα τοῖς θεάτροις, εἴποτε δὲ Εὐριπίδης ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς* ΗΓΩΝΙΖΕΤΟ ΚΑΙΝΟΙΣ ΤΡΑΓΩΙΔΟΙΣ, *τότε γε ἀφικνεῖτο.* Hinc lucem fœnerabitur Oratio multis in locis, scil. ubi *νόμον Διονυσιακὸν* memorat, cum *τὴν τοῦ Διονύσου ὀρχήστραν*, cum *τοὺς κριτὰς τοὺς ἐκ Διονυσίων*, et cum perstringit Demosthenis arrogantiam, quod populi plausu in Concione, qui locus erat legitimus Recitationis habendæ, non contentus, honorem hunc sibi impertiri voluit, *οὐδὲ ἐκκλησιαζόντων 'Αθηναίων, ἀλλὰ τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν, οὐδ' ἐναντίον τοῦ δήμου, ἀλλ' ἐναντίον τῶν 'Ελλήνων, ἵν' ἡμῖν συνειδῶσιν, οἷον ἄνδρα τιμῶμεν.* I. Meursius, Vir Græce doctissimus, cum plura Atheniensium monumenta feliciter illustravit, dolemus, quod ejus Commentarius de Dionysiis aut non esset ad finem perductus, aut esset infelici quodam casu interceptus. Multa de antiquo Dramate, et de hac forte consuetudine in eo expedivisset. At in ea re operam suam et industriam posuerunt bene multi. Eorum quosdam recensui ad Midianam Demosthenis Not. ad Arg. post.

Interea ad hunc morem in Dionysiis celebratum adludit, et ad imaginem veræ Rogationis lepidam et jocularem adumbravit facetissimus Scriptor, Lucianus, in Timone, quam hic repræsento.

ΕΠΕΙΔΗ ΤΙΜΩΝ Ο ΕΧΕΚΡΑΤΙΔΟΥ
ΚΟΛΥΤΤΕΥΣ ΑΝΗΡ ΟΥ ΜΟΝΟΝ ΚΑΛΟΣ
ΚΑΙΓΑΘΟΣ ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΣΟΦΟΣ ΩΣ ΟΥΚ
ΑΛΛΟΣ ΕΝ ΤΗΙ ΕΛΛΑΔΙ ΠΑΡΑ ΠΑΝΤΑ
ΧΡΟΝΟΝ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΤΑ ΑΡΙΣΤΑ ΠΡΑΤΤΩΝ
ΤΗΙ ΠΟΛΕΙ ΝΕΝΙΚΗΚΕ ΔΕ ΠΥΞ ΚΑΙ
ΠΑΛΗΝ ΚΑΙ ΔΡΟΜΟΝ ΕΝ ΟΛΥΜΠΙΑΙ
ΜΙΑΣ ΗΜΕΡΑΣ ΚΑΙ ΤΕΛΕΙΩΙ ΑΡΜΑΤΙ ΚΑΙ

ΣΥΝΩΡΙΔΙ ΠΩΛΙΚΗΙ ΚΑΙ ΗΡΙΣΤΕΥΣΕ ΔΕ
ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΠΕΡΥΣΙ ΠΡΟΣ
ΑΧΑΡΝΕΑΣ ΚΑΙ ΚΑΤΕΚΟΨΕ
ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΙΩΝ ΔΥΟ ΜΟΙΡΑΣ ΕΤΙ ΔΕ
ΚΑΙ ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ ΓΡΑΦΩΝ ΚΑΙ
ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΩΝ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ ΟΥ
ΜΙΚΡΑ ΩΦΕΛΗΣΕ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ ΕΠΙ
ΤΟΥΤΟΙΣ ΑΠΑΣΙ ΔΕΔΟΚΤΑΙ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ
ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΚΑΙ ΤΗΙ ΗΛΙΑΙΑΙ
ΚΑΤΑ ΦΥΛΑΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΔΗΜΟΙΣ ΙΔΙΑΙ
ΚΑΙ ΚΟΙΝΗΙ ΠΑΣΙ ΧΡΥΣΟΥΝ ΑΝΑΣΤΗΝΑΙ
ΤΟΝ ΤΙΜΩΝΑ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΑΘΗΝΑΝ ΕΝ
ΤΗΙ ΑΚΡΟΠΟΛΕΙ ΚΕΡΑΥΝΟΝ ΕΝ ΤΗΙ
ΔΕΞΙΑΙ ΕΧΟΝΤΑ ΚΑΙ ΑΚΤΙΝΑΣ ΕΠΙ ΤΗΙ
ΚΕΦΑΛΗΙ ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙ ΑΥΤΟΝ
ΧΡΥΣΟΙΣ ΣΤΕΦΑΝΟΙΣ ΕΠΤΑ ΚΑΙ
ΑΝΑΚΗΡΥΧΘΗΝΑΙ ΤΟΥΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ
ΟΣΗΜΕΡΟΝ ΔΙΟΝΥΣΙΟΙΣ ΤΡΑΓΩΙΔΟΙΣ
ΚΑΙΝΟΙΣ. — ΕΙΠΕ ΤΗΝ ΓΝΩΜΗΝ
ΔΗΜΕΑΣ Ο ΡΗΤΩΡ ΣΥΓΓΕΝΗΣ ΑΥΤΟΥ
ΑΓΧΙΣΤΕΥΣ ΚΑΙ ΜΑΘΗΤΗΣ ΩΝ.

Porro. Agebantur Dionysia Magna, *τὰ ἐν ἄστει*, ut vocari solent, (erant enim alia,) in quibus undique ex Græcia confluebant ludorum, etc. gratia, Vere novo, mense Elaphebolione, die vero XVI[to]. Verno quidem tempore haberi, inter alios, confirmant Maxim. Tyr. Dissert. III. et vetus σχ[στης]. quem consule ad hæc verba Aristoph. Nub. v. 310.

Ἠρί τ' ἐπερχομένῳ Βρομία χάρις
Εὐκελάδων τε χορῶν ἐρεθίσματα
Καὶ μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν.

Tulisse autem dicitur Ctesipho ad Senatum, ut proximis Dionysiis ille honos Demostheni haberetur. Facta est ea Relatio Pyanepsionis die XXI. id erat paulo post Æquinoctium Autumnale. Et istius erat Senatus deinde deliberare, et, si ita visum fuerat, sciscere, *προβουλεύειν*, antequam Res ad Populum, sive publicum Civitatis conventum deduceretur: quo approbante et confirmante, Lex vel *Ψήφισμα* demum esse cœpit. Ecce autem, antequam Dionysia agi cœperint, et priusquam SCtum illud a Populo comprobaretur, Æschines, (ut ex ejus libello constat, quem habemus apud Demosthenem §. ιζ'.) die V[to]. istius mensis, Elaphebolionis, lege cum Ctesiphonte agit, questus hanc Rogationem a Ctesiphonte contra Jus esse factam. Unde fit, ut ea Rogatio toties *Προβούλευμα* diceretur, id est, Auctoritas, ut ita dicam, Senatus, nondum, jubente Populo, rata aut confirmata. Ita dixit Demosthenes §. ιϛ'. *in fin.* *ἵνα — Αἰσχίνης — ἀκούσῃ, δι' ἃ φημι καὶ τούτων τῶν* ΠΡΟΒΕΒΟΥΛΕΥΜΕΝΩΝ, *καὶ πολλῷ μειζόνων ἔτι τούτων δωρεῶν δίκαιος εἶναι τυγχάνειν.* Ita §. λέ. *οἷς γὰρ οὐκ ἐγράψατο τοῦ* ΠΡΟΒΟΥΛΕΥΜΑΤΟΣ, *τούτοις ἃ διώκει συκοφαντῶν φανήσεται.* Et alibi, scil. §. έ. *Εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον κατηγόρησεν Αἰσχίνης, κἀγὼ περὶ αὐτοῦ τοῦ* ΠΡΟΒΟΥΛΕΥΜΑΤΟΣ *εὐθὺς ἂν ἀπελογούμην.* Ad quem locum Ulpianus erit adjungendus. Vide etiam Argumentum Libanii. Εἰσήνεγκε (Ctesipho) *γνώμην ἐν τῇ βουλῇ τοιαύτην — εἰσαγομένου τοίνυν καὶ εἰς τὸν δῆμον τοῦ* ΠΡΟΒΟΥΛΕΥΜΑΤΟΣ *ἐφίσταται κατήγορος Αἰσχίνης.*

Quæ autem in eo SCto, sive *Προβουλεύματι*, infirmare voluit Æschines, ad tria Capita sunt redigenda. sc. (I.) Sedulo cavit Resp. ne cui ejusmodi honores decernerentur, qui magistratum aut munus aliquod publicum gesserat, priusquam Rationes istius Muneris (qui mos in ea Civitate invaluit,) a Viris ad eam rem rite exsequendam constitutis comprobarentur. Scil. ne Præconiis et Coronis et Laudationibus Rationes publicæ præoccuparentur. Ctesipho autem tulit, donari Demosthenem *μεταξὺ ἄρχοντα*, in ipso Magistratus officio. Illud primum: atque in eo saxo versando occupatur Æschines a pag. 368. l. 15. — ad 377. 16. Sequitur (2[da]) Causa, quod *παρανόμως* etiam in Decreto rogasset, donari Demosthenem virtutis ergo in Theatro, Dionysiis magnis, tota Græcia spectante, quum legibus cautum sit, Coronas a Senatu decretas non extra locum Senatus habendi; a Populo, extra Concionem, recitari publice celebrarique. Id exsequitur a pag. 377. 16. — ad 383. 13. Tota quæ sequitur, et erat (3[tia]) et gravissima Pars Orationis, in Demosthenis vita insectanda, in meritis studiisque in Remp. expendendis, occupatur, sc. *ὅτι οὐ διατελεῖ λέγων καὶ πράττων τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ.* Nam et id quoque, ut contendit ille, *ἐκ τῶν παρανόμων*, et de quo lege agere liceret, si qui falsas rationes adsignaverint,

Cupiant et in acta referri.

Hæc totius Causæ summa est. Et istius distributionis memor jam lector meus ad Orationem priorem accedet. Scilicet in primo loco *περὶ τῶν* ΕΥΘΥΝΩΝ, de Rationibus, in secundo *περὶ τῶν* ΚΗΡΥΓΜΑΤΩΝ, de loco Recitationis, Æschinem dicentem attente et sedulo audiat. Nam isti duo Loci, ut vocant Rhetores, omnino describi et distingui solent. Vid. Argum. Orat. Demosth. de Coron. 224. *a med.* ed. Reisk. Ita Æsch. pag. 444. l. 10. *Πρὸς τὸν τῶν* ὙΠΕΥΘΥΝΩΝ *νόμον πρῶτον, καὶ τὸν περὶ* ΚΗΡΥΓΜΑΤΩΝ *δεύτερον, τρίτον δὲ, τὸ μέγιστον, ὡς οὐδὲ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς.* Et Demosth. §. λβ'. *Ἡγοῦμαι τοίνυν λοιπὸν εἶναί μοι περὶ τοῦ* ΚΗΡΥΓΜΑΤΟΣ *εἰπεῖν καὶ τῶν* ΕΥΘΥΝΩΝ. Ita nos SCta insigniora aliquando emphatice describimus, v. g. ut quum dicamus *Bill of Citations, Statute of Limitations*, etc. Quod ideo sedulo præmonui, quoniam, quum omnis de legibus disceptatio, præsertim adeo vetustis et ætate ipsa marcescentibus, subtilior et confragosior esse soleat, tum Æschines, si qua in ea re sit auctoritas Demosthenis, Adversarii ejus, dum de iis disputabat, obscuritatem quandam majorem, mentemque difficiliorem, malis artibus, ei argumento infuderit, *ἐκ παλαιῶν*, ut ait Ille, *χρόνων καὶ ψηφισμάτων πολλῶν ἐκλέξας, ἃ μήτε προῄδει μηδεὶς, μήτ' ἂν ᾠήθη τήμερον ῥηθῆναι, διαβάλλων καὶ μετενεγκὼν τοὺς χρόνους, καὶ προφάσεις ἀντὶ τῶν ἀληθῶν ψευδεῖς μεταθεὶς τοῖς πεπραγμένοις*: Demosthenes §. ξϛ'. Rursusque §. λγ'. *Τῶν μὲν λόγων, οὓς οὗτος ἄνω καὶ κάτω διακυκῶν ἔλεγε περὶ τῶν παραγεγραμμένων νόμων, οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς οἶμαι ὑμᾶς μανθάνειν, οὔτ' αὐτὸς ἠδυνάμην συνεῖναι* (vel *συνιέναι*) *τοὺς πολλούς.* Unde minus mirari soleo, doleo tamen sæpissime, studiosos nonnullos, in ipso aditu Causæ, ingrata et quasi horridiore oratione, ut existimare solent, deterritos atque exanimatos, ad summam et maximam, quæ unquam enituit, Eloquentiam nunquam penetrare aut pervenire potuisse. Verum et hæc mea præmonita, et quæ, dum ipsa pertractantur argumenta, dicturus ero, eam omnem molestiam, si non prorsus tollere, at levare aliqua ex parte et recreare posse spero.

Demosthenes, quum ad Defensionem accedat, meritis in Remp. fretus et plurimis benevolentiæ signis, eam partem Disputationis, quæ in Legibus continetur, et in qua inferior esse creditur, *στρατηγικῶς πάνυ*, (ut ait ille Rhetor in Argumento,) atque ut Imperatorem exercitatum decebat, in mediam Orationem conjecit. Et tamen sæpius isti honores Demostheni deferebantur verbis iisdem, atque iisdem conditionibus, quibus nunc Ctesipho deferebat: Æschine ipso neutiquam interpellante. Quod tamen factum potius oportuit, quam nunc denuo lites persequi, postquam ea Ratio Ctesiphontis, quam nunc convellere instituerat, et diuturnitate Temporis, et repetitione Honoris, et præsumptione juris aliquod auctoritatis consecuta esse videretur. Eam argumentationem latius pertractat Demosthenes §. ξέ. *Ταῦτα τὰ ψηφίσματα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰς αὐτὰς συλλαβὰς, καὶ τὰ αὐτὰ ῥήματα ἔχει, ἅπερ πρότερον μὲν Ἀριστόνικος, νῦν δὲ Κτησιφῶν γέγραφεν οὑτοσί. καὶ ταῦτ' Αἰσχίνης οὔτ' ἐδίωξεν αὐτὸς, οὔτε τῷ γραψαμένῳ συγκατηγόρησε.* Exstat quidem, ut ait Ille, istud Decretum Aristonici, iisdem pæne verbis exaratum §. κϛʹ. Exstant etiam §. λδʹ. Decreta pariter, quæ Nausicli, quæ Charidemo et Diotimo, quorum causa a causa Demosthenis non abhorrebat, eosdem honores deferebant, quos nunc rogat Ctesipho Demostheni decerni. *Πολλάκις μὲν ἐστεφανώθη* (Demosthenes) *πρότερον μὲν ὑπὸ Δημομελοῦς, Ἀριστονίκου, Ὑπερίδου χρυσῷ στεφάνῳ, τελευταῖον δὲ ὑπὸ Κτησιφῶντος· καὶ γραφέντος τοῦ ψηφίσματος παρανόμων ὑπὸ Διοδότου, καὶ Αἰσχίνου, ἀπολογούμενος ἐνίκησεν, ὥστε τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων τὸν διώκοντα μὴ μεταλαβεῖν.* Auctoris, qui Plutarchi nomen ementitus, vitas X. Oratorum conscribillavit, hæc sunt verba. [pag. ccxciv. Tom. I.] In quibus quum parum est aut nihil, quod reprehendo, attamen quum, sui quasi immemor, ad finem libelli istius adjecit, *Πρῶτος ἔγραψε στεφανωθῆναι αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ Ἀριστόνικος Νικοφάνους Ἀναγυράσιος, ὑπωμόσατο δὲ Διώνδας*, in iis, inquam, multa sunt, ubi Plutarchi diligentiam, prudentiam et fidem desidero. Namque ex Decreto ipso Aristonici, quod exstat apud Demosthenem, ut dixi, constat, eum fuisse domo Phrearrium, non Anagyrasium, ut voluit ille Plutarchi Simius. Deinde non id primus tulit Aristonicus, si qua sit Demostheni fides, aut si Demosthenis mentem ego rite intelligere possim. Sic ille §. κϛʹ. *Στεφανωσάντων τοίνυν ὑμῶν ἐμὲ ἐπὶ τούτοις τότε, καὶ γράψαντος Ἀριστονίκου τὰς αὐτὰς συλλαβὰς, ἅσπερ οὑτοσὶ Κτησιφῶν νῦν γέγραφε, καὶ ἀναῤῥηθέντος ἐν τῷ θεάτρῳ τοῦ στεφάνου,* ΚΑΙ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΚΗΡΥΓΜΑΤΟΣ ΗΔΗ ΜΟΙ ΤΟΥΤΟΥ ΓΙΓΝΟΜΕΝΟΥ, *οὔτ' ἀντεῖπεν Αἰσχίνης παρὼν, οὔτε τὸν εἰπόντα ἐγράψατο.* Quæ tamen verba aliter Wolfius accepisse videtur. Postremo denique liquet ex §. ξέ. et seqq. non intercessisse Diondam isti Rogationi, quam tulit Aristonicus, verum isti, quæ prior lata fuit sive a Demomele, necessario Demosthenis, sive ab Hyperide, sive ab aliis quibuslibet. Intercessit enim olim, quemadmodum Æschines *παρανόμων* peregit hanc Rogationem, quæ in Demosthenis gratiam proponebatur, et, ut Æschines pariter, causa cecidit, et quintam partem suffragiorum non tulit.

Reliquum est, ut de Tempore, quo acta fuerit hæc Causa, atque habitæ Orationes, aliquid dicerem. Idque, ut lectorem meum demereri potuissem, verbis ipsissimis disertissimi Scriptoris, qui me oratione superat, repræsentari curavi.

"Aliquid de tempore, quo perorata fuit hæc Oratio, dicendum est.

Dixit Æschines (pag. 462. l. 2.) *ἡμερῶν μὲν ὀλίγων μέλλει τὰ Πύθια γίνεσθαι.* Unde necessario colligimus, hoc judicium incidisse in tertium alicujus Olympiadis annum. Nam Pythicus Agon semper in tertium Olympiadis annum recurrebat. Rursus ait, (pag. 428. l. 16.) *Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἔξω ἄρκτου καὶ τῆς οἰκουμένης ὀλίγου δεῖν πάσης μεθειστήκει.* Loquitur autem, ut ait ibi, *ὑπὲρ τῶν νυνὶ καθεστηκότων*, ibid. l. 12. id est, de statu rerum, ut tunc erat. Hæc autem tam longinqua Alexandri Expeditio evenit anno post pugnam in Arbelis pugnatam, quæ incidit in annum, quo Aristophanes erat Archon Athenis, mense Pyanepsione, ut nos docet Arrianus lib. 3. Post Aristophanem vero Aristopho fuit Archon. Ergo Aristophonte Archonte orationem hanc oravit Æschines, et concordat is annus cum iis, quæ dixit de Pythiis imminentibus. Nam Aristopho fuit Archon anno tertio Olympiadis CXII^{mæ}, Pythia autem Mæmacterione mense vel circiter celebrabantur, ut conjicitur ex Demosthenis oratione de Corona (§. ιβʹ.) et Oratione de vitiosa legatione (§. μʹ.) simul collatis. Nam in oratione de Corona recitat decretum mense Mæmacterione factum, dum Philippus Phocenses evertebat: oratione vero de falsa legatione ait ob eas turbas non potuisse Athenienses mittere Theoros ad Pythia. Ex supra notatis igitur necessario concluditur, hanc orationem contra Ctesiphontem pronunciatam fuisse Aristophonte Archonte, anno tertio Olympiados CXII^{mæ}, mense Pyanepsione finiente, vel Mæmacterione incipiente. Hæc scripseram, quum incidi in locum Plutarchi in Demosthenis vita, et maxime gavisus sum, quum eum vidi meam sententiam firmare. Ait enim expresse, Aristophonte Archonte, hoc judicium factum fuisse." Hæc Palmerius, Homo eruditus, in Exercitat. ad Æschinem.

Ex Actore quidem liquet, institutam fuisse Litem ante obitum Philippi, in judicium vero adductam, Alexandro jam rerum potito, et in Persiam profecto. Unde, ait ille pag. 449. innuere potuit Demosthenes, me hanc causam suscepisse, ut Alexandri gratiam aucuparer, quum *ἀπηνέχθη ἡ γραφὴ*, Philippo adhuc vivente, *πρὶν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῆναι*? Audi etiam Ulpianum ad init. Orat. de Fœd. Alexandr. *Ὁ περὶ Στεφάνου λόγος μεταγενέστερός ἐστι ταύτης τῆς δημηγορίας. Ὁ μὲν γὰρ εἴρηται ἐν ἀρχῇ τῆς κατὰ Ἀλέξανδρον καταστάσεως· ὁ δὲ περὶ Στεφάνου λόγος, Ἀλεξάνδρου ὄντος ἐν Ἰνδοῖς ἢ ἐν Πέρσαις.* Acta, inquit Dionys. Halic. ad Ammæum, [§. ιβʹ.] Aristophonte Prætore, *ἐνιαυτὸν μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, ὀκτὼ δὲ μετὰ τὴν Φιλίππου τελευτὴν, καθ' ὃν χρόνον Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Ἀρβήλοις ἐνίκα μάχην.* Quem locum emendat illustrissimus Bentleius, de Phalaride, pag. 528. ΟΓΔΟΩΙ *μὲν* ΕΝΙΑΥΤΩΙ *μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην,* ἝΚΤΩΙ *δὲ μετὰ τὴν Φιλίππου τελευτήν.*

Ecce enim Olymp. CX. 3. Res Chæroneæ.
CXI. 1. Philippi interitus.
CXII. 3. Agitur c. Ctesiphontem.

Verumtamen idem olim suboluit Meursio, qui pariter etiam numeros istos emendat IV. de Archont. 13.

Eodem jure et judicio emaculat ille Meursius in l. c. Plutarchi textum in vita Demosthenis. Istius enim Codd. etiam invasit mendum, dum in hoc argumento versatur, nempe in ætate harum Orationum. Nam certissimum est, inter Præturam Aristophontis Olymp. CXII. 3.

in qua hæc causa agebatur, et res gestas Chæroneæ Olymp. CX. 3. octo annos solummodo numerari, non decem, ut scribi solet in Plutarchi vulgatis. Sed totum locum istum exscribo, cum ob alia, tum quod multa contineat ad Historiam atque ad Laudem hujus Orationis pertinentia. *Εἰσήχθη ἡ περὶ τοῦ Στεφάνου γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντος, γραφεῖσα μὲν ἐπὶ Χαιρώνδου* "*Ἄρχοντος, μικρὸν ἐπάνω τῶν Χαιρωνικῶν, κριθεῖσα δὲ ὕστερον* ΔΕΚΑ (ΟΚΤΩ) *ἔτεσιν ἐπ' Ἀριστοφῶντος, γενομένη δὲ ὡς οὐδεμία τῶν δημοσίων περιβόητος, διά τε τὴν δόξαν τῶν λεγόντων, καὶ τὴν τῶν δικαζόντων εὐγένειαν, οἳ τοῖς ἐλαύνουσι τὸν Δημοσθένην τότε, πλεῖστον δυναμένοις καὶ Μακεδονίζουσιν, οὐ προήκαντο τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον, ἀλλ' οὕτω λαμπρῶς ἀπέλυσαν, ὥστε τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων Αἰσχίνην μὴ μεταλαβεῖν.* [§. κδ'.] Sed errorem hunc alii, præter Meursium, deleverunt. Verum ex iis, qui bonas horas Plutarcho impenderunt, nemo, si Casaubonum *τὸν πάνυ* excipias, vidit in his verbis atque in hoc calculo denuo ab isto scriptore esse erratum. Id ille adnotavit ad oram exemplaris sui, quod nunc in Bibliotheca Regia Cantabrigiæ adservatur. Nam instituta erat hæc causa non *supra*, id est, *ante* prœlium Chæronense, sed *post* illud infortunium, scil. statim, et priusquam Annus se vertebat. Quæ si vera sunt, recte observavit Vir ille Magnus, aut *κατωτέρω* in Plutarcho esse rescribendum, aut bonum Auctorem suam fefellisse memoriam.

Enim vero ut de his omnibus meam exponam sententiam, quædam sunt, quæ propemodum suadent, neutro in loco sollicitandum esse Plutarchi textum. Quis enim non intelligit, (si vera sint hæc verba Ciceronis in Prooem. suæ Versionis, scil. "Hanc mulctam Æschines a Ctesiphonte petiit *quadriennio* ante Philippi Macedonis mortem, sed judicium factum est aliquot annis post, Alexandro jam Asiam tenente") quis, inquam, non intelligit, et eandem supputationem a Plutarcho fieri, recteque posse scribi, et ΕΠΑΝΩ *τῶν Χαιρωνικῶν*, et *κριθεῖσα* ΔΕΚΑ *ἔτεσιν ὕστερον*? Uti ex hac notatione liquebit, scil.

Olymp. CX. 1. Instituta Causa Ctesiphontis.
3. Prœlium Chæronense.
CXI. 1. Philippi interitus.
CXII. 3. Habita Causa.

Verum enim vero Ciceronis computum non lubens admiserim. Prœlium illud infeliciter ab Atheniensibus gestum, ut modo vidimus, huic Contentioni ansam dedit atque occasionem. Tum autem porro Libellus Æschinis, sive istius Actionis, quam intentavit Formula Accusatoria, hodie bonis avibus exstat, sc. apud Demosthenem §. ιζ'. ubi diserte dicitur, Causam eam fuisse institutam ΕΠΙ ΧΑΙΡΩΝΙΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ, id quod perficit atque concludit eam rem, quam volo.

Et huc usque omnia satis dilucide, satis prospere et expedite. Verum ignorantiam meam non dissimulabo; neque, quod me male habet, habiturum certe semper, id celabo lectorem meum. Æschines, ut modo dictum est, actionem sive litem intentavit Chæronda, sive Chæronida, Prætore, et quidem Mensis Elaphebolionis die sexto, qui Mensis erat Anni numero nonus. Restabant scil. ante Solstitium æstivum, quo tempore Annus Atticus incipiebat, Mensis utique tres, MUNYCHIO, (Suidas itaque aut Suidæ Librarii male mensem istum ΔΕΥΤΕΡΟΝ vocant, quum ΔΕΚΑΤΟΝ potius exarassent. Verum in scriptis Codd. Error Numera-

lium est infinitus. Pergo) THARGELIO, SCIRRHOPHORIO. Quacunque vero in Anni parte Menses isti collocentur, licet de ea re nulla sit Controversia, constat, eum esse ordinem et consequentiam, quam posui. Qui in aliis dissentiunt, in eo concordant. Quidni enim non concordarent? Jam autem, si Æschines diem dixit Ctesiphonti, mense Elaphebolione, quem putassis Februarium esse, Anni CX. 3. sive Præturæ Charondæ; dixerit vero, quod Decretum de Demosthene 5to abhinc mense, Pyanepsione, Septembri scil. rogaverat; jam autem Decretum illud Ctesiphontis merita Demosthenis in muris reficiendis recensuerat: unde possit fieri, qua Machina aut Industria, qua Chronologica peritia aut artificio illud mox explicabimus, quod Thargelione demum mense, qui in ejusdem Anni sive Præturæ APRILEM desinentem, vel etiam MAII initium incidit, ista Curatio murorum reficiendorum fieri cœpta sit? Æschines enim in hac Oratione, pag. 376. verbis apertis, *ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ φθίνοντος, ἐκκλησίας οὔσης, ἔγραψε ψήφισμα Δημοσθένης, ἀγορὰν ποιῆσαι τῶν φυλῶν, Σκιῤῥοφοριῶνος δευτέρᾳ ἱσταμένου, καὶ τρίτῃ—ἑλέσθαι τοὺς ἐπιμελησομένους τῶν ἔργων ἐπὶ τὰ τείχη.* Ecce nodum non me Davo, sed Œdipode quopiam dignissimum!

Interea tamen Scriptor est perquam eruditus, et Chronologiæ Atticæ peritissimus, qui ad has ceterasque ejusmodi spinas ex his Orationibus evellendas sedulo se accingit. Is est optimus et celeberrimus Edoardus Corsinius in Fastis Atticis. Cujus cum ingenium, judicium, diligentiamque ita laudem, ut nihil non pæne ei detulerim, tum insignem ejus humanitatem ita quoque sum expertus, ut eum non ægre laturum intelligam, si ab ejus Hypothesi, rationibus victus, discedam. Contendit Vir doctissimus, institutam esse ab Æschine hanc litem c. Ctesiphontem ante Præturam Chærondæ, adeoque antequam ad Chæroneam esset pugnatum. Meminerit Lector, illius Præturam incidisse in Olymp. CX. 3. exorsam quidem a mense Hecatombæone, clademque illam Chæronensem contigisse istius Magistratus mense Metagitnione. Verum est. Fateor. Magistratum iniit, ut inire solebant Athenis, mediam circiter æstatem, sive mense quem nos *Junium* vocamus: dimicatum est autem Chæroneæ, proximi mensis Metagitnionis scil. die VII^{mo}. Ita enim Plutarchus, in Camillo pag. 305. tom. I. *Ἀνάπαλιν δ' ὁ Μεταγειτνιών, ὃν Βοιωτοὶ Πάνεμον καλοῦσιν, Ἕλλησιν οὐκ εὐμενὴς γέγονε. Τούτου γὰρ τοῦ μηνὸς ἑβδόμῃ καὶ τὴν ἐν Κρανῶνι μάχην ἡττηθέντες ὑπ' Ἀντιπάτρου τελέως ἀπώλοντο, καὶ πρότερον ἐν Χαιρωνείᾳ μαχόμενοι πρὸς Φίλιππον ἠτύχησαν.* Ideoque scribit Vir doctissimus, si dicam hanc scripsit Æschines mense Elaphebolione, *Februario* puta, ante prœlium Chæronense, eique Chærondæ, sive Chæronidæ, nomen inscripsit, non potuit esse ille Magistratus annuus, qui suscepit munus suum circa *Junium* proxime sequentem. Proinde Ctesiphontis Decretum, quocumque mense, quacumque Prætura latum, prius sit necesse est ista Actione Æschinis, qua impetitum est, et Dica, quæ scribebatur. Deinde decreto isto Ctesiphontis quum prius etiam fuerit Decretum aliud Aristonici, de Coron. §. κϛ'. quod similiter ille in gratiam Demosthenis tulit, (præcessisse autem ipse Demosthenes non semel adfirmat, §. κϛ'. et §. ξε'.) plane constat, Chærondam sive Chæronidam, in illo Aristonici Decreto adscriptum, alium fuisse et priorem quoque Magistratum, ac illum, qui obtinebat Præturam demum Olymp. CX. 3. Multo minus idem Magistratus potuit esse, cujus in Prætura, ut ait

Æschines, pag. 376. l. 2. tulit Demosthenes, ut de muris reficiendis Civitas provideret. Hoc enim negotium, atque ista Curatio ætate anteibat omnia ea, quæ modo memoravimus, et Ctesiphontis certe, si non Aristonici, Rogationi causam dedit et originem. Vides, mi lector, omnia hæc ea, qua potui, diligentia recensita. Quid ergo fiet de isto Chæronda, qui toties, atque, ut dicitur, extra oleas occurrit? Norunt omnes, qui bonis Auctoribus bonas horas impendunt, multos subinde apud Antiquos dici eum Magistratum Athenis gessisse, quorum nomina in serie Archontum, atque in Fastis, quos vocant, perpetua serie contextis, non reperiuntur. Horum catalogum concinnavit Meursius, Vir eruditus et laboriosus, in Commentario de Archontibus Atheniensibus, cap. ult. Et, ut id obiter notem, plures istius sortis atque conditionis in hoc uno libro Demosthenis de Corona occurrunt, quam ab alio quocumque vetusto Scriptore memorantur. Statuit ergo Vir politissimæ literaturæ, Corsinius, Chærondam illum, qui Magistratum gessit Olymp. CX. 3. verum fuisse, vel fieri potuisse, Prætorem, cum quem dicere solemus Eponymum, a quo scil. Annus cognominatur. Ait porro, lege et moribus obtinuisse, ut, si Eponymus, qui fuerit, Concioni non interesset, scil. aut morbo impeditus, aut defunctus, aut abrogatus, tum præsidere soleret ex ceteris VIII Archontibus unus, cujus adeo nomen Psephismatibus, et Monumentis publicis eodem jure et ritu præponeretur, quo illius præscribebatur, qui primarius Archon fuit, atque eo munere perpetuo fungebatur. Proinde concludit, temporum habita ratione, (ea scil. quam modo concinnavimus,) Chærondam illum, quo Archonte Demosthenes muris reficiendis præficiebatur, (Æschines 376. 2.) ex qua re omnis hæc profluxit Contentio, Pseudonymum fuisse Archontem, sc. non illum verum et principem Prætorem, qui Fastos consignavit, verum ex IX viris unum, qui Olymp. CX. 1. absente Theophrasto, vero et perpetuo istius Anni Prætore, Curiæ eo die præsidebat, quo eæ res gestæ sunt. Pariter Chærondas ille, cujus nomen inscriptum est Æschinis libello, quo Ctesiphontem impetivit, sexta Elaphebolionis die, §. ιζ'. ejusdem fuit loci atque ordinis, sc. qui absente Lysimachide Eponymo Olymp. CX. 2. forte fortuna præsidebat in Senatu, quum Actio erat instituta. Anno deinde proximo, sc. Olymp. CX. 3. idem ille Chærondas, sive fuerit alius ejusdem nomenclaturæ, Præturam proprio et primario jure obtinuit. Hæc vir optimus atque ingeniosissimus, summa industria, atque incredibili literarum subsidio, in Fastis Atticis, Dissertt. II. et VIII. Quodcumque demum statuatur de toto isto grege Prætorum Pseudonymorum, interea tamen, quum omne id, quod ad Chærondam nostrum spectat, eo unico nitatur fundamento, quod Æschines dicam Ctesiphonti scripserit ante cladem Chæronensem, idque auctoritate Plutarchi, Ciceronis, atque adeo ipsius Æschinis, evinci credit et stabiliri posse: et contra, quum me minus moveat Plutarchi non magna ubique auctoritas, non ipsius denique, quanta quanta sit, Ciceronis, si Æschines contrarium dixerit, age, lege agamus, et contestata inter nos, ut dicitur, Lite, Æschinem ipsum excitabo, quo teste "adeo non videbitur Actio illa ab eo instituta, antequam Chæronense bellum insurgeret, ut disertissime affirmabit, hanc ab eo fuisse institutam post vulnus illud ab Atheniensibus acceptum." Adducitur Æschines a Viro ipso eruditissimo, Dissert. VIII. §. 23. quasi his verbis usus, scil. "Dudum, Philippo vivo, instituta est hæc Actio, verum bello ingruente, non

fuit otium persequendi jus, quum de salute potius tota Civitas cogitaret, quam ut pœnas repeteret ab uno Cive contra fas et mores corolla donatum." Honesta sane Oratio! Et mirum, ni causa viceris! Verum ea Oratio ex duobus diversis locis Auctoris nostri consuitur. In priori, pag. 449. l. 10. ait Ἀπηνέχθη ἡ γραφὴ, ἔτι Φιλίππου ζῶντος. Concedo. Id semper verum esse credidi. Quid vero est id, quod addit? Ubinam est illud, quod restat, Sententiæ? sc. pag. 452. init. ubi nihil de bello Actiones Legis dirimente, sed contraria prorsus omnia. Dicit ibi Orator planissume: "Demosthenes insolenter ab Accusatoribus rogat, cur me nunc tandem in judicium vocatis ob Remp. male gestam, et a me, ut perhibetis, pessundatam? Cur non eo tempore potius obstitistis, quamdiu salva erat, ut procellam istam, melioribus usa consiliis, Resp. devitare et declinare poterat. His dictis respondere pro iis possum. Excitato bello illo et tumultu, nobis non fuit otium pœnas a Te repetendi, sed de salute omnium fuimus solliciti. Et Ego præsertim Reip. causa aberam ad exteras Civitates legatus missus. Post ea tempora, quum Tu ista impunitate non contentus, præmia etiam et honores tibi decerni postulasti, et Civitatem, quam olim perdidisti, nunc præterea ridiculam universæ Græciæ reddidisti, tum denique otium nactus et opportunitatem, tum demum, inquam, obstiti, atque accusationem hanc institui." Apponam Græca, ut eruditus lector sentiat, me bona fide secum egisse. *Ἐπερωτῴη δὲ τοὺς συκοφαντηθέντας ἐκ τῆς πολιτείας ἐπ' ἐκείνων τῶν καιρῶν, ὅτε ἐνῆν σώζεσθαι, διὰ τί αὐτὸν οὐκ ἐκώλυσαν ἐξαμαρτάνειν· ἀποκρίνοιντο δὲ * * * τὸ πάντων τελευταῖον, ὅτι τῆς μάχης ἐπιγενομένης οὐκ ἐσχολάζομεν περὶ τὴν σὴν εἶναι τιμωρίαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως ἐπρεσβεύομεν· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀπέχρη σοι δίκην μὴ δεδωκέναι, ἀλλὰ καὶ δωρεὰς αἰτεῖς, καταγέλαστον ἐν τοῖς Ἕλλησι τὴν πόλιν ποιῶν,* ΕΝΤΑΥΘ' ΕΝΕΣΤΗΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΓΡΑΦΗΝ ΑΠΗΝΕΓΚΑ. Quo quid liquidius, quid certius aut indubitatius esse possit?

Quod ad Eventum hujus Litis spectat, sufficit dicere, eum, qui in Fore semper dominabatur, hic dominari maxime, Æschinemque in exsilium cessisse. Eam historiam latius persequor in Vita, quam texo, horum Oratorum, ubi commodius recensere possim, quicquid ab Antiquis de ea re memoriæ proditur.

I. TAYLORI

AD

ORATIONEM DEMOSTHENIS

DE CORONA

PRÆFATIO.

Utrum hæc Demosthenis defensio Ὑπὲρ Κτησιφῶντος, an Περὶ Στεφάνου, an *utrumque*, recte inscribi debeat, ambigi video. A nonnullis enim, scil. Dionysio Halic. Ulpiano, Harpocratione, Suida, etc. omnibus fere his modis citatur, ut citari potest. Titulus tamen pro Ctesiphonte usitatior est, et accommodatior fere, quo pacto laudant Cicero, Quintilianus, Plinius, aliique.

Multa habet optimus ille scriptor, Dionysius Halicarnassensis, quæ lector utiliter conferet, in hac oratione legenda. Multus utique est ille in epistola, quæ ad Ammæum scribitur, ut probet, Demosthenem non ab Aristotele, verum vicissim hunc ab illo, præcepta et artificia Rhetorica mutuo sumsisse. Vide potissimum istum tractatulum exeuntem, ubi *legitima* quasi nomenclatura appellatur hæc oratio, Ἡ πρὸς Αἰσχίνην ὑπὲρ Κτησιφῶντος: et ostenditur etiam, eam ab Aristotele in *Rhetoricis* laudari. Quæ cum ultima fere fuerit ex Demosthenicis, satis sane constat, parum Demosthenem ex Arte Aristotelis proficere potuisse.

Nimirum scriptor ille felix, sagax, eruditus atque curiosus (Dionysium volo) non solum Demostheni multum affert lucis atque adjumenti, verum cæteris etiam oratoribus Græcis, a quibus similiter Aristoteles (ut ipse ait in loco proxime a me laudato) artem suam et præceptiones derivavit, quorumque ex imagine futuros quoscumque oratores ad laudem effinxit, atque expressit ad excellendum. Verum fortasse Demosthenis paulo ille studiosior, eique addictior, quam par erat, inclementer cum Æschine agit; quem verba fastuosa et ridicula Demostheni exprobrantem reprehendit, quoniam ea verba sedulo et cum cura, in reliquiis Demosthenis, ab eo quæsita, reperiri non potuissent. Quasi necesse fuisset, ut aut omnia, quæ magnus ille orator in concionibus dixerit, literis consignarentur, aut omnia, quæ consignabantur, ad ætatem Dionysii pervenirent. Exscribo tamen, quæ de hac re reliquit Dionysius, cum ob alia, tum quia ad hanc causam atque ad hanc Æschinis accusationem, pertineant. Ita ille ad finem περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος. Scil. Τὸ δὲ φάσκειν φορτικοῖς καὶ ἀηδέσι τοῖς ὀνόμασιν αὐτὸν [Demosthenem] κεχρῆσθαι, πόθεν ἐπῆλθεν αὐτῷ λέγειν, ὑπὲρ πάντα ἔγωγε τεθαύμακα. οὐδὲν γὰρ εὑρίσκω τούτων παρὰ Δημοσθένει κείμενον, ὧν εἰρηκέναι φησὶν αὐτὸν Αἰσχίνης, οἷον, ὅτι "οὐδὲ τῆς φιλίας ἀποῤῥῆξαι τὴν συμμαχίαν" [Vid. Æschin. §. κϛʹ.] καὶ ὅτι "ἀμπελουργοῦσι τινὲς τὴν πόλιν." καὶ "ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τοῦ δήμου." καὶ "φορμοῤῥαφούμεθα," καὶ "ἐπὶ τὰ στενὰ τινὲς ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσιν." οἷς αὐτὸς ἐπιτίθησι διακωμῳδῶν, "ταῦτα δὲ οὐ κίναδός τις ἐστὶ ῥήματα ἢ θαυμαστά;" [Æsch. §. νγʹ.] οὐδέ γε ἄλλα τινὰ φορτικὰ καὶ ἀηδῆ ὀνόματα ἐν οὐδενὶ τῶν Δη-

μοσθένους λόγων εὑρεῖν δεδύνημαι· καὶ ταῦτα πέντε ἢ ἓξ μυριάδας στίχων ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς καταλελοιπότος. Interea tamen, an verba illa Æschinis aliquod illustrationis ceperint ex hoc loco Dionysii, secum contemplabitur studiosus lector. Certum est, hujus textum ab illius esse corrigendum non uno in loco; et falsum esse animi Editorem, doctum licet virum, qui ad Demosthenem lectorem remittit pag. 562. hujus Editionis, ad Textum scil. quem Dionysius in animo habere non potuit. Verum quidni hac aut simili phraseologia aliquando delectaretur Demosthenes? Quidni, ut Sylburgius recte observavit, diceret ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τοῦ δήμου, qui in Olynthiaca III. (II.) dixit, ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι, καὶ περιῃρημένοι χρήματα?

Multis sane modis, multisque nominibus prædicanda est hæc insignissima oratio, totius eloquentiæ istius populi (apud quem et nata est, et ad justam magnitudinem excrevit ratio dicendi) flos ipse et medulla: Opus nunquam e manibus deponendum, non solum propter civiles rationes, quibus abundat, atque optimum exemplum Reip. administrandæ: (Nam, ut inquit scriptor non negligendus, κάλλιστοι δημοσίων λόγων [Demosthenis] εἰσὶν, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, λέγω δὲ τόν τε περὶ Στεφάνου, καὶ τὸν κατὰ Ἀνδροτίωνος, καὶ Τιμοκράτους, καὶ Ἀριστοκράτους) Non propter summam eloquentiam, cum in hac causa magnus ille dicendi artifex major se ipso pene constitutus est: verum potissimum ob hanc rationem a Panætio et Plutarcho allatam, dignam sane, quæ a tam gravibus scriptoribus commemoretur; et quam adeo Plutarchi verbis proferre liceat, qui sapientissimum istud monitum conservavit. Παναίτιος δ' ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν λόγων φησὶν αὐτοῦ οὕτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνου τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ ὄντος, τὸν περὶ τοῦ Στεφάνου, τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους — ἐν οἷς πᾶσιν οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον, ἢ ῥᾷστον, ἢ λυσιτελέστατον ἄγει τοὺς πολίτας, ἀλλὰ πολλαχοῦ τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ἐν δευτέρᾳ τάξει τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι, καὶ τοῦ πρέποντος. Hæc ille præstantissimus Auctor in *vita* Demosthenis.

Verum in excellentissima hac oratione nihil excellentius, nihil quod *primores Critices* magis arripuit, quam Σχῆμα istud ὀμοτικὸν, ut vocatur, quod occurrit infra, §. 60. et nemini ignotum esse potest, qui de Demosthene inaudiverit. Οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι· οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, et quæ sequuntur. Istius artificii vim et felicitatem optime expressit Longinus, cap. 16. Ἀπόδειξιν ὁ Δημοσθένης ὑπὲρ τῶν πεπολιτευμένων εἰσφέρει. Τίς δ' ἦν ἡ κατὰ φύσιν χρῆσις αὐτῆς; Οὐχ ἡμάρτετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι· ἔχετε δὲ οἰκεῖα τούτου παραδείγματα· οὐδὲ γὰρ οἱ ἐν Μαραθῶνι ἥμαρτον, οὐδ' οἱ ἐν Σαλαμῖνι, οὐδ' οἱ ἐν Πλαταιαῖς. Ἀλλ' ἐπειδὴ καθάπερ ἐμπνευσθεὶς ἐξαίφνης ὑπὸ θεοῦ, καὶ οἱονεὶ φοιβόληπτος γενόμενος, τὸν τῶν ἀριστέων τῆς Ἑλλάδος ὅρκον ἐξεφώνησεν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, φαίνεται δι' ἑνὸς τοῦ ὀμοτικοῦ σχήματος, ὅπερ ἐνθάδε ἀποστροφὴν ἐγὼ καλῶ, τοὺς μὲν προγόνους ἀποθεώσας, ὅτι δεῖ τοὺς οὕτως ἀποθανόντας ὡς θεοὺς ὀμνῦναι παριστάνων, τοῖς δὲ κρίνουσι, τὸ τῶν ἐκεῖ προκινδυνευσάντων ἐντιθεὶς φρόνημα, τὴν δὲ τῆς ἀποδείξεως φύσιν μεθιστὰς εἰς ὑπερβάλλον ὕψος, καὶ πάθος, καὶ ξένων, καὶ ὑπερφυῶν ὅρκων ἀξιοπιστίαν, καὶ ἅμα παιώνειόν τινα, καὶ ἀλεξιφάρμακον εἰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουόντων καθιεὶς λόγον, ὡς κουφιζο-

μένους ὑπὸ τῶν ἐγκωμίων, μηδὲν ἔλαττον τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Φίλιππον, ἢ ἐπὶ τοῖς κατὰ Μαραθῶνα καὶ Σαλαμῖνα νικητηρίοις παρίστασθαι φρονεῖν· οἷς πᾶσι τοὺς ἀκροατὰς διὰ τοῦ σχηματισμοῦ συναρπάσας ᾤχετο. Καίτοι παρὰ τῷ Εὐπόλιδι τοῦ ὅρκου τὸ σπέρμα φασὶν εὑρῆσθαι·

Οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Cætera ibidem consulenda. Nam plurimum conferent ad Auctoris nostri δεινότητα explicandam. Neque unquam bonus et magnus scriptor tam fidelem et accuratum nactus est interpretem, μεγαλήγορος μεγαλήγορον. Aristides, Rhetor itidem, et ingenio Critico præditus, summa arte trutinat verba hæc *ardentia*. Παραδείγματος ἕνεκα ἔστω νόημα αὐτὸ καθ' αὑτὸ, ἐκ τῆς ἐννοίας, σεμνότητος μετεσχηκός· οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι — ἐνταῦθα τὸ μὲν ζητούμενον ἦν — τὸ δὲ καὶ ὀμόσαι ὡς κατὰ θεῶν, τῶν προγόνων, τοῦτο ἔχοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς σεμνότητος. De dictione civili §. 8. Adjungam et alios. *Et Demosthenes jurando per interfectos in Marathone et Salamine, id agit, ut minore invidia cladis apud Chæroneam acceptæ laboret.* Quintilian. II. 9. *Nec meretur fidem, qui sententiolæ gratia jurat, nisi si potest tam bene, quam Demosthenes.* Id. Ibid. *Tales sunt illæ inclinationes vocis, quas invicem Demosthenes atque Æschines exprobrant, non ideo improbandæ: cum enim uterque alteri objiciat, palam est utrumque fecisse. Nam neque ille per Marathonis et Platæarum et Salaminis propugnatores recto sono juravit, nec ille Thebas sermone deflevit.* Id. XI. 3. *Quid denique Demosthenes? Non cunctos illos tenues et circumspectos, vi, sublimitate, impetu, cultu, compositione superavit? Non insurgit locis? Non figuris gaudet? Non translationibus nitet? Non oratione ficta dat carentibus vocem? Non illud jusjurandum per cæsos in Marathone ac Salamine propugnatores reip. satis manifesto docet, præceptorem ejus Platonem fuisse?* Id. XII. 10. Ita *Geminus Antholog. Gr.* Lib. 4.

Οὗτος ὁ Κεκροπίδαισι βαρὺς λίθος, ἄρεϊ κεῖμαι,
Ξεῖνε, Φιλιππείης σύμβολον ἠνορέης,
Ὑβρίζων Μαραθῶνα, καὶ ἀγχιάλου Σαλαμῖνος
Ἔργα, Μακεδονίοις ἔγχεσι κεκλιμένα.
Ὄμνυε νῦν νέκυας, Δημόσθενες, αὐτὰρ ἔγωγε
Καὶ ζωοῖς ἔσομαι, καὶ φθιμένοισι βαρύς.

Nonnulla similiter σχολ. Apollon. Rhod. II. 259. Ἐμπαθέστερος γίνεται ὁ ὅρκος, ὅταν τις κατὰ τῆς ἰδίας ὀμνύῃ συμφορᾶς — καὶ Δημοσθένης μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους. Adjungatur Plutarchus de Gloria Atheniensium: — τὸν Δημοσθένους περὶ τοῦ στεφάνου παραβάλωμεν· ἐν ᾧ τοῦτο λαμπρότατον καὶ λογιώτατον ὁ ῥήτωρ πεποίηκεν, ὀμόσας τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων. Item Hermogenes p. 260. Edit. Crispin. Μεθόδου λαμπρᾶς, καὶ τὸ τὰ ἔνδοξα ἐνδοξοτέρως λέγειν, ὥσπερ ἐκεῖνος τὸ, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτο γὰρ παράδειγμα μὲν ἔνδοξον· οἷον ὀρθῶς οὖν ἐβούλευσα ὑπὲρ ἐλευθερίας τῶν Ἑλλήνων κινδυνεύειν, οὕτω γὰρ ἐποίουν καὶ οἱ ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντες· ὁ δὲ εἰς τὸν ὅρκον αὐτὸ ἀναγαγὼν ἐνδοξότερον αὐτὸ ἐποίησε, καὶ λαμπρόν· οὐχ ἥμαρτον ταῦτα συμβουλεύσας, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, καὶ τὰ ἑξῆς. Idem

iterum, περὶ μεθόδ. δεινότ. p. 424. cap. περὶ Ὅρκου: scil. Πρῶτος δὲ ὅρκον ἠθικὸν Ὅμηρος ὤμοσεν, εἶτα Πλάτων ἐμιμήσατο· εἶτα Δημοσθένης ἐκληρονόμησε πάντων — Δημοσθένης δὲ ἠθικὸν πολιτικόν· οὐ μὰ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι παραταξαμένους, καὶ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας. Adde Pausan. in Attic. c. 32. Hartung. Decur. II. Capp. 3. et 9. apud Gruter. F. A. Tom. II. pagg. 677. 697. Per deridiculum tractat Athenæus l. 9. Δεομένων οὖν ἡμῶν καὶ λιπαρούντων δεικνύναι τὴν σοφίαν, οὐκ ἐρῶ, φησὶ, τῆτες, μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι κινδυνεύσαντας, καὶ προσέτι τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας. Et *Lucianus* etiam in *Encomio* juxta finem: Ἄγε δὴ τοῦτον, ἔφη, πρὸς Ἀντίπατρον, Δημοσθένην δὲ οὐκ ἄξεις, οὐ μὰ τοὺς — κἀμοὶ μὲν ἐφαίνετο προσθήσειν, τοὺς ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότας. Hæc, lector, volebam nescius ne esses. TAYLOR. Lactantius ad Statium: *Ut jurent Athenienses Marti et Marathoni.* Codex MS. Lindenbrog. *Matheos et Marathoni.* Legendum μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι. v. Gevart. Elect. TAYLOR. in schedis.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ̔ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥ.

Pag. ed. Reisk.

ΤΕΙΧΟΣ μὲν ὁ ῥήτωρ ὑπὲρ Ἀθηναίων προὐβάλετο τῶν συνήθων τούτων καὶ χειροποιήτων
ἀρραγέστερόν τε καὶ βέλτιον, τήν τε εἰς τὴν πόλιν εὔνοιαν καὶ περὶ λόγους δεινότητα, ὡς αὐτὸς
εἴρηκεν, οὐ λίθοις καὶ πλίνθοις τὰς Ἀθήνας ὠχύρωσα, ἀλλὰ μεγάλαις
δυνάμεσι καὶ πολλῇ τινὶ συμμαχίᾳ, τῇ μὲν ἐκ γῆς, τῇ δὲ ἐκ θαλάτ- 221
της· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν χειροποίητον περίβολον οὐ μικρὰ τῇ πόλει συνεβάλετο. Πεπονη-
κότος γὰρ κατὰ πολλὰ μέρη τοῦ τείχους τοῖς Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ ἔδοξεν ἀνορθοῦν αὐτό, ᾑρέθη-
σαν ἐπὶ τὸ ἔργον ἄνδρες δέκα, φυλῆς ἑκάστης εἷς, οὓς ἔδει τὴν ἐπιμέλειαν παρέχεσθαι ψιλὴν
τοῦ ἔργου· τὸ γὰρ ἀνάλωμα δημόσιον. εἷς τοίνυν τούτων καὶ ὁ ῥήτωρ γενόμενος, οὐχ ὁμοίως τοῖς
ἄλλοις τὴν ἐπιμέλειαν μόνην εἰσήνεγκε τῇ χρείᾳ, ἀλλὰ τὸ μὲν ἔργον ἀμέμπτως ἀπετέλεσε, τὰ
δὲ χρήματα ἔδωκεν οἴκοθεν τῇ πόλει. Ἐπῄνεσεν [1] αὐτου τὴν εὔνοιαν ταύτην ἡ βουλή, καὶ τὴν
[2] προθυμίαν ἠμείψατο στεφάνῳ χρυσῷ· ἕτοιμοι γὰρ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς χάριτας τῶν εὖ ποι-
ούντων. Κτησιφῶν δὲ ἦν ὁ τὴν γνώμην εἰπών, ὡς δεῖ στεφανῶσαι τὸν Δημοσθένην ἐν μὲν καιρῷ
τοῖς Διονυσίοις, ἐν δὲ τόπῳ τῷ τοῦ Διονύσου θεάτρῳ, ἐν δὲ θεαταῖς πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν, οὓς ἡ
πανήγυρις συνήγαγε· καὶ τούτων ἐναντίον ἀνειπεῖν τὸν κήρυκα, ὅτι στεφανοῖ Δημοσθένην Δη-
μοσθένους Παιανιέα ἡ πόλις ἀρετῆς συμπάσης ἕνεκα καὶ εὐνοίας τῆς πρὸς αὐτήν. Ἦν οὖν
πανταχόθεν ἡ τιμὴ θαυμαστή· διὸ καὶ φθόνος αὐτῆς ἥψατο, [3] καὶ κατὰ τοῦ ψηφίσματος
ἀπηνέχθη παρανόμων γραφή. Αἰσχίνης γὰρ ἐχθρὸς ὢν τοῦ Δημοσθένους ἀγῶνα παρανόμων
ἐπήγγειλε Κτησιφῶντι, λέγων ἄρχοντα γεγονότα τὸν Δημοσθένην καὶ μὴ δόντα λόγον ὑπεύθυνον
εἶναι, νόμον δὲ κελεύειν τοὺς ὑπευθύνους μὴ στεφανοῦν. καὶ πάλιν νόμον παρεχόμενος τὸν κελεύ-
οντα, ἐὰν μέν τινα ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων στεφανοῖ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὸν στέφανον ἀναγορεύεσθαι, 222
ἐὰν δὲ ἡ βουλή, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, ἀλλαχόθι δὲ μὴ ἐξεῖναι. φησὶ δὲ καὶ τοὺς ἐπαίνους εἶναι
τοὺς ἐπὶ τῷ Δημοσθένει ψευδεῖς· μὴ γὰρ πεπολιτεῦσθαι καλῶς τὸν ῥήτορα, ἀλλὰ καὶ δωρο-

[1] αὐτοῦ [2] προμήθειαν [3] καὶ τοῦ ψηφίσματος. ἀπηνέχθη

Τῶν συνήθων τούτων] Συνηθέων Συνηθῶν postulat analogia. Sed quorum nominativi in ης penacutum desinunt, eorum genitivos plurales, et adverbia inde ducta, toties video, et in tam diversis Codd. penultima acuta scribi, ut dubitem, an id culpa librariorum accidat. Wolf.

Ὠχύρωσα] Alii ὠχύρωσεν. Constructio postulat ὀχυρώσας. Idem.

Ὀχυρώσας] Hoc Wolfianum est, non editorum, aut mstorum. Revoca autem ex iis ὠχύρωσα: Demosthenem enim quasi loquentem fingit, orationemque ejus adducit, ὡς αὐτὸς εἴρηκεν. Locum, ad quem adludit, vide §. 93. Taylor.

Εἰς οὓς ἔδει τὴν ἐπιμέλειαν περαίνεσθαι τοῦ ἔργου] Pro δι' ὧν. Et sic fortasse legendum. Sed Feliciani editio [et msti nonnulli] ἄνευ σοφῶν φαρμάκων habet οὓς [sine εἰς] ἔδει τὴν ἐπιμέλειαν ψιλὴν παρέχεσθαι τοῦ ἔργου. Wolf. Εἰς οὓς ἔδει κ. τ. λ. habent nonnulla exemplaria, sc. Aldina, Parisiensia, Lindenbrogii. Recte quadantenus. Quod fortasse mireris. Sed vide, ut flammam ex isto silice excutiam. Ait Libanius huic operi curando dari *denos viros e singulis tribubus*. Itane? Vix crediderim. Non *centenis* civibus ea res erat perficienda. Non tanti erat. Verum unaquæque tribus *suum* tribulem ad id muneris emisit. Lege ergo, correctione nunquam pœnitenda, quam subjecit ora exemplaris Bodleiani, ᾑρέθησαν ἐπὶ τὸ ἔργον ἄνδρες δέκα, φυλῆς ἑκάστης εἷς· οὓς ἔδει κ. τ. λ. Taylor.

Προμήθειαν] [ut ab Aldo et Feliciano edebatur] προμήθειαν [Benenati] per η in antepenultima, id est, πρόνοιαν, ferri potest: Sed melius est προθυμίαν. Wolf.

Ἡ πόλις] F. ἡ πόλις σύμπασα, ἀρετῆς ἕνεκα, etc. Markland.

Ὁ φθόνος] Articulum debemus liberalitati Wolfii: Itemque præpositionem κατὰ in linea proxima: Quæ tamen pene est necessaria. φθόνος αὐτοῦ ἥψατο MS. Ven. sc. *Demosthenem*, ut vertitur quoque. Taylor.

Ἀπήγγειλε] Ἐπήγγειλε. Et v. seq. νόμος δὲ κελεύει. Lego cum Obsopœo, νόμον δὲ κελεύειν. Et pro, τὸν κελεύοντα, τὸν λέγοντα. Et p. 21. v. 1. καὶ τάξει γε ταύτῃ τῆς κατηγορίας. Wolf. Nam ταύτης ubique: quantum investigare potui. Taylor.

Νόμον δὲ κελεύειν] Pro νόμος κελεύει. MS. νόμον δὲ κελεύειν, in accusativo, quæ recta videtur lectio. Deinde pro τὸν κελεύοντα, antiquum habuit τὸν λέγοντα. Obsopœus. Νόμον δὲ κελεύειν etiam exhibent editi a Benenato, et Feliciano. λέγοντα etiam idem Felicianus cum MSto Reg. ε.

δόκον εἶναι καὶ πολλῶν κακῶν αἴτιον τῇ πόλει. Καὶ τάξει γε [1] ταύτῃ τῆς κατηγορίας Αἰσχίνης κέχρηται, πρῶτον εἰπὼν περὶ τοῦ τῶν ὑπευθύνων νόμου καὶ δεύτερον περὶ τοῦ τῶν κηρυγμάτων καὶ τρίτον περὶ τῆς πολιτείας· ἠξίωσε δὲ καὶ τὸν Δημοσθένην τὴν αὐτὴν τάξιν ποιήσασθαι. ὁ δὲ ῥήτωρ καὶ ἀπὸ τῆς πολιτείας τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, καὶ πάλιν εἰς ταύτην τὸν λόγον κατέστρεψε, τεχνικῶς ποιῶν· δεῖ γὰρ ἄρχεσθαί τε ἀπὸ τῶν ἰσχυροτέρων καὶ λήγειν εἰς ταῦτα· μέσα δὲ τέθεικε τὰ περὶ τῶν νόμων. καὶ τῷ μὲν περὶ τῶν ὑπευθύνων ἀντιθέσει διανοίας, τῷ δὲ περὶ τῶν κηρυγμάτων νόμον ἕτερον ἤτοι νόμου μέρος, ὥς φησιν αὐτός, ἐν ᾧ συγκεχώρηται καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ κηρύττειν, ἐὰν ὁ δῆμος ἢ ἡ βουλὴ τοῦτο ψηφίσηται.

̔ΕΤΕΡΑ ̔ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥ.

ἈΘΗΝΑΙΟΙ καὶ Θηβαῖοι πολεμοῦντες πρὸς Φίλιππον ἐν Χαιρωνείᾳ, πόλει τῆς Βοιωτίας,
ἡττήθησαν· ἐπικρατήσας οὖν ὁ Μακεδὼν φρουρὰν μὲν εἰς τὰς Θήβας ἐνέβαλε, καὶ εἶχεν ὑπὸ
χεῖρα δουλεύουσαν. ἐλπίσαντες οὖν τὸ αὐτὸ παθεῖν Ἀθηναῖοι, καὶ ὅσον οὐδέπω [2] καθ' αὐτῶν
223 ἥξειν προσδοκῶντες τὸν τύραννον, ἐσκέψαντο τὰ πεπονηκότα μέρη τῷ χρόνῳ τοῦ τείχους ἐπαν-
ορθώσασθαι· καὶ δὴ ἀφ' ἑκάστης φυλῆς τειχοποιοὶ προεβλήθησαν. τοιόνδε καὶ ἡ Πανδιονὶς ἐξ
ἑαυτῆς εἵλετο πρὸς [3] τὴν χρείαν τὸν ῥήτορα. τῆς τοίνυν ἐργασίας ἐν χερσὶν οὔσης, προσδεηθεὶς ἔτι
χρημάτων [4] μετὰ τὰ δεδομένα ὑπὸ τῆς πόλεως ὁ ῥήτωρ ἐκ τῶν ἰδίων ἐδαπάνησε, καὶ οὐκ [5] ἐλο-
γίσατό αὐτα τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ ἐχαρίσατο. Ταύτην ἀφορμὴν ὁ Κτησιφῶν εἰς τῶν πολιτευο-
μένων δεξάμενος, εἰσήνεγκε γνώμην ἐν τῇ βουλῇ περὶ αὐτοῦ τοιαύτην· ἐπειδὴ διατελεῖ
Δημοσθένης ὁ Δημοσθένους παρ' ὅλον τὸν βίον εὔνοιαν εἰς τὴν πό-
λιν [6] ἐνδεικνύμενος, καὶ νῦν δὲ τειχοποιὸς ὢν καὶ προσδεηθεὶς
χρημάτων οἴκοθεν παρέσχε καὶ ἐχαρίσατο, διὰ τοῦτο δεδόχθω τῇ
βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ [7] στεφανοῦσθαί αὐτον χρυσῷ στεφάνῳ ἐν τῷ
θεάτρῳ τραγῳδιῶν ἀγομένων καινῶν, [8] ἴσως ὅτι τότε πλήθη συντρέχει ἐπι-
θυμοῦντα καινὰ δράματα βλέπειν. Εἰσαγομένου τοίνυν καὶ εἰς τὸν δῆμον τοῦ προβουλεύματος,
ἐφίσταται τοῦ Κτησιφῶντος κατήγορος Αἰσχίνης, ἐκ τῆς πολιτείας ὑπάρχων ἐχθρός, παράνομον
εἶναι φάσκων πρὸς τρεῖς νόμους τὸ ψήφισμα, ἕνα μὲν τὸν κελεύοντα τὸν ὑπεύθυνον μὴ [9] στεφα-
νοῦν, πρὶν ἂν δῷ τὰς εὐθύνας· οὔπω δὲ ταύτας, φησίν, ὁ Δημοσθένης ἐδε-
δώκει, καὶ τὰ θεωρικὰ διοικῶν καὶ τειχοποιῶν, καὶ ἔδει ἀναμεῖναι
καὶ ἐπισχεῖν τὸ γέρας, ἕως ἂν [10] ὤφθη καθαρὸς ἐξετασθείς. δεύ-
τερον δὲ ἀναγινώσκει νόμον τὸν κελεύοντα ἐν Πνυκὶ [11] στεφανοῦσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διαβάλλων

[1] ταύτης [2] κατ' αὐτῶν [3] Deest articulus. [4] μετὰ τὰ δεδομένα] μεταδεδομένων [5] ἐλογίσατο αὐτὰ [6] ἐπιδεικνύμενος [7] στεφανοῦσθαι αὐτὸν χρυσέῳ [8] ἴσως ὅτε πλήθη [9] στεφανοῦσθαι [10] ὀφθῇ [11] στεφανοῦσθαι, οὐκ ἐν

Taylor.

Μέσα] Similiter, in argumento, quod sequitur: Τοὺς μὲν γὰρ δύο νόμους, τόν τε τῶν ὑπευθύνων, καὶ τὸν τοῦ κηρύγματος, εἰς τὸ μέσον τοῦ λόγου ἀπέρριψε, στρατηγικῶς τοὺς κακοὺς ἐς μέσον ἐλάσας. Quintilian. VII. 1. *Demosthenes atque Æschines — in judicio Ctesiphontis diversum secuti ordinem, cum Accusator a Jure, quo videbatur potentior, cœperit: Patronus omnia, vel pene omnia, ante jus posuerit, quibus judicem quæstioni legum præpararet.* Καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ, inquit Xenopho Memorab. l. 3. in principio, τούς τε πρώτους ἀρίστους δεῖ τάττειν, καὶ τοὺς τελευταίους, ἐν δὲ μέσῳ τοὺς χειρίστους cætera. Idem.

Καὶ τῷ τῆς περὶ] Lege cum universis, καὶ τῷ μὲν περὶ τῶν ὑπευθύνων—Cui familiariter respondet, τῷ δὲ περὶ τῶν κηρυγμάτων. Nescio, unde Wolfio displiceret. Video esse necessarium. Idem.

Ἀντιθέσει διανοίας] Hoc est, a scripto recedens, voluntate legislatoris nititur. Wolf.

Τοιόνδε καὶ ἡ] [Editi et MSti] Forte, τοιγαροῦν καὶ ἡ. Et v. seq. πρὸς τὴν χρείαν. Idem.

Μετὰ τὰ δεδομένα ὑπὸ τῆς πόλεως] Ita Reg. α. Cæteri omnes μεταδεδομένων. Taylor.

Προσδεηθεὶς] Benenatus, ut legimus supra, v. 6. Et membranæ quoque Regiæ, si Cod. ζ. excipias. Idem.

Δεδόχθαι] Ita Wolfius solus et silens. δεδόχθω enim constanter in Impressis, quibus consentiunt o. l. s. Subjecit quidem ὁ δεῖνα in Exempl. Altemps. δεδόχθαι. Plura fortasse ad §. θ'. Idem.

Τραγῳδιῶν ἀγομένων καινῶν] In Æschine legitur τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν, et τραγῳδοῖς. Utrum autem eo tempore novi Tragici Athenis exstiterint, an tantum de novis Histrionibus fiat Sermo, nostra parum interest. Wolf.

Δεδώκει] Ἀντὶ τοῦ, ἐδεδώκει. Idem. Δεδώκει in Aldinis. ἐδεδώκει Editorum cæteri. Taylor.

Πνυκὶ στεφανοῦσθαι, οὐκ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ] F. οὐκ ἐν τῷ θεάτρῳ. Aut, omissa negatione, Πνυκὶ στεφανοῦσθαι, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Πνὺξ enim locus fuit legitimæ Concionis, διὰ τὸ πυκνὰ ἐκεῖ συνελθεῖν, ἢ διὰ τὸ πεπνῦσθαι· Καίτοι μυρίων ἐκεῖ ἀνοήτων καὶ βδελυρῶν πολλάκις ἐκκλησιασάντων, καὶ βλαβερὰ τῇ πόλει ψηφισαμένων. Wolf. Wolfius con-

τοὺς πολίτας τοὺς δεξαμένους ἐν τῷ θεάτρῳ ἀναγορευθῆναι τοῦ Δημοσθένους τὸν στέφανον. 224
ὁ δὲ τρίτος νόμος εἰς τὴν ὅλην ὁρᾷ τοῦ βίου καὶ τῆς πολιτείας ἐξέτασιν· κελεύει γὰρ μηδέποτε ψευδῆ γράμματα εἰς τὸ Μητρῷον εἰσάγειν, ἔνθα ἐστὶν ὅλα τὰ δημόσια γράμματα. ἐψεύσατο δέ φησιν, εὔνοιαν καὶ σπουδὴν μαρτυρήσας τῷ Δημοσθένει· κακόνους γὰρ μᾶλλον καὶ πολέμιος εὑρίσκεται τῇ πατρίδι. Τούτου τοῦ νόμου χρησίμου τυγχάνοντος τοῦ τρίτου, ἀντιλαβόμενος ὥσπερ τινὸς ἀγκύρας ὁ ῥήτωρ κατεπάλαισε τὸν ἀντίδικον, μεθόδῳ δεινοτάτῃ καὶ σοφωτάτῃ τῇ περὶ τοῦ κατηγόρου χρησάμενος· ἐκεῖθεν γὰρ ἔσχε λαβὴν ἑλεῖν καὶ καταγωνίσασθαι τὸν πολέμιον. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους δύο νόμους, τόν τε τῶν ὑπευθύνων καὶ τὸν τοῦ κηρύγματος, εἰς τὸ μέσον τοῦ λόγου ἀπέρριψε στρατηγικῶς, κακοὺς δ᾽ εἰς [1] μέσσον ἐλάσας, τῷ δὲ ἰσχυροτάτῳ εἰς τὰ ἄκρα προσκέχρηται, τὸ σαθρὸν τῶν ἄλλων ἐξ ἑκατέρου ῥωννύς. Ἔοικε δὲ καὶ διοικεῖν πρὸς τὸ συμφέρον τὸν λόγον, καὶ οὐ σφόδρα ἀναιδῶς τὴν τέχνην ἐπιδεικνύμενος. δοκῶν γὰρ ἐν πρώτοις ὑπερβαίνειν τὸ νόμιμον, ἑτέρῳ τρόπῳ τῷ νομίμῳ προσκέχρηται. καὶ γὰρ νόμον ἀνέγνω Αἰσχίνης τὸν περὶ τῶν στεφάνων ψευδῆ, πρὸς ὃν ὁ ῥήτωρ ὑποκρινόμενος εὗρε καιρὸν εἰς μέσον ἀγαγεῖν τὰ ἑαυτοῦ πολιτεύματα, ὡς νομίμῳ μαχόμενος. Καὶ ἡ μὲν διοίκησις τοῦ λόγου τοιαύτη· κεφάλαιον δὲ ἰσχυρὸν τῷ μὲν Αἰσχίνῃ τὸ νόμιμον, τῷ δὲ ῥήτορι τὸ δίκαιον, κοινὸν δὲ ἀπὸ τοῦ ἴσου τὸ συμφέρον, οὐκ ἔχον φανερὰν τὴν ἐξέτασιν. ἡ στάσις ἔγγραφος πραγματική· περὶ ῥητοῦ γὰρ τὸ 225
ψήφισμα.

Τῆς δὲ γραφῆς ἔτι Φιλίππου ζῶντος ἀποτεθείσης, ἐπὶ Ἀλεξάνδρου διαδεξαμένου τὴν ἀρχὴν ὁ λόγος ἐστὶ καὶ ἡ κρίσις. ὡς γὰρ ἀπέθανε Φίλιππος καὶ τὴν φρουρὰν οἱ Θηβαῖοι τεθαρρηκότες ἐξέβαλον, ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ὡς καταφρονηθεὶς τὰς Θήβας κατέσκαψεν, εἶτα μεταγνοὺς ἐπὶ τῷ πεπραγμένῳ ἐξεχώρησε τῆς Ἑλλάδος αἰσχυνόμενος, καὶ κατὰ τῶν βαρβάρων ἐστράτευσεν· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι καιρὸν ἔχειν ἐνόμισαν κρίσει παραδοῦναι τοὺς προδότας τοὺς τὴν Ἑλλάδα ἀδικήσαντας, καὶ οὕτω συνεκροτήθη τὸ δικαστήριον. [Ed. Reisk. et al. add.] Οὐκοῦν τὸ πρῶτον προοίμιον εὐκτικόν ἐστι, κατὰ μερισμὸν εἰσαχθὲν, καὶ παρασκευάζει τὴν εὔνοιαν, ἧς μάλιστα ἐν τῷ παρόντι δεόμεθα· Ὁμηρικῷ δὲ εἴρηται ζήλῳ,

Κέκλυτέ μευ, πάντες τε θεοὶ, πᾶσαί τε θέαιναι.

Καὶ δὴ καὶ ἔμφασιν ἔχει τοῦ τῇ εὐνοίᾳ θαρρεῖν· οὐ γὰρ ἂν ὅλον ἐπεκαλεῖτο τῶν θεῶν τὸ γένος, εἰ μὴ οὕτω διέκειτο. Τὸ δὲ, διατελῶ, εἴληπται μὲν ἀπὸ τοῦ ψηφίσματος· δηλοῖ δὲ, ὅτι συνεξίασε τῇ εὐνοίᾳ, καὶ ἀεὶ αὐτῆς μέλεται, καὶ πρότερον ἀφήσει τὴν ψυχὴν, ἢ τὴν τοιαύτην διάνοιαν.

[1] μέσον.

vertebat juxta priorem divinationem, *non in Theatro.* Quæ Correctio quanto durior est et horridior, non opus est dicere. Delenda est importuna ista Negativa: et bene ista verba, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, adduntur ad explicandum insolitum istum vocabulum, Πνυκί. Vide omnino Æschinem c. Ctesiph. §. ιδ′. et annotationes ad locum. Similiter in Libello Æschinis infra §. ιζ′. Ἐὰν μὲν ἡ Βουλὴ στεφανοῖ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἀνειπεῖν, ἐὰν δὲ ἡ πόλις, ἐν Πνυκὶ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. In hac quoque sententia est Vir doctissimus, qui nuperrime evulgavit Petit. LL. Attic. Quem vide ad lib. III. tit. VI. pag. 378. Nam Petitus ipse, qui aliter emendare studuit, est ex ea Schola Criticorum, quæ mendum subodorari potest, tollere autem neutiquam. Taylor.

Περὶ τοῦ κατηγόρου] [Ita enim omnes] F. κατά. Et [v. 10.] στρατηγικῶς κακοὺς ὄντας, vel, τοὺς κακούς. Et [v. 12.] ἀνέδην pro ἀναιδῶς. Et [v. 14.] πρὸς ὃν ὁ ῥήτωρ ἀποκρινόμενος. Wolf. ὑποκρινόμενος in o. l. s. et editis. Taylor.

Κακοὺς] Dedit Benenatus, quasi Poetæ alicujus stichum protulisset, στρατηγικῶς

—κακοὺς δ᾽ εἰς μέσον [μέσσον] ἐλάσας.

Porro ἀναιδῶς istud, quod præcipitavit Wolfius, o. est l. s. et optime se habet. *Artificium summum adhibet Demosthenes, non tamen eo utitur* ἀναιδῶς, *sine pudore et moderatione. Aliquando enim orationem suam, non arte, sed utilitate,* πρὸς τὸ συμφέρον, *metitur:* uti in ea instantia, quam statim adhibet Scriptor hujus Argumenti. Nempe cum τῷ νομίμῳ Æschinis τὸ νόμιμον, non τὸ τεχνικὸν, aut artificiosum, opponere debuit, effecit sane, ut Ratio ejus administrandæ Reip. *utiliter* in locum istius τοῦ νομίμου succederet. Ad eum *locum* confugit, non *arte*, aut *calliditate* aliqua, sed *ratione* et *necessitate.* Præstant hæc multo, si quid Ego sapiam, et Correctioni et Versioni Wolfianæ. Taylor.

Ἄκρα] *in extremis.* Oscitanter versum. Tu, *in utraque acie.* Idem.

Τῆς δὲ γραφῆς — ἀποτεθείσης] F. ἀποδοθείσης, sc. τῷ Ἄρχοντι, ἢ τοῖς Θεσμοθέταις. [Male hoc: Vide Ulpian. ad hæc verba Demosth. §. 35. ἐπέδωκα, καὶ ἐπαινοῦμαι.] Et [l. antepen.] εἴληπται μὲν ἐκ τοῦ ψηφίσματος. Wolf. Ita [ἐκ] Wolfius emendare satagebat, cum Aldus ἐπὶ dedit, pariter ut Felicianus, et Reg. Cod. Paris. ζ. Facilius erat et proclivius, ἀπὸ, uti Operæ dederunt Luteciane, auctoritate, credo, exemplarium Regiorum. Taylor.

Ἀεὶ αὐτῆς μέλεται] F. ἔχεται. Aut ἀντὶ τοῦ, ἐπιμελεῖται positum est insolentius. Wolf. Constantissime exarari video μέλεται. Taylor.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΛΟΓΟΣ.

ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ

ΛΟΓΟΣ] *Philostratus Isocratis Panegyricum* κάλλιστον λόγον appellat: Sed *Dionysius Halicarnassensis:* τὸν ὑπὲρ Κτησιφῶντος ἐγὼ κράτιστον ἀποφαίνομαι πάντων λόγων. Wolf.

ά. Πρῶτον] Laudatur hoc Exordium a multis antiquis Scriptoribus, et a nonnullis illustratur quoque. *Est et ille verecundæ Orationi aptissimus, quo quatuor primis leviter in summum coeuntibus digitis, non procul ab ore, aut pectore, fertur ad nos manus, et deinde prona ac paululum prolata laxatur. Hoc modo cœpisse Demosthenem credo in illo pro Ctesiphonte timido summissoque principio.* Quintilian. XI. 3. Adde IX. 2. IV. 1. bis. Sunt et alii, quos recenset Nota MS. ad oram Exemplaris Altempsiani, sc. Dionysius Halic. Plutarch. Lucianus, Isocrates (quod summo jure mireris) et T. Magister. Horum liquet plurimos aliquid de hac Oratione consignasse, non exordium attigisse solum. In eo certe numero est Plutarchus, qui in tractatulo Περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως, Ed. Gr. Bas. pag. 295. multa habet utilia, eoque judicio plena, quo valere dignoscitur Scriptor ille præstantissimus. Cui adjungas, quæ de eadem re habet Quintilianus XI. 1. Existimarunt Antiquiores, Demosthenem aliquatenus in hoc exordio fuisse adjutum his verbis Aristophanis, Equit. 760.

Τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίῃ, τῇ τῆς πόλεως μεδεούσῃ,
Εὔχομαι, εἰ μὲν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγένημαι
Βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα, καὶ Κύνναν, καὶ Σαλαβάκχαν,
Ὥσπερ νυνὶ μηδὲν δράσας, δειπνεῖν ἐν τῷ Πρυτανείῳ. Taylor.

Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι] In hoc exordio quatuor res potissimum conficit Demosthenes. 1. Audientiam postulat cum commendatione suæ erga Remp. benevolentiæ. 2. Præjudicio anteactæ vitæ suæ accusationem refutat. 3. Accusatori fidem abrogat. 4. Viam sternit laudibus suis citra auditorum offensam commemorandis, ἀνεπαχθῶς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν φιλοτιμούμενος. Qua de re Plutarchi libellus exstat. Summa et cardo hujus orationis in eo maxime versatur: *Se, qui in gerenda Rep. dignitatem potius et perpetuam securitatem cum periculis pariendam, quam præsens otium, nec in longitudinem duraturum et cum turpitudine conjunctum, sit secutus, officio boni civis esse functum, nec fortunam sibi præstandam esse.* Privatam autem vitam suam cum Æschinis recriminatione defendit: ac legibus ab illo citatis partim alias leges, partim exempla opponit, ῥητορικωτέρως μέντοι, ἔμοιγε δοκεῖν, ἢ ἀληθεστέρως. Ratio etiam illa de dignitate et imitatione majorum ab Æschine, et in Oratione περὶ Παραπρεσβείας, et ultima Epistola ejusdem labefactatur: quod Athenienses, nec iisdem animis, neque viribus iisdem præditi, quibus olim, res consimiles gerere non potuerint. Wolf.

Πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] Subjicitur huic mox, ἔπειθ᾽ ὅπερ ἐστὶ, &c. Ubi observandum tertium membrum non semper addi, quemadmodum et Latini *primum* et *deinde* dicunt, neque *tertium* addunt. Cicero pro Cluentio: *Primum ut id iniquissimum esse confitear, hujusmodi est, ut communitatis eis opus sit legibus, non ut iis quæ sunt non pareamus. Deinde quis unquam Senator hoc accusavit? Ex edit.* Hervag.

Θεοῖς] Τοῖς θεοῖς MSS. utputa Regii β. ε. ζ. η. et Aug. ex nostris Vind. et Harl. Codd. item quos excussit Aldus. Ita etiam laudatur ab Antiquis, Dionysio sc. Halic. Quintiliano IX. 4. Servio ad Virgil. XI. Æn. 301. Hermogene, T. Magist. σχ. Aristoph. Equit. v. 762. aliisque. Vide Hermogenem, Edit. Crispin. pag. 113. 280. 292. 344. Sed quorsum, inquies, morosa hæc diligentia in articulis expendendis? Quid confert ad mentem aut spiritum Demosthenis? Ad numeros fortasse, et periodorum structuram

τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' 226
ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα· ἔπειθ' ὅπερ ἐστὶ μάλισθ' ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τε καὶ δόξης, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς [1]ὑμῖν, μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ — σχέτλιον γὰρ ἂν εἴη τοῦτό γε —, ἀλλὰ τοὺς νόμους καὶ τὸν ὅρκον, ἐν ᾧ πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις δικαίοις καὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι. τοῦτο δ' ἐστὶν οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδέν, οὐδὲ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀμφοτέροις

[1] † ὑμῖν [Hic semel monitus, Lector, velim teneas in memoria, obelum præfigi iis vocibus, quarum eadem est ratio in textu Taylori Reiskiique.]

multum. Nam Dionysius ille, qui exordium hoc celebratissimum in rhythmum et pedes dividit, vel *unam* syllabam ægre patietur avelli: et Dionysius ille alter, Longinum volo τὸν κριτικώτατον, multum interesse arbitratus est, utrum §. νς'. ὥσπερ νέφος, an ὡς νέφος, vel denique ὡσπερεὶ νέφος legeremus. Vide Tractatum περὶ Ὕψους, cap. 39. Et, quanquam auriculas nostras non omnis hodie ferire potest Gratia Constructionis Atticæ, multum tamen operæ in ea re elaboranda, atque in iis minutiis positum olim fuisse, et existimare par est, et docent Rhetorum Monumenta, quæ ad ætatem nostram pervenere. Verbi gratia, cum scribitur §. ζ'. Οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε, quis est nostrorum hominum, qui rotunditatem rite capiat istius periodi, aut quem offendere potuit ista Particula, si desideraretur? Attamen dicitur ab Ulpiano ad locum παρέλκειν τὸ, πω, χάριν τοῦ κώλου μόνον. Adjicere possem constructionem istam §. γ'. ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν, ἀκοῦσαί μου περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογουμένου. Quæ fefellit Interpretem. Rhythmus fortasse postulavit, ut verba ita ordinarentur, πάντων ὁμοίως ὑμῶν: Sed Series et ratio Grammaticæ τὸ ὁμοίως cum τῷ ἀκοῦσαι conjungit. Ut dicitur in hoc Exordio, verbis ritualibus, et ex Lege sumtis, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι. Teretes erant et religiosæ aures Atheniensium, ut *tota Theatra exclamarent, si fuit una Syllaba aut brevior, aut longior*, ut ait Cicero in Bruto. Et, juxta eundem Auctorem, *Non Demosthenis fulmina tantopere vibrassent illa, nisi numeris contorta ferrentur.* Quam curiosi erant Antiqui, ut etiam prosam Orationem *digitis et arte callerent*, docet Dionysius ille sæpe a me laudatus, de Composit. Verbor. §. 18. Ἑνὸς ἔτι παραθήσομαι λέξιν, ᾧ τὰ ἀριστεῖα τῆς ἐν λόγοις δεινότητος καταδίδωμι. ὅρος γὰρ δή τίς ἐστιν ἐκλογῆς τε ὀνομάτων καὶ κάλλους συνθέσεως ὁ Δημοσθένης. ἐν δὴ τῷ περὶ τοῦ Στεφάνου λόγῳ τρία μέν ἐστιν, ἃ τὴν πρώτην περίοδον συμπληροῖ κῶλα· οἱ δὲ ταῦτα καταμετροῦντες οἵδε εἰσὶν οἱ ῥυθμοί. πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. Ἄρχει δὲ τοῦδε τοῦ κώλου Βακχεῖος ῥυθμὸς, ἔπειθ' ἕπεται Σπονδεῖος, εἶτα Ἀνάπαιστος, καὶ μετὰ τούτων ἕτερος Σπονδεῖος, εἶθ' ἑξῆς Κρητικοὶ τρεῖς, Σπονδεῖος δὲ ὁ τελευταῖος. Τοῦ δὲ δευτέρου, ὅσην εὔνοιαν cætera, quæ eadem fide et diligentia exsequitur, in pedes et numeros digerendo. Rursus Idem in eodem libello numeros hujus exordii attingit, sc. §. 25. et deinde ad tantæ ἀκριβείας atque sollicitudinis *defensionem* se accingit, quam meam pariter, atque hujusce Annotationis, quam maxime cupio fieri. TAYLOR.

Εὐσεβείας] Nempe juris jurandi et legum servandarum, uti Ulpianus jam explicuit, quo etiam jam annotante, eleganter conjunguntur ἀντίδικος, h. e. πολέμιος, et σύμβουλος, h. e. προσφιλής. Tum τοῦτο παραστῆσαι etc. interpretandum est: *interest*, hanc *ut dii vobis* mentem *injiciant*. v. Viger. de gr. dictionis idiotismis c. V. sect. 9. §. VII. ibique Zeune, p. 275. ed. Hermann. HARL.

Παραστῆσαι] Disputatur, quid id esset, quod precatur Demosthenes τοὺς θεοὺς παραστῆσαι: Utrum, scil. τοῦθ' ὅπερ ἦν ὑπὲρ τῆς Ἀθηναίων εὐσεβείας, an illud demum, μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι. In hac sententia est Interpres, adeoque verba (ὅπερ ἐστὶ — δόξης) in quadam quasi parenthesi concludit. Ego tamen aliter sentio. Nam §. δ'. ubi hanc precationem instaurat, legimus, ὅ, τι μέλλει συνοίσειν καὶ πρὸς εὐδοξίαν κοινῇ, καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἑκάστῳ, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς πᾶσιν ὑμῖν. Et mecum est Interpres Italus. TAYLOR.

Τὸ μὴ προκατεγνωκέναι] Latini *præjudicium* vocant, quod Græci προκατάγνωσιν.

ἀποδοῦναι, ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ τάξει καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, ὡς βεβούληται καὶ προῄρηται τῶν ἀγωνιζομένων ἕκαστος, οὕτως ἐᾶσαι χρήσασθαι.

β'. Πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν [1]ἀγῶνα Αἰσχίνου, δύο δ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ μεγάλα. Ἓν μέν, ὅτι οὐ περὶ τῶν ἴσων ἀγωνίζομαι. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον νῦν ἐμοὶ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας διαμαρτεῖν, καὶ τούτῳ μὴ ἑλεῖν τὴν γραφήν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν—, οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδὲν ἀρχόμενος τοῦ λόγου· οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ. [2]Ἕτερον δ' ὅτι φύσει πᾶσιν ἀνθρώ-

[1] ἀγῶνα, Αἰσχίνου δύο

[2] ἕτερον δ'· * ἃ φύσει .... ἡδέως·

et verbum προκαταγινώσκω, quo in Oratione κατὰ Μειδίου etiam, et alibi utitur. Dicitur vero etiam ut hoc loco, προκατεγνωσμένη δίκη, *quæ præsumpta opinione damnata est*, antequam causa agatur. *Ex edit.* HERVAG.

β'. Πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἐλαττοῦμαι] Ulpianus in Præfatione: μηδέπω συστήσας, πότερον αὐτὸν, ἢ Κτησιφῶντα ἀπολογήσασθαι δεῖ, συναρπάσας τοῦτο, ὡς ὁμολογούμενον, ἀξιοῖ τοὺς ἀκούοντας ἐπιτρέπειν αὐτῷ, καθ' ἣν βούληται τάξιν προάγειν τὸν λόγον. WOLF.

Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν] *Suidas* exponit, ἐγὼ μὲν περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύω. IDEM. Vertit Aquila Romanus in libro de Figur. Sentent. juxta init. Adde Quintilian. IX. 2. Hermog. p. 352. 410. TAYLOR. Demetrius Phaler. ed. Galei p. 149. 1. HARL.

Οὗτος δ' ἐκ περιουσίας κ. τ. λ.] Catilina apud Sallustium: *Nos pro Libertate, pro Patria, pro Vita certamus: Illis supervacaneum est pugnare pro potentia paucorum.* Ἐκεῖνοι δ' ἐκ περιουσίας ἀγωνίζονται ὑπὲρ τῶν ὀλιγαρχικῶν, ἢ, ὑπὲρ τῶν ὀλίγων δυναστείας. WOLF.

Ἐκ περιουσίας] *Ex abundantia*, nollem istud *supervacaneum* Wolfii et Lambini: multo minus, *ex nimia rerum affluentia*, quod dedit Anonymus: omnium minime, quod Etruscus: *e costui m'accusa per tempo che gli avanza.* Nos forte diceremus: *The odds are on the side of Æschines. Or, the difference of the account. Contentio inter nos* inæqualiter *admodum est comparata.* Vide Harpocr. Suidam. v. Ἐκ περιουσίας, et Demetr. Phaler. §. 265. TAYLOR. Adde Colomes. ad Quintil. Institt. IV. 5. p. 364. ed. Burmann. et Viger. de græcæ dictionis idiotismis IX. sect. 3. §. III. p. 599. ed. Herm. HARL.

Ἐκ περιουσίας] *Ex abundantia, absque necessitate.* Ἐκ περιουσίας, inquit Suidas, dicitur de rebus, quæ supersunt, et *quarum præsentia non est necessaria.* Vim igitur istius ἐκ περιουσίας multo melius assecutum fuisse crediderim eum, qui Anglice verteret, *out of wantonness*, quam qui, jubente Cl. Tayloro, exponeret, *the odds are on the side of Æschines; or, the difference of the account*: "contentio inter nos *inæqualiter* admodum est comparata." Sic enim in jejunam quandam et frigidam *iterationem* delaberetur Demosthenes: *Longe* (inquit) *meliore quam ego conditione est adversarius. Quippe non pari periculo ego et Æschines in judicium venimus.* Quare? Quoniam *mihi quidem —de fama et fortunis omnibus est periclitandum* (ita enim explenda est pulcra ista *aposiopesis*): *ille autem inæqualiter admodum mecum contentionem comparavit*, hoc est, *longe meliore quam ego utitur conditione!* STOCK.

Οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ] Id est, iste autem tantum est otii nactus, et tantum quietis habet ab aliis negotiis, ut ei abunde vacet me accusare, nedum perinde ut ego, in hoc ipse certamine capite et fortunis periclitatur. Quibus verbis significat Æschinem id certamen sponte excitasse, nulla officii necessitate pulsum. Idem alibi, [κ. Στεφ. ψευδ. p. 1122. ed. Reisk.] οἱ δ' ἐκ περιουσίας πονηροὶ οὐδεμίαν πρόφασιν ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν: id est, qui autem in bonorum facultatumque copia prave agunt, excusare egestatem non possunt, cui ipsi ob secus admissa postulantur. *Ex edit.* HERVAG.

Ἕτερον δ', ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως, τοῖς ἐπαινοῦσι δ' αὐτοὺς ἄχθεσθαι. Τούτων τοίνυν κ. τ. λ.] Multo inferiorem Æschini in hac causa sese esse monens Demosthenes duo maxima ponit, quibus gravetur: ἐλαττοῦμαι Αἰσχίνου δύο καὶ μεγάλα· ἓν μὲν, ὅτι — ἕτερον δ', ὃ φύσει κ. τ. λ. Per se igitur patet,

ποις ὑπάρχει τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως, τοῖς [1] δ' ἐπαινοῦσιν αὑτοὺς ἄχθεσθαι. τούτων τοίνυν ὃ μέν ἐστι πρὸς ἡδονήν, τούτῳ δέδοται· ὃ δὲ πᾶσιν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐνοχλεῖ, λοιπὸν ἐμοί. κἂν μὲν εὐλαβούμενος τοῦτο μὴ λέγω τὰ πεπραγμένα ἐμαυτῷ, οὐκ ἔχειν ἀπολύσασθαι τὰ κατηγορημένα δόξω, οὐδ' ἐφ' οἷς ἀξιῶ τιμᾶσθαι δεικνύναι· ἐὰν δ' ἐφ' ἃ καὶ πεποίηκα καὶ πεπολίτευμαι βαδίζω, πολ-
λάκις λέγειν ἀναγκασθήσομαι περὶ ἐμαυτοῦ. Πειράσο- 227
μαι μὲν οὖν ὡς μετριώτατα τοῦτο ποιεῖν· ὅ τι δ' ἂν τὸ πρᾶγμα αὐτὸ ἀναγκάζῃ, τούτου τὴν αἰτίαν οὗτός ἐστι δίκαιος ἔχειν ὁ τοιοῦτον ἀγῶνα ἐνστησάμενος.

γ'. Οἶμαι δ' ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, πάντας ἂν ὁμολογῆσαι κοινὸν εἶναι τουτονὶ τὸν ἀγῶνα ἐμοί τε καὶ Κτησιφῶντι, καὶ οὐδὲν ἐλάττονος ἄξιον σπουδῆς ἐμοί. πάντων μὲν γὰρ ἀποστερεῖσθαι λυπηρόν ἐστι καὶ χαλεπόν, ἄλλως τε κἂν ὑπ' ἐχθροῦ τῳ τοῦτο συμβαίνῃ· μάλιστα δὲ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας τε καὶ φιλανθρωπίας, ὅσῳ περ καὶ τὸ τυχεῖν τούτων μέγιστόν ἐστι. Περὶ τούτων δ' ὄντος τουτουὶ τοῦ ἀγῶνος, ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν, ἀκοῦσαί μου περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογουμένου

[1] † ἐπαινοῦσι δ'

ut ἓν μὲν, ita ἕτερον δ' ab ἐλαττοῦμαι pendere, alterumque ἓν μὲν per ὅτι, alterum ἕτερον δ' per ὃ explicari, *altero vero inferior hoc sum, quod omnibus hominibus natura insitum est etc.* Verba autem, quæ sequuntur, τούτων (quod ad infinitivos ἀκούειν et ἄχθεσθαι pertinet) τοίνυν κ. τ. λ. addenda erant, ut, utrum eorum, quæ posuerat, τῶν — ἄχθεσθαι, ad Demosthenem pertineret, accuratius doceretur. Sic in priore membro verba ὅτι — ἀγωνίζομαι per οὐ γάρ ἐστιν κ. τ. λ. exponenda erant. Itaque verba bene ligata, nec magis structuram immutatam vides, quam §. νδ'. δυεῖν ἕνεκα· — ἑνὸς μὲν, ὅτι — ἑτέρου δὲ, ὅτι κ. τ. λ. Reiskius, ἕτερον δ'· ἃ φύσει — ἄχθεσθαι· τούτων τοίνυν κ. τ. λ. rescribens, vereor, ut huic loco bene consuluerit. Nam neque ἕτερον δ' (ἐλαττοῦμαι), ita absolute positum, plenum hunc sensum habere potest, quem ille voluit, *alterum eorum, quibus inferior sum Æschini, hoc est*, sed ὅτι vel relativum ὅ, vel simile quid subjici debuit; et verba ἃ — τούτων ad se invicem referri, particula adjecta τοίνυν vetat. WUNDERL. ὃ Tayl.

Ὃ] Forte ὅτι. AUGER.

Ὡς ἔπος εἰπεῖν] Aretinus: *ut ita dicam.* Melanchtho: *quod fere omnibus ingratum est.* Perionius: *quod omnes solet offendere.* Meletus: *Ut uno verbo dicam.* WOLF.

Κἂν μὲν εὐλαβούμενος τοῦτο] Cicero, sive quis alius, in Sallustium: *Quo me vertam, P. C.? Unde initium sumam? Majus enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est uterque nostrum. Quod si aut de vita atque rebus nostris huic conviciatori respondebo, invidia gloriam consequitur: aut si hujus facta, mores, omnem ætatem nudavero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic objicio.* IDEM.

γ'. Ἂν ὁμολογῆσαι] Demosthenes, de assensu judicum, ut de re præsente, cogitans, modestiori forma loquendi utitur ἂν ὁμολογῆσαι pro ὁμολογῆσαι. Modestiæ enim speciem quandam opinionibus vel sententiis expositis particula ἂν adjecta veteres adjunxisse, opinamur, secuti cum alia tum Plutarchum in prooemio vitæ Demosth. et Cic. Δύο γὰρ ἑτέρους οὐκ ἂν εὑρεθῆναι δοκῶ ῥήτορας, ἐκ μὲν ἀδόξων καὶ μικρῶν ἰσχυροὺς καὶ μεγάλους γενομένους. WUNDERL.

Τῳ] Τινί. WOLF.

Μάλιστα δὲ — ὅσῳ περ] Ἀντὶ τοῦ, τοσούτῳ μᾶλλον ὅσῳ. IDEM.

Δικαίως] Satis erat ὁμοίως ἀκοῦσαί μου ἀπολογουμένου, sine δικαίως. Et arbitror esse glossam τοῦ, ὁμοίως, cum supra dicitur, in Lege πρὸς τοῖς ἄλλοις δικαίοις καὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι. Vide autem §. ιή. TAYLOR.

δικαίως, ὥσπερ οἱ νόμοι κελεύουσιν, οὓς ὁ τιθεὶς [1] ἐξ ἀρχῆς Σόλων, εὔνους ὢν [2] ὑμῖν καὶ δημοτικός, οὐ μόνον τῷ γράψαι κυρίους ᾤετο δεῖν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῷ τοὺς δικάζοντας [3] ὑμᾶς ὀμωμοκέναι· οὐκ ἀπιστῶν ὑμῖν, ὥς γέ μοι φαίνεται, ἀλλ' ὁρῶν ὅτι τὰς αἰτίας καὶ τὰς διαβολάς, αἷς ἐκ τοῦ πρότερος λέγειν ὁ διώκων ἰσχύει, οὐκ ἔνι τῷ φεύγοντι παρελθεῖν, εἰ μὴ τῶν δικαζόντων ἕκαστος [4] ὑμῶν, τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν διαφυλάττων, καὶ τὰ τοῦ ὑστέρου λέγοντος δίκαια εὐνοϊκῶς προσδέξεται, καὶ παρασχὼν ἑαυτὸν ἴσον καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατήν, οὕτω τὴν διάγνωσιν ποιήσεται περὶ [5] ἁπάντων.

δ'. Μέλλων δὲ τοῦ τ' ἰδίου βίου παντός, ὡς ἔοικε, λόγον διδόναι τήμερον καὶ τῶν κοινῇ πεπολιτευμένων, βούλομαι [6] [καθάπερ ἐν ἀρχῇ] πάλιν τοὺς θεοὺς παρακαλέσαι, καὶ ἐναντίον ὑμῶν εὔχομαι πρῶτον μέν, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ
228 διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι
μοι παρ' ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα· ἔπειθ' ὅ τι μέλλει

[1] † ἐξαρχῆς [2] † ὑμῖν [3] † ὑμᾶς [4] † ὑμῶν [5] † πάντων [6] † Absunt unci.

Πρότερος] Πρότερον Cod. Guelph. cum Regio ζ. et Vind. Sed non habeo necesse. Infra §. 64. Σὺ τοσοῦτον ὑπερῆρας ῥώμῃ καὶ τόλμῃ τοὺς ἄλλους, ὥστε πάντα ποιεῖν αὐτός; TAYLOR.

Παρελθεῖν] Suid. in v. et Ulpian. ad orat. de Rebus Chersonesitanis: Ubi ait, παρελθεῖν in hac Oratione sumi ἀντὶ τοῦ νικῆσαι. Add. Vales. ad Harpocr. p. 153. IDEM.

Παρελθεῖν] Proprie, *cursu antevertere.* Sumitur hic ἀντὶ τοῦ νικῆσαι (Ulpian.) ut apud Æschinem supra, §. μά. παρελθόντες τῇ πρώτῃ στρατιᾷ. STOCK.

Διαφυλάττων] Verba simplicia eandem sæpe habere potestatem et structuram, uti composita, et contra, docent Wesseling ad Herodot. lib. IV. pag. 342. id. ad lib. VII. pag. 550. et Ernesti ad Hom. Iliad. A. 3. HARL.

Προσδέξηται — ποιήσηται] [Ita Tayl.] Editi omnes et MSti, (nostri certe) προσδέξεται et ποιήσεται. TAYLOR. Et paulo ante λέγοντος ὕστερον Tayl.

Κοινὸν] Κοινὸς, *æquus*, ut apud Latinos *communis*: v. quæ notavi ad meam Cornelii edit. II. Miltiad. c. VIII. p. 26. HARL.

Διάγνωσιν] Γρ. διαγνώμην, Ἀττικῶς. Ita σχ. Ulpiani. TAYLOR.

δ'. Παντὸς] Ἁπάντων Aug. 1. 2. REISK. Mihi vero placet vulgaris lectio: neque enim orator singularum rerum per totam vitam a se susceptarum rationem redditurus erat: deinde scribere debebat τῶν τοῦ τε ἰ. β. ἁπάντων. Ceterum Seilerus in interpretatione sua bene observat artificium oratoris, amorem concionis et fiduciam sibi conciliandi. Demosthenes, cui Æschines impietatis et contemtus deorum suspicionem conflarat, precibus his, præter suam consuetudinem, repetitis a crimine adversarii et infamia liberare se et statim ab initio orationis testificando religionem fidemque deorum implorando in benivolentiam judicum insinuare studuit. HARL. Hic non se invenit Harlesius: Reiskius enim, ut puto, ad vocem πάντων paulo ante præcedentem, non ad v. παντὸς, provocat.

Ὡς ἔοικε] Aretinus: *ut videtur.* Meletus: *sicut convenit.* Cæteri prætermiserunt. WOLF.

Καὶ ἐναντίον] Καὶ, inquit Schneiderus, servit conclusionibus: καὶ πέμπουσι *quocirca mittunt*, Xen. Cyrop. IV. 2. 3. κἀκεῖνος *ille igitur*, IV. 1. 23. et alibi. Quo sensu hic cum Ed. Oxon. fortasse bene acceperis.

συνοίσειν καὶ πρὸς εὐδοξίαν κοινῇ καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἑκάστῳ, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς πᾶσιν ὑμῖν περὶ ταυτησὶ τῆς γραφῆς γνῶναι.

έ. Εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον κατηγόρησεν Αἰσχίνης, κἀγὼ περὶ αὐτοῦ τοῦ προβουλεύματος εὐθὺς ἂν ἀπελογούμην· ἐπειδὴ δ' οὐκ ἐλάττω λόγον τἆλλα διεξιὼν ἀνάλωκε, καὶ τὰ πλεῖστα κατεψεύσατό μου, ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω καὶ δίκαιον ἅμα, βραχέα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ τούτων πρῶτον εἰπεῖν, ἵνα μηδεὶς [1]ὑμῶν τοῖς ἔξωθεν λόγοις ἠγμένος ἀλλοτριώτερον τῶν ὑπὲρ τῆς γραφῆς δικαίων ἀκούῃ μου. Περὶ μὲν δὴ τῶν ἰδίων ὅσα λοιδορούμενος βεβλασφήμηκε περὶ ἐμοῦ, θεάσασθε ὡς ἁπλᾶ καὶ δίκαια λέγω. Εἰ μὲν ἴστε με τοιοῦτον, οἷον οὗτος ᾐτιᾶτο, — οὐ γὰρ ἄλλοθί που βεβίωκα ἢ παρ' ὑμῖν —, μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε, μηδ' εἰ πάντα τὰ κοινὰ ὑπέρευ πεπολίτευμαι, ἀλλ' ἀναστάντες καταψηφίσασθε ἤδη. εἰ δὲ πολλῷ βελτίω τούτου καὶ ἐκ βελτιόνων καὶ μηδενὸς τῶν μετρίων, ἵνα μηδὲν ἐπαχθὲς λέγω, [2]χείρω καὶ ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς ὑπειλήφατε καὶ [3]γιγνώσκετε, [4]τούτῳ μὲν μηδ' ὑπὲρ τῶν ἄλλων πιστεύετε· δῆλον γὰρ ὡς ὁμοίως ἅπαντ' ἐπλάττετο· ἐμοὶ δ' ἣν παρὰ πάντα τὸν χρόνον εὔνοιαν ἐνδέδειχθε ἐπὶ πολλῶν ἀγώνων τῶν πρότερον γεγενημένων, καὶ νυνὶ παράσχεσθε. Κακοήθης δ' ὤν, Αἰσχίνη, τοῦτο παντελῶς εὔηθες ᾠήθης, τοὺς περὶ τῶν πεπραγμένων καὶ πεπολιτευμένων λόγους ἀφέντα με πρὸς τὰς λοιδορίας τὰς παρὰ σοῦ τρέψεσθαι.

[1] † ὑμῶν [2] † χείρονα [3] † γινώσκετε [4] τούτῳ μὲν δή, μηδ'

έ. Κατηγόρησεν] Κατηγορεῖν significat *publice rem incusare*, præsertim in judiciis aut coram populo. WUNDERL.

Καὶ ἐκ βελτιόνων] Formula. Lysias Orat. IX. κατὰ Θεομνήστου, p. 118. Ed. Steph. Ἀλλ' ὅτι βελτίων, καὶ ἐκ βελτιόνων ὁ φεύγων ἐμοῦ; MARKLAND.

Τοῦτο παντελῶς εὔηθες ᾠήθης] Ἀντὶ τοῦ, εὐήθως. WOLF.

Τρέψεσθαι] Lectionem τρέψασθαι, quam tres optimi codices habent, vulgatæ τρέψεσθαι præferendam duxi, ut §. ϛ'. a med. in verbis ἐμὲ δ' εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν editores fecisse video, secutus ea, quæ ipse in Observatt. Crit. p. 177. 178. explicui, quæque in eam sententiam amicissimus meus Schaeferus ad Theocritum p. 227. protulit. Quibus quidem, Græcos aoristis sæpius, ubi ex latinæ vel vernaculæ linguæ ingenio futurum positum exspectes, usos esse, satis jam probatum esse putamus. Idque egregie quoque confirmari nunc video loco Homeri Odys. B. 274.

Εἰ δ' οὐ κείνου γ' ἐσσὶ γόνος καὶ Πηνελοπείης,
Οὔ σέ γ' ἔπειτα ἔολπα τελευτήσειν, ἃ μενοινᾷς. —
Ἀλλ' ἐπεὶ οὐδ' ὄπιθεν κακὸς ἔσσεαι, οὐδ' ἀνοήμων,
Οὐδέ σε πάγχυ γε μῆτις Ὀδυσσῆος προλέλοιπεν,
Ἐλπωρή τοι ἔπειτα τελευτῆσαι τάδε ἔργα.

229 οὐ δὴ ποιήσω τοῦτο, οὐχ οὕτω τετύφωμαι, ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῶν πεπολιτευμένων ἃ κατεψεύδου καὶ διέβαλλες, αὐτίκα ἐξετάσω, τῆς δὲ πομπείας ταύτης τῆς [1] ἀνέδην οὑτωσὶ γεγενημένης ὕστερον, ἂν βουλομένοις [2] ᾖ τουτοισὶ ἀκούειν, μνησθήσομαι.

ϛ'. Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ καὶ δεινά, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας· τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις αὕτη ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει καὶ ὕβριν καὶ λοιδορίαν καὶ προπηλακισμὸν [3]ὁμοῦ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, τῶν μέντοι κατηγοριῶν καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν εἰρημένων, εἴπερ ἦσαν ἀληθεῖς, οὐκ ἔνι τῇ πόλει δίκην ἀξίαν λαβεῖν οὐδ' ἐγγύς. οὐ γὰρ

[1] ἀναίδην [2] ἀκούειν ᾖ τούτοις [3] * ἐμοῦ

Nec tamen negarim, discrimen aliquod subtilius esse inter aoristum et futurum in ejusmodi locis. Observasse enim mihi videor, ubi de re agitur, futura quidem, sed quæ continuo aut incipit aut eventum habet, aoristi vel præsentis infinitivum significatione futuri poni. Ap. Hom. Il. Γ. 28. Menelaus, Paride conspecto, lætitia afficitur, φάτο γὰρ τίσασθαι ἀλείτην. Herodotus I. 156. Κῦρος δὲ ἡσθεὶς τῇ ὑποθήκῃ, καὶ ὑπεὶς τῆς ὀργῆς, ἔφη οἱ πείθεσθαι, futurum πείσεσθαι non usurpavit. Nam id statim facturus erat Cyrus. WUNDERL.

Τετύφωμαι] Vide Harpocrat. in v. et Vales. pag. 187. TAYLOR.

Τετύφωμαι] "Τυφοῦσθαι non tantum *infiari*, sed etiam *dementem esse* significat: ap. Polyb. III. 81. *Si quis inter imperatorias virtutes ullam potiorem ducit cura explorandi ingenium ac naturam ducis adversariorum*, ἀγνοεῖ καὶ τετύφωται, *is errat et cæca mentis caligine laborat.* Sic et Demosth. Philip. III. δ'. *in fin.* ἂν δὲ ληρεῖν καὶ τετυφῶσθαι δοκῶ, μήτε νῦν μήτ' αὖθις ὡς ὑγιαίνοντί μοι προσέχητε. *Si nugari et mentis affici errore videbor, neque nunc neque inposterum mihi ut sano auscultetis.* Et pro Cor. οὐ δὴ ποιήσω τοῦτο, οὐχ οὕτω τετύφωμαι. *Nequaquam faciam hoc, non ita* SUM AMENS. Et rursus idem (περὶ Παραπρεσβ. ξδ'. *in fin.*) ἀλλ' ἐγὼ μαίνομαι καὶ τετύφωμαι νῦν κατηγορῶν. *Sed ego insanio et stolidus sum, qui nunc accusem.* Ubi sicut μαίνομαι et τετύφωμαι copulantur, ita τετυφωμένος et μανικὸς ap. Aristot. in Probl. quærentem διὰ τί οἶνος τετυφωμένους ποιεῖ καὶ μανικούς." Raphelius ad Ep. D. P. ad Tim. I. 6. 4.

Πομπείας] Ulpian. Ὕβρεως, λοιδορίας, διὰ τὸ ἐν ταῖς πομπαῖς κωμῳδεῖν καὶ λοιδορεῖν ἀλλήλους. Deinde sequitur Scholion aliud, alterius, ut puto, Scriptoris, quod tamen non longe distat sensu et interpretatione. Infra scribit Noster §. 37. in fin. Ταῦτα τοίνυν εἰδὼς Αἰσχίνης, οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ, πομπεύειν ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν εἵλετο. Ubi rursus consules σχ. ad locum. Addes porro Hermogenem, π. μεθ. δεινότ. statim ad initio, Harpocr. v. Πομπείας, Suid. quoque v. Πομπεία et Πομπείας, Magist. et Ammonium v. πομπή. σχ. Aristoph. Plut. 1015. TAYLOR.

Τῆς ἀναίδην οὑτωσὶ] Cum non significet ἀναιδῶς, sed ἀπαρακαλύπτως, rectius scribi videtur per ε, ἀνέδην, παρὰ τὸ ἀνιέναι, sicut συστάδην, βάδην, παρὰ τὸ συνιστάναι, βάναι. WOLF. Iterum audi σχτην. nostrum: Ἐὰν μὲν διὰ τῆς διφθόγγου γράφηται, τῆς ἀναισχύντου λέγει, ἂν δὲ διὰ τοῦ ε, ὅπερ καὶ βέλτιον, τῆς πολλῆς, ἐκ τῆς ἀνέσεως, ἀθρόας τε καὶ σφοδρᾶς. Et Ego sane cum Ulpiano potiorem esse *hanc* lectionem judico. Ob soni et literarum affinitatem iterum MSS. discordant circa has voces, ad initium σχ. Orationis Timocrateæ. Ἀναίδην præter Parisinam Benenati, Ald. Ven. et Ital. Ἀνέδην MSS. Ald. β. γ. ex Regiis, Harl. Vindob. Editio optima Feliciani, et Cod. Aug. TAYLOR. Paulo ante διέβαλες, et post τούτοις Tayl.

ϛ'. Τῶν μέντοι] F. τῶν μὲν τοίνυν. WOLF.

Οὐκ ἔνι] Malim, οὐκ ἐνῆν. IDEM.

Οὐδ' ἐγγὺς] Sc. τῆς ἀξίας δίκης. IDEM.

Οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ — οὐδ' ἐν ἐπηρείας] Forte, ἀλλ' ἐν, vel τὸ δ' ἐν ἐπηρείας, aut οὐ δὴ ἀφαιρεῖσθαι. Aretinus: *Non enim decet auferri jus populum adeundi, nec in odii ac malevolentiæ loco istud ponere. Non enim*

rectum, nec justum, nec civile est fieri, Athenienses. Melanchtho : *tanta vero crimina cum mihi objecerit, ut ne pares quidem-pœnæ inveniri queant, audet petere, ne mihi dicendi potestas concedatur. Injustissimum est autem, et nequaquam civili societati conveniens, odio et petulantiæ cujusquam largiri, ne reus audiatur.* Perionius : *Neque enim eripienda est potestas veniendi ad populum : Nec causæ dicendæ facultas : Nec id in obtrectationis aut inimiciæ loco ponendum : Nec fieri recte atque ordine potest : Nec id æquum est quidem, Judices. Sed eum oportuit,* etc. Meletus : *Ne in ipso quidem recenti facto.* (sic τὸ οὐδ' ἐγγὺς interpretatur) *Non enim privandus est aditu populi et potestate dicendi Æschines. Sed ut hoc ex petulantia atque invidia faciat, neque per Deos est rectum, neque civile, neque justum, viri Athenienses, sed in quibus,* etc. Locus est obscurus et controversus, proptereaque suspectus. Ego meam interpretationem si non veram, at perspicuam esse puto. Connexio periodorum habet obscuritatem : Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ, etc. — Τῶν μὲν τοίνυν κατηγοριῶν etc. — Οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ etc. — Ἀλλ' ἐφ' οἷς etc. — Est Commemoratio quædam in conquestione iniquitatis : et Confessio, maxima esse crimina, et omni supplicio vindicanda, recteque delata ad judices, si vera essent. Eum enim esse judiciorum usum, ut causæ cognoscantur, et nocentes mulctentur. Sed abuti judicum benignitate ad criminandos ex odio atque invidia insontes (id quod nunc Æschines faciat) id vero nequaquam esse ferendum. Sed in hac quoque sententia me nonnihil turbat, quia ait προσελθεῖν τῷ δήμῳ, ut non de *judiciis*, sed de *concionibus* loqui videatur. Eodem pertinet etiam τὸ λόγου τυχεῖν. Queritur enim Isocrates, τοὺς πολλοὺς οὐδὲ τῆς φωνῆς τῶν ἐναντιουμένων ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν ἐθέλειν ἀνασχέσθαι. Quid ergo si sic connectas? *Si crimina mihi objecta vera essent, nec dignas pœnas, neque dignis proximas, de me sumere possit Resp. Quæ cum mihi adeundi populi habendarumque concionum potestatem dederit, ea ego potestate sim abusus ad explendum odium meum adversus inimicos atque invidiam. Id quod neque rectum est* etc. *Atque si me tantis in rebus Æschines, quantas eas facit, pestem et perniciem reip. moliri videbat, cur non statim in judicium adducebat?*

Cum via multa patet, nulla est bona ; qua sit eundum,
Ipse tibi monstret ductor Atlantiades. Wolf.

Ἐν τούτοις τοῖς ῥητοῖς, ut conquestus est Ulpianus, ἀσάφειά ἐστι πολλή. Et merito sane. Interea Voces ipsæ sunt satis perspicuæ : sed Sententiæ non recte cohærent, neque apte distribuuntur. Ego igitur primum lectoris oculis subjiciam eum ordinem et sequelam, quam ex Demosthene auctore profectam esse arbitror : deinde meam de ea re exponam sententiam, et iis rationibus, quas habeo, enitar vincere, simul et turbatum esse in Textu, quo utimur vulgo, atque istius infelicitatis causam a me esse deprehensam. Ad hunc modum igitur loquitur Demosthenes, si me audias, sc.

Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα, πολλὰ, καὶ δεινὰ, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας·

Τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις αὐτὴ, ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει, καὶ ὕβριν, καὶ λοιδορίαν, καὶ προπηλακισμὸν ὁμοῦ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα.

[Ὃ] οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς ὀρθῶς ἔχον, οὔτε πολιτικὸν, οὔτε δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.

Οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ, καὶ λόγου τυχεῖν, οὐδ' ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου τοῦτο ποιεῖν·

Ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά με ἑώρα τὴν πόλιν, οὖσί γε τηλικούτοις, ἡλίκα νῦν ἐτραγῴδει, καὶ διεξῄει, ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα χρῆσθαι·

Εἰ μὲν εἰσαγγελίας ἄξια πράττοντά με ἑώρα, εἰσαγγέλλοντα, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς κρίσιν καθιστάντα παρ' ὑμῖν, εἰ δὲ γράφοντα παράνομα, παρανόμων γραφόμενον·

Καὶ μὴν εἴ τι τῶν ἄλλων, ὧν νυνὶ διέβαλλε καὶ διεξῄει (scil. πράττοντά με ἑώρα) ἢ καὶ ἄλλ' ὅ, τιοῦν ἀδικοῦντά με ὑμᾶς ἑώρα, εἰσὶ νόμοι περὶ πάντων, καὶ τιμωρίαι, καὶ κρίσεις —καὶ τούτοις ἐξῆν ἅπασι χρῆσθαι. In his interpretandis, versione utar propemodum Lambini : Nam ille quadantenus in hac causa processit, et pariter translationem instituit :

Crimina igitur mihi illata sunt multorum atque atrocium facinorum, quibusque pœnæ sunt acerbissimæ legibus constitutæ : sed tota hæc Accusatio nihil aliud habet propositi, quam improbam inimici calumniam, petulantiam, convicium, probrum et contumeliam, cæteraque generis ejusdem. [Omitto hic, quæ repeti arbitror.] *Quod medius fidius, Athenienses, neque rectum, neque civile, neque justum est, ne ulla quidem ex parte. Non enim jus adeundi ad populum, causæque dicendæ potestatem cuiquam eripere, non in ea re dolori suo servire, neque maledicendi et petulanter alterum insectandi occasionem ex ea quærere oportet : Sed quæ me facinora committere in remp. videbat ; quum præsertim essent tanta, quanta modo voce pene tragica clamabat, eorum pœnas a legibus constitutas, recentibus etiam tum maleficiis, expetere, judicioque persequi debebat : si res delatione nominis dignas admittere videret, nomen meum deferre, et hac via me in judicium vocare : si quid contra leges scribere ac decernere, accusationem mihi de decretis contra leges factis intentare : denique si quid omnino me contra remp. admittere videret, cuicuimodi esset, sunt leges, sunt judicia, sunt actiones, quibus omnibus uti licebat.*

Profecto si eo ordine et nexu non scripsit Demosthenes, optandum pene fuit, (absit verbo invidia) ut ita scripsisset : Adeo nitide, adeo luculente, adeo disposite procedunt omnia. Verum quid de fugitivis istis commatibus statuam, proximum est ut ostendam. Ab hujusmodi Propositione satis recte orditur : nempe :

Τὰ μὲν κατηγορημένα, πολλὰ, καὶ δεινὰ, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας.

Bene est : et huic Sententiæ adversative apponitur ea quæ sequitur, satis proba et luculenta : sc.

Τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις— ἐπήρειαν ἔχει—καὶ λοιδορίαν κ. τ. λ.

Esto : Sed et aliud Adversativum video :

Τῶν μέντοι (i. e. δὲ) κατηγοριῶν etc. v. 11.

Et, quod merito displicere potest, nihil aliud hic in Redditione dicitur, quam quod in Propositione dictum erat prius. Age, ἐξέτασον παράλληλα, ut scribunt Græci, et ut scribit Noster, ut eo situ dispiciamus, quid intersit :

Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ καὶ δεινὰ, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας.	Τῶν μέντοι κατηγοριῶν καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν εἰρημένων, εἴπερ ἦσαν ἀληθεῖς, οὐκ ἔνι τῇ πόλει δίκην ἀξίαν λαβεῖν, οὐδ' ἐγγύς.

Conferas, Trutines, Metiaris, Excutias, Excrucies, quidvis fac periculi : Solertem dabo, qui quidvis ex hac posteriore Oratione expresserit, quod non interceptum erat in priore.

Multa mihi crimina objecit Æschines, quorum de singulis gravissimæ quæ possunt pœnæ statuuntur : Ultimum sc. supplicium : gravissimum quidem quod Sors humana patitur, verum ob delicti naturam leve : Interea tamen *tot et talia mihi crimina objecit Æschines, ut pœnas dignas a me repetere Civitas nullo modo possit.*

Hiccine est quem dicunt Demosthenem ! Hæccine ea quæ contorqueri aiunt Fulmina ! Atqui, ut in instituto pergam, hæc Confusio non simplici vice Auctori nostro contigit. Infra §. κ'. cum Æschine ita agit :

Quando in eo statu essent Res Græcæ, et Philippus cunctorum servitutem palam meditaretur, a Te, Æschine, vel ab alio quovis, qui mea consilia reprehendit, rogarem, quid in ea Fortuna Civitatem nostram agere oporteret? Utrum eam decuit, quæ toti Græciæ saluti esse solebat, jam dignitatis atque istius prærogativæ immemorem, Philippum in consiliis exsequendis adjuvare, ut Thessali et Dolopes faciebant? An, (quod levius fortasse) istud quidem non agere, sed domi sedentem, atque otiosam, sinere Philippum ea per se facere, quo pacto Arcades, Messenii et Argivi se gesserunt? Age dic mihi, ποίας μερίδος, ἐν τίνι τάξει, *in qua classe, expediebat fuisse Remp.? Nam, si meis consiliis usa non fuisset, necesse est eam vel in hac vel in illa parte omnino fuisse constitutam.* Recte. Sed videas, quæso, quo pacto eam rem exsequitur :

§. κ. in init.	§. κ. circa med.
Πότερον αὐτὴν ἐχρῆν, Αἰσχίνη, τὸ φρόνημα ἀφεῖσαν, καὶ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτῆς, ἐν τῇ Θετταλῶν καὶ Δολόπων τάξει, συγκατακτᾶσθαι Φιλίππῳ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀρχὴν, καὶ τὰ τῶν προγόνων καλὰ καὶ δίκαια ἀναιρεῖν ; ἢ τοῦτο μὲν μὴ ποιεῖν· δεινὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς· ἃ δ' ἑώρα συμβησόμενα, εἰ μηδεὶς κωλύσει, καὶ προῃσθάνετο, ὡς ἔοικεν, ἐκ πολλοῦ, ταῦτα περιϊδεῖν γιγνόμενα ;	Ἀλλὰ νῦν ἔγωγε τὸν μάλιστα ἐπιτιμῶντα τοῖς πεπραγμένοις, ἡδέως ἂν ἐροίμην, τῆς ποίας μερίδος γενέσθαι τὴν πόλιν ἐβούλετ' ἄν ; πότερον τῆς συναιτίας τῶν συμβεβηκότων τοῖς Ἕλλησι κακῶν, καὶ αἰσχρῶν, ἧς ἂν Θετταλοὺς, καὶ τοὺς μετὰ τούτων εἴποι τις ; ἢ τῆς περιεωρακυίας ταῦτα γιγνόμενα ἐπὶ τῇ τῆς ἰδίας πλεονεξίας ἐλπίδι, ἧς ἂν Ἀρκάδας, καὶ Μεσσηνίους, καὶ Ἀργείους θείημεν ;

Posterius sane Incisum, si quid est in ea Observatione, quod prodesse potest, non erat in Ulpiani Codd. quantum ex ejus scholiis augurari fas est. Verum sive ille invenerit, necne, a me nunquam impetrare possis, aut hæc, et similia, non nisi deploratissima ad nos pervenisse, aut multum me aberrare in ea divinatione, quæ omnem hanc molestiam amoliri posse videtur. Scilicet utroque in loco, ubi vides iterari Commata illa ἰσοδυναμοῦντα, si alterum tollas (neque id ægre feres), defæcabitur Textus, eumque colorem Demostheni restitues, quem ille exoptaverit. Unde autem, dices, per tot sæcula interpolatum sit? Duæ nimirum ab ultima vetustate exibant Demosthenis quæ vocantur Ἐκδόσεις. Solebat id apud Antiquos fieri ; atque ea Cura iis Scriptoribus

impendi, quorum in libris expoliendis recensendisque aliorum opera utiliter collocari poterat. Ita Homeri alia erat Editio κατὰ Φιλήμονα, alia κατὰ Ῥιανὸν, Σωσιγένους alia, alia Ἀριστάρχου, Ζηνοδότου, alia Cypria, Sinopica, alia κοινὴ, et nominantur etiam κοιναὶ, et χαριέστεραι, alia denique ἐκ νάρθηκος, ut cæteras omittam, quæ erant numerosæ. Quod legitur hodie Apollonii Rhodii, est ex secunda Editione istius Scriptoris. Scholiastes enim, qui latus ejus claudit, eum diligenter ad Προέκδοσιν, sive Editionem priorem, recensuit, quæ quantum ab hodierna distet, intelliges ex σχ. ad hos versus I^mi. libri, sc. 285. 515. 543. 725. 788. 801. Et similis Fortuna, ut dicebam, obtigit Auctori nostro. Quod quoniam alibi a me animadversum est liberius, hic sufficiat memorare, unam ab Ulpiano vocari Ἀρχαίαν, sive *Antiquiorem* Demosthenis Editionem, Δημώδη, sive *Popularem*, alteram. Vide Ulpian. ad Orat. contra Midiam sæpiuscule. Hinc fortasse liquebit, cur multa hodie non legantur in nostro Auctore atque hac Oratione, quæ citarunt ex ea Antiquiores. Verbi gratia: Nullibi per totam hanc Orationem occurrunt hæc verba: Τῶν δὲ πλοίων τὰ μὲν συντριβόμενα ταῖς ἀποστολαῖς. Attamen ea diserte profert Ulpianus, et exponit, ad Philipp. I. ex Oratione, quæ erat ὑπὲρ Κτησιφῶντος, et Suidas etiam citat, in v. Ἀποστολὰς, sed Auctore dissimulato. Nimirum in altera Editione legi poterant: in altera non ita. Et sic de aliis quoque statui posse et debere arbitror.

Et quoniam ea res jam agitur, non videbor esse importunus, si locos deperditos ex hac Oratione colligam. Interea tamen non omne quod laudatur ex Oratione περὶ Στεφάνου, ad eam classem protinus redigo. Nempe, aliquando errat ille, qui citat, et Demosthenem intelligit, non in causa Ctesiphontis, sive περὶ Στεφάνου, verum in earum alterutra quæ exstat, inscripta κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν. Ita Suidas v. Καταψευδομαρτυρησάμενος· quem tamen facile argueret Harpocratio, qui κατὰ Στεφάνου diserte habet; quin et Initium istius Orationis, ita scil. conceptum: Καταψευδομαρτυρηθεὶς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, et quæ sequuntur. Idem dicendum est de voce Παραπεπτωκὼς, quæ in harum quoque priore legitur, non in ea de Corona. Ita etiam statuendum est de v. Φαρμακῶντα. Vid. Suid. Harpocr. v. Φαρμακὸς, atque etiam Etymol. M. Atque huic simile exemplum mox subjungam. Hæc igitur erat una Erroris ansa in citando. Sequitur alia. Nempe ob Causæ non magnam dissimilitudinem, confundere solebant hanc nostram cum illa π. Παραπρεσβείας. Utraque enim gravis, spectabilis, et ad Remp. pertinebat. Id Th. Magistro aliquoties usu venit. [e.g. in ξαίνω p. 638. ubi vide interpretes in ed. Bernardi. HARL.] Aliquando memoria freti Antiquiores sensum solummodo adducebant, verbis aliquantulum disparibus et diversis. Hæc omnia fortasse, vel plurima, perseveranti in legendis iis, quæ scribimus, plana fient. Denique alia de causa abesse poterant nonnulla, quæ olim hic legebantur, sc. quia obelum Criticorum perpessa sunt. Qua de re audi Hermogenem, p. 317. Ἐκεῖνα μέντοι διὰ τὸ ἄγαν εὐτελὲς καὶ ὀβελίσαντές τινες ὑπεξείλοντο ἴσως ὀρθῶς ποιοῦντες· λέγω τὸ, κυάμους ἐφθοὺς βοῶσα, καὶ, κατὰ πᾶν τὸ θέρος ἐπλανᾶτο, καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐν μὲν ἰδιωτικοῖς λόγοις ἴσως ἂν ἁρμόσειεν· ἐν δημοσίῳ δὲ, καὶ τηλικοῦτον ἔχοντι ἀξίωμα λόγῳ, ἢ προσώπῳ, ἢ πράγματι, πῶς ἂν ἁρμόττοι; His præmissis, hæc citantur, quæ sequuntur:

Τοῦ μὲν τὸν πατέρα ἡταιρηκέναι, τοῦ δὲ τὴν μητέρα πεπορνεῦσθαι.
T. Magist. v. Ἑταίρα.

Λογογράφους τοίνυν καὶ ὑβριστὰς ἀποκαλῶν καὶ τοιαῦθ' ὑβρίζων.
Id. v. Λογογράφος.
Exstant in π. Παραπρ.

Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος τὸν δεῖνα εἰσήγγειλε.
Id. v. Ὁ δεῖνα. Si hoc sit verba Oratoris laudare.

Τί δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἶναι διαφέρει;
Id. v. Τί διαφέρει.
Vide Not. ad §. νθ'. in fin.

Φιάλας Λυκιουργεῖς δύο.
Athen. XI. 12.
Vide Leopard. XI. Emend. 18.

Σινώπη.
Harpocr. in v.

Σεσυλήμεθα τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ὑπὸ τούτων, Φασηλιτῶν ὄντων, ὥσπερ δεδομένων σύλων Φασηλίταις κατὰ Ἀθηναίων. ἐπειδὰν γὰρ μὴ ἐθέλωσιν ἀποδοῦναι, ἃ ἔλαβον, τί ἄλλο τις ἔχοι ὄνομα θέσθαι τοῖς τοιούτοις, ἢ ὅτι ἀφαιροῦνται βίᾳ τὰ ἀλλότρια;

Hæc et plura laudant ex περὶ Στεφάνου, tum Suidas, tum Etym. M. Leguntur tamen hodie in Orat. πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν· Et vox quidem Σύλας (id est, Συλήσεις) in ea Oratione, quæ inscribitur περὶ τοῦ Στεφάνου τῆς τριηραρχίας. Vides his verbis, quæ subjicimus, istius erroris originem. Nam recte se habet Harpocratio: Σύλας. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου [τῆς τριηραρχίας, κἂν τῷ πρὸς τὴν Λακρίτου. Ἐξελόμενος ὁπόταν μὴ σῦλαι ὦσιν Ἀθηναίοις.] ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ὥσπερ ἐξηγούμενος αὐτό φησιν· Σεσυλήμεθα τὰ ἡμέτερα κ. τ. λ. Verba Harpocrationis, quæ uncis inclusimus, deerant in Etymologo. Atque hæc hactenus: Redeo.

Aio autem porro, fieri etiam potuisse, ut binæ istæ Editiones, quibus fruebantur

Antiqui, aliquando per incuriam describentium, aut quavis alia ex causa, conflarentur, ad hanc nostram, quæ sola hodie obtinet, concinnandam. Ita constabit, quare plurimæ identidem Sententiæ verbis aliquantulum diversis ab Auctore nostro iterentur (vide quæso quæ præfamur ad Midianam): licet Photius arbitretur magis, eas quasi abortivas excidisse ex scriniis Demosthenis, priusquam ultimam manum Auctoris expertæ fuissent, aut secum ille statuisset, utri parti Orationis eæ elegantius convenirent. Ex hac etiam Hypothesi expediemus fortasse, unde toties turbatum sit per Orationem *de falsa Legatione*, tot repetantur, commisceantur, tot ex improviso inchoata, statim etiam ex improviso relinquantur imperfecta. Vide notata ad Æsch. p. 254. ed. R. p. 265. l. 11. ed. T. et Dem. περὶ Παραπρεσβ. ad not. δι' αὐτὸ κ. τ. λ. §. ϛδ'. et quæ præmisimus isti Orationi. Verum age, exemplis et rationibus hanc rem transigamus. Scribit Demosthenes c. Aphob. I. 816. 12. 13. ed. R. n. 14. Ed. Lutet. Καὶ ταῦτα μὲν ἐνεργὰ κατέλιπεν, ὡς καὶ αὐτοὶ οὗτοι ὁμολογήσουσιν, ὧν γίγνεται τοῦ μὲν ἀρχαίου κεφαλαίου τέτταρα τάλαντα, καὶ πεντακισχίλια. Ut in transcursu id moneam, istud πεντακισχίλια erat πεντακισχίλιαι, sc. *Drachmæ*, non *Talenta*. Nam hoc fuisset incredibile. Verum ad me propius pertinet in isto loco Budæi sollicitudinem levare, qui merito miratur, quare præter omnem consuetudinem Demosthenes scriberet ἀρχαίου κεφαλαίου, cum utrumvis vocabulum recte per se stare possit, et *Sortem*, i. e. uti nos appellare solemus, *The Principal*, denotare. Nimirum Vox *hæc* in uno Exemplari, in altero *illa* exstabat. Plurimos proferre potui Auctores, qui τὸ ἀρχαῖον de ea re dicunt, plurimos etiam, qui τὸ κεφάλαιον, ni ea res esset a Lexicographis præoccupata: sed qui utrumque adhiberet, et τὸ ἀρχαῖον et τὸ κεφάλαιον, præter Demosthenem in hoc loco, vidi neminem. Neque sane nata est ea locutio ex glossemate, quod vocant. Non enim solent rara vocabula æque raris explicari et exponi. Nimirum opera ista luderetur. Et quo jure diceres τὸ κεφάλαιον elucidare τὸ ἀρχαῖον, eodem, illud ab hoc elucidari contenderem. Porro, c. Aphob. falsi testimon. p. 846. 24. ed. R. n. 11. Ed. Lutet. Μαρτυριῶν γὰρ πλέον ἢ πάνυ πολλῶν τῶν ἁπασῶν ἀναγνωσθεισῶν et quæ sequuntur: Nimirum scribebatur:

μαρτυριῶν πλέον ἢ ** (Numero abraso)
et rursus:
μαρτυριῶν πάνυ πολλῶν.

In Philip. I. §. δ'. dicitur
συνελόντι δ' ἁπλῶς εἰπεῖν,

Quæ vox ἁπλῶς in nonnullis desideratur. Sc. dixerunt Antiqui eodem animo,
et συνελόντι δ' εἰπεῖν,
et ἁπλῶς δ' εἰπεῖν.

His fortasse conjungenda sunt et ea in Oratione, in qua occupamur, §. κά. in fin.

Τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας [αὐτεπαγγέλτους] [ἐθελοντὰς] παραχωρῆσαι Φιλίππῳ. Vide locum.

Et Philip. I. §. ϛ'.

Ὡς μὲν οὖν δεῖ τὰ προσήκοντα ποιεῖν [ἐθελοντὰς] ὑπάρχειν ἅπαντας [ἑτοίμους].

In Oratione de Corona ter legitur:

Οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ.

Sensus optime perficeretur, si legamus, vel:

Οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. πόθεν;
Vel:
Οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. πολλοῦ γε καὶ δεῖ.

At utrumque dici, inficetum et molestissimum. Unde a nostris MSS. vel hoc vel illud abesse solet. Verum quod omnium maxime memorari et animadverti volebam, incredibile dictu est, quanto æstu laborant nonnulli, cum Æschines ait *decem* legatos, Demosthenes *quinque* tantum, ad Philippum fuisse missos: porro ei numero Demosthenem accenseri ab Æschine, excludi a se ipso: Vel, quod potius, quandoque a se ipso in eo cœtu numerari, quandoque autem prætermitti. Attigi ad Argumentum Orat. π. Παραπρεσβ. Attamen ubi, ais Tu, sibi in ea re adversatur Demosthenes? In ea Causa, quam hodie tractamus. Nam aliquando exaratur de ea Legatione παρόντων ἡμῶν—μὴ ἀπίωμεν ἐκ Μακεδονίας—ἀπαγγειλάντων ἡμῶν—ἀπαγγελλόντων ὑμῖν ἡμῶν, cum in aliis Codd. constanter παρόντων ὑμῶν—μὴ ἀπίωσιν ἐκ Μακεδονίας—ἀπαγγειλάντων αὐτῶν—ἀπαγγελλόντων ὑμῖν τούτων. Vide modo, §. ί. Nimirum consarcinata est Editio, quæ ad nostram ætatem pervenit, ex prioribus, quarum hæc unam, illa alteram partem in hac disceptatione tuebatur. Nam in Editorum nullis, prout hodie circumferuntur, ea est Constantia, qualem jure exspectare potuissemus, si ex uno Exemplari depromerentur. Et proinde in eo, quod memoravi, Argumento Orationis *de falsa Legatione* habitæ, cum tenor loci, atque res ipsa tulerit ad eam Hypothesin, ut Demosthenes *secunda* vice ea legatione defungi crederetur: — ἰστέον δὲ, ὅτι Δημοσθένης ἀπῆλθεν ἐν τῇ δευτέρᾳ πρεσβείᾳ. Adhæsit tamen *ex altera Hypothesi* in libris quamplurimis: ἰστέον δὲ, ὅτι Δημοσθένης οὐκ ἀπῆλθεν. Plura fortasse alibi. Jam, ut telam pertexam, si istud impetravero, repeti hic nonnulla atque inconsi-

derate interseri ex diversis exemplaribus, atque semel cœptum esse juxta hunc locum perturbari; nemo cætera mihi invidebit, sc. permisceri potuisse, atque ex suo ordine moveri, Comma unum atque alterum, quibus Nos postliminium dedimus, et de quibus mox plura dicemus.

Scio equidem, auctoritatem Hermogenis pag. 279. contra me facere, qui iteratas illas Interrogationes (de quibus egimus, p. 31.) Πότερον αὐτὴν ἐχρῆν —; et Ἀλλὰ νῦν ἔγωγε ἡδέως ἂν ἐροίμην, τῆς ποίας μερίδος —; exemplum affert istius Figuræ, quæ Ἐπιμονὴ dicitur a Technicis, et sclerter ab Oratoribus antiquis aliquando adhibetur. Ita Ille: Ταύτῃ τῇ ἐννοίᾳ πλέον ἢ τετράκις ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ κέχρηται — Διὰ γὰρ τὸ ἔνδοξον τῆς ἐννοίας ἐπιμένει, καὶ δεινῶς ἐπίκειται τῷ ἐχθρῷ, ταῖς συνεχέσιν ἐρωτήσεσι οὐδὲ ἀναπνεῖν ἐῶν. Non nego feliciter olim vibrasse ea fulmina Demosthenem, et sæpissime pertundi et κατοῤῥητορεύεσθαι iis artibus adversarium, quem nactus est. An id hoc loco præstare voluerit, vehementer dubito. Judicet æquus lector. Ego interea acumen Hermogenis desidero, qui *plus quam vicibus quaternis* hic ait ingeminari a Demosthene. Teneo quid hominem impulerit, ut ita scriberet. Sed in eo decipiebatur. Et nihil amplius ex istius auctoritate efficitur, quam ut constaret, inveterasse jam inde ab Hermogenis ætate duos istos paragraphos, quorum alterum eliminandum pronunciavi. Neque ego mendi diuturnitatem valde disputo. Verum de tota hac causa plura contendam ad § θ'. ubi (si nondum vicisse videbor) causa vicero. Et lectorem meum magnopere oro et obtestor, ut adjungeret huic disputationi ea, quæ ibi dicturus ero. TAYLOR.

Ingentem illam ego corrigendi licentiam non sum ausus imitari: neque fortasse (unam si modo clausulam recidas, Τῶν μέντοι κατηγοριῶν—) usque adeo necessaria videbitur.

Accusationis hujus, inquit Orator, propositum ipsum et prima quasi facies indicia præ se fert hostilis malitiæ et ludibrii. Etenim cum nemini deneganda sit ad populum accedendi copia, quemque libet in jus vocandi, neque tamen qui istuc fecerit vexandi gratia et explendæ invidiæ, aut rectum fecerit, aut civile, aut justum, Athenienses. *Quod nisi hac mente accusator extitisset*, tantis meis flagitiis, cum etiam tum essent recentia, pœnas legibus constitutas opponere illum oportuit, vel læsæ majestatis, vel legum violatarum postulantem; καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς κρίσιν καθιστάντα παρ' ὑμῖν. (*Me, inquam, atque* hac via *solicitare debuit*: neutiquam enim Ctesiphontem potest confodere per mea latera; neque enimvero, si me obrui posse confideret, illum unquam petivisset.) Quinetiam si quod aliud eorum, quæ modo calumniose percensebat, me patrantem observasset, sunt leges de omnibus, sunt judicia, sunt actiones, &c. STOCK.

Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα — ἀλλ' ἐφ' οἷς κ. τ. λ.] Hunc locum cum Taylorus aliique ut corruptissimum transpositionibus sanare et emendationibus tentaverint, Reiskius vero, quæ illis viris dubia visa, iis silentio transmissis, pro sano et integro habuerit, in hoc dissensu virorum doctorum, ut fit, timidius ago, cum meam de illo sententiam aperio. Nam alterius utrius judicio ignorantiæ crimen sustinendum esse video. Et tamen faciam. Demosthenes, ad ea responsurus, quæ Æschines in res, ab eo publice gestas, contulerat crimina et mendacia, in universum ante de consilio accusationis (περὶ τῆς προαιρέσεως τοῦ ἀγῶνος) disputat, ut ostendat, Æschinem illo quidem animum sibi inimicissimum prodere, quod crimina illa non olim, suo quodque tempore, objecerit, sed omnia nunc in perniciem suam coacervaverit. Verbis igitur τὰ — τοιαῦτα discrimen facit inter crimina ab Æschine in se dicta, quorum multitudinem et magnitudinem non negat, et inter consilium accusationis ipsum, quod statim ut atrocissimum et pessimum insectatur; *quamquam* — idque verbis τῶν μέντοι — ἐγγὺς continetur — dignam sibi pro malefactis, si vera sint, mulctam imponere nequeat civitas. Ita verba τῶν μέντοι κατηγοριῶν — ἐγγύς, quæ ut iterationem meram verborum τὰ μὲν οὖν — τιμωρίας ejicienda censuit Taylorus, si pro adjecto membro acceperis, locum habere posse, nemo non videt. Particula μέντοι autem, ut Latinorum *quamquam*, ejusmodi membra prioribus apponi, indicat. Jam vero periodo Οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι — γραφόμενον, qua de causa consilium accusationis inimicissimum sibi videatur, demonstrare aggreditur. Itaque particulam γὰρ ad verba τοῦ δὲ — τοιαῦτα referendam esse, nec magis hunc connexum verbis interpositis τῶν — ἐγγὺς turbari, patet, quam loco huic simillimo, quo interpretationem nostram egregie juvari firmarique vides, §. ξ'. Νῦν δ' ἐγὼ μὲν ὑμετέρας τὰς τοιαύτας προαιρέσεις ἀποφαίνω, καὶ δείκνυμι, ὅτι καὶ πρὸ ἐμοῦ τοῦτ' εἶχε τὸ φρόνημα ἡ πόλις· τῆς μέντοι διακονίας τῆς ἐφ' ἑκάστοις τῶν πεπραγμένων καὶ ἐμαυτῷ μετεῖναί φημι οὗτος δέ, τῶν ὅλων κατηγορῶν, καὶ κελεύων ὑμᾶς ἐμοὶ πικρῶς ἔχειν, ὡς φόβων καὶ κινδύνων αἰτίῳ τῇ πόλει γεγενημένῳ, τῆς μὲν εἰς τὸ παρὸν τιμῆς ἐμὲ ἀποστερῆσαι γλίχεται, τὰ δ' εἰς ἅπαντα τὸν λοιπὸν χρόνον ἐγκώμια ὑμῶν ἀφαιρεῖται, junctura membrorum ἐγὼ μὲν — οὗτος δὲ interpositis τῆς μέντοι — μετεῖναί φημι dissolvitur. Ipsius periodi οὐ γὰρ — γραφόμενον singula verba si expendes, membra οὐ γὰρ — τυχεῖν et οὐδ' ἐν — ποιεῖν pro oppositis habenda esse, intelliges, idque, omissa voce μέν, particula δὲ æque significari, ut apud Plutarchum in vita Demosthenis: Ἀλλ' ἔοικεν ὁ ἀνὴρ — οὐ πάνυ προίεσθαι τὴν ἐν τῷ καιρῷ δόξαν, οὐδ' ἐπὶ τύχῃ πολλάκις ἑκὼν εἶναι ποιεῖσθαι τὴν δύναμιν. Vana igitur est locique sententiam corrumpit conjectura Reiskii ἀλλ' οὐδ', quamquam, ab eodem sensum oppositorum satis perspectum esse, negari nequit, vid. Annot. Reisk. Saltem ἀλλ' οὐκ scribendum erat. Τοῦτο ad προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν pertinet, hoc sensu: *sed accusatio intentanda non est, ut alteri contumeliosa insectatione noceas et invidiam confles, sed Æschinis erat* ἀλλ' ἐφ' οἷς κ. τ. λ. Particula adversativa ἀλλὰ negationi οὐδὲ respondet. In verbis ἀλλ' — χρῆσθαι imperfectum ἔδει (αὐτὸν) ex antecedenti δεῖ ut suppleatur, sensus postulat; et, quamquam paulo duriorem hanc viam esse non nego, nec tamen ejusmodi complementum post particulam ἀλλὰ perperam arcessi, structuræ verborum similes, ut §. ξ'. *in fin.* probant, et hoc loco temporis mutatio ideo minus offendere debet, quod a sententia generali ad rationem ipsam, quam Æschines inire debebat, progreditur orator. Reiskius tamen ἔδει de conjectura post τἀδικήματα inserendum esse censuit. Non magis verba, quæ sequuntur, οὐ γὰρ — ἐγράψατο suo loco movenda esse judico, quibus commode utitur Demosthenes, ut transitus fiat ad alteram injuste agendi rationem, quam Æschines inierit, Καὶ μὴν — κατ' ἐμοῦ, quod nimirum, se ulturus, Ctesiphontem accusaverit, cum a seipso malefactorum pœnam ex legibus repetere potuerit. In ipso transitu nota brevitatem, cujus Demosthenes semper fuit studiosissimus. WUNDERL.

Οὐ γὰρ] Hic γὰρ non significat *enim, etenim*, sed *quidem*, ut sæpius alias. AUGER.

Λόγου τυχεῖν] Si hic sit locus, quem voluere Harpocratio et Suid. ubi has voces ex nostra Oratione citant, errant sane in expositione: Neque enim per λόγου intelligendum est ἐπαίνου, quod illi prædicant. Et in ea mente est Valesius. Forte εἰπεῖν, inquit Ille. TAYLOR.

Λόγου τυχεῖν] Λόγου τυχεῖν dicuntur, quibus dicendi potestas facta est, id est, οὐκ ἀκρίτως ἀπαχθῆναι. Idem κατὰ Ἀριστοκρ. καὶ τὸ τοῦ λόγου τυχεῖν ἀναιρῶν, ἐκδότους ποιῇ. *Ex edit.* HERVAG.

Οὐδ' ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου τοῦτο ποιεῖν] *Neque vero ita hoc facere, ut calumniæ et invidiæ speciem accusator præ se ferat, rectum et polit cum est.* Sic alibi, ἐν ἐχθροῦ τάξει, pro *hostili affectu, habituque* dixit, et κατὰ Ἀριστοκρ. ἐν δωρεᾶς τάξει, *muneris vice et loco.* IBID.

Οὔτε κ. τ. λ.] Apponam correctionem Lambini, ut intelligat lector, quantum ille profecerit: — δίκην ἀξίαν λαβεῖν· Ὅ, οὔτε, μὰ τοὺς θεούς, ὀρθῶς ἔχον, οὔτε πολιτικόν, οὔτε δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδ' ἐγγύς. οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ, καὶ λόγου τυχεῖν — ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά με κ. τ. λ. Hæc Vir doctus. Et quis contra sentiet, cum ea Transpositio unius Sententiolæ textum optime complanat, atque sensum ubique connectit, qui olim conclamabatur? Solent hæc res fieri in exemplaribus antiquis: Cujus rei illustre exemplum dabo. Legitur in Themistoclis vita a Cornelio Nepote descripta:

> *Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem, Xerxe regnante, in Asiam transiisse: Sed ego potissimum Thucydidi credo, quod ætate proximus erat,* qui illorum temporum historiam reliquerunt, *et ejusdem civitatis fuit.*

Acute sane! *An potuit scribi miserius?* Nam si hæc verba ita sunt sumenda, sc. Thucydidem proximum esse ætate etc. *iis* qui illorum temporum historiam reliquerunt, *ridicula* sunt: Sin Themistocli proximum, *ex numero eorum*, qui illorum temporum historiam reliquerunt, *obscura.* Aliquid subesse argumenti crediderim, si ideo Nepos Thucydidem sequeretur, propterea quod et ætate erat conjunctus Themistocli, et ex eadem urbe. Id quod res erat, et verissime dici potuit. Age:

> *Scio plerosque,* qui illorum temporum historiam reliquerunt, *ita scripsisse, Themistoclem, Xerxe regnante, in Asiam transiisse: Sed Ego potissimum Thucydidi credo,* quod ætate proximus erat, et ejusdem civitatis fuit.

An potuit scribi luculentius?

TAYLOR.

ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν, οὐδ' ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου τοῦτο ποιεῖν,— [1] οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς ὀρθῶς ἔχον οὔτε πολιτικὸν οὔτε δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι!—ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά μ' ἑώρα τὴν πό-

[1] ὃ οὔτε

λιν, οὖσί γε τηλικούτοις, ἡλίκα νῦν [1]δὴ ἐτραγῴδει καὶ διεξῄει, ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις παρ᾽ αὐτὰ τἀδικήματα

[1] † Deest δή.

Ἐτραγῴδει] Obsop. διετραγῴδεις. Wolf. Potius §. ή. in vocc. ἡλίκ. νῦν ἐτραγῴδεις. Taylor.

Παρ᾽ αὐτὰ τἀδικήματα] Id est, protinus admissis delictis, de quo etiam πρὸς Λεπτίνην. *Ex edit.* Hervag.

Παρ᾽ αὐτὰ τὰ ἀδικήματα] Εὐθὺς ὅτε ἠδίκουν ἐγὼ ταῦτα. Ferventibus delictis, et flagranti crimine, ut JCti loquuntur. Wolf.

Παρ᾽ αὐτὰ τὰ ἀδικήματα] *Recentibus delictis.* Eo ore omnes fere Interpretes. Ita scribit Josephus Antiq. Jud. p. 416. Ἵνα γνῷς ὅτι κερδαίνουσιν οὐδὲν οἱ κακοὶ, μὴ παρ᾽ αὐτὰ τἀδικήματα κολασθέντες, scil. *pœnam ex continente adjectam sceleri*, τὸ ἀμύνασθαι τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον, ut verbis utar Thucydidis, III. 38. Sed et aliam habet et majorem Emphasin, nempe pœnam *juxta formam criminis*, ut dici potest, subeundam; verbi gratia, *si* Εἰσαγγελίας ἄξια *commiserit*, ut v. 1. p. seq. *eas pœnas daret, quæ lege isti culpæ affiguntur: si* παράνομα γέγραφε, v. 3. *eas quæ competebant* παράνομα γράφοντι, *denique* (continuatur enim argumentum v. 3. p. 38. sine importunissimo isto commate, quod v. 1. et 2. inveteravit) *cujuscunque demum criminis argueretur, erant leges, erant supplicia, quæ in unumquemque facinorosum peculiariter statuisset Majorum Diligentia.* Jurisprudentia enim Attica accurate distinxit, quo animo, quo gradu maleficii, et quanto cum damno Reip. committeretur unumquodque facinus: et eadem pariter fide et diligentia trutinavit supplicia quoque. Qui Græcos scriptores evolvit sine eo monito et delectu, multa frigide leget, quæ illi exactissime scripserunt. Atque arrepta ea opportunitate, sumere liceat, §. οδ΄. hujus Orationis, ubi, quæ cum summa proprietate scripsit Demosthenes, vel levissime, ut dixi, feriunt lectorem, Fori Attici hospitem, rerum istarum indiligentem, et in eo Jure minus exercitatum.

> Ἐν οἷς εἰσηγγελλόμην, ὅτε ἀπεψηφίζεσθέ μου, καὶ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων τοῖς διώκουσιν οὐ μετεδίδοτε, τότ᾽ ἐψηφίζεσθε τὰ ἄριστά με πράττειν.

Ea erat Εἰσαγγελίας Conditio et Natura. Atque ad istum ritum pertinent solennia ista, ἐψηφίζεσθε — ἀπεψηφίζεσθε — τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων. Sequitur Criminis et Processus Species altera:

> Ἐν οἷς δὲ τὰς γραφὰς ἀπέφυγον, ἔννομον καὶ γράφειν καὶ λέγειν ἀπεδεικνύμην.

Ecce ut stilum vertat? γραφὰς φεύγειν — ἀποφεύγειν — ἀποδείκνυσθαι ἔννομα γράφειν. Quæ non temere aut inconsulto variantur. Sequitur:

> Ἐν οἷς δὲ τὰς εὐθύνας ἐπεσημαίνεσθε, δικαίως καὶ ἀδωροδοκήτως πάντα πεπρᾶχθαί μοι προσωμολογεῖτε.

Erat et hæc quædam quasi Accusationis Species, sed in se recepit calculi quandam rationem, eosque ritus, qui in scrutando, ponderando, inquirendo atque computando fere exercebantur. Dixit ergo ἐπισημαίνεσθαι: quod de Rationibus *subscribendis* atque *obsignandis* dicitur. Iterumque dixit προσωμολογεῖτε: quæ pariter Vox solenniter et quasi ritualiter adhibetur, cum rationibus probe subductis, FELICITER, aut ACCURATE, pronunciatum. Æsch. c. Ctesiph. 447. 1. ed. R. p. 387. ed. T. Ἀλλ᾽ ὅμως ἐπειδὰν ὁ λογισμὸς συγκεφαλαιωθῇ, οὐδεὶς ὑμῶν ἐστὶν οὕτω δύσκολος τὴν φύσιν, ὅστις οὐκ ἀπέρχεται τοῦθ᾽ ὁμολογήσας, καὶ ἐπινεύσας ἀληθὲς εἶναι, ὅ, τι ἂν αὐτὸς ὁ λογισμὸς (vel, ut vertente pagina scripsit, ὁ τῆς ἀληθείας λογισμὸς) αἱρῇ. An eo dico quæ lectori probari possunt? Nondum tamen omnia, quæ videor deprehendisse. Nam cum ibidem concludit Demosthenes, et rem ad quandam quasi ἀνακεφαλαίωσιν reducit, ibi *distinctionis, proprietatis* et *decoris* memor, accurate subjungit:

> Τί προσῆκον ἦν—τοῖς ὑπ᾽ ἐμοῦ πεπραγμένοις θέσθαι τὸν Κτησιφῶντα ὄνομα; οὐχ ὃ τὸν δῆμον ἑώρα τιθέμενον; οὐχ ὃ τοὺς ὀμωμοκότας δικαστάς; οὐχ ὃ τὴν ἀλήθειαν παρὰ πᾶσι βεβαιοῦσαν;

Non est utiquet emere factum, quod ad Εἰσαγγελίαν, τὸν δῆμον, ad γραφὰς, τὸν δικαστὴν, ad Εὐθύνας denique τὴν ἀλήθειαν accommodaret. Ita cum scripsit Demosthenes §. λή. Ἐξέλιπες ἐν ταῖς εὐθύναις, ἐν ταῖς γραφαῖς, ἐν ταῖς ἄλλαις κρίσεσι, bene subjungit Ulpianus, sc. εὐθύνη ἐστὶν ὧν δημοσίᾳ τις ἐπιστεύθη· γραφὴ ἐπὶ τῶν παρανόμων· κρίσις δὲ ἐπὶ ἐγκλήματος. Ita scriptum est c. Stephanum II. Μαρτυρεῖν γὰρ οἱ νόμοι οὐκ ἐῶσιν αὐτὸν αὐτῷ, οὔτ᾽ ἐπὶ ταῖς γραφαῖς, οὔτ᾽ ἐπὶ ταῖς δίκαις, οὔτ᾽ ἐν ταῖς εὐθύναις. Idem tamen §. οδ΄. hujusce Orationis distinxit propius ad ea, quæ proferimus, scil. Καὶ γραφὰς, εὐθύνας, εἰσαγγελίας, πάντα ταῦτα ἐπαγόντων μοι. Sed hæc a me sunt alio loco expendenda.

Atque isti usui, quem dixi, commode inservit Præpositio παρά. Quæ comparationem quandam (*juxta-positionem* vocant technice) repræsentat: atque monet rationem esse institutam inter pœnam et maleficium.

χρῆσθαι, εἰ μὲν εἰσαγγελίας ἄξια πράττοντά μ᾽ ἑώρα, εἰσαγγέλλοντα καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς κρίσιν καθιστάντα παρ᾽ ὑμῖν, εἰ δὲ γράφοντα παράνομα, παρανόμων γραφόμε-

Licet ergo hæc et similia in leviori sensu nonnunquam accipiantur, et *statim*, *confestim*, etc. significent, nempe §. ξς΄. Διόπερ τοὺς παρ᾽ αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους φυγὼν — Et similiter, modo, Ἐκστὰς τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ, καὶ φυγὼν τοὺς παρ᾽ αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους, verumtamen ad nostram sententiam prope et probe accedit id, quod dicitur §. λ΄. Φέρε δὴ παρὰ τοῦτον, τὸν ἐκ τοῦ ἐμοῦ νόμου κατάλογον: Age *conferas*, *apponas* utriusque nostrum catalogum, ut quid intersit, dispicere possimus. Eo igitur animo sæpissime in his Orationibus reperitur παραναγινώσκειν· τοὺς νόμους sc. τὰ ψηφίσματα, aut aliquid ejusmodi. Age recita causam, quæ in jus deducitur, et *juxta* quoque recita leges. Ὑπομνήσατ᾽ αὐτὸν ἄνευ θορύβου τὸ σανίδιον λαβεῖν, καὶ τοὺς νόμους τῷ ψηφίσματι παραναγνῶναι. Æsch. c. Ctesiph. 590. 3. ed. R. 443. l. 1. ed. T. Similiter p. 577. pen. ed. R. p. 438. l. 3. ed. T. ἀναγνώσεται ὑμῖν τὸ ψήφισμα· παρανάγνωθι καὶ ὃ γέγραφε Κτησιφῶν. Adde eundem p. 241. 1. R. p. 260. l. 6. T. p. 268. 10. R. p. 271. l. 16. T. et notas ad loc. ubi Lector meus consulere admouebatur, quæ Vir doctissimus habiturus erat ad Æschinem p. 582. R. p. 439. 17. T. Cl. enim Marklandus in eo loco pro πάλιν ἀναγινώσκειν, fretus iis exemplis, quibus in hac re modo utimur, παραναγινώσκειν legi jusserat. Quod cum optima fide præstare potui, deterritus tamen iis verbis, quæ ex Polluce ibidem adduxi, ab ea Correctione abstinui, licet peritissime judicavit Vir præstantissimus; atque ad eam normam, in qua jam laboramus, summa cum proprietate dici ab Æschine potuisset παρανάγνωθι τοὺς νόμους καὶ τὸ ψήφισμα. Denique ea Locutio extra Forum deprehenditur quoque: ut ubi ait Demosthenes §. π΄. Φέρε δὴ καὶ τὰς τῶν λειτουργιῶν μαρτυρίας, ὧν λελειτούργηκα, ὑμῖν ἀναγνῶ πάσας· παρανάγνωθι δὴ ἡμῖν καὶ σὺ τὰς ῥήσεις, ἃς ἐλυμαίνου. *Recitentur monumenta meorum in Remp. benefactorum*, et una quoque, juxta, comparandi gratia, *Senarii, quos ille infelix Actor recitando labefactavit.* Porro: a παραναγινώσκειν recta deducimur ad παραγράφεσθαι Quod cum significet, *non nude et simpliciter describere*, verum eo animo, ut in contentionem veniat, atque ideo opponi possit, id quod describitur, idcirco de *Exceptoriis* in Jure Attico usurpatur, de qua re disputavi ad Aristocrateæ p. 629. 16. R. tom. III°. p. 344. col. 2. T. Hæc autem si vere dicantur, et arbitror esse verissima, hallucinatur Wolfius aliquoties in vertendis nostris Auctoribus. Ait Æschines c. Ctesiph. pag. 589. 2. R. p. 442. l. 12. T. *Quemadmodum in architectonica rectitudinem et obliquitatem discernimus, normam applicando*, οὕτω καὶ ἐν ταῖς γραφαῖς τῶν παρανόμων παράκειται κανὼν τοῦ δικαίου, τουτὶ τὸ σανίδιον, sc. hæc Tabella litis institutæ, (Libellus) καὶ τὸ ψήφισμα, Decretum, quod tulit Ctesipho, καὶ οἱ παραγεγραμμένοι νόμοι, sc. *Leges quas describi fecimus, juxta apponi curavimus, et quibus, ut exceptoriis, utimur contra jus, quod Ctesipho sua rogatione statui voluit.* Ita verto liberius, et justius credo, quam *Wolfius*, qui habet miserrima hæc verba, scil. *leges, quibus fraus facta est.* Neque hilum proficit Interpres Etruscus: *le leggi publicamente scritte.* Rursus in hac oratione §. λγ΄. Λόγων, οὓς οὗτος ἄνω καὶ κάτω διακυκῶν ἔλεγε περὶ τῶν παραγεγραμμένων νόμων: *de violatis legibus*, ait Wolfius: Et Ferrus, jam sibi dispar: *delle leggi ingiustamente scritte.* Neuter recte. Neque quidem Scholiastes ad locum: Qui quid intellexit per hæc verba, νόθων νόμων, ὧν εἰσῆγεν Αἰσχίνης, παρ᾽ οὓς παρέγραψα τὸ ψήφισμα, ipse viderit. Tantum scio, locum ipsum non ab eo fuisse intellectum. Taylor. Conf. Petiti comm. in leg. Atticas p. 429. ed. Wesseling. et de vi παρὰ Heusing. ad Juliani Cæsares p. 107. sq. Harl.

Παρ᾽ αὐτὰ τὰ ἀδικήματα] Mentem Oratoris propius attigisse mihi videntur, qui vertunt, *recentibus delictis*, (dicit enim ille mox, ἐκστὰς τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ, καὶ φυγὼν τοὺς παρ᾽ αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους) et usitatam etiam locutionis ipsius significationem. Joseph. Antiq. Jud. p. 416. (quem citat Taylorus) hæc habet: ἵνα γνῷς, ὅτι κερδαίνουσιν οὐδὲν οἱ κακοὶ, μὴ παρ᾽ αὐτὰ τἀδικήματα κολασθέντες, *pœnam ex continente adjectam sceleri.* Demost. c. Pantænetum, (p. 966. in fin. ed. Reisk.) ἁπάντων δ᾽ ἀνθρώπων εἰωθότων παρ᾽ αὐτὰ τὰ ἀδικήματα μᾶλλον, ἢ χρόνων ἐγγεγενημένων, ἀγανακτεῖν. Stock.

Εἰ μὲν εἰσαγγελίας ἄξια πράττοντά με ἑώρα, εἰσαγγέλλοντα, &c. εἰ δὲ γράφοντα παράνομα] *Si me vidisset rogationem ad populum ferentem legibus contrariam, aut contra legum interdicta aliquid promulgantem.* Est enim παρανόμων γράφεσθαι, idem quod κατηγορεῖν τοῦ παράνομα γράφοντος.

νον· οὐ γὰρ δή που Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμέ,
ἐμὲ δ' εἴπερ [1] ἐξελέγξειν ἐνόμιζεν, αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο.
καὶ μὴν εἴ τι τῶν ἄλλων, ὧν [2] νῦν διέβαλλε καὶ διεξῄει, ἢ
καὶ ἄλλ' ὁτιοῦν ἀδικοῦντά μ' ὑμᾶς ἑώρα, εἰσὶ νόμοι περὶ
πάντων καὶ ἀγῶνες καὶ κρίσεις καὶ τιμωρίαι, πικρὰ καὶ
μεγάλα ἔχουσαι τὰ ἐπιτίμια. καὶ τούτοις ἐξῆν αὐτῷ ἅπασι
χρῆσθαι κατ' ἐμοῦ, καὶ ὁπηνίκα ἐφαίνετο ταῦτα πεποιη- 230
κὼς καὶ τοῦτον τὸν τρόπον κεχρημένος τοῖς πρὸς ἐμέ, ὡμο-
λογεῖτ' ἂν ἡ κατηγορία τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Νῦν δ' ἐκστὰς
τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ καὶ φυγὼν τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ
πράγματα ἐλέγχους, τοσούτοις ὕστερον χρόνοις αἰτίας καὶ
σκώμματα καὶ λοιδορίας συμφορήσας ὑποκρίνεται· εἶτα
κατηγορεῖ μὲν ἐμοῦ, κρίνει δὲ τουτονί, καὶ τοῦ μὲν ἀγῶνος
ὅλου τὴν πρὸς ἐμέ πως ἔχθραν προΐσταται, οὐδαμοῦ δ' ἐπὶ
ταύτην ἀπηντηκὼς ἐμοὶ τὴν ἑτέρου ζητῶν ἐπιτιμίαν ἀφε-

[1] † ἐξελέγχειν [2] † νυνὶ

Ex. edit. Hervag.

Οὐ γὰρ δήπου κ. τ. λ.] Ita suum scholiolum curiosus aliquis lector allevit ad oram Exemplaris *Altempsiani*: Ταῖς μὲν κατηγορίαις καὶ ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις πολιτικὸν ἦν τότε, καὶ δίκαιον ἅμα παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα χρῆσθαι· καὶ οὐ νῦν. οὐ γὰρ δύναται ἐκ τοῦ κρίνειν καὶ διώκειν ἐμὲ, ὥστε καταδικάσασθαι τὸν Κτησιφῶντα. Wolfius, perinde ac legisset: Εἰ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμὲ, ἐμὲ δ', εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν, αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο, ita vertit: *Cum enim Ctesiphontem propter me persequi judicio possit, ipsi mihi profecto, si convinci posse confideret, non pepercisset.* Venetus ita: *Non enim Ctesiphontem jure accusare valet mea causa, me quidem ipsum si convincere posse putasset, non accusasset?* Etruscus: *Percioche non puo esser questo, che egli per amor mio habbia accusato Tesifonte; e me, se egli havesse sperato di convincermi, non mi havesse accusato.* Alius: *Non enim utique Ctesiphontem quidem potest judicio persequi propter me: me vero, siquidem convincere existimabat ipsum, non accusasset:* Et similiter Lambinus. Harum vero nulla Versionum vel minimum sensum exhibet, neque si verba per se ipsa contemplemur, neque si eam relationem aut nexum, quem habere debent cum iis, quæ præcedunt, aut iis quæ sequuntur, et quem hodie infeliciter sane interpellant. Ita Πόνος πόνῳ πόνον φέρει, et labes labi materiam præbet. Si hoc videbitur, dele: mox restituemus in suo loco. Vide statim ad finem §. ϛ'. Taylor.

Δήπου] *Utique.* v. Hoogeveen de partic. p. 305. Harl.

Ἐμὲ δ' — αὐτὸν] Ἀντὶ τοῦ, ἐμαυτὸν δὲ, Attica Tmesi, et interpositis aliquot vocibus. Wolf. Perperam. Taylor.

Ἐξελέγξειν ἐνόμιζεν αὐτὸν, οὐκ ἂν —] Sic distinguit Aug. 1. addito scholio ἀντὶ τοῦ ἐμὲ αὐτόν. Reiske. ἐξελέγξειν etiam codd. Wolfenbütt. et Harl. At enim observavit Wunderlich. præfat. p. 16. ubi de re agitur, futura quidem, sed quæ continuo aut incipit aut eventum habet, aoristi vel præsentis infinitivum significatione futuri poni. Dein cum cod. August. et Reiskio ac Wunderl. scripsi, οὐκ ἂν ἐγράψατο, *illum in jus non vocasset.* Alii autem ἂν omittunt. Harl.

Καὶ τούτοις] In plerisque et melioribus, καὶ τούτοις ἐξῆν αὐτῷ πᾶσι χρῆσθαι κατ' ἐμοῦ. Taylor. VV. enim αὐτῷ et κατ' ἐμοῦ omittuntur in ed. Tayl. quæ etiam paulo ante τιμωρίαι, καὶ ἀγῶνες, καὶ κρίσεις habet.

Αὐτοῦ] Non jungendum est cum ἔργοις, sed cum κατηγορία. Auger.

Ὑποκρίνεται] Conferas de usu et significatu hujus vocabuli Io. Benedict. Carpzov. in libro eleganti et urbano: *Paradoxon Stoicum Aristonis Chii* — (Lips. 1742.) Sect. I. cap. V. pag. 90. seq. et Sect. II. cap. VI. pag. 341. et in indice rerum sub voc. ὑποκρίνεσθαι. Harl.

Ἐπιτιμίαν ἀφελέσθαι] Hoc est, ἀτιμῶσαι, *infamia notare*: qua pœna afficeretur Ctesiphon, si causa victus mulctam L talentum solvere non potuisset. Vid. Potter. I. 25. et infra Not. ad §. 97. Stock.

λέσθαι φαίνεται. Καίτοι πρὸς ἅπασιν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι
τοῖς ἄλλοις δικαίοις, οἷς ἂν εἰπεῖν τις ὑπὲρ Κτησιφῶντος
ἔχοι, καὶ τοῦτ' ἔμοιγε δοκεῖ καὶ μάλ' εἰκότως ἂν λέγειν, ὅτι
τῆς ἡμετέρας ἔχθρας ἡμᾶς ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν δίκαιον ἦν τὸν
ἐξετασμὸν ποιεῖσθαι, οὐ τὸ μὲν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνίζε-
σθαι παραλείπειν, ἑτέρῳ δ' ὅτῳ κακόν τι δώσομεν ζητεῖν·
ὑπερβολὴ γὰρ ἀδικίας τοῦτό γε.

ζ'. Πάντα μὲν τοίνυν τὰ κατηγορημένα ὁμοίως ἐκ τού-
των ἄν τις ἴδοι οὔτε δικαίως οὔτ' ἐπ' ἀληθείας οὐδεμιᾶς εἰ-
ρημένα· βούλομαι δὲ καὶ καθ' ἓν ἕκαστον [1] αὐτων ἐξετάσαι,
καὶ μάλισθ' ὅσα ὑπὲρ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρεσβείας κατ-
εψεύσατό μου, τὰ πεπραγμένα ἑαυτῷ μετὰ Φιλοκράτους
ἀνατιθεὶς ἐμοί. Ἔστι δ' ἀναγκαῖον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ
προσῆκον ἴσως, ὡς κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους εἶχε τὰ πρά-
γματα, ἀναμιῆσαι [2] ὕμας, ἵνα πρὸς τὸν ὑπάρχοντα καιρὸν
ἕκαστα θεωρῆτε. Τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου
— οὐ δι' ἐμέ· οὐ γὰρ δὴ ἔγωγ' ἐπολιτευόμην πω τότε —
πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε, ὥστε Φωκέας μὲν βούλε-
231 σθαι σωθῆναι, καίπερ οὐ δίκαια ποιοῦντας ὁρῶντες, Θηβαίοις
δ' ὁτιοῦν ἂν ἐφησθῆναι παθοῦσιν, οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀδίκως
αὐτοῖς ὀργιζόμενοι· οἷς γὰρ εὐτυχήκεσαν ἐν Λεύκτροις, οὐ
μετρίως [3] ἐχρήσαντο. ἔπειθ' ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διει-
στήκει, καὶ οὔθ' οἱ μισοῦντες Λακεδαιμονίους οὕτως ἴσχυον,

[1] † αὐτῶν [2] † ὑμᾶς [3] † ἐκέχρηντο

Ὑπερβολὴ — τοῦτό γε] Istam ὑπερβολὴν ἀδικίας, quam in Æschine reprehendit, potuit luculentius descripsisse, si comma istud turbulentum [οὐ γὰρ δήπου — οὐκ ἂν ἐγράψατο.] hic sequeretur. Scil. *Utrumque est injustum et incivile, Ctesiphonti quidem* litem intendere: *me autem per totam causam* accusare. *Meæ enim Criminationes ad istius condemnationem pertingere non possunt aut debent,* οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμέ. Illud prius: Proximum est, *neque rursus confidit posse, ut me reum perageret, aliter contra me actionem instituisset, non contra Ctesiphontem*: vel, ut Græca sonant, ἐμὲ δ' εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν, αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο. Nihil certius, quam ut ἐμὲ ad ἐξελέγχειν (vel ut Codd. Vindob. Guelph. et Harl. ἐξελέγξειν) jure sit referendum, αὐτὸν ad ἐγράψατο. Et si non pro vero venditem, vero tamen simile haberi velim, erraticum istud Comma hic jure optimo sisti oporteri. Ita infaustissimo huic Paragrapho valedicere liceat: quem alii forsan felicius vindicare possint; Nemo sollicitius exploravit. Taylor.

ζ'. Τοῦ γὰρ Φωκικοῦ κ. τ. λ.] Certatim hoc Comma a Rhetoricis laudatur, a Quintiliano V. 2. fin. ab Hermogene pagg. 281. 286. 287. 307. a Demetrio Phaler. §. 322 323. Aquil. Rom. pag. 16. Idem.

Τοῦ Φωκικοῦ, &c.] Seilerus animadvertit, secundum Diodorum Siculum bellum hoc ortum esse anno sexto regni Philippici, Olymp. 106. an. 2. Demosthene circiter XXVII. annum agente. Harl.

Πελοπόννησος] Vide Longin. cap. 24. Taylor.

ὥςτ' ἀνελεῖν αὐτούς, οὔθ' οἱ πρότερον δι' ἐκείνων ἄρχοντες κύριοι τῶν πόλεων ἦσαν, ἀλλά τις ἦν ἄκριτος καὶ παρὰ τούτοις καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν Ἕλλησιν ἔρις καὶ ταραχή. Ταῦτα δ' ὁρῶν ὁ Φίλιππος — οὐ γὰρ ἦν ἀφανῆ — τοῖς παρ' ἑκάστοις προδόταις χρήματα ἀναλίσκων πάντας συνέκρουε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐτάραττεν, εἶτ' ἐν οἷς ἡμάρτανον οἱ ἄλλοι καὶ κακῶς ἐφρόνουν, αὐτὸς παρεσκευάζετο καὶ κατὰ πάντων ἐφύετο. ὡς δὲ ταλαιπωρούμενοι τῷ μήκει τοῦ πολέμου οἱ τότε μὲν βαρεῖς, νυνὶ δ' ἀτυχεῖς Θηβαῖοι φανεροὶ πᾶσιν ἦσαν ἀναγκασθησόμενοι καταφεύγειν ἐφ' ὑμᾶς, ὁ Φίλιππος, ἵνα μὴ τοῦτο γένοιτο μηδὲ συνέλθοιεν ἐφ' ὑμᾶς, ὁ Φίλιππος, ἵνα μὴ τοῦτο γένοιτο μηδὲ συνέλθοιεν αἱ πόλεις, ὑμῖν μὲν εἰρήνην, ἐκείνοις δὲ βοήθειαν ἐπηγγείλατο. Τί οὖν συνηγωνίσατο [1] αὐτῷ πρὸς τὸ λαβεῖν ὀλίγου δεῖν ἑκόντας ὑμᾶς ἐξαπατωμένους; Ἡ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων — εἴτε χρὴ κακίαν εἴτ' ἄγνοιαν εἴτε καὶ ἀμφότερα ταῦτ' εἰπεῖν, οἳ πόλεμον συνεχῆ καὶ μακρὸν πολεμούντων ὑμῶν, καὶ τοῦτον ὑπὲρ τῶν κοινῇ πᾶσι συμφερόντων, ὡς ἔργῳ φανερὸν γέγονεν, οὔτε χρήμασιν οὔτε σώμασιν οὔτ' ἄλλῳ οὐδενὶ τῶν πάντων συνελάμβανον [2] ὑμιν· οἷς καὶ δικαίως καὶ προσηκόντως ὀργιζόμενοι ἑτοίμως ὑπηκούσατε τῷ Φιλίππῳ.

ή. Ἡ μὲν οὖν τότε συγχωρηθεῖσα εἰρήνη [3] τῷ Φιλίππῳ
διὰ ταῦτα, οὐ δι' ἐμέ, ὡς οὗτος διέβαλλεν, ἐπράχθη· τὰ 232
δὲ τούτων ἀδικήματα καὶ δωροδοκήματα ἐν αὐτῇ τῶν νυνὶ
παρόντων πραγμάτων, [4] ἐάν τις ἐξετάζῃ δικαίως, αἴτια εὑ-

[1] † αὐτῷ [2] † ὑμῖν [3] † Desunt vv. τῷ Φιλίππῳ. [4] † ἄν

Οὔθ' οἱ πρότερον κ. τ. λ.] Significat, τοῖς δεκαδάρχαις (de quibus vide Isocratis Panegyricum et Panathenaicum) magistratum fuisse abrogatum. Wolf.

Ἄκριτος] Vide Harpocr. in v. et Suid. qui per ἀδιάκριτον exponunt. Adde H. Steph. Thes. Gr. L. T. II. col. 430. qui de vi et usu istius vocabuli disputat. Exponere liceat *Contentionem tacitam et obductam, quæ nondum in apertum bellum erupit.* Taylor.

Τοῖς ἄλλοις] Rescribe juxta probatissima exemplaria, καὶ παρὰ τούτοις, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν Ἕλλησιν. Sunt autem Reg. α. Guelph. Vindob. Aug. et Harl. qui conspirant amice. Idem. VV. enim παρὰ et Ἕλλησιν desiderantur in ed. Tayl. quæ infra etiam v. 9. νῦν pro νυνὶ exhibet: et v. 14. ὑμᾶς ἑκόντας, et v. 18. οὐδ' ἄλλῳ, et v. 22. διέβαλεν.

Ἐτάραττεν] Ἐξήραττεν, vel ἐπήραττεν, ab Ἀράττω. Markland.

Πάντας συνέκρουε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐτάραττεν] Id est, *bella inter eos committebat et ciebat.* Id enim συγκρούειν significat *collidere*, et *in conflictum impellere*, quemadmodum et ταράττειν. *Ex edit.* Hervag.

Ἵνα μὴ τοῦτο γένοιτο] Bello inter Phocenses et Locrenses orto, illis Athenienses, his, Locrensibus, Thebani miserunt auxilia. Ad alendam belli inter Thebanos et Athenienses flammam Philippus, ut res publicæ Græcæ semet ipsæ conficerent, et ipse victor discederet, Thebanis contra Athenienses auxilia obtulit, neque tamen arma movere pacisque tranquillitatem turbaturus videri voluit. Æschines vero arguit Demosthenem, ab hoc pacem illam periculi damnique plenam esse perfectam. Harl.

ρήσει. Καὶ ταυτὶ πάνθ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀκριβολογοῦμαι καὶ διεξέρχομαι. εἰ γὰρ εἶναί τινα δοκοίη τὰ μάλιστα ἐν τούτοις ἀδικήματα, οὐδέν ἐστι τούτων δή που πρὸς ἐμέ· ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος εἰπὼν καὶ μνησθεὶς [1] περὶ τῆς εἰρήνης Ἀριστόδημος ἦν ὁ ὑποκριτής, ὁ δ' ἐκδεξάμενος καὶ γράψας καὶ ἑαυτὸν μετὰ τούτου μισθώσας ἐπὶ ταῦτα Φιλοκράτης ὁ Ἁγνούσιος, ὁ σὸς Αἰσχίνη κοινωνός, οὐκ ἐμός, οὐδ' ἂν σὺ διαῤῥαγῇς ψευδόμενος· οἱ δὲ συνειπόντες [2] ὁτουδήποθ' ἕνεκα — ἐῶ γὰρ τοῦτό γ' ἐν τῷ παρόντι — Εὔβουλος καὶ Κηφισοφῶν, ἐγὼ δ' οὐδὲν οὐδαμοῦ. Ἀλλ' ὅμως, τούτων τοιούτων ὄντων καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας οὕτω δεικνυμένων, εἰς τοῦθ' ἧκεν ἀναιδείας, ὥςτ' ἐτόλμα λέγειν, ὡς ἄρ' ἐγὼ πρὸς τῷ τῆς εἰρήνης αἴτιος γεγενῆσθαι ἔτι καὶ κεκωλυκὼς εἴην τὴν πόλιν μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων αὐτὴν ποιήσασθαι. Εἶτ' ὦ — τί ἂν εἰπών σέ τις ὀρθῶς προσει-

[1] † ὑπὲρ [2] † ὅτου δήποτε

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης] Omnes fere l. s. uno ore μνησθεὶς περὶ τῆς εἰρήνης. Sunt autem Ven. Guelph. Aug. Ital. Vindob. et Parisienses Regii α. β. ε. ζ. η. Annotavi de hac re ad Æschinem p. 452. 5. R. p. 389. l. 9. T. Noster quod in §. δ'. ait: παραστῆσαι πᾶσιν ὑμῖν περὶ ταυτησὶ τῆς γραφῆς γνῶναι, idem §. έ. ἀλλοτριώτερον τῶν ὑπὲρ τῆς γραφῆς δικαίων ἀκούῃ μου. Servius ad Virg. IV. Æn. 233. super *sua laude*] *Id est*, pro *sua laude, et Græcum est Schema. Sic enim Demosthenes*, ὑπὲρ τοῦ στεφάνου, *id est*, Pro *Corona.* Ita minus erit necessarium semper ad emendationem confugere, sicubi hæ voces turbari et inter se commisceri videantur. Vide Not. p. 522. 16. R. tom. III. p. 175. col. 1. T. et p. 532. 9. R. p. 180. 2. T. Taylor. V. præc. deest τούτων in ed. Tayl.

Τολμᾷ] [Ita Tayl.] Τολμᾷν Ven. et Reg. ζ. ἐτόλμα Guelph. Aug. Vind. et ex Regg. Parisiensibus Cod. α. Neutrum credo necessarium. Æsch. c. Ctesiph. p. 610. 10. R. p. 448. l. 8. T. οὕτω γάρ ἐστι δεινὸς — ὥστε οὐκ ἀπόχρη κ. τ. λ. Et Noster infra, §. ιά. οὕτω δ' ἦν ὁ Φίλιππος ἐν φόβῳ — ὥστε πάλιν μισθοῦται τουτονί. Taylor.

Εἰς τοῦθ' ἧκεν ἀναιδείας, ὥστε τολμᾷ λέγειν, ὡς ἄρα ἐγὼ — κεκωλυκὼς εἴην] Quam lectionem Reiskius ex quatuor prætulerat codicibus, ὥστ' ἐτόλμα, erat, quod ægre relinquerem. Nam imperfectum ἧκεν, ut ἐτόλμα sequeretur, postulare videbatur. Ita apud Demosth. in Mid. c. 13. Καὶ τοσαύτῃ γ' ἐχρήσατο ὑπερβολῇ, ὥστε, κἂν εἰς δοῦλον ὑβρίζῃ τις, ὁμοίως ἔδωκεν τούτου γραφὴν aoristi, res uno tempore gestas significantes, recte se excipiunt. Adde imperfecta ibidem c. 7. ἀλλὰ τοσοῦτον (ὕβρεως) αὐτῷ περιῆν, ὥστε ἐστεφανωμένον ἄρχοντα διέφθειρε, τοὺς χορηγοὺς συνῆγεν ἐπ' ἐμέ; ubi cur Spaldingius συνήγαγεν malit, causam idoneam desidero. Accedebat, quod ad res, ab Æschine in oratione expositas, enarrandas imperfecto ex more utitur Demosthenes, ut §. έ. κατεψεύδου καὶ διέβαλλες, §. ή. διέβαλλεν. At vero præsens quoque tum Demosthenem usurpare tenebam, ut §. ς'. Νῦν — ὑποκρίνεται, §. ή. κατηγορεῖς, §. θ'. εἶτα — λέγει — διαβάλλει; nec immemor eram loci §. ιά. οὕτω δ' ἦν ὁ Φίλιππος ἐν φόβῳ καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ — ὥστε πάλιν μισθοῦται τὸν κατάπτυστον τουτονί. Nam præsenti μισθοῦται consuetudine historicorum pro ἐμισθώσατο posito scripturam nostram τολμᾷ pro ἐτόλμησε defendi, nemo negabit. Itaque hoc quidem loco insolentiorem formam præferendam duxi. Wunderl.

Εἶτ' ὦ, τί ἂν εἰπὼν] Recte hanc figuram dicendi cepit Wolfius: nonnullos perterrefecit. Neque bonus Etruscus vidit, quidnam rei hic ageretur. Suidas v. Ὦ μηδαμῶς. Τὸ τοιοῦτον σχῆμα Ἀποσιώπησις λέγεται. ἔστι καὶ παρὰ Δημοσθένει τὸ ὅμοιον. Ἀλλ' ὦ, τί ἄν τις σε εἰπὼν ὀρθῶς προσείποι; Εἰρηκότος γὰρ αὐτοῦ μηδαμῶς, εἶπεν, Ὦ μηδαμῶς. Ut postrema hæc intelligantur, conferas Aristoph. Acharn.

ποι; ἔστιν ὅπου σὺ παρών, τηλικαύτην πρᾶξιν καὶ συμμαχίαν, ἡλίκην [1] νῦν δὴ ἐτραγῴδεις καὶ διεξῄεις, ὁρῶν ἀφαιρούμενόν με τῆς πόλεως ἠγανάκτησας [2] καὶ παρελθὼν ταῦτα, ἃ νῦν κατηγορεῖς, ἐδίδαξας καὶ διεξῆλθες; Καὶ μὴν εἰ τὸ κωλῦσαι τὴν τῶν Ἑλλήνων κοινωνίαν ἐπεπράκειν ἐγὼ Φιλίππῳ, σοὶ τὸ μὴ σιγῆσαι λοιπὸν ἦν, ἀλλὰ βοᾶν καὶ διαμαρτύρεσθαι καὶ δηλοῦν τουτοισί. οὐ τοίνυν ἐποίησας οὐδαμοῦ τοῦτο, οὐδ' ἤκουσέ σου ταύτην τὴν φωνὴν οὐδείς. Εἰ- 233
κότως· οὔτε γὰρ ἦν πρεσβεία πρὸς οὐδένας ἀπεσταλμένη τότε τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ πάλαι πάντες ἦσαν ἐξεληλεγμένοι, οὔθ' οὗτος ὑγιὲς περὶ τούτων εἴρηκεν οὐδέν. Χωρὶς δὲ τούτων καὶ διαβάλλει τὴν πόλιν τὰ μέγιστα ἐν οἷς ψεύδεται. εἰ γὰρ ὑμεῖς ἅμα τοὺς μὲν Ἕλληνας εἰς πόλεμον παρεκαλεῖτε, αὐτοὶ δὲ πρὸς Φίλιππον περὶ εἰρήνης [3] πρέσβεις ἐπέμπετε, Εὐρυβάτου πρᾶγμα, οὐ πόλεως ἔργον οὐδὲ χρηστῶν ἀνθρώπων διεπράττεσθε. Ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι· τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν [4] αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν. ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε. [5] Οὔκουν οὔτε τῆς [6] ἐξ ἀρχῆς εἰρήνης ἡγεμὼν οὐδ' αἴτιος ὢν ἐγὼ φαίνομαι, οὔτε τῶν ἄλλων, ὧν κατεψεύσατό μου, οὐδὲν ἀληθὲς ὂν δείκνυται.

θ'. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐποιήσατο τὴν εἰρήνην ἡ πόλις,

[1] νῦν διετραγῴδεις [2] † ἢ [3] [πρέσβεις] [4] † αὐτοὺς [5] † οὐκοῦν [6] † ἐξαρχῆς

333. ad quem verba hæc olim annotabantur, et cujus σχ. compilavit Suidas, ut solet. Adde Hermog. pag. 179. 352. Taylor.

Πρᾶξιν] Quid si π α ρ ά τ α ξ ι ν, *Apparatum?* Recte conjungitur cum voce συμμαχίαν. Et credo, tametsi neutiquam corroboretur a MStis, eam esse lectionem unice veram. Idem. v. seq. δὴ in ed. Tayl. deest; et v. 4. ἢ διεξ. et v. 9. οὐδένα, et v. 13. μὲν ἄλλους Ἕλλ. legg.

Ταύτην] Leg. ταύτην τὴν φωνήν. εἰκότως. οὔτε γὰρ — Wolf.

Οὐδείς] Subjicitur in optimis Exemplaribus et plurimis, Guelph. Harl. Vindob. Regg. α. β. ε. ζ. et Edit. Felician. ε ἰ κ ό τ ω ς [desid. in ed. Tayl.]. Recte. Tayl.

Ἐξεληλεγμένοι] Recte Wolfius. Item Etruscus: *gran tempo era che ci erauamo chiariti de gli animi di tutti loro.* Plurimi offendunt: Ἀποδεδειγμένοι recte, Ulpian. Idem.

Ἐξ ἀρχῆς] Ulpianus hæc illustrat, ad Demosth. π. Παραπρεσβ. pag. 309. 17. R. p. 115. l. ult. T. Vide Æschin. 448. 1. R. 388. 9. T. Idem.

Οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν—οὐδὲν] [Ita Tayl.] Licet Græci negativis sæpenumero gaudeant, (de qua re Priscian. col. 1196. Vide supra §. β'. hujusce Orationis) hæc tamen omnem modum superant, et prius οὐδὲν recte ideo abest a Codd. Regg. α. ε. η. Aug. Harl. et Vindob. Idem.

Οὐδὲν] Ego etiam οὐδὲν vulgatum post ἄλλων delevi. Conf. infra ad cap. 97. sub fin. Ernesti ad Callim. hymn. in Cerer. v. 18. Dorvill. ad Charit. p. 200. Ceterum in densatis hisce et coacervatis argumentis vide exemplum vis Demosthenis! Harl.

ἐνταῦθα πάλιν σκέψασθε, τί [1] ἡμῶν ἑκάτερος προείλετο πράττειν· καὶ γὰρ ἐκ τούτων εἴσεσθε, τίς ἦν ὁ Φιλίππῳ πάντα συναγωνιζόμενος, καὶ τίς ὁ πράττων ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τὸ τῇ πόλει συμφέρον ζητῶν. Ἐγὼ μὲν τοίνυν ἔγραψα βουλεύων ἀποπλεῖν τὴν ταχίστην τοὺς πρέσβεις ἐπὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ὄντα τὸν Φίλιππον πυνθάνωνται, καὶ τοὺς ὅρκους ἀπολαμβάνειν· οὗτοι δ' οὐδὲ γράψαντος ἐμοῦ ταῦτα ποιεῖν ἠθέλησαν. Τί δὲ τοῦτ' ἐδύνατο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; Ἐγὼ διδάξω. Φιλίππῳ μὲν ἦν συμφέρον ὡς πλεῖστον τὸν μεταξὺ χρόνον γενέσθαι τῶν ὅρκων, ὑμῖν δ' ὡς ἐλάχιστον. Διὰ τί; Ὅτι ὑμεῖς μὲν οὐκ ἀφ' ἧς ὠμό-
234 σατε μόνον ἡμέρας, ἀλλ' ἀφ' ἧς ἠλπίσατε τὴν εἰρήνην ἔσεσθαι, πάσας ἐξελύσασθε τὰς παρασκευὰς τὰς τοῦ πολέμου· ὁ δὲ τοῦτ' ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου μάλιστα ἐπραγματεύετο, νομίζων, ὅπερ ἦν ἀληθές, ὅσα τῆς πόλεως προλάβοι πρὸ τοῦ τοὺς ὅρκους ἀποδοῦναι, πάντα ταῦτα βεβαίως ἕξειν· οὐδένα γὰρ τὴν εἰρήνην λύσειν τούτων ἕνεκεν. Ἃ ἐγὼ προορώμενος ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ λογιζόμενος, [2] τὸ ψήφισμα τοῦτο γράφω, πλεῖν ἐπὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ᾖ Φίλιππος, καὶ τοὺς ὅρκους τὴν ταχίστην ἀπολαμβάνειν· ἵν' ἐχόντων τῶν Θρᾳκῶν τῶν ὑμετέρων συμμάχων τὰ χωρία ταῦθ', ἃ νῦν οὗτος διέσυρε, τὸ Σέρριον καὶ τὸ Μύρτιον καὶ

[1] † ἡμῶν [2] τοῦτο τὸ ψήφισμα

Ὅρκους] Additum est in nonnullis Exemplaribus, scil. iisdem, quæ modo citavi, καὶ τοὺς ὅρκους τ ὴ ν τ α χ ί σ τ η ν ἀπολαμβάνειν. Quod Simo Fabricius, qui Augustanum Codicem excussit, irrepsisse arbitratur huc ex superioribus. Id quod ego verisimile esse credo. Vel potuit etiam ex inferioribus. Vide infra. Taylor. v. 13. ἐξελύσατε, et v. 17. ἕνεκα Tayl.

Ὅσα] F. ὅσ' ἄν. Markland.

Ὅσα] Philippus, dum pax Athenis componebatur, bellum in Thracia summa vi gerere contendebat, νομίζων, ὅπερ ἦν ἀληθές, ὅ σ α τῆς πόλεως προλάβοι πρὸ τοῦ τοὺς ὅρκους ἀποδοῦναι, πάντα ταῦτα βεβαίως ἕξειν. Marklando, ὅσ' ἂν legendum esse judicanti (saltem ὅσα ἂν scribendum erat), non assentior. In commemoratione alienæ sententiæ in interpositis legitime optativus aoristi significatione conjunctivi plusquamperfecti Latinorum usurpatur. *Philippus existimabat, quæcunque — ante cepisset, — se habiturum esse.* Infra §. ος'. οἰηθέντων ἐκείνων Ἑλλήνων, εἰ π ρ ό ο ι ν τ ο ἡμᾶς, ἐν εὐδαιμονίᾳ διάξειν. ubi vid. Æsch. locum in Ctes. §. 72. allatum. — Adde §. ξθ'. *in fin.* καὶ ὅ σ α οὗτοι π ε ρ ι γ έ ν ο ι ν τ ο ἐμοῦ — ταῦθ' ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἀ π ή ε ι τ ε β ε β ο υ λ ε υ μ έ ν ο ι. h. e. *quæcunque vicissent.* Atque §. ξθ'. *a med.* ἔπειτα χρημάτων εὐπόρει, καὶ ἔπραττεν, ἃ δ ό ξ ε ι ε ν αὐτῷ, ubi Marklandus pariter ἃ ἂν non bene conjecit. At particula ἂν adjecta plusquamperfecti notio tollitur, ut §. κα'. *a med.* ἑώρων — τὸν Φίλιππον — πᾶν, ὅ τι ἂν β ο υ λ η θ ε ί η μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι, τοῦτο ῥᾳδίως καὶ ἑτοίμως προϊέμενον. h. e. *quodcunque auferre cuperet.* Adjice §. νδ'. *a med.* πρῶτον μέν, ἃ ἂν εὔξαιτο Φίλιππος ποιήσομεν. Wunderl.

Διέσυρε] Hic, scil. Æschines, *traduxit, verbis elevavit.* Harl.

Σέρριον —Μύρτιον] Vide Vales. ad Harp. pagg. 288. et 130. Μ υ ρ τ η ν ὸ ν Guelph. Harl. Regg. α. ε. Quo fere pacto legit Harpocratio. Neque longe abest Μ υ ρ τ ε ν ὸ ν Ven. neque Μ υ ρ τ η κ ὸ ν Cod. Aug. Vide Harpoc. v. Μυρτανὸν, et Suid. v.

τὴν Ἐργίσκην, οὕτω γίγνοινθ᾽ οἱ ὅρκοι, καὶ μὴ προλαβὼν ἐκεῖνος τοὺς ἐπικαίρους τῶν τόπων κύριος τῆς Θρᾴκης καταστταίη, μηδὲ πολλῶν μὲν χρημάτων, πολλῶν δὲ στρατιωτῶν εὐπορήσας ἐκ τούτων ῥᾳδίως τοῖς λοιποῖς ἐπιχειροίη πράγμασιν. Εἶτα [1] τουτὶ μὲν οὐχὶ λέγει τὸ ψήφισμα, οὐδ᾽ [2] ἀναγιγνώσκει· εἰ δὲ βουλεύων ἐγὼ προσάγειν τοὺς πρέσβεις ᾤμην δεῖν, τοῦτό μου διαβάλλει. ἀλλὰ τί ἐχρῆν με ποιεῖν; μὴ προσάγειν γράψαι τοὺς ἐπὶ τοῦθ᾽ ἥκοντας, ἵν᾽ ὑμῖν διαλεχθῶσιν; ἢ θέαν μὴ κατανεῖμαι τὸν ἀρχιτέκτονα [3] αὐτοῖς κελεῦσαι; Ἀλλ᾽ ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν ἄν, εἰ μὴ τοῦτ᾽ ἐγράφη. τὰ [4] σμικρὰ συμφέροντα τῆς πόλεως ἔδει με φυλάττειν, τὰ δ᾽ ὅλα ὥσπερ οὗτοι [5] πεπρακέναι; Οὐ δή που. Λέγε τοίνυν μοι τὸ ψήφισμα τουτὶ λαβών, ὃ σαφῶς [6] οὗτος εἰδὼς παρέβη. λέγε.

ΨΗΦΙΣΜΑ. 235

Ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου, Ἑκατομβαιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ, φυλῆς πρυτα-

[1] † τοῦτο [2] † ἀναγινώσκει [3] † αὐτοῖς [4] † μικρὰ [5] † πεπρακέναι Φιλίππῳ; [6] εἰδὼς οὗτος

Μυρτώνιον. Meurs. VI. Attic. Lect. 28. TAYLOR.

Ἀρχιτ.] h. e. *Designatorem, inspectorem, moderatorem operum publicorum.* HARL.

Ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν] Ἀντὶ τοῦ, δυοῖν ὀβολοῖν, pro genitivo pretii, ut ὁ Δημοσθένης πέντε ταλάντων σιγῆσαι λέγεται. WOLF. Vide Etymol. M. v. Θεωρικὸν ἀργύριον, ubi hunc locum citat et illustrat, Casaubon. item ad Theophrast. Charact. pag. 100. Edit. Needham. TAYLOR.

Μικρὰ] Aug. 2. habet τὰ σμικρὰ, quod quidem magis Atticum est. Mœris enim Atticista pag. 356. exempl. Io. Piersoni: Σμικρὸν, ait, Ἀττικῶς· μικρὸν, κοινόν. vide etiam Maittaire de dialectis græcis pag. 295. C. exempl. Reitzii. HARL.

Ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου] Mnesiphilus Archon Eponymus non invenitur in Olympiadum Recensione, nec apud Diodorum. Sed hoc anno videtur Theophilus fuisse Archon Eponymus. At idem Mnesiphilus repetitur in alio psephismate infra §. ιβ΄. Item pluribus in locis infra nomina Archontum præfixa decretis non concordant cum anno Eponymorum. Ideo dubito, an nomina Eponymorum præfigi solerent decretis ejusdem anni, an vero alterius Archontis nomen, qui præsidebat ecclesiæ et suffragiis. Erant enim Archontes IX. numero. Ideo ἐπέχω. PALMER. Conf. Petiti commentar. in leges Atticas libr. III. tit. II. pag. 320. seq. ex edit. Wesselingii Lugd. Bat. 1742. ubi de Archontibus multa scitu necessaria reperies. HARL.

Ibid. Mnesiphilus Prætor in Fastis Atticis non occurrit. Et memini me alibi monuisse, plures istius Farinæ in hac unica oratione occurrere, (scil. in Decretis, quæ recitantur a scriba, aliisque monumentis publicis) quam in quovis uno libro, qui a vetustate descenderit. Nescimus, inquam, quis fuerit ille Demonicus, qui memoratur, §. λδ΄. Euthycles, §. λέ. Heropythus, §. νβ΄. Mnesithides, §. νά. Nausicles, §. νέ. Neocles, §. κγ΄. Nicias, §. μγ΄. Polycles, §. λ΄. Niocles, §. κγ΄. Quos omnes, inquam, nescit Chronologia Attica, similiter atque hunc Mnesiphilum, qui rursus occurrit infra, §. ιβ΄. Non audeo sane hæc Monumenta insimulare, aut eorum derogare fidei. Totam fere Jurisprudentiam Atticam, quæ hodie remanet, ea res quasi radicitus evelleret. Sunt tamen ex his Actis alia aliis suspectiora. Suspectorum tamen numero ideo accenseri non debet Decretum hoc, in quo hæ-

remus. Nam in vulgata serie Prætorum Atheniensium Eponymorum, quam hodie habemus, et quæ multos annos complectitur, fieri vix potuit, ut ne unus suum haberet, vel *Vicarium*, vel quovis modo *Substitutum*. Quali quidem artificio, seu malis, *honesta ratione*, huic difficultati Archontum Pseudonymorum jamdiu est responsum. Atque ei Quæstioni eruditissimus longe Corsinius Dissertationem VIIIvam Fastorum Atticorum assignavit, in qua omnium istiusmodi *Archontum Series atque Ætas demonstratur*. Age autem: majus opus movetur. Res enim gestas de *Legatione obita, de clade Phocensium* etc. uno et constanti tenore narrant oratores nostri, (neque enim unquam vel levissime dissident): verum cum de iis ipsis rebus *Acta publica* perspiciamus, quæ hic et §. ιβ΄. recensentur, in alia anni parte, incredibili discrepantia, eas res gestas et conclusas esse deprehendimus. Primum igitur eam seriem Temporis describo, qua ab Æschine et Demosthene traduntur esse transactæ:

OLYMP. CVIII. 2.

PRÆTORE ATHENIS THEMISTOCLE.

Æsch. c. Ctesiph. pag. 450. ult. R. p. 389. l. 2. T.

Philocrates decretum tulit, ut X. Legati ad Philippum mitterentur de pace ineunda: quique eum orent, ut suos quoque legatos cum plena potestate vicissim Athenas mitteret ad eam rem transigendam. Eunt. Impetrant. Redeunt domum.

Argumentum Orationis Demosthenis π. Παραπρεσβ. Secundum.

Æschines c. Ctesiph. pag. 450. R. p. 389. T. et passim.

Demosth. pro Cor. §. ή.

MENSIS

ELAPHEBOLIO = MARTIUS

præterpropter.

VIII. ASCLEPIA Festum. Concio. Decretum Demosthenis de recipiendis Philippi legatis.
Æschines c. Ctesiph. pag. 455. ult. R. p. 390. l. 15. T.
Id. pag. 234. 6. R. p. 258. T.

XVII. DIONYSIA IN URBE.
Æsch. 458. 3. 241. 3. R. 391. 2. 260. 8. T.

XVIII. Pax cum Philippo sancita.
Æschines ibid.

XIX. Societas etiam, sive Συμμαχία, inita cum Philippo.
Æschines ibid.
Dem. π. Παραπρεσβ. §. κ΄. in init.

XXIV. Concio. Demosthenes Proedrus. Philocratis Decretum. Socii Atheniensium, qui aderant, jurejurando pacem confirmant cum legatis Philippi.
Æschines π. Παραπρεσβ. p. 259. 267. R. p. 268. 271. T.
Id. c. Ctesiph. pag. 462. R. p. 393. T.

Hoc die, vel nudiustertius potius, juxta Corsinium, die scil. XXIIdo, decernuntur Legati ad exigendum pariter a Philippo jusjurandum. Potest tamen fieri, ut die hujus Mensis XIXno ea res transigeretur. Idque constare arbitror ex Decreto ipso, in quo versamur. Et quid tam verisimile, ut die crastino istius diei, quo Pax cum Philippo rata est et sancita, iterum Concione sive Senatu habito, quod factum esse novimus, vellent juberent Athenienses decerni legatos ad Philippi fidem de ea re jurejurando postulandam?

XXV. Cersobleptes imperio exuitur a Philippo.
Æsch. π. Παραπρεσβ. 267. ult. R. p. 271. 10. T.

MUNYCHIO = APRILIS.

III. Decernitur, ut Legati confestim, et sine mora, proficiscantur.
Demosth. §. θ΄.
Æschin. 268. 8. R. 271. 17. T.
Absunt Legati per Spatium trimestre.
Demosth. π. Παραπρεσβ. §. κ΄. in init. π. Στεφ. §. ί.

THARGELIO = MAIUS.

SCIRRHOPHORIO = JUNIUS.

XIII. Redeunt Legati.
Demosth. π. Παραπρεσβ. §. κ΄.

XVI. Concio. Renunciatur Legatio.
Id. ibid. §. κ΄.

XXIII. Interitus Phocensium.
Idem ibid. §. κ΄. *post med.*

XXVII. Senatus in Piræeo. Nunciatur Athenis Clades Phocensium.
Idem ibid. §. κ΄. *post med.*

Bene est: Conspirant feliciter. Age autem: Videamus, quid *Monumenta* publica, quid *Decreta* αὐτολεξεὶ recensita:

HECATOMBÆO = JULIUS.

PRÆTORE ATHENIS MNESIPHILO.

XXIX. Decretum de Legatis, qui jusjurandum a Philippo exigerent.
Demosth. pro Ctesiph. §. θ΄.

METAGITNIO = AUGUSTUS.

BOEDROMIO = SEPTEMBER.

MÆMACTERIO = OCTOBER.

XXI. Decretum Callisthenis, de Civitate tutanda, audita Athenis Phocensium clade. Demosth. §. ιϛ'.

Ergo Decretum de maturanda Legatione ad exigendum a Philippo jusjurandum, quod narrant Scriptores latum esse III^{tio} Munychionis, (sive fuerit Decretum de constituendis legatis, quod latum esse vidimus mense priore exeunte, sc. die XXII^{do} Elaphebolionis, vel etiam XIX^{no}) jam non eo mense, aut die, verum, si fides habenda sit Decreti verbis disertis, quæ producuntur hic §. θ'. Hecatombæonis *die postremo*, sive XIX^{no} latum erat. Porro autem Decretum a Callisthene de excubiis latum, in summa trepidatione civium ob deletam urbem Phocensium, ponunt *Illi* contigisse Scirrhophorionis die XXVII^{mo}: *Hoc* vero Mæmacterionis die XXI^{mo}.

Quid de his turbis Chronologicis fiet? Certe ad eas molestias tollendas utile et expeditum esset Commentum (eo tamen non utor) Stratoclis cujusdam, ut memoriæ traditur a Plutarcho, qui, ut Demetrium captaret Poliorceten, tali consilio Kalendarium Atticum mutavit. Demetrius Athenas mense Munychione appulsus Mysteriis initiari voluit. Id lege non licuit, nisi privatis et minoribus, quæ mense Anthesterione celebrabantur, prius fuisset receptus; post id tempus, eosque ritus, mense demum Boedromione, *magna* illa, ut vocantur, *vota* suscepturus. Quid ergo fieret? Tulit Populus, hoc, quem dixi, suasore, ut Munychio, pro hac vice, Anthesterio: deinde peractis sacris, quæ isti Mensi competebant, protinus Boedromio vocaretur. Verum eo consilio, atque iis technis, inquam, non utor. Eruditissimus Corsinius in Fastis Atticis, Dissertat. III. §. 17. hæc duo Monumenta publica emendat juxta normam et seriem istam Temporum, quam prius exhibuimus, rescribens, hic scil. pro Ἑκατομβαιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ, Μουνυχιῶνος τρίτῃ, aut potius Ἐλαφηβολιῶνος φθίνοντος ἐννάτῃ. Rursus §. ιϛ'. pro Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ἀπιόντος rescribit Idem Σκιρροφοριῶνος τετράδι φθίνοντος. Adde eundem Dissert. II. §. 15. Veruntamen, cum expresse exarentur in utroque loco, verbisque disertissimis, Mensium Dierumque nomina, quæ non facile, vel ob literarum ductum, vel ob soni similitudinem a librariis et descriptoribus permutari poterant: Cum, si quid erat innovandum, Narratio potius ad Registrum conformanda erat, quam *Hoc* ab *Illa* emendandum: Cum nullus Textus sacer esse potest, si verba Supputationis tam distincte enarrata, et tanta fide membranarum munita, in tam aliena et tam disparia protinus mutarentur, eo fine, ut unus ex utroque loco computus eliceretur: Cum denique non temere, non casu, aut exemplarium vitio, sed summo consilio factum esse deprehendimus, ut simile pene intervallum temporis intercederet inter *Decretum de constituendis Legatis* et *Decretum de vigiliis habendis*, quale juxta historiam intercedere necesse fuit, quemcunque demum computum iniveris: id est, sive id fiat juxta *superiorem* calculum, quem ex Oratorum verbis elicimus, sive juxta *posteriorem*, quem Decreti verba repræsentant: Cum ita, inquam, se res habeat, nollem sane, pace eruditissimi atque amicissimi Viri dixerim, eam defensionem fuisse paratam, licet nonnulli fortasse, qui nostram legerint, neque probabiliorem multo, neque elegantiorem aut accuratiorem existimaverint. Hoc vero ut felicius expedire possim, liceat repetere atque ingeminare, quæ nuperrime dixi, scil. *posteriorem* calculum feliciter satis esse subductum, neque temere factum videri, aut talem, quem a temerario, aut oscitante Scriba profectum deprehenderis. Quid enim? In superiori Computo excitantur Legati ad proficiscendum, Munychionis die III^{tio}. Proficiscuntur. Spatium ultra bimestre terunt. Revertuntur. Et paulo post reditum, scil. Scirrhophorionis die XXVII^{mo} narratur Athenis clades Phocensium. Quod intervallum est dierum circiter LXXXIII. Jam autem, si juxta *hunc* Computum numeres, scil. ab Hecatombæonis die ultimo, ad Mæmacterionis diem XXI^{mum}. Dies iterum sunt LXXX. levissima, vel potius nulla, differentia. Utrinque ergo conveniunt Rationes, atque accuratius quidem, quam in tali re fas erat exspectare. Aliquid igitur latet, quod iis, quas dixi, machinis expugnari non potest. Et profecto, si Kalendarii Attici Ratio una fuisset et perpetua, neque stilo renovata, neque interdum ad *Solis Lunæque vias*, atque ad accuratiorem amussim diligenter reformata, crediderim illud fuisse inexpugnabile. Verum solebat id aliquoties fieri: atque Anno Civili Atheniensium, qui indiligenter satis erat confectus, uti opus erat maxime, ita usu venit sæpissime, ut Intercalationibus, novisque Supputationum artibus, pristinam antiquamque formam, moremque numerandi, subinde verteret. Ea ratione contigisse potuit, ut, immutata paulatim facie Computi Civilis, sive, quod verum esse arbitror, id auctoritate publica simul factum fuerit, præter ἀρχαίαν illam, et vetustam horum Oratorum Ἔκδοσιν, quæ juxta eorum ætatem describi poterat, prodiret illa, quam δημώδη Ulpianus vocat, (de quibus supra ad hanc Orationem verba habuimus) ad *vulgarem* sc. usum concinnata, atque ad eam Fastorum rationem accommodata,

quæ tum increbescebat, et usu quotidiano pervulgabatur. Unde non alia et diversa anni parte hæ res geri describuntur, in utroque Calculo, sive Kalendario, sc. *de profectione Legatorum*, et *de excidio Phocensium*; neque aliter scribunt Oratores, aliter loquuntur Monumenta publica: Sed uterque Computus verus esse potuit, si Æram in uno casu *antiquiorem*, in altero *vulgarem* inspicias. Exemplo populari illustrabo: Ego, qui hunc Commentarium scribo Aprilis die II^{do} puta, Anni Anglicani MDCCLVII. si ante quinquennium hoc scripsissem, (quod oportuit fortasse, et potui, si hoc solo labore defunctus essem) non utique *dedissem* eo mense atque die, quo jam utor, verum Martii die XXII^{do}. Ita tulit Utilitas publica, et Kalendarii nostri Redintegratio. Ad Kalendarium Atticum revertor. Inconstantiam Annorum Græcorum multa arguunt. Ante Olymp. LXXVII. a Gamelione mense ordiebatur Annus Atheniensium, circa solstitium hibernum, post ea tempora, ab Hecatombæone, diversa et opposita anni parte. Neque eo ritu semper deprehendimus *magnos procedere Menses.* Nam ex Marmore Sponiano, in Populis Attic. Artic. 4. solerter argumentatur optimus Corsinius Fast. Attic. Dissert. XIV. §. 6. mensium ordinem ea ætate, qua Saxum istud exarabatur, non ab Hecatombæone, sed a Boedromione potius profluxisse. Quod si illa Computandi Ratio invecta erat, ob discordiam Temporum Tempestatumque, ex imperitia Atticæ Chronologiæ enatam, quis non videt Hypothesi nostræ multum roboris accedere? Præterea: Invaluit diutius, ut novus Annus hoc ordine procederet, sc.

Hecatombæo.
Metagitnio.
Boedromio.
Mæmacterio.
Pyanepsio.

Et juxta illam sane periodum, jure optimo, per totam hanc disputationem calculum meum constitui. Deinde Menses illi 4^{tus} et 5^{tus} locum inter se permutarunt:

Hecatombæo.
Metagitnio.
Boedromio.
Pyanepsio.
Mæmacterio.

Et in ea consequentia memorantur ab Antiquioribus, ab Harpocratione videlicet, qui Mæmacterionem *quintum* mensem appellat: eumque ordinem servarunt Marmora et Inscriptiones satis antiquæ. Vid. Dodwell. de Cyclis. Dissert. II. §. 5. et 16. et Corsinium l. c. Porro autem: In Saxo illo, quod descripsit Sponius, jam a me memorato, Ordo Mensium ita instituitur:

Boedromio.
Pyanepsio.
Mæmacterio.
Posideo I.
Posideo II.
Gamelio.
Anthesterio.
Munychio.
Thargelio.
Scirrhophorio.
Hecatombæo.
Metagitnio.

Ecce Posideo bis ponitur, et Elaphebolio deest. Et quanquam ea res expedita sit a viris doctis, ex intercalandi ratione, atque ex Anni Embolimæi natura, veruntamen Inconstantia et nimia Incertitudo istius Kalendarii satis inde patet. Pergo autem: Atheniensium Fasti non adeo Mensium ratione, quam Prytaniarum serie deducebantur. Prytania autem fuit Spatium illud Temporis, quo unaquæque Tribus, quæ X. numero erant, in Senatu præsidebat, pro totius Anni portione. Constat autem, non longe post ætatem Demosthenis, sc. Olymp. CXVIII. inclinatis rebus Atheniensium, duas novas fuisse Tribus adjectas, *Antigonida* atque *Demetriada*, in memoriam Demetrii, qui Athenis eo tempore potitus est, ejusque patris Antigoni: Eæ autem, tempore procedente, illa *Attalis*, hæc *Ptolemais* ab Attalo et Ptolemæo Regibus nominabantur. Verum omissa omni argumentatione, quæ ab auctis Tribubus ad Kalendarii innovationem deduci poterat, ad id, quod potius est et propius, festino. In Decreto illo de legatis excitandis, in hac nostra Oratione, §. θ'. ubi legitur φυλῆς πρυτανευούσης Πανδιονίδος, in exemplari Regio Parisiensi quinto, sive litera ε denotato, (quod singulari admodum ratione describitur, et a cæteris omnibus longe distare solet, quasi ex quadam prosapia deductum, quæ nullam aliam vel genere vel propinquitate attingit) in eo, inquam, exarari videmus non φυλῆς πρυτανευούσης Πανδιονίδος, sed φυλῆς πρυτανευούσης Διονυσίδος, vel Διονυσιάδος. Istiusmodi quidem Tribus alibi nunquam, quod sciam, memoratur, non certe inter denas illas, quæ ab ultima vetustate vigebant: non in iis, quæ postea additæ fuerunt in honorem eorum, qui Athenas vel armis vicerunt, vel beneficiis demerebantur, quales modo vidimus. Verum auctoritate istius Exemplaris abunde constat, et Tribum fuisse *Dionysida*, vel *Dionysiada*, a Dionysio, quem nescimus, nominatam, et quæ Pandionidis locum in curia occupasse videtur. Id ut a meo lectore impetrem, nullum erit negotium. Ante Sponii ætatem nemo erat quisquam, qui de Tribu *Hadrianide* Athenis inaudiverit. Postea unius marmoris fide nititur istius Tribus hi-

νευούσης Πανδιονίδος, Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς εἶπεν· Ἐπειδὴ Φίλιππος ἀποστείλας πρέςβεις περὶ [1] τῆς εἰρήνης ὁμολογουμένας πεποίηται συνθήκας πρὸς τὸν Ἀθηναίων δῆμον, δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ [2] τῶν Ἀθηναίων, ὅπως ἂν ἡ εἰρήνη ἐπιτελεσθῇ ἡ ἐπιχειροτονηθεῖσα ἐν τῇ πρώτῃ ἐκκλησίᾳ, πρέςβεις ἑλέσθαι ἐκ πάντων Ἀθηναίων ἤδη πέντε· τοὺς δὲ χειροτονηθέντας ἀποδημεῖν μηδεμίαν ἀναβολὴν ποιουμένους, ὅπου ἂν ὄντα πυνθάνωνται τὸν Φίλιππον, καὶ τοὺς ὅρκους λαβεῖν τε παρ' αὐτοῦ καὶ δοῦναι τὴν ταχίστην ἐπὶ ταῖς ὡμολογημέναις συνθήκαις αὐτῷ πρὸς τὸν Ἀθηναίων δῆμον, συμπεριλαμβάνοντας καὶ τοὺς ἑκατέρων συμμάχους. Πρέςβεις ᾑρέθησαν Εὔβουλος Ἀναφλύστιος, Αἰσχίνης Ἀτρομήτου Κοθωκίδης, Κηφισοφῶν Ῥαμνούσιος, Δημοκράτης Φλυεύς, Κλέων Κοθωκίδης.

[1] [τῆς] [2] τῷ

storia, et nemo est, qui eam auctoritatem in dubium vocare velit. Sero igitur describebantur ea Exemplaria, quæ decreta publica in Orationibus hisce complectuntur: Sero sane ea Exemplarium Familia, ex qua originem duxit Cod. MS. Regius, de quo agitur. Exarabantur sc. ad Fastorum æram *vulgarem*, ad *popularem* Tribuum recensionem, ad seram, atque, ut ita dicam, *moderniorem*, Reip. habendæ rationem, ad usum *communem* et *publicum*, ea denique fide, iis rationibus, ea arte, ut Ἔκδοσις δημώδης revera esse poterat, atque ita nominaretur. Hisce a me observatis unum atque alterum addere liceat. Hæc, et ejusmodi Psephismata, Leges et Monumenta aliquando in antiquis Membranis desunt, aliquando in margine minio aut atramento describuntur, uti Lindenbrogiano nostro MSto contigit. Ita quidem, si verba Lindenbrogii rite interpretor: Τοῦτο τὸ ψήφισμα λείπει ἐν παλαιῷ (quod similiter verum est de *omnibus*) ἀλλ' ἐν σελίδι, ὥσπερ ἄλλου τινὸς ἀναγιγνώσκεται. Doctissimus ergo Contarenus, qui in Variis Lectionibus disputat de fide hujus Psephismatis, tum quia Prætore latum esse dicitur, qui Fastis ignoratur; tum quia has turbas Chronologicas dederit, in quibus extricandis jam occupamur; postremo denique quoniam in eo de *quinis* solummodo Legatis agitur, cum *decem* fuisse perhibentur, potuit sublestam et hanc quoque fidem suis suspicionibus addidisse, quoniam e marginali atque aliena manu proficisci videtur. Verum, ut dixi, latius serperet ea Dubitatio, et multum detraheret ex auctoritate eorum Actorum, quibus hodie fere innititur Attica Jurisprudentia. Et obtinere quidem pluries animadverti, ut una MStorum Series et Familia sine publicis istis Instrumentis deduceretur, alia in margine haberet descripta: quæ deinde in Textum insinuarentur. Alterum, quod dico, est ejusmodi. Cum in Cod. nostro Vindob. ad vocem Ἑκατομβαιῶνος annotatur, expositionis loco, Μαρτίου, eumque computum ut plurimum teneat Ulpianus, ideoque a viris eruditis corrigi solet, potuerunt tamen hæc esse veriora juxta Chronologiam, quæ ista ætate obtinuit, sc. redintegrato Kalendario Atheniensium; et juxta meam Hypothesin fieri potuit, ut verna Ἰσημερία, quæ apud priscos Athenienses in Elaphebolionem incidebat, jam, novo ordine introducto, juxta Hecatombæonem caderet. Verum hæc non constanter dico. Neque enim semper secum concordat Ulpianus, neque ejus conspirant Exemplaria. TAYLOR.

Ἑκατομβαιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ] Εἴτε τῇ τριακάδι Ἑκατομβαιῶνος, ὅπερ εἰκότερον· εἴτε τῇ νουμηνίᾳ. Melanchtho: *Mensis Junii die primo.* Perionius: *Pridie Cal. Julii.* Meletus: *ultimo die mensis Hecatombæonis.* WOLF.

Δεδόχθαι] Vide secundum Argumentum hujusce Orationis, ubi δεδόχθαι itidem exarari fecit Wolfius, contra fidem Impressorum MStorumque. Hic Cod. Guelph. δεδόχθω habet, ut ibi constantissime describebatur. Ita etiam Vindob. noster. Vide Demosth. §§. κϛ'. κζ'. λδ'. λε'. Æsch. π. ΠαραπρεσΒ. pag. 240. 6. R. 259. ult. T. Et utraque Lectio proba esse poterit. Cum Infinitive dicitur (δεδόχθαι, *Placere*,) talis est constructio, qualem video in Rogatione inferius producta §. κγ'. ubi Clausula, quam Legislativam vocant in nostro Jure, ita concipitur: ἐπιμεληθῆναι τοὺς Πρυτάνεις καὶ τοὺς Στρατηγούς. Istud etiam addere liceat: Ubicunque legitur δέδοκται (nam et hoc legitur quoque, ut in celeberrimo isto ψηφίσματι Demosthenis infra §. νέ. et pariter apud Lucianum in Timone §. 51.) ibi sane levissima et facillima emendatione, reponerem δεδόχθαι. Nam verbis, ut aiunt, *precativis*, non *categoricis* aut *enunciativis*, Rogationes concipi solent, ut earum fert natura. TAYLOR. εἰρήνης πρὸς Ἀθηναίους ὁμολογουμένας πεποίηται συνθήκας δεδόχθαι Tayl.

Συμπεριλαμβάνοντας] Vide §. ιβ'. in fin. §. κγ'. TAYLOR. v. 10. deest Ἀτρομήτου in ed. Tayl.

Πρέσβεις] Ἀπορητέον περὶ τοῦ τῶν πρέσβεων ἀριθμοῦ. Altemps. TAYLOR.

ι'. Ταῦτα γράψαντος ἐμοῦ τότε, καὶ τὸ τῇ πόλει συμφέρον, οὐ τὸ Φιλίππῳ ζητοῦντος βραχὺ φροντίσαντες οἱ χρηστοὶ πρέςβεις οὗτοι καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας, ἕως ἦλθε Φίλιππος ἐκ Θρᾴκης πάντα καταστρεψάμενος τἀκεῖ, ἐξὸν ἡμερῶν δέκα, μᾶλλον δὲ τριῶν ἢ τεττάρων εἰς τὸν Ἑλλήςποντον ἀφῖχθαι καὶ τὰ χωρία σῶσαι, λαβόντας τοὺς ὅρκους πρὶν ἐκεῖνον ἐξελεῖν αὐτά. οὐ γὰρ ἂν ἥψατ' αὐτῶν παρόντων ἡμῶν, ἢ οὐκ ἂν [1] ὡρκίζομέν αὐτον,
236 ὥςτε τῆς εἰρήνης ἂν διημαρτήκει καὶ οὐκ ἂν ἀμφότερα εἶχε, καὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὰ χωρία. Τὸ μὲν τοίνυν ἐν τῇ πρεσβείᾳ πρῶτον κλέμμα μὲν Φιλίππου, δωροδόκημα δὲ τῶν ἀδίκων τούτων ἀνθρώπων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν τοιοῦτον ἐγένετο, ὑπὲρ οὗ καὶ τότε καὶ νῦν καὶ ἀεὶ ὁμολογῶ πολεμεῖν καὶ διαφέρεσθαι τουτοισί.

ια'. Ἕτερον δ' εὐθὺς ἐφεξῆς ἔτι τούτου μεῖζον κακούργημα θεάσασθε. Ἐπειδὴ γὰρ ὤμοσε τὴν εἰρήνην ὁ [2] Φίλιππος, προλαβὼν τὴν Θρᾴκην διὰ τούτους τοὺς οὐχὶ πεισθέντας τῷ ἐμῷ ψηφίσματι, πάλιν ὠνεῖται παρ' αὐτῶν, ὅπως μὴ ἀπίωσιν ἐκ Μακεδονίας, ἕως ἂν τὰ τῆς στρατείας τῆς ἐπὶ τοὺς Φωκέας εὐτρεπῆ ποιήσαιτο, ἵνα μή, δεῦρο

[1] † ὠρκίζομεν αὐτὸν [2] Φίλιππος [ἕξειν]

ι'. Καθῆντο] Ἀντὶ τοῦ ἐκάθηντο. WOLF.

Καθῆντο] Κάθησο κάλλιον, ἢ Κάθου. καὶ Καθῆστο, ἢ Ἐκάθητο. Ἀριστείδης· δικαστὴς αὐτὸς τῷ Περικλεῖ καθῆστο. καὶ Καθῆντο, ἢ Ἐκάθηντο. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ· καθῆντο ἐκπεπληγμένοι. καὶ Καθῆσθαι, οὐ Καθεσθῆναι. T. Magister. Κάθηντο edebatur a Morelio: quod ab Ulpiano defenditur. ἐκάθηντο habet Cod. August. Priscianus, qui hæc verba citat, Auctoris nomine dissimulato, legit ἐκάθηντο. Vide lib. 18. col. 1177. TAYLOR. v. 14. τούτοις, et v. 16. Φίλ. ἕξειν, et v. 17. τούτους, οὐχὶ Tayl.

Καθῆντο] De κάθησο et κάθου vide quoque interpretes ad Magistrum a Tayloro jam citatum pag. 485. et 486. Clark. ad Hom. Il. B. vers. 191. et, si tanti est, nostram observat. ad Anacreontem in Chrestomathia græca poetica pag. 53. HARL.

Ἢ οὐκ ἂν ὡρκίζομεν αὐτὸν] Id est, ut ipse alibi, οὐκ ἂν ὅρκους παρ' αὐτοῦ ἐλάβομεν. Est enim ὁρκῶσαι, *cavere ab aliquo jurejurando*, quod etiam ὁρκίζειν dicitur. Unde ὁρκωταί, *legati qui ad exigendum jusjurandum mittuntur. Ex edit.* HERVAG.

ια'. Ὡμολόγησε] [Ita Tayl.] Codd. uno ore ὤμοσε, Ven. Guelph. Obsop. Aug. Ital. Harl. Vindob. et Regii α. β. ε. Vide notata ad Lysiam, pag. 194. Edit. Lond. Animadvertet Lector meus, in nonnullis, qui legunt ὤμοσε, deesse ἕξειν. Sunt scil. Guelph. Harl. Vind. et Cod. α. TAYLOR.

Μὴ ἀπίωσιν ἐκ Μακεδονίας] Sc. οἱ πρέσβεις. Alii eosdem decem, qui in prima legatione fuerint, et in hac una cum Demosthene fuisse tradunt, et legunt ἀπίωμεν: quæcunque ratio aut causa sit, ut hic tantum quinque legati nominentur. Vide τὸν περὶ ΠαραπρεσΒ. Δημοσθένους. Etsi difficillimum est, ἐκ τῶν ῥητορικῶν ψευδολογιῶν τἀληθὲς ἐξευρεῖν. ὁ μὲν γάρ φησιν, ὁ δ' οὔ φησιν. ἄμφω κακοῖν κοράκοιν κακὼ ᾠὼ ὄντε. WOLF.

Ἀπίωσιν] Ἀπίωμεν Guelph. Aug. Vindob. cum Reg. α. Quod notari velim. In ea classe est Cod. Ven. qui habet, sed inemendatius, ἀπιῶμεν. Vide infra Not. ad v. 4. p. seq. TAYLOR.

Στρατείας] Στρατιᾶς Guelph. et Reg. α. Vide Cl. Marklandum ad π. ΠαραπρεσΒ. Not. ad Arg. post. in fin. IDEM.

ἀπαγγειλάντων αὐτῶν ὅτι μέλλει καὶ παρασκευάζεται πορεύεσθαι, ἐξέλθοιτε ὑμεῖς καὶ περιπλεύσαντες ταῖς τριήρεσιν εἰς Πύλας ὥσπερ πρότερον κλείσαιτε τὸν πορθμόν, ἀλλ' ἅμ' ἀκούοιτε ταῦτ' ἀπαγγελλόντων ὑμῖν τούτων, κἀκεῖνος ἐντὸς εἴη Πυλῶν, καὶ μηδὲν ἔχοιθ' ὑμεῖς ποιῆσαι. Οὕτω δ' ἦν ὁ Φίλιππος ἐν φόβῳ καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ, μὴ καὶ ταῦτα προειληφότος αὐτοῦ πρὸ τοῦ τοὺς Φωκέας ἀπολέσθαι ἀκούσαντες ψηφίσαισθε βοηθεῖν αὐτοῖς καὶ ἐκφύγοι τὰ πράγματ' αὐτόν, ὥστε πάλιν μισθοῦται τὸν κατάπτυστον τουτονί, [1]οὐκέτι κοινῇ μετὰ τῶν ἄλλων πρέσβεων ἀλλ' ἰδίᾳ καθ' αὐτόν, τοιαῦτα πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν καὶ ἀπαγγεῖλαι, δι' ὧν ἅπαντ' ἀπώλετο.—

ιβ'. Ἀξιῶ δ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ δέομαι, τοῦτο μεμνῆσθαι [2]ὕμας παρ' ὅλον τὸν ἀγῶνα, ὅτι μὴ κατηγορήσαντος

[1] † οὐκ ἔτι [2] † ὑμᾶς

Μέλλει καὶ παρασκευάζεται] Ἀπὸ κοινοῦ, μέλλει πορεύεσθαι, τὸ πορεύσεται, καὶ παρασκευάζεται πρὸς τὸ πορεύεσθαι. Hoc noto, ne quis τὸ μέλλει, ut I. Philippica. ἀντὶ τοῦ ἀναβάλλεται καὶ χρονίζει accipiat. Wolf.

Ἐξέλθοιτε] Codd. MSti Vindob. et Guelph. ἐξέλθετε. Quod quale tibi videatur, nescio. Interea non dubito, quin exaratum fuerit olim ἐξέλθητε. Sequitur enim in iisdem, nec non Harl. Aug. et Reg. *a*. eadem syntaxi, κλείσητε. Sequitur item in Guelph. sed solo, ἀκούητε pariter et ἔχητε. Taylor. κλείσοιτε Tayl.

Πορθμὸν] Τὴν στενὴν θάλασσαν. Wolf.

Πορθμὸν] Cl. Wolfius, vocem hanc, uti Appellativam, ut dicitur, et hic et alibi excudit. Nempe pro *freto* sumsit, uti ex ejus annotatione liquet, tametsi non eadem mente interpretetur. Credo equidem hic intelligi *angustum* istud *mare*, vulgo *the Streights*, quod Eubœam a Terra continenti dividit. Erat tamen etiam Civitas eo nomine, seu Promontorium, istius Insulæ. Ulpian. ad Philip. III. Πορθμός. Ἐπήνειον (corrige ἐπίνειον) τῆς Ἐρετρίας. ὁμωνύμως δὲ ἐκλήθη τῷ πελάγει τῷ μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Ἀθηνῶν. Et confirmat Textus Demosthenis, ad quem illa verba Ulpiani annotantur, scil. πέμπει δὲ ξένους, τοὺς μὲν εἰς Πορθμὸν, τὸν δῆμον ἐκβαλοῦντας τῶν Ἐρετριέων. Adde Ulpianum iterum ad Demosth. π. Παραπρεσβ. §. λ'. Ita infra, καταλαμβάνων Ὠρεὸν, καὶ κατασκάπτων Πορθμὸν, §. κβ'. Ad quem, ut arbitror, locum alludunt Suidas et Harpocratio, cum Porthmum, Eubœæ civitatem ex Oratione de Corona excitant. Codd. MSS. Guelph. Aug. et *a*. Regiorum, pro πορθμὸν, τόπον. Quod non satis intelligo, nisi esset Notulæ aut Scholii initium, quod ulterius non esset productum. Taylor.

Πορθμὸν] Nescio quid hic significet πορθμός: Interpretatus sum, *transitus Thermopylarum*. Auger.

Ὑμῖν] Ὑμῶν Guelph. Id erat ἡμῶν, ut liquide Aug. *a*. ζ. atque idcirco τούτων in aliquibus desiderabatur. Hoc annoto propter istam sedulitatem, qua nonnulli Codd. de his Legatis in *prima* persona, nonnulli constantissime in *tertia* loquuntur. Hoc nihili non erat. Aliter, et, ut arbitror, perperam, hæc accepit Ulpianus: Σκόπει τοῦ λόγου τὴν ἀσφάλειαν, ὅτι ἡνίκα μὲν περὶ προδοσίας ἦν ἡ μνήμη, τὸ ὠνεῖται πρὸς αὐτὸν (lege παρ' αὐτῶν) εἶπεν, ὡς οὐκ ὢν αὐτὸς πρεσβευτής· ὅτι δὲ κακὸν οὐδὲν ἦν, συνῆψεν ἑαυτὸν, εἰπὼν, ὅπως μὴ ἀπίωσιν (lege ἀπίωμεν) ἐκ Μακεδονίας. Ita ille ad has voces πάλιν ὠνεῖται παρ' αὐτῶν. Mirandum sane, atque iis, qui membranas tractare non consuescunt, incredibile dictu videri potest, adeo hallucinari potuisse librarios, tantam in describendo fieri perversitatem, ut *duplicem* in una sententiola describenda errorem errarent, neque eum levem, aut condonandum, sed in altero loco, ex duabus lectionibus eam potissimum sumerent, quæ Ulpiani crisin confodiat. Certe in illo articulo oculatiores esse debuerunt. Nihil enim magis ridiculum esse potuit, quam Vox ἀπίωσιν in illo loco Scholiastæ. Taylor.

Μισθοῦται] Vide supra ad §. ή. Idem.

Αἰσχίνου μηδὲν ἔξω τῆς γραφῆς οὐδ' ἂν ἐγὼ λόγον οὐδένα
237 ἐποιούμην ἕτερον, ἁπάσαις δ' αἰτίαις καὶ βλασφημίαις ἅμα τούτου κεχρημένου ἀνάγκη κἀμοὶ πρὸς ἕκαστα τῶν κατηγορημένων [1]σμικρὰ ἀποκρίνασθαι.—Τίνες οὖν ἦσαν οἱ παρὰ τούτου λόγοι τότε ῥηθέντες καὶ δι' οὓς ἅπαντ' ἀπώλετο; Ὡς οὐ δεῖ θορυβεῖσθαι τῷ παρεληλυθέναι Φίλιππον εἴσω Πυλῶν· ἔσται γὰρ ἅπανθ' ὅσα βούλεσθ' ὑμεῖς, ἐὰν ἄγηθ' ἡσυχίαν, καὶ ἀκούσεσθε [2]δυεῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν, οἷς μὲν ἐχθρὸς ἥκει, φίλον αὐτὸν γεγενημένον, οἷς δὲ φίλος, τοὐναντίον ἐχθρόν. οὐ γὰρ τὰ ῥήματα τὰς οἰκειότητας ἔφη βεβαιοῦν, μάλα σεμνῶς ὀνομάζων, ἀλλὰ τὸ ταὐτὰ συμφέρειν· συμφέρει δὲ Φιλίππῳ καὶ Φωκεῦσι καὶ ὑμῖν ὁμοίως ἅπασι τῆς ἀναλγησίας καὶ τῆς βαρύτητος ἀπαλλαγῆναι τῆς τῶν Θηβαίων. Ταῦτα δ' ἀσμένως τινὲς ἤκουον [3]αὔτου διὰ τὴν τόθ' ὑποῦσαν ἀπέχθειαν πρὸς τοὺς Θηβαίους. Τί οὖν συνέβη μετὰ ταῦτ' εὐθύς, οὐκ εἰς μακράν; Τοὺς μὲν ταλαιπώρους Φωκέας ἀπολέσθαι καὶ κατασκαφῆναι τὰς πόλεις αὐτῶν, ὑμᾶς δ' ἡσυχίαν ἄγοντας καὶ τούτῳ πεισθέντας [4]σμικρὸν ὕστερον σκευαγωγεῖν ἐκ τῶν ἀγρῶν, τοῦτον δὲ χρυσίον λαβεῖν· καὶ ἔτι πρὸς τούτοις τὴν μὲν ἀπέχθειαν τὴν πρὸς τοὺς Θηβαίους καὶ Θετταλοὺς τῇ πόλει [5]γενέσθαι, τὴν δὲ χάριν τὴν ὑπὲρ τῶν πεπραγμένων

[1] † μικρὰ ἀποκρίνεσθαι [2] † δυοῖν [3] † αὐτοῦ [4] † μικρὸν [5] γεγενῆσθαι

ιβ'. Ἀνάγκη κἀμοὶ &c.] Orator sæpius repetit, se necessitate et opprobriis adversarii coactum in hunc vehementius invehi, ad invidiam et suspicionem mali animi depellendam. Qua quidem excusatione, quasi justa, in animum auditorum insinuat causamque feliciter tuetur. Harl.

Οὓς] Ὧν ante, eodem sensu, in fin. §. ιά. Markland.

Βούλεσθ'] Emenda βούλησθ'. Obsop.

Βούλεσθ'] In editione Hervag. sub fin. in varietate lectionis item animadvertitur, in quibusdam codd. (quinam vero illi sint, non indicatur,) legi βούλησθ' ὑμεῖς. Sensus autem verborum hic est, Philippum simulare, se Phocensibus bellum esse illaturum, cui tamen in animo sit, Thebanos vobis invisos aggredi; quod jam Seilerus observarat. Harl. v. seq. ἔχηθ' pro ἄγηθ' Tayl. Vid. Var. Lect.

Δυεῖν κ. τ. λ.] Laudat Priscianus col. 1185. Non moror Codd. qui hic pro φίλον, Φίλιππον, obvio errore. Plurimi autem et præstantissimi mox utrumque αὐτὸν excludunt. Rotundius. Taylor.

Οὐ γὰρ κ. τ. λ.] Vide Harpocr. et Suid. v. Ὀνομάζων, qui ad hunc locum, dubium, an ad §. λζ'. respiciunt. Adjunge Hermogenem p. 245. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ παρὰ τῷ Δημοσθένει ῥηθέν τε ὁμοῦ, καὶ θεωρηθὲν ὑπ' αὐτοῦ, Λέγω τὸ, Οὐ γὰρ τὰ ῥήματα κ. τ. λ. Idem. v. seq. συμφέρειν Tayl.

Τῆς ἀναλγησίας] Aretinus: *Ut insolentia ac petulantia Thebanorum comprimeretur.* Perionius: *Vestra omnium interesse, immanitate et superbia Thebanorum liberari.* Meletus: *Liberari a duritia atque superbia Thebanorum.* Hesychius: Ἀνάλγητοι, ἀνηλεεῖς, ἢ ἀμέριμνοι. Suidas: Ἀναλγησία, ἀναισθησία, ἀσυμπάθεια, σκληρότης, τὸ δυσμετάβλητον, ἀπάθεια, ἀπονία. Wolf.

Μετὰ ταῦτα εὐθὺς] Legendum, τί οὖν συνέβη μετὰ ταῦτα; εὐθὺς, οὐκ εἰς μακρὰν—

Φιλίππῳ. Ὅτι δ' οὕτω ταῦτ' ἔχει, λέγε μοι τό τε τοῦ Καλλισθένους ψήφισμα καὶ τὴν ἐπιστολὴν τὴν τοῦ Φιλίππου, ἐξ ὧν ἀμφοτέρων ὑμῖν ἅπαντα ταῦτ' ἔσται φανερά. Λέγε.

ΨΗΦΙΣΜΑ. 238

Ἐπὶ Μνησιφίλου ἄρχοντος, συγκλήτου ἐκκλησίας ὑπὸ στρατηγῶν γενομένης, καὶ πρυτάνεων καὶ βουλῆς γνώμη, Μαιμακτηριῶνος δεκάτη ἀπιόντος, Καλλισθένης [1] Ἐτεονίκου Φαληρεὺς εἶπε· Μηδένα Ἀθηναίων μηδεμιᾷ παρευρέσει ἐν τῇ χώρᾳ κοιταῖον γίγνεσθαι, ἀλλ' ἐν ἄστει καὶ Πειραιεῖ, ὅσοι μὴ ἐν τοῖς φρουρίοις εἰσὶν ἀποτεταγμένοι· τούτων δ' ἑκάστους, ἣν παρέλαβον τάξιν, διατηρεῖν, μήτ' ἀφημερεύοντας μήτ' ἀποκοιτοῦντας. ὃς δ' ἂν ἀπειθήσῃ [2] τῷ ψηφίσματι τούτῳ, ἔνοχος ἔστω τοῖς τῆς προδοσίας ἐπιτιμίοις, ἐὰν μή τι ἀδύνατον ἐπιδεικνύῃ περὶ ἑαυτὸν ὄν· περὶ δὲ [3] τοῦ ἀδυνάτου ἐπικρινέτω ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων στρατηγὸς καὶ ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως καὶ ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς. κατακομίζειν δὲ καὶ τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν πάντα τὴν ταχίστην, τὰ μὲν ἐντὸς σταδίων ἑκατὸν εἴκοσιν εἰς ἄστυ καὶ Πειραιᾶ, τὰ δ' ἐκτὸς σταδίων ἑκατὸν εἴκοσιν εἰς Ἐλευσῖνα καὶ Φυλὴν καὶ Ἄφιδναν καὶ Ῥαμνοῦντα καὶ Σούνιον. Εἶπε Καλλισθένης Φαληρεύς.

multo maxima et potissima; et tum *ὅλη τέχνη* dicta est. Verum enim vero ne hac quidem ratione, quod de legatis Demosthenes scribit, potest omnino excusari. Quid enim? nullane itineris habenda fuit ratio? an potuerunt legati puncto temporis sistere se in Macedonia? et tamen tres totos menses ibi sedisse dicuntur. Sequitur alter multo obscurior locus; ait enim Demosthenes, Philippi ingenium perspectum quum haberet, ac suspicaretur fore, ut moram legatorum converteret in rem suam, et solutus religione jurisjurandi Thraciæ urbes Atheniensium imperio subjectas occuparet, ratus id, quod fuit, quamvis illæ non redderentur, pacem tamen firmam et certam futuram: hoc igitur ne eveniret, decretum, ait, a se factum, quo jubebantur legati profectionem maturare. Illi decreto, quod exstat in oratione pro Corona p. 96. [§. θ′.] adscripta est dies ultima Hecatombæonis. At, o bone, quum tu patriæ commodis invigilans hoc decretum scribebas, aut pax nondum erat facta, aut multo ante Philippi jurejurando confirmata. Erunt fortasse, qui putent, corruptam hic esse mensis nomen, et pro Hecatombæone Elaphebolionem reponendum. Sed quæri potest, quid sit, quod nec de numero, nec de nomine legatorum convenit Demostheni cum Æschine, cum Ulpiano, secum. Nam decem fuisse, atque inter eos Demosthenem ipsum et Æschinem, ex tam multis utriusque orationum locis intelligere est, ut pigeat in iis describendis bonas horas perdere. Missos autem secundo legatos in Macedoniam eos ipsos, qui primam obierant legationem, docet Libanius in argumento orationis de ementita legatione: et eorum nomina auctor incertus in altera hypothesi ejusdem orationis hæc ponit: Ctesipho, Aristodemus, Iatrocles, Cimon, Nausicles, Dercyllus, Phrynon, Philocrates, Æschines, et Demosthenes; quem tamen si audis in calce [§. θ′.] hujus psephismatis, quinque tantum creatos legatos credes, Eubulum, Æschinem, Ctesiphontem, Democratem, Cleonem, quorum nemo, si unum excipias Æschinem, inter decem superiores recensetur. Quamobrem non injuria hoc totum decretum mihi suspectum est. Quid dicam de altero illo, quo migrare omnes cum rebus suis in urbem aut arces jussi sunt? quod legitur in eadem oratione pro Corona p. 98. [§. ιβ′.] Sane hoc quoque alienum videtur ab his temporibus, neque scriptum ea tempestate, qua Philippus in Græciam primum irrupit, sed aliquanto post, quum, occupatis Thermopylis, arbitratu suo Græcos terrebat, eorumque urbes improviso adventu occupare conabatur: hoc enim ab eo sæpe factum testatur Demosthenes de legatione pag. 154. [§. λ′.] *καὶ μετὰ ταῦτα ὁσάκις πρὸς πορθμῷ, ἢ πρὸς Μεγάροις ἀκούοντες δύναμιν Φιλίππου καὶ ξένους ἐθορυβεῖτε, πάντες ἐπίστασθε.* Cur ita credam, paucis exponam. Allato nuntio de Thermopylis a Philippo occupatis, narrat Demosthenes de legat. pag. 158. [§. λθ′.] decretum factum, ut omnes reciperent se in loca munita, arces instaurarentur, Piræeus muro cingeretur, Herculi in urbe, non in agro, ut mos erat, sacra fierent, quæ tamen, si primum excipias, in decreto illo Callisthenis, cujus tam frequenter facit mentionem Demosthenes, non leguntur. Quamquam, ut verum fatear, fieri potuit, ut, multis de eadem re factis decretis, uno contentus fuerit orator: aut, si unum decretum de omnibus est factum, non est novum, eum esse mutilum, quum multa hujusmodi exstent apud Demosthenem, et alios oratores, de qua re alibi agemus copiosius. Legat interea, qui volet, in oratione in Neæram Hip-

pocratis decretum de civitate Platæensibus danda, et, quæ illud sequuntur, verba oratoris: intelliget enim, admodum exiguam ejus partem esse descriptam. Sed tamen Psephisma illud Callisthenis potest alia ratione acrius oppugnari. Nam quum primum auditum est, penetrasse Philippum Thermopylas, et subegisse Phocenses, scriptum esse hoc decretum credere par est, et intelligitur ex verbis Demosthenis supra allatis in medium. At illud Callisthenis scriptum est prima et vicesima die Mæmacterionis, id est, quarto post mense, quam hæc acta sunt. Si quis erit, qui neget, adduci se posse, ut credat, mentitum Demosthenem in re tam recenti, quum præsertim psephismata omnia publice adservarentur, et posset ab adversario paullo negotio coargui; is intelligat, nihil fuisse facilius, quam, innumeris in unum coacervatis decretis, ea mutilare, corrumpere, et ad alia, quam scripta essent, tempora accommodare. Solitum autem fieri, non modo conjicere licet ex Æschine, hoc Demostheni non de nihilo objiciente, sed ex ipso etiam Demosthene, qui telum hoc anceps torquet in adversarium illis verbis pro Corona p. 125. [§. ξϛ´.] *ἀλλ᾽ οὐκ ἦν, οἶμαι, τότε ἃ νυνὶ ποιεῖ, ἐκ παλαιῶν χρόνων, καὶ ψηφισμάτων πολλῶν ἐκλέξαντα, ἃ μήτε προῄδει μηδεὶς, μήτ᾽ ἂν ᾠήθη τήμερον ῥηθῆναι, διαβάλλειν, καὶ μετενεγκόντα τοὺς χρόνους, καὶ προφάσεις ἀντὶ τῶν ἀληθῶν ψευδεῖς μεταθέντα τοῖς πεπραγμένοις δοκεῖν τι λέγειν.* Romæ quoque scimus fuisse, qui mentirentur auctoritatem summi ordinis, et huic rei sæpe obviam itum.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡΑΠΡΕΣΒΕΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ.

I. TAYLORI

PRÆFATIO

AD

ORATIONEM

DEMOSTHENIS

DE

MALE GESTA LEGATIONE.

Habes, Lector, primo Demosthenis Orationem decantatam; ad optima fere, quæ reperiri poterant, exemplaria a me recensitam, eorumque ope, quod vix credibile existimari potest, quingentis circiter in locis restitutam: deinde Æschinis Defensionem, summa itidem cura expolitam. Neque me infiniti fere laboris, quem exantlavi, pœnitet. Nam, ut ad utramque contentionem referamus ea, quæ dixit Cicero de altera, *Quid tam visendum aut audiendum fuit, quam summorum Oratorum in gravissimis causis accurata et inimicitiis incensa Contentio?*

Non multa sunt, quæ iis habeo præfanda. Neminem ad eas accessurum esse arbitror, nisi Historia Græca leviter saltem imbutum, rerumque, quæ Macedonia et Athenis hoc tempore agitabantur, scientem. Quod si quem lectorem ea negotia hactenus fugerint, satis tamen instructus esse poterit a diligenti istarum rerum temporumque Recensione, quam Ulpianus (nam Libanius brevior est) huic orationi Demosthenis præfixam pro Argumento esse voluit. Et quia nemo fere, nisi perlectis Philippicis, huc progreditur, eapropter, quoniam multa exinde sunt depromenda, (maxime ex Philippica II. quæ est hujus quodammodo orationis aditus) Historiæ, ut passim soleo, concinnandæ et præponendæ supersedere majore cum venia possum.

At interea nonnulla sunt sane a me minime negligenda. Gravissime enim in Titulo peccatur; et ex omnibus, tam antiquis, quam Recentioribus, qui laudant hanc Orationem Demosthenis, (laudatur autem, illa *De Corona* excepta, præ cæteris fere omnibus) neminem ad hunc diem usque vidi, qui recte riteque appellavit. Κατ' Αἰσχίνου nonnulli, ut Priscianus aliquoties, Ulpianus frequenter, Suidas, Harpocratio, aliique: Iidem quandoque Περὶ τῆς παραπρεσβείας, ut et alii plurimi. Etiam conjunctim nonnulli, Κατ' Αἰσχίνου περὶ τῆς παραπρεσβείας λόγος. Paucis denique, inter quos est Dionysius Halicarnassensis, Κατηγορία Αἰσχίνου. Qui Κατ' Αἰσχίνου simpliciter appellant, satis quidem distinguunt ab illa altera Demosthenis, quæ est *De Corona*. Nam accurate scribendo, κατὰ ad

Acteris Orationem recte applicatur, cum *Reus* interea non *κατὰ*, sed *πρὸς*, verba habere dicitur: Si vera sint ea, quæ notavi ad initium Eubulideæ. Neque enim ullo in numero sunt habendi, qui forte contra hanc legem peccant. Sunt autem *vel Duo, vel Nemo*. Non, inquam, si incogitanter Orationem apologeticam Demosthenis, quæ est *De Corona*, semel nominavit, aut Servius, CONTRA ÆSCHINEM, ut nominavit ad Virg. XI. Æn. 391. aut Photius in vita Demosthenis, Κατ' Αἰσχίνου, idcirco Ego et Tu protinus ita scribemus, sed distinguemus solertius, atque ut jurisprudentes Atticos distinguere decet, inter Formulam et Appellationem istius Actionis, quæ in se continet Accusationem, et illius, quæ Apologiam.

Manc. Nondum eo perveni, quo volui. Male hæc Oratio titulum nacta est, ab iis, qui *causam actionis* Auctoris nomini addunt, Κατ' Αἰσχίνου περὶ παραπρεσβείας, sed pressius et accuratius laudari debuit, κατ' Αἰσχίνου, παραπρεσβείας. Nam παραπρεσβεία est vocabulum Forense, Crimen intentatum, ipsius Actionis proprium et definitum Vocabulum. Et, qua proprietate insimulabatur aliquis Athenis Atticis, Ἀργίας, Λειποταξίου, Ἀσεβείας, etc. eadem hic Demosthenes postulavit Æschinem Παραπρεσβείας. Qua in causa Περὶ esset inutile admodum, et præter solitum Atheniensium morem. Ita Scholiastes Thucydidis VI. 91. enumerat γραφὰς Δωροδοκίας, Ὕβρεως, Συκοφαντίας, Μοιχείας, Ψευδογραφίας, Παραπρεσβείας, Λειποστρατίου. Et Pollux VIII. 6. Ἰδίως ἡ κατὰ τῶν Πρεσβευτῶν Γραφὴ παραπρεσβείας ἐλέγετο. Et alibi similiter. Accedat Hermogenes lib. I. de Invent. pag. Edit. Porti 102. Πρεσβεύων Αἰσχίνης παρὰ τὸν Φίλιππον — κρίνεται παραπρεσβείας ὑπὸ Δημοσθένους. Et alibi, sc. pag. 70. Αἰσχίνης καὶ Δημοσθένης ἀπὸ τῆς παρὰ Φίλιππον ἥκοντες πρεσβείας ἀντεγκαλοῦσιν ἀλλήλοις· ἐπειδὴ ὁ μὲν — ὁ δὲ ἀπολογίαν παραπρεσβείας γεγραφὼς, ὁ Αἰσχίνης. Et nescio sane, annon his testibus accenseri mereatur Cic. Orat. 31. *Multæ sunt ejus totæ Orationes subtiles—multæ totæ graves—multæ variæ: ut contra Æschinem* Falsæ Legationis, *ut contra eundem, pro causa Ctesiphontis*. Pari felicitate et cura loquuntur Plutarchus et Photius mox a me in hoc tractatulo adducendi. Immo semper ita scribunt accuratiores. Ὡς ἐπανῆκον ἐκ τῆς ὑστέρας πρεσβείας, τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους, ἐγράψαντο παραπρεσβείας Αἰσχίνην Δημοσθένης τε καὶ Τίμαρχος. Argum. Orat. Æschin. adversariæ. Et deinde, paucissimis interjectis, πρὸ τοῦ τῆς παραπρεσβείας ἀγῶνος. Semper denique ita indigitantur Orationes Forenses, uti apud Lysiam plurimæ: scil. Ὑπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας. Κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας. Πρὸς τοὺς συνουσιαστὰς κακολογιῶν. Κατ' Ἀλκιβιάδου, λειποταξίου, ἀστρατείας. Κατὰ Φίλωνος, δοκιμασίας. Πρὸς Αἰσχίνην, χρεοῦς. Ὑπὲρ Δεξιοῦ, ἀποστασίου. Κατὰ Στρατοκλέους, ἐξούλης. Κατὰ Θεοπόμπου, αἰκίας. Κατ' Αὐτάνδρου, ξενίας. Ὑπὲρ Ἀχιλλείδου, φόνου. Κατὰ Καλλίου, ὕβρεως. etc. etc.

Eodem pacto Æschinis Oratio Ἀπολογία, vel τῆς Παραπρεσβείας Ἀπολογία nominari et citari debet, quem tamen tenorem citandi non accurate servant aut Antiqui, aut Neoterici. Harpocratio quidem in v. Ἀργᾶς eam vocat περὶ τῆς ἀποδόσεως: quoniam, ut ait Maussacus, in ea *rationem reddat* Æschines defunctæ et peractæ Legationis. Vulgo etiam, addit idem Vir eximius, περὶ παραπρεσβείας inscribitur, sed minus proprie. Ita quidem, sed si παραπρεσβείας, non utique. Cl. interea Vir, H. Valesius pro τῆς Ἀποδόσεως, τῆς ἀπολογίας, substituit, in textu Harpocrationis, quo modo ea Oratio, juxta eundem virum eruditissimum, laudatur alicubi ab isto Auctore, et a Commentatore Hermogenis. Attamen, mi homo, id nunquam; hoc præstabo.

Habita est hæc Causa Olymp. CIX. 2. (Vid. Dionys. Halic. ad Ammæum, §. 10. Meursii Solonem, cap. extrem. Schott. in vit. Demosth. ad eum annum) triennio post legationem obitam. Interjectum esse quoddam temporis intervallum inter Crimen et Contentionem non uno in loco lamentatur Demosthenes. Χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν πολὺν, §. γ'. statim exorsa Oratione. Et similiter infra, §. ογ'. Et quidem Triennium fuisse, uti modo diximus, testatur etiam Ulpianus in Argumento.

Oratio habita non Olymp. CIX. 2. sed CVIII. 4. siquidem Phocensium Clades in annum 1. Olymp. CVIII. inciderat, atque Demosthenes observavit Theoros ab Atheniensibus miseratione perculsis ad Pythia missos non fuisse, adeoque demonstrat Orationem Judiciumque de falsa Legatione ineunte saltem anno 4. ejus Olymp. institutum fuisse. Corsin. Tom. III. F. A. pag. 101. *But this is no argument.*

Cum dixi, *habitam* esse hanc Orationem, non sane nescivi, aut oblitus sum, fuisse apud Antiquos, qui id aut negarent, aut addubitarent certe. Ὁ δὲ κατ' Αἰσχίνου τῆς Παραπρεσβείας, inquit Plutarchus in vita Demosthenis, ἄδηλον, εἰ λέλεκται. Καίτοι φησὶν Ἰδομενεὺς παρὰ τριάκοντα μόνας τὸν Αἰσχίνην ἀποφυγεῖν. Ἀλλ' οὐκ ἔοικεν οὕτως ἔχειν τἀληθὲς, εἰ δεῖ τοῖς περὶ Στεφάνου γεγραμμένοις ἑκατέρων λόγοις τεκμαίρεσθαι. Μέμνηται γὰρ οὐδέτερος αὐτῶν ἐναργῶς, οὐδὲ τρανῶς, ἐκείνου τοῦ ἀγῶνος, ὡς ἄχρι δίκης παρελθόντος. Ταυτὶ μὲν οὖν ἕτεροι διακρινοῦσι μᾶλλον. In eadem dubitatione esse video eum, qui scripsit Argumentum Defensionis Æschineæ. Memorat ille scil. a multis credi, scriptas quidem fuisse has Orationes, non tamen in Curia esse actas: ab aliis, et actas, et Æschinem tot suffragiis esse absolutum, quot Idomeneus ille apud Plutarchum modo memoriæ prodidit. Adhibeatur Æschini ipsi fides, si qua sit fides in Epistolis, quæ illi adscribuntur. Ἐφάνη δὲ ἴσως, ἐφ' οἷς κατηγορήθην πρότερον ὑπὸ Δημοσθένους — οὐ μικρὸν εἰς ὑμᾶς δεῖγμα τοῦτο τοῦ καλῶς ἐμὲ πολιτεύεσθαι, ὅτι οὐδὲ Δημοσθένους κατηγοροῦντος ἑάλων. Epist. XII. Argumentum Plutarchi elumbe sane et inficetum, tractum scil. a silentio hujusce Accusationis per totam *De Corona* controversiam, bene refutat noster Wolfius, dum commentatur ad Orationem illam, in initio. Et mirum sane, unde arriperet Ulpianus istud ἀνέκδοτον, scil. Ἰστέον, ὅτι ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ (scil. §. νθ'. ubi agitur de muliercula Olynthia) ἀνέστησαν οἱ δικασταὶ, καὶ εἴασαν ῥήτορα λέγοντα, τοῦ Εὐβούλου, συμπράττοντος τῷ Αἰσχίνῃ, μισοῦντος δὲ τὸν ῥήτορα, εἰπόντος αὐτοῖς· "Τοιούτων αἰσχρῶν ἀνέχεσθε λέγοντος Δημοσθένους;" Et id quoque Photius tuetur: Κατηγορηθεὶς [Æschines] παραπρεσβείας ὑπὸ Δημοσθένους, οὐχ ἑάλω, ἅτε δὴ Εὐβούλου τοῦ δημαγωγοῦ, ᾧ ὑπηρέτησε, συναγωνισαμένου αὐτῷ κατὰ Δημοσθένους, ἐν τῷ παρασκευάσαι τοὺς δικαστὰς ἀναστῆναι ἔτι τοῦ Δημοσθένους λέγοντος. Annon hæc clamant, non solum scriptas esse has Orationes, verum etiam peroratas? Adjungere etiam potuissem anonymum Scriptorem vitæ Æschinis, sc. Ὅτι ἠδυνήθη νικῆσαι τὴν κατηγορίαν, Εὐβούλου συναγωνισαμένου κατὰ τοῦ Δημοσθένους, ἐν τῷ ποιῆσαι τοὺς δικαστὰς ἀναστῆναι, ἔτι τοῦ Δημοσθένους λέγοντος, ὡς ἔγνωμεν καὶ τοῦτο ἐν τοῖς Δημοσθενικοῖς. Sed quis non videt, hæc esse

iterum Ulpiani, qui ad Commentarios suos ad Demosthenem his verbis alludit, ut patet ex ea locutione, ὡς ἔγνωμεν ἐν τοῖς Δημοσθενικοῖς, de qua alibi dixi? Potuissem etiam adjungere ipsum Æschinem, qui confirmat in principio suæ Defensionis, surrexisse Judices in Consilio, cum causa ageretur, ni vidissem, objectionem isti auctoritati jamdudum esse paratam.

Sed pene video, quid hic rei agatur. Dubitari nimirum potest, an Oratio, quam tractamus, Demosthenis, sit consummatum et sincerum opus istius Auctoris, et a manu ejus ultima profectum. Et hujusmodi fere Suspicio fuit apud antiquiores. Μάλιστα ὁ κατ' Αἰσχίνου λόγος παρέσχεν αἰτίαν ἐν ὑπομνήμασι καταλελεῖφθαι, οὔπω τὴν ἐργασίαν ἀπειληφὼς τελείαν. Διότι καὶ ἃ πρὸς τὴν κατηγορίαν πολλὴν ἔσχε τὴν ἀμυδρότητα καὶ κουφότητα, ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου παρέθετο, ὅπερ οὐκ ἂν περιεῖδεν ὁ ῥήτωρ εἰς ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν τῶν ἰδίων λόγων καταστάς. Photius in vita Demosthenis. Et rursus, Id. ibid. Ὁ κατὰ Μειδίου, καὶ κατ' Αἰσχίνου λόγος αἰτίαν ἔσχε τοῦ μὴ τὴν αὐτὴν κατὰ πάντα ἀρετὴν τῷ Δημοσθενικῷ συνδιασώσασθαι χαρακτῆρι. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις λόγοις ἐκ διαλειμμάτων τινῶν ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις ἐπιβάλλων, ἁμιλλᾶσθαι δοκεῖ πρὸς ἑαυτὸν, ὥσπερ ἀσκούμενος, ἀλλ' οὐκ ἐπ' αὐτοῖς ἀγωνιζόμενος τοῖς ἔργοις. διὸ καί τινες ἔφησαν, ἑκάτερον λόγον ἐν τύποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἔκδοσιν διακεκαθάρθαι. Et sane ea Suspicio, si quid concludi potest ex summa rerum omnium confusione, ex argumentis, quasi tela quadam, inceptis, necdum pertextis, et sententiis inconcinne aut alieno loco positis, profecto fidem nacta est maximam. Habes igitur, ut credere fas est, Orationem, non ab ipso Auctore perpolitam et evulgatam, sed quæ inchoata solummodo, et quasi adumbrata, ex ejus commentariolis et scriniis excidit: fœtum quidum abortivum, sed abortivum Demosthenis: et, quod Criticus ille summus de summi Poetæ *Ulyxea* scriptum reliquit: *Sint sane Somnia, Somnia tamen sunt Jovis.*

Ad has tamen, cuicuimodi sint, Orationes non nuper solum, sed olim, operam atque industriam contulerunt viri eruditi. Ad Demosthenicam scripsit Apollonides quidam Nicæensis (Vid. Ammonium v. Ὄφλειν) idem fortasse, ut id interea submoneam, qui ad Sillos Timonis Phliasii commentarium scripsit, ut ex Diogene Laertio constat IX. 109. et Tiberio Imp. consecravit. Ut ille, quisquis fuerit, de Demosthene mereri studuit, ita pariter de Æschine Didymus quidam. Istius rei vestigium exstat apud Harpocrat. v. Προστασία. Didymus procul dubio ille est, qui ad Demosthenem quoque et Isæum commentatus est, et de quo pariter in commodiori loco dicemus. Hic tamen utrum Æschinem totum, an hanc singularem istius Orationem commentario suo illustraverit, nobis non est permissum adfirmare. Atque hos quidem doleo esse interceptos vetustate, temporisque inclementia: quæ meditati sunt Recentiores, invideo minus. Minus enim exquisita sunt, quæ exorsus est scribere Vir alioqui non indoctus, Fr. Portus Cretensis; quorumque omne, quod superest, conjungi solet ejus in Sophoclem commentariis. Quæ studiosis in Schola Parisiensi prælegit ad hanc Causam Dion. Lambinus, ut testatur in notis ad Corn. Nepotis Miltiadem §. 4. ea, nunquam, quod sciam, publici juris fecit. Procul dubio multam lucem fœnerata esset hæc biga Orationum, si Maussaci, viri eruditissimi, Lectiones prodiissent unquam: An prodierint, dubito. Ibi enim, sc. Lib. II. Cap. 15. de variis conviciis, βλασ-

φημίαις, et falsis dictis, in quibus inter se luserunt hi duo Oratores, satiatissime a se actum esse profitetur. De licentia ista, βωμολοχίαν vocant, qua usi sunt aliquando Veteres Oratores, operæ pretium erit consulere locum insignem Plutarchi in Polit. Præcept. Αἱ δὲ λοιδορίαι τοῖς πολιτικοῖς ἥκιστα πρέπουσιν. ὅρα δὲ τὰ πρὸς Αἰσχίνην ὑπὸ Δημοσθένους εἰρημένα, καὶ τὰ πρὸς τοῦτον ὑπ' Αἰσχίνου, καὶ πάλιν ἃ πρὸς Δημάδην γέγραφεν Ὑπερίδης, εἰ Σόλων ἂν εἶπεν, ἢ Περικλῆς, ἢ Λυκοῦργος ὁ Λακεδαιμόνιος, ἢ Πίττακος ὁ Λέσβιος.

Denique mirum artificium, quo usus est Demosthenes per totam hanc Orationem, et vafritiam summam: cur insimulet potius *secundam* Legationem, τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους scil. (Vid. §. ζ'. *in init.*) quam *priorem*, in qua omnia gesta sunt, et ubi peccavit Æschines, si quid peccaverit: hæc, inquam, cæteraque hujus generis argumenta persequitur Dionysius Halicarnassensis, in Arte Rhetorica VIII. 5.

Quod superest, Dio Prusæus, Platonis et Demosthenis æmulus, (Philostrat. in vit. Sophistar. §. 7.) maximi semper fecit hanc Orationem. Nam in sordibus istius Textus eam latere arbitror: sc. ἀπὸ δυοῖν βιβλίοιν ἑαυτὸν ξυνεῖχε. Ταυτὶ δὲ ἦν ὅ, τε Φαίδων ὁ τοῦ Πλάτωνος, καὶ Δημοσθένης (l. Δημοσθένους) ὁ κατὰ τῆς πρεσβείας. Quod mendum ex iis, quæ modo præfabar, tollas quæso. TAYLOR.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡΑΠΡΕΣΒΕΙΑΣ ΛΟΓΟΥ.

Pag. ed. Reisk.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ ἦν ἀνὴρ Ἀθηναῖος, υἱὸς Ἀτρομήτου καὶ Γλαυκοθέας, ἀμφοτέρων ἀδόξων, ὥς 333
φησι Δημοσθένης. τὸν μὲν γὰρ, γράμματα διδάσκοντα, τὴν δὲ, καθαίρουσαν, καὶ τελετάς
τινας οὐ σπουδαίας τελοῦσάν φησι διαζῆν. παραδέδοται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Αἰσχίνης, τραγῳδιῶν τε
ὑποκριτὴς γενόμενος, καὶ γραμματεὺς τῆς πόλεως, ἥ τις ἦν εὐτελὴς ὑπηρεσία. ὕστερον μέν τοι
τῶν ῥητόρων εἷς ἐγένετο, καὶ περὶ τῆς εἰρήνης πρὸς Φίλιππον ἐπρέσβευσε. πολεμοῦντες γὰρ
Ἀθηναῖοι Φιλίππῳ περὶ Ἀμφιπόλεως, καὶ πολλὰ μὲν αὐτοὶ δεινὰ πάσχοντες, δρῶντες δὲ οὐδὲν
ἄξιον λόγου, ἐπείσθησαν ὑπὲρ εἰρήνης πρεσβεύσασθαι πρὸς [1] Φίλιππον, πέμπουσι [2] δὲ πρέ-
σβεις, δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἐν οἷς Αἰσχίνης τε καὶ Δημοσθένης ἦσαν. δεξαμένου δὲ Φιλίππου τὰς
διαλύσεις, πάλιν οἱ αὐτοὶ πρεσβεύουσι δεύτερον, ὅπως οἱ περὶ τῆς εἰρήνης ὅρκοι γένοιντο. περὶ δὲ
ταῦτα τὰ πράγματα, κατηγορεῖ ὁ Δημοσθένης Αἰσχίνου τρία· ὅτι Φιλοκράτους αἰσχρὰν καὶ
ἀσύμφορον εἰρήνην λέγοντος καὶ γράφοντος, συνεῖπεν αὐτῷ· ὅτι τοὺς χρόνους κατηνάλωσε, παρ'
ὃ συνέβη τὰ ἐν Θρᾴκῃ διαφθαρῆναι· ὅτι ψευδῆ πρὸς Ἀθηναίους ἀπήγγειλε, παρ' ὃ συνέβη Φω-
κεῖς ἀπολέσθαι. εἶπε γάρ, φησιν, ὅτι Φωκέας οὐκ ἀναιρήσει Φίλιππος· καὶ ὑμεῖς τούτῳ πι-
στεύσαντες οὐκ ἐβοηθήσατε τοῖς ἀνδράσι. φησὶ δὲ ταῦτα πάντα ἐπὶ μισθῷ καὶ δώροις τὸν 334
Αἰσχίνην κεκακουργηκέναι. ἡ στάσις περὶ οὐσίας, καὶ στοχαστική. ἡ δὲ κίνησις τῆς μάχης λέ-
γεται διὰ Τίμαρχον, τὸν φίλον Δημοσθένους, ὃν ἠτίμωσεν Αἰσχίνης, κατηγορήσας ὡς κακοῦ

[1] τὸν Φίλιππον [2] δὴ

Οὐ σπουδαίας διαγγέλλουσαν] Vid. Var. Lect.

Δεινὰ] Deest in Cod. Mead. Non ineleganter. πολλὰ μὲν πάσχοντες, δρῶντες δὲ οὐδὲν — Aliter Liber ille, in toto hoc Argumento (et ultra non procedit) nihil sani habet in sua Varietate. TAYLOR.

Λέγοντος] Ἄγοντος Reg. ε. Sed tam vulgatæ, quam MS. lectioni præstat Lindenb. Φιλοκράτους αἰσχρὰν καὶ ἀσύμφορον εἰρήνην γράφοντος, cæteris omissis. Male hic Wolfius *decernenti*. Philocrates enim, hac locutione, non utique pacem decrevit, verum *proposuit, ut decerneretur: relationem habuit.* IDEM.

Τὴν στάσιν περὶ οὐσίας] Lege ἡ στάσις etc. Περὶ οὐσίας vero, πότερον οὕτως ἐστίν; An sit? Feceritne id Reus, cujus arguitur? WOLF. Recte sane: Ald. enim, Ven. et Lind. τὴν στάσιν — στοχαστικήν. TAYLOR.

Ἠτίμασεν] Lege ἠτίμωσεν, παρὰ τὸ ἀτιμόω. Nam τὸ ἀτιμάζω aliud est, pro quo Poetæ etiam ἀτιμάω dicunt. WOLF. Ἠτίμασεν in omnibus, tam MSS. arbitror, quam Impressis. Restat ergo sola Wolfii auctoritas. Quam tamen amplector. Ἀτιμόω enim est vox quasi Ritualis; et tota Forensis. Pœnas eas civiles denotat, et supplicium, quod non admodum scite reddidit Wolfius, cum scripsit *in ordinem cogere*: nam propius esset, quod Nos in nostra Jurisprudentia per OUTLAWRY intelligimus: *Aliquem præsidio legum, et publico jure privare, — eximere e numero civium, atque hominum prope — in eam conditionem detrudere, ut ejus neque verbera, neque injuriæ, neque internecio denique ipsa legibus vindicari poterat.* Adi Petit. Comment. ad LL. Attic. Lib. IV. Tit. IX. Demosth. Philipp. III. n. 48. Ed. Paris. Ulpian. ad loc. Harpocrat. v. Ἄτιμος, et Cl. Abresch. Animadv. ad Æschyl. II. 21. Constanter, inquam, video Curiam Atticam ita loqui. Ita Libanius in argumento Orationis adversariæ: Τίμαρχον — γραψάμενος Αἰσχίνης ἑταιρήσεως, ἠτίμωσε. Et Demosthenes infra §. ογ'. de hac ipsa causa Timarchi: ἠτίμωσεν ὑπακούσαντά τινα αὐτοῦ κατήγορον. Iterumque in eadem, §. οθ'. *in fin.* Ὁ μὲν ταλαίπωρος ἄνθρωπος ἠτίμωται. Et similiter §. οδ'. *in fin.* τοὺς πρώτους εἰσαγαγόντας ἀτιμώσατε. Rursus, De Corona §. κέ. *in fin.* ἐὰν μή σε οὗτοι παύσωσιν, ἀτιμώσαντες τήμερον. Id. c. Mid. §. 25. *post med.* ἐπειδή γε ἠτίμωσεν, ὃν ἐβουλήθη — οὐκοῦν ὁ μὲν ἠτίμωται καὶ παραπόλωλεν. Ibid. §. 29. *in fin.* ἐφ' ᾗ γὰρ ἐκεῖνος ἠτίμωκεν αὐτὸν, οὐκ ἐπεξελθὼν — §. 50. ἠτιμωμένοι διὰ πολλῷ τούτων ἐλάττω πράγματα. Et §. 50. *in fin.* ἀλλ' ἀποκτενεῖτε, ἢ ἀτιμώσετε. Recte quidem hoc: neque enim multum intererat. Namque hæc *Capitis Diminutio* morti per omnia assimilabatur. Unde Ulpianus ad initium hujus Orationis, sc. §. β'. *a med.* scribere non dubitavit, τοὺς ἠτιμωθέντας ἐγγὺς τῶν τεθνηκότων εἶναι. Id quod monet, ut lectorem, hac occasione arrepta, obiter docerem, unde tanta videatur esse inconstantia apud Antiquos de pœna Timarchi, atque exitu istius Accusationis; cum nonnulli (ut Demosthenes statim in aditu hujus Orationis, §. β'. *a med.*) videntur dicere, eum ultimo supplicio fuisse affectum, et §. π'. ἀπώλεσε τὸν Τίμαρχον: alii, quod perinde pene jam esse sentimus, ἠτιμωθέντα solum. Utrumque dicitur §. πά. ἀπόλωλε καὶ ὕβρισται. Verum, quod præcipue hic per totum observabam, et ab aliis observari volebam, non pro nihilo est, quod, dum hæc res agitur, constantissime videamus, Scriptores hos juridicos, ex duabus istis vocibus, una perpetua esse contentos: Ἀτιμόω sc. nunquam Ἀτιμάζω, ut Wolfius acutissime. Nam Ἀτιμάζω ad privatam infamiam detrudi videtur, ad contumeliam significandam, easque ignominias, quæ homini ab homine, non a lege, infliguntur. Ut finem huic Commentatiunculæ imponam, *rectus ille Status*, quo quis privatur, cum ἀτιμοῦται, a Scriptoribus nostris vocatur emphatice ἐπιτιμία. Ita N. c. Midiam, §. 31. ἐκεῖνά τε, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, τὴν πόλιν, τὸ γένος, τὴν ἐπιτιμίαν, etc. Uti in Æschinis Epistola II. loco admodum consimili, recte et sane in Exemplari MSto scribitur: ἐκπεπτωκόσι τῆς πατρίδος, καὶ ἀπεστερημένοις ἐπιτιμίας, καὶ πόλεως, καὶ πολιτῶν, καὶ φίλων. Male excudebatur ἐπιθυμίας. TAYLOR.

Ibid. Wolfius, *quem in ordinem coegerat*. Potius, *quem ignominia damnaverat*. JURIN.

Κατηγορήσας ὡς κακοῦ βίου] Sub. ὄντα. Etsi τὸ ὡς malim abesse. WOLF.

Τὸν ὀρνιθίαν] Ὀρνιθίας χειμὼν, ab Internecione: Ὀρνιθίας ἄνεμος, ab adventu Avium, huc non pertinet: Hic eum significat, qui Aves pugnaces alit, ut ex eo argumento, quod sequitur, incerti Auctoris, apparet. Et in Oratione κατὰ Τιμάρχου, τοὺς ὄρτυγας, inquit, καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας, οὓς ἠγάπα ὁ τρισκακοδαίμων ἄνθρωπος, ἀπέκτειναν. Num vero ὀρνιθίας eum significet, qui in lustris et ganeis gallos gallinaceos, ut Cono ille, contra quem nostri Auctoris exstat Oratio, per lasciviam et ludibrium imitetur, alii dixerint. IDEM.

Μικρὸς] Μακρός. IDEM. Recte. Ita Cod. α. et Altemps. et Editiones accuratiores. Cum Benenatus in corrupta lectione cum Aldo consentiat. Non negligendum est, quod admonet Vir optimus, D'Orvillius ad Chariton. pag. 467. potuisse μικρὸς pro πικρὸς per errorem substitui. TAYLOR.

Τμῆμα] [Ita Editi] Κτῆμα. WOLF. cum Bodl. et MS. Reg. α. TAYLOR.

Καὶ ὑπ'] Restitue, nam excidit Wolfii incuria, καὶ ἦν ὑπ' Ὀλυνθ.—Reperitur in o. l. s. Idem etiam dicendum videtur de sequentibus: τοῦτο μὲν περὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Πυθοῖ: vel, ut nonnulli, sine præpositione, τοῦ Πυθοῖ. IDEM.

Παρωσάμενοι] Dele punctum post hanc vocem, legendo παρωσάμενοι τὴν Ἀμφικτυονίαν: *jus Amphictyonicum a Thebanis* [Thessalis] *eripuisse:* vel, *Thebanos* [Thessalos] *jure Amphictyonico privasse.* Wolfius longe errat in vertendo. Hoc Auctor noster vocat Πυλαίαν, dum infra de hac ipsa re loquitur, sc. §. πθ'. *a med.* [Θετταλοῖς] τὴν Πυλαίαν συγκαταστήσειν. IDEM.

Τῶν ἐν Δ. ἱερῶν ἱδρυμένην] Ἱδρυμένων. Sed cum unum Delphicum templum celebretur, aut legendum (κοινῶς) τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ ἱδρυμένου, aut (Ἀττικῶς) τὸ ἐν Δ. ἱερὸν ἱδρυμένον. WOLF. Nostri tamen Editique omnes constanter, τῶν ἱερῶν — ἱδρυμένων, vel saltem id voluerunt. Nam ἱδρυμένην impressorum quorundam est error tantummodo typographicus. Cod. optimus Vindob. sine litura, ἱδρυμένων. TAYLOR.

βίου. διότι πρὸς Πιττάλακον, τὸν ὀρνιθίαν, φησὶν, εἰσῄει, εὔμορφος ὢν, ἐπὶ τῷ θεᾶσθαι τὰς μάχας τῶν ὀρνίθων, διαφθειρόμενον, καὶ διαφθείροντα.

ΑΛΛΩΣ.

ΠΟΛΕΜΟΣ συνειστήκει Φιλίππῳ καὶ Ἀθηναίοις [1] μακρός· ἐξ οὗ περ παραβὰς τὰς πρὸς
αὐτοὺς συνθήκας, ἔλαβε παρ' Ὀλυνθίων Ἀμφίπολιν, οὖσαν [2] κτῆμα τῆς πόλεως, [3] καὶ ὑπ'
Ὀλυνθίοις, καθ' ὃν καιρὸν ἀπέστησαν καὶ οἱ σύμμαχοι. συνειστήκει δὲ καὶ ἕτερος Φωκεῦσι
πρὸς Θετταλοὺς καὶ Θηβαίους· τοῦτο μὲν, [4] περὶ τοῦ Πυθοῖ πρὸς Θετταλούς· τοῦτο δὲ, ὑπὲρ
Ορχομένου καὶ Κορωνείας πρὸς τοὺς Θηβαίους. εὔδηλον γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας, ὅτι τῶν μὲν παρ-
είλοντο τὰς δύο πόλεις, γειτνιάσας αὐτοῖς· Θετταλοὺς δὲ παρωσάμενοι, τὴν Ἀμφικτυονίαν,
ἅτε ἐν μέσῃ Φωκίδι [5] τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ ἱδρυμένου. ἐπειδὴ δὲ πολὺν χρόνον ἐπολέμησαν πρὸς
ἑαυτοὺς Ἀθηναῖοι καὶ Φίλιππος, τῷ χρόνῳ τὴν εἰρήνην ἑκάτεροι ποιεῖν ἐβούλοντο· ἀλλ' ὁπότερος
335 ταῦτα προβάλλοιτο, αἰσχύνην ἔχειν ἐνόμιζον. Ἀριστόδημος δὲ, καὶ Νεοπτόλεμος, ὑποκριταὶ

[1] μικρὸς [2] τμῆμα [3] καὶ ἦν ὑπ' περὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ
[5] τῶν ἐν Δελφοῖς ἱερῶν ἱδρυμένην

τραγῳδίας ἐτύγχανον. οὗτοι διὰ τὴν οἰκείαν τέχνην, ἄδειαν εἶχον ἀπιέναι ὅπου ἂν βούλωνται·
ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς πολεμίους. ἀπελθόντες οὖν οὗτοι εἰς τὴν Μακεδονίαν, ἐπεδείξαντο τὴν οἰκείαν
τέχνην· καὶ οὕτω φιλοφρόνως αὐτοὺς ἐδέξατο Φίλιππος, ὥς τε πρὸς τοῖς ἄλλοις χρήμασι, καὶ
ἄλλα ἐκ τῶν οἰκείων παρεῖχεν αὐτοῖς. αἰσθόμενος δὲ μελλόντων πρεσβεύεσθαι πρὸς αὐτὸν Φω-
κέων, καὶ Θετταλῶν, καὶ Θηβαίων, ἐβουλήθη τοὺς Ἀθηναίους ἐξαπατῆσαι· καὶ ταύτης τῆς
προφάσεως δραξάμενος Φίλιππος, ἀπολύων Ἀριστόδημον καὶ Νεοπτόλεμον, ἔλεγεν αὐτοῖς, ὅτι
φίλος εἰμὶ Ἀθηναίοις. συνέβη δὲ πάλιν τι τοιοῦτον γενέσθαι. Φρύνων τις Ἀθηναῖος ἀπιὼν
Ὀλυμπιάσιν [1] ἀγωνισάμενος, ἢ [2] θεασάμενος, ἐκρατήθη ὑπό τινων στρατιωτῶν τοῦ Φιλίππου
ἐν ἱερομηνίᾳ, καὶ ἀφῃρέθη πάντα τὰ αὐτοῦ. καὶ ἐλθὼν εἰς Ἀθήνας, παρεκάλει τοὺς Ἀθηναίους,
ἵνα χειροτονήσωσιν αὐτὸν πρεσβευτὴν, ὅπως ἀπελθὼν πρὸς Φίλιππον, λάβῃ ἅπερ ἀφῃρέθη. καὶ
πεισθέντες [3] οἱ Ἀθηναῖοι ἐχειροτόνησαν αὐτὸν καὶ Κτησιφῶντα· καὶ ἐλθόντων αὐτῶν εἰς Μα-
κεδονίαν, φιλοφρόνως αὐτοὺς ἐδέξατο ὁ Φίλιππος. ὥς τε καὶ τὰ ἀφαιρεθέντα ὑπὸ τῶν στρατιω-
τῶν πάντα ἀποδοῦναι αὐτῷ, καὶ ἐκ τῶν οἰκείων ἄλλα ἐπιδοῦναι, καὶ ἀπολογεῖσθαι, ὅτι ἠγνόουν
οἱ στρατιῶται, ὅτι ἱερομηνία ἐστί. καὶ τούτοις πάλιν ὁμοίως ἔλεγεν, ὡς φίλος εἰμὶ Ἀθηναίοις.
καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν Ἀττικὴν, τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις ἀπήγγειλαν. ταῦτα ἀκούσαντες Ἀθηναῖοι 336
ἐβούλοντο μαθεῖν, εἰ μετ᾽ ἀληθείας εἰρήνην ἄγειν βούλεται Φίλιππος. καὶ δὴ χειροτονοῦσι δέκα
πρέσβεις, εἰσὶ δ᾽ οὗτοι, Κτησιφῶν, Ἀριστόδημος, Ἰατροκλῆς, Κίμων, Ναυσικλῆς, Δέρκυλλος,
Φρύνων, Φιλοκράτης, Αἰσχίνης, Δημοσθένης. πέμπουσι δὲ τούτους εἰς Μακεδονίαν, ἵνα μάθωσιν
εἰ μετ᾽ ἀληθείας βούλεται εἰρήνην ἄγειν ὁ Φίλιππος, καὶ, εἰ ἀληθές ἐστιν, [4] ἥκειν παρ᾽ αὐτοῦ
πρέσβεις, τοὺς ληψομένους τοὺς ὅρκους. ἀπελθόντων οὖν τῶν δέκα πρέσβεων, ὧν ἦν καὶ Δημο-
σθένης, ἤγαγον ἀπὸ τοῦ Φιλίππου τρεῖς πρέσβεις, Ἀντίπατρον, Παρμενίωνα, καὶ Εὐρύλοχον,
ὀφείλοντας λαβεῖν τοὺς ὅρκους. συναγομένων δὲ τῶν συμμάχων τῶν Ἀθηναίων ἐπὶ τῷ παρα-
σχεῖν τοὺς ὅρκους, χρόνος παρήχετο, καὶ γινώσκων τὴν φύσιν τοῦ Φιλίππου ὁ Δημοσθένης, ὡς
ἀεὶ καταστρεφομένου, καὶ ἐπηρεάζοντος, λέγει τοῖς Ἀθηναίοις ταχέως δοῦναι τοὺς ὅρκους, καὶ
μὴ παρόντος Κερσοβλέπτου. ἔλεγε γὰρ, ὅτι εἰς τὴν Θρᾴκην ἀπερχομένων ἡμῶν, παρέξει τοὺς
ὅρκους ὁ Κερσοβλέπτης. ἰστέον δὲ ὅτι Δημοσθένης [5] ἀπῆλθεν ἐν τῇ δευτέρᾳ πρεσβείᾳ διὰ τοι-

1 ἀγωνισόμενος 2 θεασόμενος 3 Deest articulus. 4 ἥκειν] ἐνέγκαι 5 οὐκ ἀπῆλθεν

Οἰκείαν] Forte delendum. Et infra, v. 4. pro ἄλλα rectius πολλά. MARKLAND.

Ἄδειαν] Sic fere Demosth. de Pace, init. Νεοπτόλεμον, τὸν ὑποκριτὴν, τῷ μὲν τῆς τέχνης προσχήματι, τυγχάνοντα ἀδείας. Vide Orat. Eubulideam pag. 1304. 8. Ed. *Reisk.* TAYLOR.

Ἄλλα] Duriusculum istud πρὸς τοῖς ἄλλοις χρήμασι, καὶ ἄλλα — παρεῖχεν. Quare doctissimo Marklando omnino assentior legenti πολλά. IDEM.

Ἀγωνισάμενος ἢ θεασάμενος] Videtur per α scribendum, Aoristo primo medio, quia præcedit ἀπιὼν Ὀλυμπιάσιν. WOLF. Miror, has turbas dedisse hominem non ineruditum, et sollicitasse lectionem, quæ unice est vera, et ab omnibus, credo, Codd. confirmata. Tum autem bella est argumentatio, quare nimirum sollicitaret. *Quia præcedit* ἀπιὼν Ὀλυμπιάσιν. Illud est scitissimum. Mi homo! Ἀπιὼν est *Profectus*, non *Regressus*, neque conjungi debet cum Ὀλυμπιάσι, verum hoc potius cum ἀγωνισόμενος. Verto igitur liberius: *Phryno Athenis profectus, ut Olympicum vel certamen iniret, vel spectaculo interesset,* cætera. TAYLOR.

Ἱερομηνίᾳ] Festi præfinitum tempus, non necessario menstruum, ut erudite explicat Cl. D'Orvillius ad Chariton. Aphrodis. VI. 2. et H. Steph. Thes. L. G. T. I. col. 1647. IDEM.

Εἰρήνην ἄγειν] *Pacem servare.* WOLF. Immo, *pacem redintegrare.* Nam adhuc bellum erat. JURIN.

Καὶ εἰ ἀληθές ἐστιν, ἐνέγκαι] Forte, ἥκειν, *venturos esse legatos.* Sed videtur poni pro ἀγαγεῖν πρέσβεις, quo verbo paulo post utitur. *Quod verum si esset,* (sc. eum pacem velle facere) *ut legati Atheniensium legatos illius adducerent.* WOLF. Rursus contra Codd. militat Wolfius. Cum in nullo istud ἥκειν reperiatur, et ἐνέγκαι est vox satis proba in eo sensu, quem idem hic assignavit. Ni legendum potius ἐνέγκωσι, cum Bodl. et Ital. Sc. ἵνα μάθωσι — καὶ, εἰ ἀληθές ἐστιν, ἐνέγκωσι παρ᾽ αὐτοῦ πρέσβεις. Num potuit apertius? TAYLOR.

Ἀπελθόντων] Ἀπελθόντων non de *regressis* dicitur, ut iterum cespitat Wolfius, sed abeuntibus. Quid enim, mi Annotator? Annon, cum infra v. pen. dicitur εἰς τὴν Θρᾴκην ἀπερχομένων, Tu interpretaris *nobis in Thraciam abeuntibus?* Porro autem hic non intelligo hujuscemodi syntaxin, ἀπελθόντων τῶν δέκα πρέσβεων, ἤγαγον κ. τ. λ. Mirum, ni aliqua exciderint in priore membro Sententiæ. IDEM.

Ἰστέον δὲ, ὅτι Δ. οὐκ ἀπῆλθεν] Τὸ οὐκ delendum esse constat, quod [§. νά.] ipse Auctor ait, se ad redimendos Captivos denuo cum legatis ivisse. WOLF. Hæc tam sicco pede Wolfium transire non oportuit. Mire enim in his turbatum est. Constat ex infinitis fere locis, ea legatione functum esse Demosthenem. Et ea, quæ hic sequuntur, aliter non possunt

αὐτὴν πρόφασιν. ἀπελθὼν γὰρ εἰς τὴν πρώτην πρεσβείαν, εὗρεν ἐν Μακεδονίᾳ τινὰς τῶν Ἀθη-
ναίων αἰχμαλώτους· καὶ ὑπέσχετο φέρειν ἐκ τῶν ἰδίων χρημάτων καὶ ῥύσασθαι αὐτούς. οὐκ
ἠδύνατο δὲ τοῦτο ποιῆσαι, εἰ μὴ ἐν προσχήματι πρεσβευτοῦ. [1] ἐκέλευσε δὲ τὴν πρεσβείαν
ἀπελθεῖν πλῷ, διὰ τὸ αὐτοὺς ταχέως ἀπελθεῖν· καὶ ὅπου ἂν ὄντα πύθωνται Φίλιππον, δεῖ αὐ-
τοὺς ἀπελθεῖν, καὶ ἐκεῖσε τοὺς ὅρκους λαβεῖν. οἱ δὲ, μὴ πεισθέντες, πεζῇ ἀπῆλθον, καὶ εἰς
337 Μακεδονίαν ἀπελθόντες, [2] ἐκάθισαν ὅλους τρεῖς μῆνας, ἕως οὗ πολλὰ τῶν Ἀθηναίων χωρία κα-
ταστρέψας, ὑπέστρεφε Φίλιππος, ἐν οἷς καὶ Κερσοβλέπτης. καὶ ἐλθὼν, οὐκ εὐθὺς παρέσχεν
αὐτοῖς τοὺς ὅρκους, ἀλλ᾽ εἵλκυσεν αὐτοὺς, ἕως ηὐτρέπισε τὴν ἐπὶ Φωκέας [3] στρατιάν· καίτοι
πρεσβευσαμένων πρὸς αὐτὸν Φωκέων, περὶ διαλύσεως τοῦ πολέμου. καὶ ἐξελθόντος αὐτοῦ ἐπὶ
τοὺς Φωκέας, ἀντὶ τοῦ παρασχεῖν ἐν ἱερῷ τοὺς ὅρκους, ἐν πανδοχείῳ παρέσχε, λέγων οὕτω·
σπένδομαι Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἀθηναίων συμμάχοις χωρὶς Ἀλέων καὶ
Φωκέων. ἔλεγε γὰρ ὅτι οἱ Ἀλεῖς ἐχθροὶ ἦσαν τῶν φίλων μου τῶν Φαρσαλίων· Φωκεῦσι δὲ οὐ
σπένδομαι, ἐπειδήπερ ἠσέβησαν εἰς τὸ ἱερόν. ἐλθούσης οὖν τῆς δευτέρας πρεσβείας εἰς τὴν Ἀττι-
κὴν, ὁ Δημοσθένης ἐστασίαζε, λέγων, ὅτι οὐκ ἀρέσκει μοι τὰ ὑπὸ Φιλίππου δεδογμένα. ὁ δὲ Αἰ-
σχίνης ἔλεγεν, ὅτι ταῦτα εἶπε Φίλιππος ἐν τῷ φανερῷ· ἐμοὶ δὲ εἶπεν εἰς τὸ οὖς, ὅτι πλὴν Ἀλέων

1 ἐκέλευσε] ἔλεγε 2 ἐκάθησαν 3 στρατείαν

aut sibi constare, aut rite intelligi. Interea tamen æque liquet, negativam istam particulam in omnibus Codd. tam scriptis, quam prelo excusis, (solo Reg. α. forte excepto) solenniter et obstinate exstare, atque ea quidem constantia, ut cedere velle non videatur. Sed de ea re essemus otiosi, nisi majus esset aliquid, quod nos commovere possit. In oratione π. Στεφ. §. θ'. exstat dissertissimis verbis Demosthenis de hac re Decretum: in quo tam explicate dicitur, quam dici potuit maxime, ad hoc negotium electos esse *quinque* legatos, quorum nomina in decreto continentur: sc. Eubulus Anaphlystius, Æschines Cothocides, Cephisopho Rhamnusius, Democritus Phlyensis, Cleo Cothocides. De Demosthene altum silentium. Et quidem, quicunque legit *istam* Orationem, fere sentiet, Demosthenem legatum *non* fuisse. Dum ex Æschinis adversaria contrarium facillime erui posse video: πρὶν ἐπὶ τὴν ὑστέραν ἀπαίρειν πρεσβείαν, τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους, Δημοσθένην. Ὁ γὰρ μισαλέξανδρος καὶ μισοφίλιππος ὑμῖν οὗτος ῥήτωρ δὶς ἐπρέσβευεν ἐν Μακεδονίᾳ. Æschin. c. Ctesiph. 462. 10. Ed. Reisk. Ita Demosthenes ipse in hac Orat. ὥσπερ ἐπρέσβευσα δὶς, οὕτω καὶ λόγον ὑμῖν δοῦναι δίς. (loquitur de prima et secunda legatione.) §. ξβ'. Ita loca fere sexcenta. Vix meum est asserere, aut abiisse eum in ea legatione, aut domi mansisse. Sed pene teneo, quid de hac patientia Codicum, adeo incredibili, et inaudita, sit statuendum. Quod alibi exponam liberius. Interea de hac re cogitent Eruditi. Nec solus sum, quem ea discrepantia in numero Legatorum perculit. Jam enim video, istis locis in Exemplari Altempsiano crucem esse affixam: et de ea inconstantia nonnulla disputasse Contarenum, Var. Lect. Cap. XVII. TAYLOR.

Ἐκάθησαν] Ἐκάθισαν, παρὰ τὸ καθίζω. Quod cum Activum potius, quam Absolutum, videatur, (neque vero moror depravatos Codices. Quoties enim Librarii η et ι, et alias cognatas literas permutant?) malim ἐκάθηντο. Et paulo post ἐν οἷς καὶ Κερσοβλέπτην. Et v. 8. ηὐτρέπισε. Et v. 1. p. seq. παραφυλάξωνται. WOLF. Edebatur enim παραφυλάξονται. Si bene intelligam virum hunc eruditum, nam præter solitum est paulo obscurior, ἐκάθησαν, lectionem insinceram, sed ab omnibus confirmatam, propter facilem depravationem in ἐκάθισαν retrahi jubet: deinde autem, quia vox Activa huic loco non conveniat, ἐκάθηντο jubet. Non male, quod ἐκάθηντο. Ipse namque Demosthenes in hac eadem historia: βραχὺ φροντίσαντες οἱ χρηστοὶ πρέσβεις οὗτοι καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας. De Cor. §. ι'. Cæterum Wolfium de Grammatica sua non oportuit esse tam sollicitum. Ἐκάθισαν enim tam Absolute, (si per hoc Neutrum intelligit) quam Active dicitur. Et ea, propter Codicum quasi auctoritatem, est lectio hujus loci. TAYLOR.

Ἐν οἷς καὶ Κερσοβλέπτης] Wolfius, *ac præter cætera, ipso etiam Cersoblepte capto.* Rectius, *Cersoblepte ditione exuto.* JURIN.

Στρατιὰν] Infinitum esset recensere, quot in locis permutentur hæ voces Στρατεία et Στρατιά. Idque ante me annotarunt plurimi. Hic tantum admoneo, utramvis hic bene constare posse. Nam, me judice, et εὐτρεπίζειν στρατείαν, et εὐτρεπίζειν στρατιὰν, recte dicitur. Sed illud fortasse commodius: Nam De Corona, §. ιά. legitur, ἕως ἂν τὰ τῆς στρατείας τῆς ἐπὶ τοὺς Φωκέας εὐτρεπῆ ποιήσαιτο. Ubi minus bene legeremus στρατιᾶς, quanquam et id scribitur quoque. Attamen hic Wolfium video parum recte alteram in textu, alteram significationem in versione exhibere. TAYLOR.

Ταῦτα εἶπε] Elegantius paulo Cod. Vind. ὅτι ταῦτα μὲν ἔλεγε Φίλιππος — ἐμοὶ δὲ εἶπεν κ. τ. λ. IDEM.

καὶ Φωκέων εἶπον, ἵνα μὴ μαθόντες Θηβαῖοι παραφυλάξωνται. αὐτοὺς γὰρ εἰσερχόμενος
ἀπολέσω, τούτους δὲ σώσω. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πεισθέντες Αἰσχίνῃ, ἐχειροτόνησαν τρίτην πρεσβείαν,
βουλόμενοι μαθεῖν, εἰ φυλάττει Φίλιππος τὰ ὑπ' Αἰσχίνου λεχθέντα. καὶ ἐξωμόσατο Δημοσθέ-
νης, μήτε πρεσβεῦσαι, μήτε κοινωνεῖν, εἴτε καλῶς εἴτε κακῶς πράξει ἡ πρεσβεία. καὶ τότε φο-
βηθεὶς ὁ Αἰσχίνης, μή ποτε μένων ὁ Δημοσθένης πέμψαι πείσει τὸν δῆμον τοῖς Φωκεῦσι βοήθειαν,
προσεποιήσατο, ὡς λέγει Δημοσθένης, ἀῤῥωστεῖν. καὶ τότε ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Εὔνομος ἦλθεν ἔχων 338
ἰατρὸν, καὶ ὀμνύων ὅτι ἀῤῥωστεῖ Αἰσχίνης· καὶ αὐτὸν τὸν Εὔνομον ἀντὶ τούτου ἐχειροτόνησεν ὁ
δῆμος πρεσβευτήν. καὶ ἀπελθόντων τούτων τῶν πρέσβεων, ὡς κατέλαβον Εὔβοιαν, ἤκουσαν ὅτι
Φωκέας κατεστρέψατο [1] Φίλιππος, καὶ μετ' αἰσχύνης ὑπέστρεψαν. ἐλθούσης δὲ τῆς τρίτης
πρεσβείας εἰς τὴν Ἀττικὴν, Αἰσχίνης αὐτοχειροτόνητος πρεσβευτὴς ἀπῆλθε πρὸς Φίλιππον, ὡς
λέγει Δημοσθένης. ἰστέον δὲ ὅτι μετὰ τὴν πρεσβείαν ἕκαστος τῶν πρέσβεων εὐθύνας ἐδίδου.
καὶ ἡ μὲν πρώτη πρεσβεία παρέσχεν εὐθύνας οὕτω καλῶς, ὥς τε τὸν Δημοσθένην γράψαι, κα-
λέσαι αὐτοὺς ἐπ' ἄριστον. ἔθος γὰρ ἦν τοὺς καλῶς πρεσβευσαμένους, εἰς δημόσιον ἄριστον
καλεῖσθαι. ἀποροῦσι δέ τινες, ὅτι, εἰ ἠπίστατο Δημοσθένης, ὅτι προδόται ἦσαν, διὰ τί ἐποίη-
σεν αὐτοὺς κληθῆναι εἰς δημόσιον ἄριστον. καὶ λέγομεν, ὅτι μετὰ τὸ ἄριστον ἔγνω τὸν σκοπὸν
αὐτῶν. τῶν δὲ τῆς δευτέρας πρεσβείας, μόνος ὁ Δημοσθένης δέδωκεν εὐθύνας· μέλλοντος δὲ τοῦ
Αἰσχίνου παρέχειν, ἐπέστη Τίμαρχος καὶ Δημοσθένης κατηγορήσοντες τούτου. καὶ ᾔτησεν Αἰ-
σχίνης ἀνάκρισιν γενέσθαι, καὶ γενομένης ἀνακρίσεως, ἔδειξε Τίμαρχον ἡταιρηκότα, καὶ [2] ἐξέ-
βαλεν αὐτόν. νόμος γὰρ ἦν τὸν ἡταιρηκότα μὴ πολιτεύεσθαι. εἶτα ἐπέστη κατηγορήσων ὁ Δη-
μοσθένης. καὶ λέγουσί τινες, πῶς ἐνταῦθα μέμνηται τῆς τρίτης πρεσβείας; λέγομεν δ' ὅτι
μετὰ τρία ἔτη τῆς γραφῆς, εἰσῆλθεν ἔχων τὴν κατηγορίαν. γενομένης γὰρ τῆς δευτέρας πρε-
σβείας, μαθόντες οἱ Ἀθηναῖοι τὴν τῶν Φωκέων ἀπώλειαν, ἐσκευαγώγουν ἐκ τῶν ἀγρῶν, καὶ ἐν
πολλῷ θορύβῳ ἦσαν. καὶ μετὰ τρία ἔτη εἰσῆλθεν ὁ Δημοσθένης κατηγορήσων Αἰσχίνου, καὶ 339
κρίνει αὐτὸν διὰ δύο ἐγκλήματα· διὰ τὴν ἀπώλειαν τῶν Φωκέων, καὶ διὰ δωροδοκίαν. ἰστέον δὲ
ὅτι προηγούμενόν ἐστιν ἔγκλημα, ὅτι Φωκεῖς ἀπολώλασι. πρὸς σύστασιν [3] δὲ τούτου, δεύτερον
[4] ἀνέκυψε ζήτημα, ὅτι ἐπὶ χρήμασιν Αἰσχίνῃ τοῦτο τετόλμηται· ὡς σύστασιν γίνεσθαι [5] τοῦ
προτέρου ἐγκλήματος τοῦ κατὰ Φωκέας. τεκμήρια [6] δ' ἐστι τοῦ πάλαι ταῦτα ἐσκευωρῆσθαι
καὶ κατεσκευάσθαι,—δι' ὧν ἅμα καὶ προαναιρεῖ τὸ χρῶμα Αἰσχίνου, καταφεύγοντος ἐπὶ
ἄγνοιαν, καὶ συγγνώμην—, καὶ τούτων τὰ μὲν, ἐκ τῶν παρειμένων εἴληφε, τὰ δὲ, ἐκ τῶν πε-
πραγμένων. συνεῖπε γὰρ Φιλοκράτει, ἄνευ Φωκέων γράφοντι τὴν εἰρήνην· οὐκ ἔλαβεν ὅρκους
παρὰ Θετταλῶν συμμαχούντων Φιλίππῳ, οἳ οὐκ ἂν συνεστράτευσαν ἐπὶ Φωκέας, εἰ πρὸ
δεδωκότες ἦσαν τοὺς ὅρκους· ἐνέδωκε Φιλίππῳ [7] χρόνον τοῦ παρασκευάσασθαι τὴν ἐπὶ

[1] ὁ Φίλιππος [2] ἐξέβαλον [3] Deest δέ. [4] ἐνέκυψε [5] Deest articulus. [6] Deest δ'. [7] χρόνῳ παρασκευάσασθαι

Πεισθέντες] Male Wolfius interpretatur, ac si tertiam legationem *suadebat* Æschines. Suadere quidem potuit, sed non ex his verbis colligitur. Tantum dicitur, quod, dum Demosthenes acta legatorum de pace ineunda improbaret, defenderet autem Æschines, *vicit hujus causa et sententia, unde factum est, ut tertio mitterentur legati.* Distant hæc inter se plurimum. Idem.

Φυλάττει] Rectius φυλάττοι cum Vindob. Et mox, πείσῃ. Idem.

Ἐξέβαλον] i.e. Judices. Ἐξέβαλον o. l. s. Bodl. interea ἐξέβαλεν, quasi ad Æschinem referre voluit. Atque ita Wolfius legit et interpretatur, lectore suo, id quod minime decuit, non admonito. Idem.

Λέγουσι] Ζητοῦσι. Lambinus. Idem.

Δεύτερον ἐνέκυψε] [ut Editi] ἀνέκυψε lego. Et [paulo ante] πρὸς σύστασιν δὲ τούτου. [Aberat enim.] Wolf.

Τεκμήρια δ' ἐστι κ. τ. λ.] Post hæc verba deesse videntur *ea signa.* Sequitur enim mox, δι' ὧν ἅμα. Sed ea ex iis, quæ sequuntur, possunt intelligi. Paulo post [v. antepen.] ἄνευ Φωκέων γράφοντι. Et [v. ult.] ἐνέδωκε Φιλίππῳ χρόνον lege. Et [v. 3. p. seq.] μιᾷ μὲν, ὅτι Θηβαῖοι ἀπολοῦνται. Et [v. 4.] σώσειν γὰρ αὐτοὺς χάριν τῆς πόλεως, ut habet Felicianus, aut, σώσειν γὰρ αὐτῶν τὰς πόλεις ἐπηγγείλατο. Et [v. 8.] πρεσβευσαμένων περὶ αὐτοῦ τῶν Ἀμφικτυόνων. Et [v. 11.] ἁλόντων Φωκέων μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν. Idem. Quid hic præstitit Wolfius, melius discetur ex Variis Lectionibus, ad calcem operis. Quædam tamen sunt hic dicenda. Voces illæ δι' ὧν — συγγνώμην cum Cl. Marklando parenthesi sunt includendæ; quod difficultatem hujus loci aliquatenus levabit. Ita enim quodammodo fluet Oratio: τεκμήρια δὲ (sc. signa, sive argumenta prioris Quæstionis) — τὰ μὲν ἐκ τῶν παρειμένων — τὰ δὲ etc. Deinde v. ult. pro χρόνῳ, accuratiores Editiones, Manutii sc. et Feliciani, uti restituit cum Lambino Wolfius, diserte χρόνον. Proxime autem, [v. 4. p. seq.] neque cum Aldo et Benenato σώσειν γὰρ αὐτοὺς τῆς πόλεως, neque cum Feliciano et Manutio χάριν τῆς πόλεως, neque cum Wolfio, σώσειν γὰρ αὐτῶν τὰς πόλεις, verum cum Bodl. Cod. Reg. *a.* Ital. et Vindob. σώσειν γὰρ αὐτοὺς τῇ πόλει ἐπηγγείλατο. Demum [v. 12.] μετὰ recte, non ἐπὶ, cum Codd. Impressis emendatioribus, Lambino similiter ita conjectante. Nihil agunt illi, qui παρὰ substituunt. Taylor.

Φωκέας στρατείαν, διέτριψε γὰρ ἐκεῖνος, τοὺς χρόνους ἐξεπίτηδες ἀναλίσκων, ἵνα μὴ περιπλεύ-
σας ὁ δῆμος κλείσῃ τὰς Πύλας· ἐξηπάτησε τὴν πόλιν ἐπανελθὼν ἐπίτηδες διτταῖς ἐλπίσι,
μιᾷ μὲν, ὅτι [1] Θηβαῖοι ἀπολοῦνται, ἑτέρᾳ δὲ, ὅτι Φωκεῖς σωθήσονται, ὥς τε μὴ ἐγγενέσθαι
βουλεύσασθαί τι δεξιὸν ὑπὲρ Φωκέων, εἶπε γὰρ δεῖν Φιλίππῳ πιστεύειν, σώσειν γὰρ αὐτοὺς
[2] χάριν τῆς πόλεως ἐπηγγείλατο. καὶ τοῦ μὲν προτέρου ταῦτα τεκμήρια· τοῦ δὲ δευτέρου, τοῦ
περὶ τῶν δώρων, ἐν ᾧ δείκνυται ὅτι εἴληφεν Αἰσχίνης, ταῦτα τεκμήρια, ὧν ὁμοίως τὰ μὲν ἐκ τῶν
παρειμένων ἐστὶ, τὰ δὲ ἐκ τῶν πεπραγμένων. οὐ μισεῖ Φίλιππον καίπερ ἐξαπατηθεὶς ὑπ' αὐ-
340 τοῦ, ὥς φησι· συνεῖπε Φιλίππῳ γενέσθαι Ἀμφικτύονα, πρεσβευσαμένων [3] ὑπὲρ αὐτοῦ
τῶν Ἀμφικτυόνων· σύνεστιν ἀεὶ Φιλοκράτει χρήματα εἰληφότι· καλούμενος ἐπὶ μαρτυρίαν,
ἡνίκα Ὑπερίδης εἰσήγγειλε Φιλοκράτην, παρὼν οὐκ ἐφθέγξατο· χειροτονηθεὶς πρεσβευτὴς ἐπὶ
τὴν Φωκίδα πρός Φίλιππον ἐπὶ ταῖς ὑποσχέσεσιν, ἀῤῥωστεῖν προσεποιήσατο· ἁλόντων Φω-
κέων [4] μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν, ἀχειροτόνητος πορεύεται, ὅτε καὶ φυλάξασθαι αὐτὸν ἐχρῆν.
ταῦτα τὰ τεκμήρια τοῦ δευτέρου λόγου. ἔστι δὲ τούτων τὸ ἰσχυρότερον, καὶ οὗ μάλιστα ἀντ-
έχεται, ἡ ἐπαγγελία, καὶ ἡ ὑπόσχεσις Αἰσχίνου, ἡ περὶ Θηβαίων καὶ Φωκέων. Ἡ μὲν ὑπόθεσις

[1] Θηβαῖοι deest. [2] Deest χάριν. [3] περὶ αὐτῶν ἀμφικτυόνων [4] μετὰ] ἐπὶ

Στρατείαν] Lege στρατιὰν, uti supra ἐπέτρεψε τὴν ἐπὶ Φωκέας στρατιάν. Mox lege ἐξεπίτηδες. Markland.

Θηβαῖοι] Deest in Impressorum plurimis. Restituerunt cum Wolfio Codd. Reg. *a.* Altemps. aliique. Taylor.

Ὅτε καὶ φυλάξασθαι αὐτὸν ἐχρῆν] E verbis Demosthenis legendum videtur ὅτε καὶ φίλος εἶναι αὐτῷ ἔφη. Wolf. Quid hoc, mi homo? Cur hortaris, ut tuam fidem secuti tam longe a Codd. atque a Veritate ipsa aberraremus? *Metuendum esset Æschini,* inquit Scriptor, *a Thebanis, præsertim si iter suscepisset sine auctoritate publica.* Olim enim, eo tempore, quo legationem suam renunciavit, aiebat, se, propter fidem patriæ suæ præstitam, a Thebanis fuisse proscriptum et proclamatum. Πάνδεινον igitur est, (ut ait Demosthenes, §. λθ'. in fin. de hac ipsa re, quæ hic tractatur) ἀπηγγελκότα, ὡς ἐπικεκήρυκται χρήματα αὐτῷ ἐν Θήβαις, ἐπειδὴ Θηβαῖοι πρὸς τῷ τὴν Βοιωτίαν ἅπασαν ἔχειν, καὶ τῆς Φωκέων χώρας ἐγκρατεῖς γεγόνασι, τηνικαῦτα εἰς μέσας τὰς Θήβας, καὶ τὸ τῶν Θηβαίων στρατόπεδον βαδίζειν. Jam judicet æquus lector, uter *e verbis* Demosthenis (nam ad verba Demosthenis provocavit) veram lectionem stabiliverit, Ego, an Professor Francofurtensis? Tayl.

Λόγου] Incaute scribitur ab Ulpiano (nam hæc Ulpianus) λόγου, qui prius scripserat, ζητήματος. *Accusatio* hæc, sive *Oratio,* duas continet *quæstiones.* Vid. pag. præteritam, v. 26. Mox cum MSto Vindob. restituas τὸ ἰσχυρότατον. Idem.

Ἐπαγγελία] Permisceri sæpissime a Librariis inter describendum, voces, Ἀπαγγέλλειν et Ἐπαγγέλλειν, id quidem annotatur a multis. Vid. Cl. D'Orvillium ad Chariton. Aphrodis. pag. 413. Albert. ad Act. Apost. XXIII. 21. Nihil potest istius rei illustrius proferri exemplum, quam quod occurrit in Ulpiano. Dum commentatur ad §. ιθ'. *in fin.* hujusce Orationis, ἐπαγγελλομένου καὶ ὑποσχομένου τὴν σωτηρίαν Αἰσχίνου, hærebat ibi in Lutecianorum primo ἀπαγγελλομένου. Hærebat, inquam, et ita credere fas est. Nam Benenatus, dum eam varietatem lectionis in margine annotare voluit, (adeo proclive erat in his vocibus describendis errare) pro varia, istud Ἐπαγγελλομένου Auctoris sui iterum repræsentavit. Cum autem per totam hanc Orationem potissimum in cognatis his vocabulis et peccatum est maxime, et tamen quam minime oportuit, venia dignus censebitur, qui id utique negotii diligentissime et accuratissime excutiet: præsertim cum ea varietate referta sunt Exemplaria non solum ex imperitia describentium, qui in ductu literarum hallucinabantur, verum etiam aliquando ex temeritate sanare meditantium: uti accidit Brodæo, quem vide ad Æschinem in Defensione sua, pag. 292. Not. 85. *Ed. Reisk.* ἀπαγγέλλειν igitur, vox intra limites unius fere significationis contenta et conclusa, nihil dicit, nisi *Renunciare,* id est, *simpliciter enarrare, quæ gesta sunt, et quo modo.* Οὐδὲν ῥᾷον, ut scribitur apud Æschinem, p. 231. 4. *Ed. Reisk.* ἢ πρεσβείαν ἀπαγγεῖλαι. Sic, εἶναι ταῦτα ἀληθῆ, ἃ οὗτος ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς, infra §. ιθ'. *ante med.* Et §. ζ'. *post med.* πάντα τἀληθῆ πρὸς τὴν βουλὴν ἀπήγγειλα. Et pariter §. ιθ'. *in fin.* ἁπάντων ἐναντίων, ὧν πρὸς ὑμᾶς οὗτος ἀπήγγειλεν. Adde §. γ'. *ante med. bis.* §. κα'. *post med. bis.* etc. Infinitus enim essem, si exempla coacervarem: neque opus est multis. Ἐπαγγελία interea (I.) de eo dicitur, *qui aliquid in se præstandum suscepit, qui sponte agit, non coactus, aut invitus.* Ita De Corona, §. μβ'. Ἀντιφῶντα, ὃς ἐπαγγειλάμενος Φιλίππῳ τὰ νεώρια ἐμπρήσειν. Sic adv. Leptin. §. ια'. ὁρῶν— σπανίζοντα τὸν δῆμον χρημάτων, τάλαντον ἔδωκεν αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος, i. e. *ultro, sponte sua.* Vid. Wolf. ad locum. Similiter fere De Corona, §. λγ'. ὧν μέντοι γε ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἐπαγγειλάμενος δέδωκα. Inde aliquoties, cum quadam

πζ′. Νῦν τοίνυν ὑμᾶς οὐκ εἰς Πελοπόννησον δεῖ πρεσβείαν 411 πέμπειν, οὐδ᾽ ὁδὸν μακρὰν βαδίσαι, οὐδὲ ἐφόδια ἀναλίσκειν, ἀλλὰ ἄχρι τοῦ βήματος ἐνταυθοῖ [1] προσελθόντα ἕκαστον ὑμῶν, τὴν ὁσίαν καὶ δικαίαν [2] ταύτην ψῆφον ὑπὲρ τῆς πατρίδος θέσθαι κατ᾽ ἀνδρὸς, ὃς, ὦ γῆ καὶ θεοὶ, ἐκεῖνα ἃ διεξῆλθον ἐν ἀρχῇ δεδημηγορηκὼς, τὸν Μαραθῶνα, τὴν Σαλαμῖνα, τὰς μάχας, τὰ τρόπαια, ἐξαίφνης, ὡς ἐπέβη Μακεδονίας, πάντα τἀναντία τούτοις ἔλεγε, μὴ προγόνων μεμνῆσθαι, μὴ τρόπαια λέγειν, μὴ βοηθεῖν μηδενὶ, μὴ κοινῇ μετὰ τῶν Ἑλλήνων βουλεύεσθαι, [3] μόνον οὐ καθελεῖν τὰ τείχη. καί τοι τούτων αἰσχίους λόγοι οὐδένες πώποτε ἐν τῷ [4] παντὶ γεγόνασι χρόνῳ παρ᾽ ὑμῖν. τίς γάρ ἐστιν Ἑλλήνων ἢ Βαρβάρων [5] οὕτω σκαιὸς, ἢ ἀνήκοος, ἢ σφόδρα μισῶν τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν, ὅς τις, εἴ τις ἔροιτο, εἰπέ μοι, τῆς νῦν οὔσης Ἑλλάδος ταυτησὶ καὶ οἰκουμένης, ἔσθ᾽ [6] ὅτι ταύτην ἂν τὴν προσηγορίαν εἶχεν, ἢ ᾠκεῖτο ὑπὸ τῶν νῦν ἐχόντων Ἑλλήνων, εἰ μὴ τὰς ἀρετὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἐκείνας οἱ Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι παρέσχοντο ἡμέτεροι πρόγονοι; οὐδ᾽ ἂν εἷς εὖ οἶδ᾽ ὅτι φήσειεν· ἀλλὰ πάντα [7] ταῦθ᾽ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἂν ἑαλωκέναι. εἶθ᾽ οὓς μηδὲ τῶν ἐχθρῶν μηδεὶς ἂν τούτων τῶν ἐγκωμίων καὶ τῶν ἐπαίνων ἀποστερήσειε, τούτων Αἰσχίνης ὑμᾶς οὐκ ἐᾷ μεμνῆσθαι, τοὺς ἐξ ἐκείνων, ἵνα αὐτὸς ἀργύριον λάβῃ; καὶ μὴν τῶν μὲν ἄλλων ἀγαθῶν, οὐ μέτεστι τοῖς τεθνεῶσιν· οἱ δὲ ἐπὶ τοῖς καλῶς πραχθεῖσιν ἔπαινοι, τῶν οὕτω τετελευτηκότων ἴδιον κτῆμά εἰσιν. οὐδὲ γὰρ ὁ φθόνος αὐτοῖς ἔτι τηνικαῦτα ἐναντιοῦται. 442

[1] παρελθόντα [2] Deest ταύτην. [3] μονονοὺ [4] παντὶ τῷ χρόνῳ γεγόνασι [5] οὕτω σφόδρα σκαιὸς, καὶ ἀνήκοος [6] ὅ, τι [7] ταῦτα πάντα

πζ′. Ἀλλ᾽ ἄχρι τοῦ βήματος] S. τοῦ Ἄρχοντος. Etsi non satis mihi constat de consuetudine ferendi suffragia; quæ non una eademque in omnibus judiciis fuisse videtur. WOLF.

Διεξῆλθον] Distingue: ἐκεῖνα, ἃ διεξῆλθον, ἐν ἀρχῇ δ. MARKLAND. Corrige ergo Wolfii versionem, hoc pacto: *Qui cum illas, quas recensui, conciones initio habuerit*—Ita distinguit Hieron. Ferrus in versione Italica. TAYLOR.

Ὅτι] Scribendum ὅ, τι. Vid. ad §. πς′. *ad init.* MARKLAND. Et recte vertit Wolfius: *Ejus Græciæ estne ulla pars, quæ - - ?* TAYLOR.

Λάβῃ] Interrogative λάβῃ; MARKL.

ὧν ἀποστερῶν ἐκείνους οὗτος, αὐτὸς ἂν τῆς ἐπιτιμίας [1] δικαίως νῦν στερηθείη, καὶ ταύτην ὑπὲρ τῶν προγόνων ὑμεῖς δίκην [2] λάβητε παρ᾽ αὐτοῦ.

πή. Τοιούτοις μέν τοι λόγοις, ὦ κακὴ κεφαλὴ, σὺ τὰ τῶν προγόνων ἔργα συλήσας, καὶ [3] διασύρας τῷ λόγῳ, πάντα τὰ πράγματα ἀπώλεσας. εἶτα γεωργεῖς ἐκ τούτων, καὶ σεμνὸς γέγονας. καὶ γὰρ αὖ τοῦτο, πρὸ μὲν τοῦ πάντα τὰ κακὰ εἰργάσθαι τὴν πόλιν, ὡμολόγει γεγραμματευκέναι, καὶ χάριν ὑμῖν ἔχειν τοῦ χειροτονηθῆναι, καὶ μέτριον παρεῖχεν ἑαυτόν· ἐπειδὴ δὲ μύρια εἴργασται κακὰ, τὰς ὀφρῦς ἀνέσπακε, κἂν, ὁ γεγραμματευκὼς Αἰσχίνης, εἴποι τις, ἐχθρὸς [4] εὐθέως, καὶ κακῶς φησὶν ἀκηκοέναι, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς πορεύεται, θοἰμάτιον καθεὶς ἄχρι τῶν σφυρῶν, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, τὰς γνάθους φυσῶν, τῶν Φιλίππου ξένων καὶ φίλων εἷς οὗτος ὑμῖν ἤδη, τῶν ἀπαλλα-

[1] δικαίως ἂν νῦν [2] λάβοιτε [3] *διασύρας καὶ συλήσας [4] εὐθέως ἐχθρὸς

Ἀποστερῶν — στερηθείη] Scholiastes, si ejus verba recte intelligam, acutam ponit harum vocum distinctionem, huic quidem loco satis convenientem, dubito autem, an a Veteribus religiose observatam. Juxta ejus sententiam Ἀποστερεῖσθαι erit *Carere*, Στερεῖσθαι, *Amittere*. In illo sensu *Defraudamur*, in hoc *Spoliamur*. Qui præ nobis otio abundant, viderint, an hæc rite discriminentur. Ego sane dubito. Consonat quidem hoc: Οὕτω γὰρ ἄν τις οὐ πλοῦτον, οὐ δόξαν, οὐ σοφίαν ἀγαπήσειε παραγενομένην, δεδιὼς στερεῖσθαι. Plutarch. in Solone. Iterumque: Οἷς οὐδ᾽ ἀπόλαυσις ἐγγίνεται τοῦ ποθουμένου παρόντος, τοῦ μέλλοντος ὠδῖνας ἀεὶ, καὶ τρόμους, καὶ ἀγῶνας, εἰ στερήσονται, παρέχοντος αὐτοῖς. Ibid. Ita scripsit Demosthenes, aut scripsisse videtur: τῆς χάριτος ἀποστερεῖσθαι, *gratia et popularitate* defraudari, *non earum rerum compotem fieri*. Sed et scripsit quoque Idem τῆς ἡγεμονίας ἀποστερεῖσθαι, *de avito imperio deturbari*. Ita scribunt et alii quoque. TAYLOR.

πή. Λόγοις] F. ἔργοις, cui mox opponitur λόγῳ. Vid. Æschin. adv. Ctesiph. p. 639. 9. ed. Reisk. MARKLAND. Fortasse mecum. Τοιούτοις μέντοι λόγοις, tali oratione, (nempe, μὴ προγόνων μεμνῆσθαι, μὴ τρόπαια λέγειν, quæ *verba* Æschinis sæpe perstringit, in aditu scil. hujus Orationis, §. ς′. *ad fin.* rursus §. πέ. et rursus denique §. πζ. *ante med.*) τοιούτοις, inquam λόγοις σὺ τὰ τῶν προγόνων ἔργα συλήσας καὶ διασύρας, πάντα τὰ πράγματα ἀπώλεσας. Nam illud τῷ λόγῳ post διασύρας est inficetum, et pene expiandum. TAYLOR.

Γέγονας;] Ita distingue. MARKLAND.

Μύρια εἴργασται κακὰ] Lege, [non εἰργάσθαι cum Aldo] et paulo ante [v. 7.] καὶ γὰρ αὖ τοῦτο, F. addendum εἰπεῖν δεῖ, nisi τὸ τοῦτο redundet. Referri quidem potest ad ὡμολόγει. WOLF.

Ἄχρι τῶν σφυρῶν] Vid. Victor. XI. Var. Lect. 11. TAYLOR.

Ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ] Hunc supra Æschinis amicum esse dixit. Qui, cum forte procerus homo esset, Æschines pusillus homuncio, æque μακροβαίνων præ indignatione esse studuit. WOLF. Vid. Harpocr. Suidam. Adducit Kusterus locum similem ex Athenæo, lib. 5. Ubi videbis Casaubonum. Constat quidem, parva fuisse statura Æschinem, si ulla fides habenda sit Ulpiano, dum interpretatur ista verba in Orat. De Corona, §. μ′. τὸν καλὸν ἀνδριάντα, καὶ τριταγωνιστὴν ἄκρον ἐξέθρεψέ σε. Cæterum quis fuerit iste Pythocles, nescimus hodie et nescibitur. Hoc tantum scio, Valesium futiliter conjectasse, hunc esse Pythoclem, adolescentem ex Secta Epicurea, cujus meminere Plutarchus et Laertius. Quid, mi homo? In qua Olympiade acta erat hæc causa Athenis, ea ipsa in lucem editus est EPICURUS ipse, qui sectam et scholam condidit. Verba ea adagialia, Ἴσα βαίνειν, illustrarunt plurimi: omnium fortasse felicissime Homo eruditissimus, D. Langbænius ad Longini Caput ultimum. TAYLOR.

γῆναι τοῦ δήμου βουλομένων, καὶ κλύδωνα καὶ μανίαν τὰ καθεστηκότα πράγματα ἡγουμένων, ὁ τέως [1]ἔτι προσκυνῶν τὴν Θόλον.

πθ'. Βούλομαι τοίνυν ὑμῖν ἐπὶ κεφαλαίων [2]ἐπελθεῖν, ὃν τρόπον ὑμᾶς κατεπολιτεύσατο Φίλιππος, προσλαβὼν τούτους τοὺς θεοῖς ἐχθρούς· πάνυ δὲ ἄξιον ἐξετάσαι καὶ θεάσασθαι τὴν ἀπάτην ὅλην. τὸ μὲν γὰρ ἀπ' ἀρχῆς, τῆς εἰρήνης ἐπιθυμῶν, διαφορουμένης αὐτοῦ τῆς χώρας ὑπὸ τῶν λῃστῶν, καὶ κεκλεισμένων τῶν ἐμπορίων, ὥστε ἀνόνητον ἐκεῖνον ἁπάντων εἶναι τῶν ἀγαθῶν, τοὺς τὰ φιλάνθρωπα λέγοντας ἐκείνους ἀπέστειλεν ὑπὲρ αὐτοῦ, τὸν Νεοπτόλεμον, τὸν Ἀριστόδημον, τὸν Κτησιφῶντα· ἐπειδὴ δὲ ἤλθομεν ὡς 443
αὐτὸν ἡμεῖς οἱ πρέσβεις, ἐμισθώσατο μὲν τοῦτον [3]εὐθέως, ὅπως συνερεῖ καὶ συναγωνιεῖται τῷ μιαρῷ Φιλοκράτει, καὶ τῶν τὰ δίκαια βουλομένων ἡμῶν [4]πράττειν περιέσται. συνέγραψε δὲ ἐπιστολὴν ὡς ὑμᾶς, ᾗ μάλιστα ἂν ᾤετο τῆς εἰρήνης τυχεῖν. ἦν δὲ οὐδὲν μᾶλλον μέγα αὐτῷ καθ' ὑμῶν οὐδ' οὕτω πρᾶξαι, εἰ μὴ Φωκέας ἀπολῇ· τοῦτο δὲ οὐκ ἦν εὔπορον. συνῆκτο γὰρ αὐτῷ τὰ πράγματα, ὥσπερ ἐκ τύχης, εἰς καιρὸν τοιοῦτον, ὥστε ἢ μηδέν, ὧν ἐβούλετο εἶναι

[1] [ἔτι] [2] ἐπανελθεῖν [3] εὐθέως τοῦτον [4] πράττειν ἡμῶν

Προσκυνῶν τὴν Θόλον] Significat, illi optatissimum fuisse scriptionis illud vile munus. Curia quædam Atheniensis Tholus dicta fuit. Wolf. Dixi supra, ad §. οά. *a med.* Unde liquebit, nihil hic sani protulisse Wolfium. Ad phrasin istam, προσκυνῶν τὴν Θόλον, quod attinet, notavit doctissimus Tiber. Hemsterhusius, conferri eam merito posse cum his verbis Lucianeis, in Timone, §. 23. Ὁ δὲ ἐμπεσὼν ἀθρόως ἐς ἐμὲ ἀπειρόκαλος καὶ παχύδερμος ἄνθρωπος, ἔτι τὴν πεδην πεφρικώς, καὶ εἰ παριὼν ἄλλος μαστίξειέ τις, ὄρθιον ἐφιστὰς τὸ οὖς, καὶ τὸν μύλωνα, ὥσπερ τὸ ἀνάκτορον, προσκυνῶν — Recte ergo τέως ἔτι, *qui nondum deposuit eos mores et vitæ rationem.* Wolfius vertit, quasi approbasset lectionem quamplurimorum Codd. πρώην προσκυνῶν τὴν Θόλον. Hoc explicabit mentem ejus, qui contulit Italicum Codicem: "Τὴν Θόλον quidam legendum putant" [nam Θόλων edi videbat] "et pro hoc alii ὑπερώην." Hoc erat istud πρώην, de quo modo dixi. Taylor.

πθ'. Ἐπελθεῖν] Malim ἐπεξελθεῖν. Quod longe præstat. Licet Codd. ut puta Ven. Reg. *a.* et Aug. habeant ἐπανελθεῖν. Idem.

Διαφορουμένης] F. διαφθειρομένης. Wolf. Inutiliter sane et inauspicato: licet eam lectionem quoque commendet Cod. Harl. cum Regg. *β.* et *ε.* Vid. D'Orvill. ad Chariton. Aphrodis. III. 5. Tayl.

Ὑπὸ τῶν λῃστῶν] Prima Philippica [§. θ'.] monuit, ὅτι λῃστεύειν ἀνάγκη, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ πολέμου χρῆσθαι τὴν πρώτην. Wolf.

Ὥστε ἀνόνητον etc.] Ὥστε οὐχ οἷόν τ' εἶναι ὄνασθαι καὶ ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν. Vid. II. (I.) Olynth. Idem.

Ἦν δὲ οὐδὲν μᾶλλον μέγα] F. ἦν δ' οὐδενὸς μᾶλλον οὐδὲν μέγα. Wolf. F. οὐδὲν ἄλλο μέγα, ut §. ξ'. μηδὲν ἄλλο δίκαιον. Markland. Vid. Var. Lect.

Ὧν ἐβούλετο εἶναι] Otiosum sane istud εἶναι, ne dicam molestum—ὧν ἐβούλετο εἶναι, διαπράξασθαι, ἢ ἀνάγκην εἶναι. Credo ergo, ortum esse ex ea vicinia. Nam nunquam alibi sic loquitur. Infra v. 18. p. seq. διεπράξατο, ὧν ἠβουλήθη: et sic satis. Rursus, v. penult. πάνθ', ὅσα βούλομαι, διαπράξομαι. Et §. ζ'. *ad fin.* πάντα, ὅσα ὁ

διαπράξασθαι, ἢ ἀνάγκην εἶναι ψεύσασθαι, [1]ἐπιορκῆσαι, καὶ μάρτυρας τῆς αὐτοῦ κακίας [2]πάντας Ἕλληνας καὶ Βαρβάρους ποιήσασθαι. εἰ μὲν γὰρ προσδέξαιτο Φωκέας συμμάχους, καὶ μεθ' ὑμῶν τοὺς ὅρκους αὐτοῖς ἀποδοίη, τοὺς πρὸς Θετταλοὺς καὶ Θηβαίους ὅρκους παραβαίνειν εὐθὺς ἀναγκαῖον ἦν, ὧν τοῖς μέν, τὴν Βοιωτίαν συνεξαιρήσειν ὀμωμόκει, τοῖς δέ, τὴν Πυλαίαν συγκαταστήσειν· εἰ δὲ μὴ προσδέχοιτο, ὥσπερ οὐ προσίετο, οὐκ ἐάσειν ὑμᾶς παρελθεῖν [3]αὐτὸν ἡγεῖτο, ἀλλὰ βοηθήσειν εἰς Πύλας. ὅπερ, εἰ μὴ παρεκρούσθητε, ἐποιήσατε ἄν. εἰ δὲ τοῦτο γένοιτο, οὐκ ἐνεῖναι παρελθεῖν ἐλογίζετο. καὶ ταῦτα οὐ παρ' ἄλλων αὐτὸν ἔδει πυθέσθαι, ἀλλ' αὐτὸς ὑπῆρχε μάρτυς ἑαυτῷ τοῦ πράγματος. ὅτε γὰρ τὸ πρῶτον ἐκράτησε [4]Φωκέας ὁ Φίλιππος, καὶ διέφθειρε τοὺς ξένους αὐτῶν, καὶ τὸν ἡγούμενον, καὶ στρατηγοῦντα Ὀνόμαρχον, τότε τῶν ὄντων ἀνθρώπων ἁπάντων οὐδενὸς οὔτε Ἕλληνος, οὔτε Βαρβάρου βοηθήσαντος [5]Φωκεῦσι, πλὴν ὑμῶν, οὐχ ὅπως παρῆλθεν,
444 ἢ διεπράξατο ὧν ἠβουλήθη τι παρελθών, ἀλλ' οὐδὲ προσελθεῖν ἐγγὺς ἠδυνήθη. ᾔδει δὲ σαφῶς, οἶμαι, τοῦτο, ὅτι νῦν, ἡνίκα [6]ἐστασίαζε μὲν αὐτῷ τὰ Θετταλῶν, καὶ Φεραῖοι πρῶτον οὐ συνηκολούθουν, ἐκρατοῦντο δὲ Θηβαῖοι, καὶ μάχῃ ἥττηντο, καὶ τρόπαιον ἀπ' αὐτῶν εἱστήκει, οὐκ ἔνεστι παρελθεῖν, εἰ βοηθήσεθ' ὑμεῖς· οὐδέ, ἂν [7]ἐπιχειρῇ τοῖς ὅπλοις, δυνήσεται, εἰ μή τις τέχνη προσγενήσεται. πῶς οὖν μήτε ψεύσομαι φανερῶς, μήτε ἐπιορκεῖν δόξας, πάνθ' ὅσα βούλομαι, διαπράξομαι; πῶς; οὕτως. [8]ἐὰν Ἀθηναίων

[1] καὶ ἐπιορκῆσαι [2] ἅπαντας [3] αὐτὸν παρελθεῖν [4] φωκέας ἐκράτησεν [ὁ Φίλιππος,] [5] φωκεῦσι βοηθήσαντος [6] ἐστασιάζετο μὲν αὐτῷ τὰ τῶν θετταλῶν [7] ἐπιχειρῇ, τοῖς ὅπλοις *γ' αἱρήσειν δυνήσεται [8] ἂν

βούλωνται, νομίσαντες ὑπάρχειν. Et §. ϛά. *ad fin.* πάντα, ὅσα ἐβουλήθη, διαπέπρακται. Ita §. μβ'. *a med.* πᾶν, ὅ, τι ἂν βούληται, παρ' ὑμῖν ῥᾳδίως διαπράξεται. Et sic in locis sexcentis. Inutile enim erat et insolitum, adjicere τὸ εἶναι. Taylor.

Συγκαταστήσειν] M. συναποκαταστήσειν. Erepta enim erat eis Pylæa sive Amphictyonica dignitas a Phocensibus. Wolf.

Ὁ Φίλιππος.] Vid. Var. Lect.

Ἐκρατοῦντο δὲ Θηβαῖοι] Ἐνικῶντο καὶ ἡττῶντο ὑπὸ Φωκέων. Wolf.

Καὶ τρόπαιον ἀπ' αὐτῶν] F. ἀπ' αὐτῶν. S. τῶν Θηβαίων. Sin de Philippo, nam et is semel a Phocensibus profligatus est, lego ἐπ' αὐτῷ. Verba sic ordino: ᾔδει δὲ σαφῶς, οἶμαι, τοῦτο, ὅτι νῦν οὐκ ἔνεστι παρελθεῖν (S. εἴσω Πυλῶν), ἡνίκα ἐστασίαζε. Wolf. Quid hoc somnii! ἀπ' αὐτῷ nullus est, qui legit, aut impressus, aut manu exaratus. Taylor.

Ἐπιχειρῇ] Marg. Altemps. et Aug. γρ. οὐδ' ἂν ἐπιχειρῇ — χαιρήσειν. Suspicor aliquid hujusmodi. οὐδ', ἂν ἐπιχειρῇ τοῖς ὅπλοις, δυνήσεται χωρήσειν. Idem.

τινὰς εὕρω τοὺς Ἀθηναίους ἐξαπατήσοντας. ταύτης γὰρ
οὐκ ἔτ᾽ ἐγὼ τῆς αἰσχύνης κληρονομῶ. ἐντεῦθεν οἱ μὲν παρ᾽
ἐκείνου πρέσβεις προὔλεγον ὑμῖν, ὅτι Φωκέας οὐ προσδέχε-
ται Φίλιππος συμμάχους· οὗτοι δὲ ἐκδεχόμενοι, τοιαῦτα
ἐδημηγόρουν, ὡς φανερῶς μὲν οὐχὶ καλῶς ἔχει τῷ Φιλίππῳ
προσδέξασθαι τοὺς Φωκέας συμμάχους, διὰ τοὺς Θηβαίους
καὶ τοὺς Θετταλοὺς, ἐὰν δὲ γένηται τῶν πραγμάτων κύριος,
καὶ τῆς εἰρήνης τύχῃ, ἅπερ ἂν συνθέσθαι νῦν ἀξιώσαιμεν αὐ-
τὸν, ταῦτα ποιήσει τότε.

ζʹ. Τὴν μὲν τοίνυν εἰρήνην, ταύταις ταῖς ἐλπίσι καὶ
ταῖς παρασκευαῖς καὶ ταῖς [1] ἐπαγωγαῖς, [2] εὕροντο παρ᾽
ὑμῶν ἄνευ Φωκέων. τὴν δὲ βοήθειαν ἔδει μετὰ ταῦτα κωλῦ-
σαι, τὴν εἰς [3] τὰς Πύλας, ἐφ᾽ ἣν αἱ πεντήκοντα τριήρεις
ὁμόσε ἐφώρμουν, ἵν᾽, εἰ πορεύοιτο Φίλιππος, κωλύοιτε
ὑμεῖς. πῶς οὖν; τίς τέχνη πάλιν αὖ γενήσεται περὶ ταύτης;
τοὺς χρόνους ὑμῶν ἀφελέσθαι, καὶ ἐπιστῆσαι τὰ πρά-
γματα ἀγαγόντας ἄφνω, ἵνα, μηδ᾽ ἂν βούλησθε, [4] δυνή- 445
σεσθε ἐξελθεῖν. οὐκοῦν ταῦθ᾽ οὗτοι πράξαντες φαίνονται.
ἐγὼ δ᾽, ὥσπερ ἀκηκόατε ἤδη πολλάκις, οὐχὶ δυνηθεὶς
προαπελθεῖν, ἀλλὰ καὶ μισθωσάμενος πλοῖον [5] κατε-
κωλύθην ἐκπλεῦσαι. ἀλλὰ καὶ πιστεῦσαι Φωκέας ἔδει
Φιλίππῳ, καὶ ἑκόντας ἑαυτοὺς ἐνδοῦναι, ἵνα μηδεὶς χρόνος
ἐγγένηται τοῖς πράγμασι, μηδ᾽ ἐναντίον ἔλθῃ ψήφισμα
παρ᾽ ὑμῶν μηδέν. οὐκοῦν, ὡς μὲν οἱ Φωκεῖς σωθήσονται,
παρὰ τῶν Ἀθηναίων πρέσβεων ἀπαγγελθήσεται· ὥς τε
καὶ εἴ τις ἐμοὶ διαπιστεῖ, τούτοις πιστεύσας, ἑαυτὸν ἐγχει-
ριεῖ. τοὺς δὲ Ἀθηναίους αὐτοὺς μεταπεμψόμεθ᾽ ἡμεῖς, ἵνα

[1] ἐπαγαγαῖς [2] εὕρετο [3] Deest articulus. [4] δυνήσησθε [5] κατακωλυθεὶς

ζʹ. Εὕροντο] F. εὗρον παρ᾽ ὑμῶν τὸ ἄνευ Φωκέων. Wolf. Illud flocci non facio. Lege omnino cum optimo Aug. εὕρετο παρ᾽ ὑμῶν ἄνευ Φωκέων, Philippus scil. Taylor.

Ἐφ᾽ ἣν αἱ πεντήκοντα τριήρεις ὁμόσε ἐφώρμουν] Idest, *in statione erant imminentes in occasionem, et transitum* ὑποτεμούμεναι. Est enim ἐφορμεῖν etiam, *navibus insidere, et obsidere portum. Ex edit.* Hervag.

Τοὺς χρόνους] F. addendum ἔδει τοὺς χρόνους, ut et post, v. 21. πιστεῦσαι Φωκέας ἔδει. Wolf.

Καὶ ἐπιστῆσαι] *Et continere res eo tandem adducentes ut* --- Auger.

Ἀγαγόντας ἄφνω] F. ἀγαγόντος ἄφνω (sc. Φιλίππου τὴν δύναμιν ἐπὶ Φωκέας). Præcedit enim εἰ πορεύοιτο Φίλιππος. Wolf. *Et* huic negotio *præficere homines, qui subito res eo deducerent, ut* etc. Markland.

Δυνήσεσθε] Δυνήσησθε. Idem.

Ὥστε καὶ εἴ τις ἐμοὶ διαπιστεῖ] Verba Philippi sunt μιμητικῶς. Et v. 2. p. seq. ἀπαγγελοῦσι παρ᾽ ἡμῶν, sc. ἐμοῦ τοῦ Φιλίππου καὶ τῶν συμμάχων. Et v. 3. μηδ᾽ ἂν ὁ, τιοῦν ᾖ. Wolf.

πάντα ὅσα ἂν βούλωνται, νομίσαντες ὑπάρχειν σφίσι,
μηδὲν ἐναντίον ψηφίσωνται· οὗτοι δὲ τοιαῦτα ἀπαγγελοῦσι
παρ᾽ ἡμῶν καὶ ὑποσχήσονται, ἐξ ὧν μηδ᾽ ἂν ὁτιοῦν ᾖ, κι-
νηθήσονται.

ζαʹ. Τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τοιαύταις τέχναις, ὑπὸ
τούτων τῶν κάκιστα ἀπολουμένων ἀνθρώπων, πάντα τὰ
πράγματα ἀπώλετο. καὶ γάρ τοι παραχρῆμα, ἀντὶ μὲν
τοῦ, [1] Θεσπιὰς οἰκιζομένας ἰδεῖν, Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν
ἠκούσατε [2] ἠνδραποδισμένας· ἀντὶ δὲ τοῦ, τὰς Θήβας
ταπεινὰς γενέσθαι, καὶ περιαιρεθῆναι τὴν ὕβριν καὶ τὸ
φρόνημα αὐτῶν, τὰ τῶν συμμάχων τῶν ὑμετέρων Φωκέων
τείχη κατεσκάπτετο, Θηβαῖοι δὲ ἦσαν οἱ κατασκάπτον-
τες, οἱ διοικισθέντες ὑπ᾽ Αἰσχίνου τῷ λόγῳ· ἀντὶ δὲ τοῦ,
τὴν Εὔβοιαν ἀντ᾽ Ἀμφιπόλεως [3] ὑμῖν παραδοθῆναι, ὁρμητή-
ρια ἐφ᾽ [4] ὑμᾶς ἐν Εὐβοίᾳ Φίλιππος προσκατασκευάζεται,
446 καὶ [5] Γεραστῷ καὶ Μεγάροις ἐπιβουλεύων διατελεῖ· ἀντὶ δὲ
τοῦ, τὸν Ὠρωπὸν ὑμῖν ἀποδοθῆναι, περὶ Δρύμου, καὶ
τῆς πρὸς Πανάκτῳ χώρας, μεθ᾽ ὅπλων ἐξερχόμεθα, ὃ,

[1] Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς ἰδεῖν οἰκιζομένας [2] ἐξηνδραποδισμένας [3] ἡμῖν [4] ἡμᾶς [5] Γεραιστῷ

Ὑπάρχειν] F. ὑπάρξειν. Markland. Recte. Consentit marg. Benenati. Taylor.

Ἡμῖν] Ita Wolfius edidit juxta marg. Parisiensem. Benenatus enim dedit ὑμῖν. Nec ille solus, sed Impressi omnes, et MSti. Erat, ubi Wolfio arridebat ὑμῖν. Quod miror, cum in ultima ejus annotatione arripuit id, quod res ipsa fuit. Idem.

ζαʹ. Τῶν κάκιστα ἀπολουμένων] Non perditissimos proprie significat, sed pessime perituros. Denunciat enim eis exitium. Wolf.

Θεσπιὰς] In vetusto plura erant addita, nec ab re, ut opinor, ad hunc modum: ἀντὶ μὲν τοῦ Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς οἰκιζομένας. Obsop. Confer omnino §. ηʹ. a med. et §. ιεʹ. Taylor. Et vid. Var. Lect.

Διοικισθέντες] Hunc locum bene illustrat Ulpianus, et vertit Wolfius. Et Italus quoque: *i quali per le parole d' Eschine haverano à essere dishabitati.* Promisit Æschines, Philippum Thebanis omne robur ademturum. Quod efficeret, armis e manibus eripiendis, castellis atque urbibus diruendis, ipsis denique *per pagos et vicos distribuendis.* Simile aliquid occurrit superius de Phocensibus, §. κηʹ. *post med.* διῳκισμένοι κατὰ κώμας, καὶ παρῃρημένοι τὰ ὅπλα. Idem.

Ὑμῖν — ὑμᾶς] Nulla auctoritate, nulla necessitate addo, recedit Wolfius ab omnibus, qui ἡμῖν — ἡμᾶς. Idem.

Γεραστῷ] Stephanus Γεραιστὸς per αι habet, non Γεραστός. Plinius Geræstum Eubœæ promontorium esse scribit ad Atticam vergens. Wolf. Γεραιστῷ. Markland. Ita notavit doctissimus etiam Valesius ad Harpocrat. v. Δρυμός. Ita scribi solet: a Strabone sc. ab Homero, Odyss. Γ. 177. cujus Scholiastes portum esse Eubœæ docet. Γεραιστῷ denique cum marg. Benenati Cod. Italicus. Taylor.

Δρύμου — Πανάκτῳ] Panactum Atticæ castellum esse tradit Stephanus: cui fortasse Δρύμος, cujus non meminit, vicina fuit. Wolf. Conjunge Suidam. Δρύμος ἐν τῷ περὶ Παραπρεσβείας Δημοσθένους. Πόλις ἐστὶ μεταξὺ Βοιωτίας καὶ τῆς Ἀττικῆς. Taylor.

Μεθ᾽ ὅπλων ἐξερχόμεθα] Wolfius: *armis dimicamus.* Rectius: *cum armis eximus.* Necdum enim bellum redintegratum cum

τέως ἦσαν Φωκεῖς σῶοι, [1]οὐδέ ποτε ἐποιήσαμεν· ἀντὶ δὲ τοῦ, τὰ πάτρια ἐν τῷ ἱερῷ κατασταθῆναι, καὶ τὰ χρήματα εἰσπραχθῆναι τῷ θεῷ, οἱ μὲν ὄντες Ἀμφικτυόνες φεύγουσι καὶ ἐξελήλανται, καὶ ἀνάστατος αὐτῶν ἡ χώρα γέγονεν, οἱ δ' οὐδὲ πώποτε ἐν τῷ [2]πρόσθεν γεγονότες, Μακεδόνες βάρβαροι, νῦν Ἀμφικτυόνες εἶναι βιάζονται, ἐὰν δέ τις περὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων μνησθῇ, κατακρημνίζεται, ἡ πόλις δὲ, τὴν προμαντείαν ἀφῄρηται, καὶ γέγονε τὰ πράγματα πάντα, ὥσπερ αἴνιγμα τῇ πόλει· ὁ μὲν, οὐδὲν ἔψευσται, καὶ πάντα ὅσα [3]ἐβουλήθη διαπέπρακται, ὑμεῖς δὲ, ἅπερ εὔξαισθε ἂν ἐλπίσαντες, τἀναντία τούτων ἑωράκατε γιγνόμενα. καὶ, δοκεῖτε μὲν εἰρήνην ἄγειν, πεπόνθατε δὲ δεινότερα, ἢ πολεμοῦντες, οὗτοι δὲ χρήματα ἔχουσιν ἐπὶ τούτοις, καὶ μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας, δίκην οὐ δεδώκασιν.

ϛβ'. Ὅτι δὲ ταῦθ' ἁπλῶς δεδωροδόκηνται, καὶ τιμὴν ἔχουσιν ἁπάντων τούτων οὗτοι, πολλαχόθεν μὲν ἔγωγ' οἶμαι δῆλον ὑμῖν εἶναι πάλαι, καὶ δέδοικα, μὴ τοὐναντίον οὗ βούλομαι ποιήσω, σφόδρα ἀκριβῶς δεικνύναι πειρώμενος [4]διοχλῶ πάλαι τοῦτο αὐτοὺς ὑμᾶς εἰδότας· ὅμως δ' οὖν ἔτι καὶ τόδε [5]ἀκούσατε. ἔστιν ὅντινα ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τῶν πρέσβεων, ὧν ἔπεμψε Φίλιππος, χαλκοῦν στήσαιτ' ἂν ἐν ἀγορᾷ; τί δέ; δοίητ' ἂν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν, ἢ ἄλλην τινὰ δωρεὰν, αἷς τιμᾶτε τοὺς εὐεργέτας; ἐγὼ 447
μὲν οὐκ [6]οἶμαι. διὰ τί; οὔτε γὰρ ὑμεῖς γε ἀχάριστοί ἐστε, οὔτε ἄδικοι ἄνθρωποι, οὔτε κακοί· [7]ἀλλ' ὅτι πάνθ' ὑπὲρ

[1] οὐδὲ πώποτε [2] πρόσθεν χρόνῳ γενόμενοι, μακεδόνες καὶ βάρβαροι [3] ἠβουλήθη [4] διενοχλῶ [5] ἀκούσατέ μου. ἔστιν ὅντιν' ἂν ὑμεῖς [6] οἴομαι [7] ἀλλ'·

Philippo, sed infida pax erat. JURIN.

Τέως] Τέως — ἐν τῷ περὶ τῆς Παραπρεσβείας· Ἀντὶ δὲ τοῦ τὸν Ὠρωπὸν ὑμῖν παραδοθῆναι, περὶ τοῦ Δρύμου καὶ τῆς πρὸς Πανάκτῳ χώρας μεθ' ὅπλων ἐξέρχεσθε, ὃ, τέως ἦσαν σῷοι Φωκεῖς, οὐδέποτε ἐποιήσαμεν. Suidas. Benenatus dedit τέως ἕως ἦσαν κ. τ. λ. Corrige autem hic οὐδεπώποτε ἐποιήσαμεν. Ita Lind. Ven. et Aug. TAYLOR.

Κατασταθῆναι] M. ἀποκατασταθῆναι. WOLF.

Πρόσθεν] Excidit χρόνῳ, quod habent plurimi: qui legunt etiam ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ γενόμενοι. TAYLOR. Vid. Var. Lect.

Περὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων] Quæ direpta a Phocensibus renumeranda erat a Thebanis, qui Phocidis pleraque loca occupabant. WOLF.

Ἐπὶ τούτοις] Neglexit Wolfius in vertendo. *E costoro* per tali cose, *hanno guadagnato*. Italus. TAYLOR.

ϛβ'. Ποιήσω καὶ σφόδρα ἀκριβῶς] WOLF. Sensus videtur postulare, ut legamus: εἰ σφόδρα ἀκριβῶς. JURIN.

Ἐν] Restituit Lambinus cum Wolfio. TAYLOR.

Φιλίππου καὶ οὐδοτιοῦν ὑπὲρ ὑμῶν [1]ἔπραξαν, εἴποιτε ἂν καὶ ἀληθῆ καὶ δίκαια. εἶτα οἴεσθε [2]ὑμεῖς μὲν οὕτω γιγνώσκειν, τὸν δὲ Φίλιππον οὐχ οὕτως; ἀλλὰ τούτοις διδόναι τοσαύτας καὶ τηλικαύτας δωρεὰς, διότι ὑπὲρ ὑμῶν δικαίως καὶ [3]καλῶς ἐπρέσβευσαν; οὐκ ἔστι ταῦτα. τὸν γὰρ Ἡγήσιππον ὁρᾶτε, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πρέσβεις ὅπως ἐδέξατο, τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, ἀλλὰ Ξενοκλείδην τουτονὶ τὸν ποιητὴν ἐξεκήρυξεν, ὅτι αὐτοὺς ὑπεδέξατο, πολίτας ὄντας. τοῖς μὲν γὰρ ὑπὲρ ὑμῶν λέγουσι δικαίως ὅσα ἂν φρονῶσι, τοῦτον τὸν τρόπον προσφέρεται· τοῖς δὲ πεπρακόσιν ἑαυτοὺς, ὡς τούτοις. ταῦτ' οὖν μαρτύρων; [4]ταῦτ' οὖν ἐλέγχων τινῶν ἔτι δεῖται μειζόνων; ταῦτ' ἀφαιρήσεταί τις ὑμῶν;

ϛγ'. Εἶπε τοίνυν μοί τις ἄρτι προσελθὼν πρὸ τοῦ δικαστηρίου πρᾶγμα καινότατον πάντων· Χάρητος [5]κατηγορεῖν παρεσκευάσθαι, καὶ διὰ τούτου τοῦ τρόπου, καὶ διὰ τούτων τῶν λόγων, ἐξαπατήσειν ὑμᾶς ἐλπίζειν. ἐγὼ δ', ὅτι μὲν πάντα τρόπον κρινόμενος Χάρης, εὑρεθήσεται πιστῶς

[1] ἔπραξαν· εἴποιτ' ἄν· καὶ ἀληθῆ καὶ δίκαι' ἂν εἴποιτε. [2] ὑμᾶς
[3] καλῶς καὶ δικαίως ὑπὲρ ὑμῶν [4] ταῦτ' ἐλέγχων ἔτι [5] κατηγορεῖν αὐτὸν παρεσκευάσθαι

Ὑμεῖς] L. ὑμᾶς. εἶτα οἴεσθε ὑμᾶς μὲν οὕτω — τὸν δὲ Φίλιππον οὐχ οὕτως; Illud habe. IDEM.

Ἐδέξατο, τὰ μὲν ἄλλα etc.] Lego et distinguo — πρέσβεις ὅπως ἐδέξατο. καὶ τὰ μὲν ἄλλα — Sic §. νβ'. a med. καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ. Δέρκυλλος δ' αὐτὸν etc. Et ita in Leptin. p. 467. 12. et in Midian. p. 552. 15. et p. 558. 1. ed. Reisk. MARKLAND.

Ἐξεκήρυξεν] Διὰ κηρύγματος ἐκέλευσεν ἀποσχέσθαι τῆς Μακεδονίας. WOLF.

Ὡς τούτοις] S. τῷ Φιλοκράτει καὶ Αἰσχίνῃ προσφέρεται. IDEM.

ϛγ'. Παρεσκευάσθαι] Αὐτὸν παρεσκευάσθαι restituas cum optimis exemplaribus, et scriptis, et prelo cusis. TAYLOR. Addit idem etiam Weim. Abest ab Aldina et Wolfiana. REISK.

Χάρης] Chares ille Imp. uti ex Ulpiano liquet, et ex Æschinis obtrectatione, ex inimicitiis, quas cum Phocione gessit, et ex multis aliis locis constare posse arbitror, Demosthenis, ejusque causæ partiumque erat patronus. Nihilo minus adeo adversa usus est fortuna, ut defendi non potuisset etiam ab amicissimo. Ecce unum infelicitatis exemplum e multis. Οἱ ῥήτορες ἠγωνίσαντο τὸν Χάρητα στρατηγὸν ἀποσταλῆναι. καὶ πλεύσας ἐκεῖνος οὐδὲν ἄξιον τῆς δυνάμεως ἔπραττεν, οὐδὲ αἱ πόλεις ἐδέχοντο τὸν στόλον, ἀλλ' ὕποπτος ὢν πᾶσιν ἐπλανᾶτο χρηματιζόμενος ἀπὸ τῶν συμμάχων, καὶ καταφρονούμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων. Plutarch. in Phocione. Reliquum igitur erat Oratori nostro extenuare; quod refutare non potuit. Idque omnino hic facturus esset, si id permisissent Descriptorum malæ manus. Id autem quo modo, aut qua ratione? Nempe *in Charete bonum animum, et Reip. studiosum fuisse asserit: res improspere gestas dissimulare non potest: verum omnem eam culpam in eos rejicit, qui pretio corrupti Reip. male consulebant.* Honesta sane Oratio, et digna, quam proferret homo, cum Charetis, tum Reip. amantissimus. Lege ergo, et distingue mecum: ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν πάντα τρόπον κρινόμενος Χάρης εὑρεθήσεται πιστῶς καὶ εὐνοϊκῶς, ὅσον ἦν ἐπ' ἐκείνῳ, πράττων ὑπὲρ ὑμῶν, διὰ δὲ τοὺς ἐπὶ χρήμασι λυμαινομένους, τοῖς πράγμασι πολλῶν ὑστερῶν, τοῦτο πάνυ (vel σφόδρα cum plurimis) διϊσχυρίζομαι. Sic verto: *Ego autem, si accusetur Chares, inventum iri eum fideliter et benevole modis omnibus pro*

καὶ εὐνοϊκῶς, ὅσον ἦν ἐπ' ἐκείνῳ, πράττων ὑπὲρ ὑμῶν, διὰ δὲ τοὺς ἐπὶ χρήμασι λυμαινομένους τοῖς πράγμασι, πολλῶν ὑστερῶν, οὐ πάνυ διϊσχυρίζομαι, ἀλλ' ὑπερβολὴν ποιήσομαι· ἔστω γὰρ, πάντα τἀληθῆ λέξειν περὶ αὐτοῦ τουτονί· καὶ οὕτω τοίνυν κομιδῇ γέλως ἐστὶ κατηγορεῖν ἐκείνου τουτονί. ἐγὼ γὰρ Αἰσχίνην οὐδενὸς αἰτιῶμαι τῶν ἐν τῷ πολέμῳ πραχθέντων· τούτων γάρ εἰσιν οἱ στρατηγοὶ ὑπεύθυνοι· οὐδὲ 448
τοῦ ποιήσασθαι τὴν πόλιν εἰρήνην. ἀλλ' ἄχρι τούτου πάντα ἀφίημι. τί οὖν λέγω, καὶ πόθεν ἄρχομαι κατηγορεῖν; τοῦ, ποιουμένης τῆς πόλεως εἰρήνην, Φιλοκράτει συνειπεῖν, ἀλλὰ μὴ τοῖς τὰ βέλτιστα γράφουσι· καὶ τοῦ, δῶρα εἰληφέναι· τοῦ, μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς ὑστέρας πρεσβείας τοὺς χρόνους κατατρίψαι, καὶ μηδὲν ὧν προσετάξατε ὑμεῖς, ποιῆσαι· τοῦ, φενακίσαι τὴν πόλιν, καὶ παραστήσαντα ἐλπίδας, ὡς ὅσα βουλόμεθα ἡμεῖς, Φίλιππος πράξει, πάντα ἀπολωλεκέναι· τοῦ, μετὰ ταῦτα ἑτέρων προλεγόντων φυλάττεσθαι τὸν τοσαῦτα ἠδικηκότα, τοῦτον ἐκείνῳ συνηγορεῖν. ταῦτα κατηγορῶ. ταῦτα μέμνησθε. [1] ἐπεὶ δικαίαν εἰρήνην καὶ [2] ἴσην, καὶ μηδὲν πεπρακότας ἀνθρώπους μηδὲ ψευσαμένους ὕστερον, κἂν ἐπῄνουν, καὶ στεφανοῦν ἐκέλευον. στρατηγὸς δ' εἴ τις ἠδίκηκεν ὑμᾶς, οὐχὶ κοινωνεῖ ταῖς νῦν εὐθύναις. ποῖος γὰρ στρατηγὸς [3] Ἄλον, τίς δὲ Φωκέας ἀπολώλεκε; τίς δὲ Δορίσκον; τίς δὲ Κερσοβλέπτην; τίς δὲ ἱερὸν ὄρος; τίς δὲ Πύλας; τίς δὲ πεποίηκεν ἄχρι τῆς Ἀττικῆς ὁδὸν διὰ συμμάχων καὶ φίλων εἶναι Φιλίππῳ; τίς δὲ [4] Κορώνειαν, τίς Ὀρχομενὸν, τίς Εὔβοιαν ἀλλοτρίαν; τίς Μέγαρα

[1] ἐπεὶ [εἰ] [2] ἴσην [ἐάξων,] [3] Ἄλον [4] Κορώνειαν; τίς δ' Ὀρχομενόν; τίς δ' Εὔβοιαν

vobis, *quantum in eo fuerit, egisse*, id constanter asseverare audeo: *quod si rebus gestis et successu*, a multis fuerit superatus, *deberi id omne malorum hominum consiliis, qui largitionibus corrupti Remp. labefactarunt*. TAYLOR.

Ἀλλ' ὑπερβολὴν ποιήσομαι] *Sed id omne adversario largior*. Facessat istud *nimium* Wolfii. IDEM.

Καὶ τοῦ δῶρα] Omnino ablegandum istud καὶ, quod totam sententiam enervat. MARKLAND.

Μετὰ ταῦτα] Ante voces μετὰ ταῦτα Maximus Sophista, dum hoc comma laudat, insinuavit vocem ἐξαπατῆσαι. Fortasse igitur: τοῦ δῶρα εἰληφέναι· τοῦ ἐξαπατῆσαι μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς ὑστέρας πρεσβείας· τοῦ χρόνους κατατρίψαι, καὶ μηδὲν κ. τ. λ. TAYLOR.

Ἴσην] Hæret Sententia. Quid enim? Anne εἰρήνην ἐπῄνουν καὶ στεφανοῦν ἐκέλευον? Nimirum hic nonnihil deest, ἐπεὶ δικαίαν εἰρήνην καὶ ἴσην ***, καὶ μηδὲν etc. Scribitur: ἐπεὶ εἰ δικαίαν εἰρήνην καὶ ἴσην ἑώρων. IDEM.

Καὶ στεφανοῦν] Fortius: κἂν ἐπῄνουν, κἂν στεφανοῦν ἐκέλευον. MARKLAND.

Ἀλλοτρίαν] Subaudi πεποίηκεν, sicut ad Κορώνειαν et Ὀρχομενὸν, et ἀλλοτρίαν et πεποίηκεν. AUGER.

πρώην ὀλίγου; τίς Θηβαίους ἰσχυρούς; τούτων γὰρ οὐδὲν, τοσούτων καὶ τηλικούτων ὄντων, διὰ τοὺς στρατηγοὺς ἀπώλετο, οὐδ' ἐν τῇ εἰρήνῃ [1] συγχωρηθὲν, πεισθέντων ὑμῶν, ἔχει Φίλιππος, ἀλλὰ διὰ τούτους ἀπόλωλε, καὶ τὴν τούτων δωροδοκίαν.

ϟδ'. Ἂν τοίνυν ταῦτα μὲν φεύγῃ, πλανᾷ δὲ, καὶ πάντα
449 μᾶλλον λέγῃ, ἐκείνως αὐτὸν δέχεσθε· οὐ στρατηγῷ δικάζομεν. οὐ περὶ τούτων κρίνῃ. μὴ λέγε εἴ τις αἴτιός ἐστι καὶ ἄλλος τοῦ [2] τῶν Φωκέων ὀλέθρου, ἀλλ' ὡς οὐ σὺ [3] συναίτιος εἶ, δεῖξον. τί οὖν, εἴ τι Δημοσθένης ἠδίκει, νῦν λέγεις, ἀλλ' οὐχ ὅτε τὰς εὐθύνας ἐδίδου, κατηγόρεις; δι' αὐτὸ γὰρ εἴ τοῦτο ἀπολωλέναι δίκαιος. μὴ λέγε, ὡς [4] καλὸν εἰρήνη, μηδὲ συμφέρον· οὐδεὶς γὰρ αἰτιᾶταί σε τοῦ ποιήσασθαι τὴν πόλιν εἰρήνην· ἀλλ' ὡς οὐκ αἰσχρὰ, καὶ [5] ἐπονείδιστα, καὶ πολλὰ ὕστερον ἐξηπατήμεθα, καὶ πάντα ἀπώλετο, ταῦτα λέγε. τούτων γὰρ ἁπάντων [6] ἡμῖν αἴτιος σὺ δέδειξαι.

[1] συγχωρηθὲν *οὐδὲν πεισθέντων [2] Deest articulus. [3] αἴτιος
[4] καλὸν ἡ εἰρήνη, μηδὲ ὡς συμφέρον [5] ἐπονείδιστος [6] ἡμῖν ἁπάντων

Οὐδ' ἐν τῇ εἰρήνῃ] Lege. WOLF. Hic cogitur Demosthenes repugnantia sibi dicere. Voluit id nimirum inculcare: *Non hæc accidisse ob Imperatorum male res gestas in Bello, sed aliorum corruptelam in Pace.* Sed anne hoc dixit? aut aliquid huic simile? Lege itaque et emenda: Τούτων γὰρ οὐδὲν, τοσούτων καὶ τηλικούτων ὄντων, διὰ τοὺς στρατηγοὺς ἀπώλετο, ἀλλ' ἐν τῇ εἰρήνῃ συγχωρηθὲν, πεισθέντων ὑμῶν, ἔχει Φίλιππος, καὶ διὰ τούτους ἀπόλωλε. Istud ἀλλὰ, postquam suo loco exciderit, has turbas dedit. TAYLOR.

ϟδ'. Ἂν τοίνυν ταῦτα μὲν φεύγῃ] Wolfius: *quod si hæc fugerit.* Potius: *quod si hæc illi defendenda sint.* JURIN.

Δέχεσθε] Ὑποδέχεσθαι. LAMBIN.

Αἴτιος — συναίτιος] Nisi fallor, mutandæ sunt sedes harum vocum, et legendum: εἴ τις συναίτιός ἐστι — ἀλλ' ὡς οὐ σὺ αἴτιος. MARKLAND. Hoc postremum adjuvatur a MSS. Obsop. et Aug. TAYLOR.

Εἴ τι Δημοσθένης ἠδίκει] Non necesse est, Charetem loco Demosthenis ponere. Nam et ipsum Demosthenem Æschines recriminaturum se esse, est minitatus. WOLF.

Δι' αὐτὸ — τοῦτο ἀπολωλέναι δίκαιος] *Ob id ipsum, scil. quod Demosthenem nunc potius accuset, quam olim in rationibus reddendis?* Vix crediderim. Neque facile judicarim, eam rem fuisse adeo capitalem. Sed recte hæc conjunges cum iis, quæ v. 9. dicuntur de excidio Phocensium. Inducas igitur ea verba [τί οὖν, εἴ τι Δ. — κατηγόρεις:] Simile aliquid deprehendit Cl. Marklandus, §. μϛ'. *ad init.* Ubi totum pariter Comma locum alienum occupaverit, atque omnem omnino, non solum gratiam, verum sensum ab Auctore nostro excusserit. Et profecto, quantum per totam hanc Orationem vel grassata fuerit imperitorum Licentia, vel labem addiderit aliorum Socordia, vel si qua potior sit Causa, Lector meus infinitis fere in locis a me docetur. Si quærat interea, ubi referre possit istud comma, quod eliminavimus, infra fortasse, v. 1. p. seq. commodior erit locus. Τί οὖν, εἴ τι Δημοσθένης ἠδίκει, νῦν λέγεις, ἀλλ' οὐχ ὅτε τὰς εὐθύνας ἐδίδου, κατηγόρεις; καὶ τί δὴ μέχρι νυνὶ τὸν τὰ τοιαῦτα πεποιηκότα ἐπαινεῖς; Nam πεποιηκότα omnes, Regii scil. Ven. Ital. Obsop. Aug. et Harl. TAYLOR.

Ἀπολωλέναι εἴ δίκαιος] Ἀντὶ τοῦ, δίκαιόν ἐστιν ἀπολωλέναι σε, Latino more. WOLF.

Ταῦτα λέγε· τούτων γὰρ ἁπάντων ἡμῖν αἴτιος σὺ δέδειξαι· καὶ τί δη — πεποιηκότα ἐπαινεῖς. ἂν οὕτω —] *Et dic, quare hactenus eum, qui talia fecit, laudas. si sic* etc. MARKLAND.

[1] καὶ τί δὴ μέχρι [2] νυνὶ τὸν τὰ τοιαῦτα [3] πεπονηκότα ἐπαινεῖς; ἂν οὕτω φυλάττητε αὐτὸν, οὐχ ἕξει [4] τί λέγειν, ἀλλὰ γηνάλλως ἐνταῦθα ἐπαρεῖ τὴν φωνὴν, καὶ πεφωνασκηκὼς ἔσται.

ϟε′. Καίτοι καὶ περὶ τῆς φωνῆς ἴσως εἰπεῖν ἀνάγκη· πάνυ γὰρ μέγα καὶ ἐπὶ ταύτῃ φρονεῖν αὐτὸν ἀκούω, ὡς καθυποκρινούμενον ὑμᾶς. ἐμοὶ δὲ δοκεῖτε ἀτοπώτατον ἁπάντων ἂν ποιῆσαι, εἰ, ὅτε μὲν τὰ Θυέστου καὶ τῶν ἐπὶ Τροίᾳ κακὰ ἠγωνίζετο, ἐξεβάλλετε αὐτὸν, καὶ ἐξεσυρίττετε ἐκ τῶν θεάτρων, καὶ [5] μόνον οὐ κατελεύετε οὕτως, ὥστε τελευτῶντα, τοῦ τριταγωνιστεῖν ἀποστῆναι· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς κοινοῖς, καὶ [6] τοῖς μεγίστοις τῆς πόλεως πράγμασι μυρία εἴργασται κακὰ, τηνικαῦτα ὡς καλὸν φθεγγομένῳ προσέχοιτε. μηδαμῶς. μηδὲν ἀβέλτερον [7] ὑμεῖς πάθητε, ἀλλὰ λογίζεσθε, ὅτι δεῖ, κήρυκα μὲν ἂν δοκιμάζητε, εἰ εὔφωνος, σκοπεῖν· πρεσβευτὴν δὲ, καὶ τῶν κοινῶν ἀξιοῦντά τι πράττειν, δίκαιον καὶ φρόνημα ἔχοντα, ὑπὲρ μὲν ὑμῶν μέγα, πρὸς δὲ ὑμᾶς ἴσον. ὥσπερ ἐγὼ Φίλιππον μὲν οὐκ ἐθαύμασα, τοὺς δὲ αἰχμα- 450
λώτους θαυμάσας ἔσωσα, οὐδὲν δὲ ὑπεστειλάμην· οὗτος δ᾽

[1] καί· [2] νῦν [3] πεποιηκότα [4] τὶ λέγῃ [5] μονονοὺ
[6] Deest articulus. [7] ὑμεῖς ἀβέλτερον

Καὶ τί δὴ μέχρι νυνὶ etc.] Verba perspicua sunt, sed quorsum pertineant, me fateor non intelligere. Sive enim ad Demosthenem, sive ad Macedonem referantur, non video, quam belle conveniant. Wolf.

Καί· τί δὴ κ. τ. λ.] *Etiam hoc, Athenienses, ad Æschinem dicite: quid vero* &c. Auger.

ϟε′. Ὡς καθυποκρινούμενον ὑμᾶς] Hoc est, *histrionica actione vos capturum, et ita demulsurum, ut damnari a vobis non possit*, ἀντὶ τοῦ, ὑποκριτικῇ φωνῇ κατακηλήσοντα καὶ καταγοητεύσοντα. *Ex edit.* Hervag.

Καθυποκρινούμενον] Impotenter Wolfius, *debellaturus*. Sed quibus armis, quibusve machinis, non dixit. At id dixit Demosthenes interea: nimirum *Theatralibus, Histrionicis*. Recte Italus: *come che con essa* a guisa di histrione *essercitandola inganni voi*. Raro ab artificio Adversarii recedit Noster, quæstum et professionem, non sane liberalissimam, semper exagitans. Taylor.

Κατελεύετε] Lege et distingue: μόνον οὐ κατελεύετε, οὕτως, ὥστε τελευτῶντα καὶ τοῦ τριταγωνιστεῖν ἀποστῆναι. Markland.

Πρεσβευτὴν δὲ — δίκαιον, καὶ φρόνημα ἔχοντα] Antecedit, εἰ εὔφωνος, σκοπεῖν. Hic igitur requirebatur: εἰ δίκαιος, καὶ φρόνημα ἔχων. Aut igitur est ἀνακόλουθον, aut addendum, εἶναι χρὴ δίκαιον, καὶ φρόνημα ἔχειν. Wolf. Præcedentia postulant: εἰ δίκαιος, καὶ φρόνημα ἔχων ὑπὲρ etc. Markland.

Ibid. Aliter hæ rugæ complanantur in marg. Paris. (Ita Ital. etiam, Obsop. et Editio Feliciani.) Ubi γρ. κήρυκα — εὔφωνον σκοπεῖν. Aliter denique Cod. MS. δ. qui pro ἔχοντα, habet ἔχειν. Quod fortasse est res ipsissima — δεῖ, κήρυκα μὲν ἂν δοκιμάζητε, εἰ εὔφωνος, σκοπεῖν· πρεσβευτὴν δὲ, καὶ τῶν κοινῶν ἀξιοῦντά τι πράττειν, δίκαιον (i. e. δεῖ) καὶ φρόνημα ἔχειν. Taylor.

Θαυμάσας] F. Ἀθηναίους — cui respondet ὑμῶν in altero membro sententiæ. Vid. Æsch. pag. 274. ed. Reisk. Nisi delendum sit θαυμάσας, ortum ex ἐθαύμασα, quod modo in eodem versu præcedit. Markland. Recte proculdubio. ἐθαύμασα membranæ plurimæ, quod nihil aliud est, quam Vox per errorem describentium repetita, ut feliciter conjecit Vir summus, et quem suo maximo merito maximi semper feci. Taylor.

Ὑπεστειλάμην] Wolfius: *neque dissimulavi quicquam*. Potius: *neque egi quicquam animo abjecto*. Jurin.

ϟς′. Ὅταν μὲν ἴδητε δεινότητα] Isocrates in Panathenaico paulo aliter: *non facultates ipsas laudandas, sed usum earum exspectandum esse*. Wolf.

Συνασκεῖν] F. συνεπασκεῖν. Æsch. π. Παραπρεσβ. p. 304. 2. ed. Reisk. δύναμιν ἀνθρώπων ἀπίστων ἐπασκῆσαι. Markl.

Πονηρία] M. πονηρίας δυνάμεις, *improbitatis dotes*. Auger.

Αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι δυνάμεις] Similis Sententia exstat in Epitaphio, sed tractata copiosius. Wolf.

Ἐπιεικῶς] Hic significat, *satis, plerumque*. Auger.

ϟζ′. Πανταχοῦ] Πανταχῶς melius, quod reperitur in Lind. et Obsop. Taylor.

Εἴτ᾽] Ita recte Lambinus, qui legerat in Benenato εἶτ᾽. Idem.

Τούτους] Opinor τοῦτον, sc. Æschinem. Markland.

Εἰ γὰρ οἰόμενοι] F. οἱ γάρ. Sed et illud

ἐκείνου μὲν προὐκυλινδεῖτο, καὶ τοὺς παιᾶνας ᾖδεν, ὑμῶν δὲ ὑπερεώρα.

ϟς′. Ἔτι τοίνυν, ὅταν μὲν ἴδητε δεινότητα, ἢ εὐφωνίαν, [1] ἤ τι τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἀγαθῶν ἐπὶ χρηστοῦ καὶ φιλοτίμου γεγενημένον ἀνθρώπου, συγχαίρειν καὶ συνασκεῖν ἅπαντας δεῖ· κοινὸν γὰρ ὑμῖν ἅπασι τοῖς ἄλλοις τοῦτο τὸ ἀγαθὸν γίνεται· ὅταν δ᾽ ἐπὶ δωροδόκου, καὶ πονηροῦ, καὶ παντὸς ἥττονος λήμματος, ἀποκλείειν, καὶ πικρῶς, καὶ ἐναντίως ἀκούειν, ὡς πονηρία δυνάμεως δόξαν [2] εὑραμένη παρ᾽ ὑμῶν, ἐπὶ τὴν πόλιν ἐστίν. ὁρᾶτε δ᾽ ἀφ᾽ ὧν οὗτος εὐδοκιμεῖ, πηλίκα τῇ πόλει περιέστηκε πράγματα. αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι δυνάμεις, ἐπιεικῶς εἰσὶν αὐτάρκεις· ἡ δὲ τοῦ λέγειν, ἂν τὰ παρ᾽ ὑμῶν τῶν ἀκουόντων ἀντιστῇ, διακόπτεται. οὕτως οὖν ἀκούετε τούτου, ὡς πονηροῦ, καὶ δωροδόκου, καὶ οὐδοτιοῦν ἐροῦντος ἀληθές.

ϟζ′. Ὅτι δ᾽ οὐ μόνον κατὰ τὰ ἄλλα, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς αὐτὸν τὸν Φίλιππον πράγματα, πανταχοῦ συμφέρει τουτονὶ ἑαλωκέναι, θεάσασθε. εἴτε γὰρ ἥξει ποτὲ εἰς ἀνάγκην τῶν δικαίων τι ποιεῖν τῇ πόλει, τὸν τρόπον μεταθήσεται· νῦν μὲν γὰρ προῄρηται, τοὺς πολλοὺς ἐξαπατῶν, ὀλίγους θεραπεύειν, ἂν δὲ τούτους ἀπολωλότας πύθηται, ὑμῖν τοῖς πολλοῖς, καὶ πάντων κυρίοις, τὰ λοιπὰ ποιεῖν βουλήσεται· εἴτ᾽ ἐπὶ τῆς αὐτῆς, ἧσπερ νῦν, ἐξουσίας καὶ ἀσελγείας μενεῖ, τοὺς ὁτιοῦν ἂν ἐκείνῳ ποιήσοντας ἀνῃρηκότες ἐκ τῆς πόλεως ἔσεσθε, ἂν τούτους ἀνέλητε. εἰ γὰρ οἰόμενοι δίκην ὑφέξειν, τοιαῦτα ἔπραξαν, τούτους, ἐὰν

[1] ἤ τι [2] εὑρημένη

τὰ παρ' ὑμῶν αὐτοῖς [1] ἀφεθῇ, τί οἴεσθε ποιήσειν; ποῖον 451 Εὐθυκράτην; ποῖον Λασθένην; τίν' οὐχ ὑπερβαλεῖσθαι προδότην; τίνα δ' οὐ πάντων τῶν ἄλλων χείρω πολίτην ὑπάρξειν; ὁρῶντα τοῖς μὲν ἅπαντα πεπρακόσι, χρήματα, δόξαν, ἀφορμὴν, τὴν Φιλίππου ξενίαν περιοῦσαν· τοῖς δὲ δικαίους τε παρέχουσιν ἑαυτοὺς, καὶ προσανηλωκόσι χρήματα, πράγματα, ἀπεχθείας, [2] φθόνους περιόντα παρ' ἐνίων; μηδαμῶς. οὔτε γὰρ πρὸς δόξαν, οὔτε πρὸς εὐσέβειαν, οὔτε πρὸς ἀσφάλειαν, οὔτε πρὸς ἄλλο οὐδὲν ὑμῖν συμφέρει, τοῦτον ἀφεῖναι· ἀλλὰ τιμωρησαμένους παράδειγμα ποιῆσαι πᾶσι καὶ τοῖς πολίταις, καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν.

[1] ἀφεθῇ αὐτοῖς

[2] φθόνον

bene habet. Wolf. Non *bene* solummodo. οἱ γὰρ similiter Ven. et Ital. Verum hoc *non bene* se habet. Taylor.

Ποῖον Εὐθυκράτην] Vertendum: *qualem Euthycratem? qualem Lasthenem? quem proditorem non audaciorem futurum?* Jurin.

Πεπρακόσι] Sic ordina: ὁρῶντα περιοῦσαν (Zeugma est, et respondet ultimo nomini ξενίαν) τοῖς πεπρακόσιν ἅπαντα. Quid? περιόντα χρήματα, δόξαν, τὴν Φιλίππου ξενίαν, ἀφορμὴν, τουτέστιν, ἀσφάλειαν. Wolf.

Ἀφορμὴν] Est velut appositio, *amicitiam Philippi quæ est magnorum ipsis causa commodorum.* Auger.

Τοῖς δὲ δικαίους] Ὁρῶντα, περιόντα παρ' ἐνίων τοῖς etc. τίνα; πράγματα, ἀπεχθείας, φθόνους. Wolf.

Τιμωρησαμένους] F. τιμωρησαμένοις. S. ὑμῖν συμφέρει. Idem.

Τιμωρησαμένους] Id est, ἀλλὰ (συμφέρει ὑμῖν ὑμᾶς) τιμωρησαμένους (τοῦτον) ποιῆσαι παράδειγμα etc. Sic Æschines π. Παραπρεσβ. p. 280. 5. ed. Reisk. οὐδ' ἐπιτρέψειν τινὶ — προκαταλαβόντα τὰ Φιλίππου ὦτα etc. hoc est, τινὶ, (αὐτὸν) προκαταλαβόντα etc. pro τινὶ προκαταλαβόντι. Initio hujusce Orationis: δεήσομαι δὲ πάντων ὑμῶν — [ὑμᾶς] ἐνθυμουμένους etc. C. Aristocr. p. 665. ult. ed. Reisk. ἆρ' οὖν — πρέπον ὑμῖν — τοιαύτην φυλακὴν ἐψηφισμένους φαίνεσθαι etc. i. e. ὑμᾶς ἐψηφισμένους φαίνεσθαι: ut nihil mutarem sine Codd. cum utrovis modo scribere liceat. Markland.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο

ΠΡΟΣ ΛΕΠΤΙΝΗΝ

ΛΟΓΟΣ.

FRID. AUG. WOLFII

IN

DEMOSTHENIS

ORATIONEM LEPTINEAM

PROLEGOMENA.

—— Est Leptinea hujus [Demosthenis] ex genere quietiore, tota in docendo magis quam in permovendo auditore occupata, nec eam vim et granditatem habens verborum ac sententiarum, quam in Philippicis aliisque nonnullis admiramur; unde fere Demosthenicus character constitui solet.[a] Hic lenia, summissa, enucleata omnia, æquabili quodam tenore. Sed enim hoc vel summum est oratoriæ facultatis, nosse, quomodo pro varietate rerum ad dicendum propositarum stilus variandus sit, ne, ubi vehementem et incitatum res poscat, summisso, neve contra elato utaris. Quam artem nemo unquam melius calluit Oratore nostro, quem quis recte hac una de caussa ceteris omnibus, quos et suppar et posterior ætas protulit, anteponendum putet. Ita ille in nonnullis Orationibus, quas in caussulis privatorum scripsit, pressus est et tenuis, ita in Philippicis copiosus, gravis et grandiloquus, vix ut in utrisque eandem manum agnoscas.[b] Sed his duobus generibus interjectum tertium est Orationum earum, quibus ab eo leges aut populiscita impugnantur, præ ceteris illud jam ab antiquis magistris commendatum.[c] Excellit in eo imprimis nobilis illa de Corona, quanquam grandiori generi propior. Secundum quam, haud scio, an Leptinea nostra proxima ponenda sit. Certe quæ sunt ex eadem classe Orationes, contra Androtionem, Aristocratem, Timocratem, Aristogitonem, harum quatuor nulla est, quæ nostræ anteferri debeat, una Androtiana, quæ cum ea de loco contendere possit.

Non ego omnia, quæ in ea placent, huc congeram, præmonebo tamen, quibus maxime rebus præstantia illius cernatur: in quo non tam meis utar, quam veterum judiciis. Ac primum quidem ipsum genus dicendi tantam habet subtilitatem, vix ut majorem usquam,

[a] Res nota ex Longino, imprimisque Hermogene, et Auctore libelli de Elocutione. Characterem vocarunt Græci μέγεθος vel δεινότητα.

[b] Idem passim monuerunt nonnulli veterum, nemo diligentius quam Dionysius Halic. de vi dicendi in Demosth. p. 974. seqq. T. VI. Reisk. edit.

[c] Theo Progymn. p. 5. Basil. edit. Οἱ κάλλιστοι τῶν δημοσίων λόγων εἰσίν, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, λέγω δὲ τόν τε περὶ Στεφάνου κ. τ. λ.

præterquam in Lysia, qui totus subtilis est, invenias. Cujus virtutis qui vim et difficultatem cognovit, neque nescit, quanti eam veteres æstimarint, magnum sane putabit Ciceronis testimonium, nominatim hanc Orationem ab hac parte laudantis.[d] Sed illa virtus non nisi ab eo animadverti potest, qui tritas notando proprio cujusque generis sono aures affert: at veritatem et pulcritudinem, et nobilitatem sententiarum etiam indoctior sentiat oportet. Oriuntur autem hæc ex communi fonte eorum, quæ in eloquentia maxime eminent, animo erecto, liberali, et ea, quæ vulgus ampla ducit, contemnente: id quod imprimis ex iis locis intelligitur, ubi Orator sanctitatem fidei atque honorem Reipubl. ceteris rationibus omnibus anteponendam esse docet. Hujus vero doctrinæ omnia hic plena sunt, ad eamque, quidquid profertur, revolvitur. Quapropter non mirum est, quod Orationem eximie placuisse legimus Panætio, Stoico, scilicet quem ad honestatem ex præceptis disciplinæ suæ omnia retulisse, illam in omni actione, etiam repugnante utilitate, sequendam putasse constat.[e]

Jam vero quanta vis et gravitas inest argumentis, quibus a Demosthene adversaria ratio refellitur! Commotum te sentires, si judices non secundum hunc decrevissent, præsertim quum gravitatem illam ubique magna in refellendo lenitate temperarit. Id quod mirabuntur fortasse ii, qui audierunt, rem rari apud hunc exempli esse. Sed Oratorem, qui nihil indecorum, nihil alienum a tempore moliri consuerat, alia nunc fortasse ad moderationem et lenitatem flectere potuerunt,[f] et vero debuit adversarii ipsius persona, et eorum, qui ad ejus caussam defendendam delecti essent, ætas atque auctoritas.[g] Ipse quidem Leptines quis fuerit, nescimus:[h] veri tamen persimile puto, hominem in civitate potentem et

[d] Orat. ad M. Brut. c. 31. *Multæ sunt Demosthenis totæ Orationes subtiles, ut contra Leptinem: multæ totæ graves, ut quædam Philippicæ: multæ variæ, ut contra Æschinem, falsæ legationis; ut contra eundem, pro caussa Ctesiphontis.* De subtilitate orationis, quam Græci dicunt λέξιν λιτήν, ἰσχνήν, ἀφελῆ, videndus a tirone impr. Cicero Orat. c. 23. seqq. vel Ernest. Init. rhetor. §. 397. qui sua omnia a Cicerone sumsit. Fuerunt olim, qui in ea sola Atticum characterem ponerent. Tanti res videbatur.

[e] Plutarch. in Demosth. §. ιγ'. Παναίτιος, ὁ φιλόσοφος, καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ φησὶν οὕτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνον τοῦ καλοῦ δι' αὑτὸ αἱρετοῦ ὄντος, τὸν περὶ τοῦ στεφάνου, τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους, τὸν ὑπὲρ τῶν ἀτελειῶν, τοὺς Φιλιππικούς· ἐν οἷς πᾶσιν οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον ἢ ῥᾷστον ἢ λυσιτελέστατον ἄγει τοὺς πολίτας, ἀλλὰ πολλαχοῦ τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ἐν δευτέρᾳ τάξει τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι καὶ τοῦ πρέποντος.

[f] Verbi caussa, quod Leptines reus non erat. Hoc quid sit, postea explicabo.

[g] De Syndicis loquor, de quorum munere plura paullo mox, et in Commentar. ad §. λβ'. seqq. Simul magnitudinem caussæ arguunt tales tamque clari viri a Populo ad id munus delecti.

[h] An is sit Λεπτίνης ὁ ἐκ Κοίλης quem commemorat Demosth. in Androt. p. 611. ed. R. aut ille, quem inimicum Æschini inducit hunc auctorem mentiens Epist. 5. extr., nemo dixerit, nisi qui sit divinus. Videri autem potest idem esse, cujus dictum quoddam refert Aristot. Rhet. III. 10. med. Quod pertinere conjicio ad tempora, pugnam Leuctricam insecuta. Sed quod ille fortasse primus dixerat, Athenas et Lacedæmonem ocellos Græciæ esse, id deinde sæpe ad alios transiit, unde nunc in vulgaribus libellis legitur. Ceterum ex modo, quo Dio Chrysost. T. I. p. 635. meminit Leptinis nostri, non efficitur, hominem suo tempore obscurum aut ignobilem fuisse. Verba Dionis infra dabimus.

gratiosum fuisse, ut ejus dignitati parcere, eumque humane et placide tractare, Demostheni etiam necesse videri potuerit. Itaque sicubi in hominem invehitur, molli brachio facit; nusquam, nisi me memoria fallit, acerbis aut contumeliosis verbis. Quidquid enim nobis asperius dictum videbitur, de eo ita judicandum est, longe aliter Græcis auditoribus visum esse, Atticis præsertim, qui, pro prisca sua simplicitate et licentia morum, summos cives in foro acerrimis sese conviciis proscindentes audire assuevissent.[i] Quod autem a talibus pura est Oratio, tanto est aptior nostri sæculi moribus et ingeniis, tantoque plus hæc commendatio ejus apud studiosos eloquentiæ valere debet. Atque ego neminem fore arbitror, qui non diligenter cognita venustate et festivitate illius, excussisque etiam iis artibus, quæ primum adspectum fugiunt, multum se hac una lectione non modo ad judicandum, sed ad scribendum quoque adjutum sentiat.[k] Unum addam, in quod præterea lectoris animum intendi velim, ubertatem et copiam rerum, qua Demosthenes hoc argumentum suum dilatavit, in intimos quasi recessus materiæ descendendo, nihil tamen, quod vel alienum esset, vel e longinquo petitum, Sophistica arte inculcando, omnibus vero, quæ rem clarissima luce circumfundere, et judices in quam vellet partem movere possent, occupandis et in usum suum convertendis: ita, ut mirum sit, quid de iisdem rebus Phormio attulerit, si ista omnia Demostheni reliquit dicenda, quum hic nemini post se dicturo quidquam reliquisse videatur.

[i] Sic §. κβ'. nihil grave se dicere ait, quum dicit, leges Solonis a Leptine aut non lectas, aut certe non intellectas videri. Locus aliquid ridiculi habet, si eum e nostra verecundia et modestia judices. Omnino Orator versus finem exardescit aliquantum, non tamen eam, quam dixi, moderationem deponit.

[k] Pertinent huc verba Dionysii Halic. Epist. ad Amm. §. δ'. Ὁ περὶ τῶν ἀτελειῶν λόγος, χαριέστατος ἁπάντων τῶν λόγων καὶ γραφικώτατος. In quibus duæ virtutes hujus Orat. laudantur. Alteram, χάριν τῆς λέξεως, nemo, opinor, ignorat. De altera, quæ designatur voce γραφικώτατος, Dionysius alias non loquitur. Sed aliunde nota est λέξις γραφική, quo spectat imprimis *lævitas verborum* et *bene vincta oratio*. Scriptor de Elocutione §. 193. Γραφικὴ δὲ λέξις ἡ εὐανάγνωστος· αὕτη δέ ἐστιν ἡ συνηρτημένη καὶ οἷον ἠσφαλισμένη τοῖς συνδέσμοις κ. τ. λ. Ex illo judicio Dionysii et loco Plutarchi antea laudato fluxit fabula Pauwii, viri eleganter literis tincti, in libro, quem inscripsit *Recherches philosophiques sur les Grecs* P. III. p. 23. ita narrantis: *On disoit de Demosthene, qu' il ne fut éloquent que trois fois en sa vie.* Lepidissime! Sed ænigmatis explicandi caussa hæc addit non minus nova, etsi ex iisdem fontibus hausta, quos dixi: *Le philosophe Panétius prétendoit qu' il n' y a de l' éloquence que dans trois harangues de Demosthene, dans celle pour la couronne, celle contre Aristocrate, et celle contre Leptine, que Denys d' Halicarnasse regardoit comme son chef d' œuvre; mais l' opinion la plus générale a accordé cette prérogative à la harangue pour la couronne.* Immo hæc Ciceronis (v. Orat. c. 38.) et aliorum opinio fuit eadem Dionysii. Nam est apud eum ita de comp. verbb. T. V. p. 204. Λόγος ὑπὲρ Κτησιφῶντος, ὃν ἐγὼ κράτιστον ἀποφαίνομαι πάντων λόγων. Sed addere licet, τῶν δικανικῶν, ex ipso de Thucyd. judic. T. VI. p. 949. Testes quidem istarum fabularum non citavit Pauwius; cave tamen credas, alios fuisse, quam illos. Videlicet hoc est, vetera novo modo narrare.

Est enim hæc Oratio ex genere *δευτερολογιῶν*, et is, quem modo nominavi, Phormio priore loco verba fecerat.[l] Illi generi, re ipsa jubente, summa brevitas proposita erat, et nonnunquam, si quis rem a decessore suo ab omni parte illustratam putaret, nudo epilogo defungebatur. Cujusmodi aliquot Oratiunculæ apud Lysiam exstant.[m] Quanquam in gravioribus caussis etiam satis longæ Orationes secundo et tertio loco afferebantur, qualis Nostri est contra Androtionem, et hæc Leptinea. At in talibus vix potuit fieri, quin sæpe eadem, quæ *πρωταγωνιστὴς*[n] dixisset, repeterentur, mutatis tantum verbis, ordine argumentorum, aliis id genus. Cujus rei culpa aliqua, si hæc culpa dicenda est, ne hanc quidem Orationem caruisse, ex Hermogene intelligi licet.[o] Quid? quod in ea, quanquam rarius, et multo crebrius in aliis hujus auctoris, eædem subinde diversis in locis sententiæ resumuntur: id quod miretur aliquis, qua ratione aures Atheniensium tulerint tam fastidiosæ. Sed ego sic omnino statuo, aliter oratione affici legentem, aliter audientem. Nimirum alterum, cui vacat prima cum mediis, media cum extremis conferre, omniaque secum composite revolvere, talis res suboffendere potest; alterum, qui incitate cursum præeuntis sequitur, non potest; sed latet eum, aut, si minus latet, etiam juvat.

[l] Quater ille a Nostro commemoratur in Orat. §. *ιγ'. ιϑ'. κά. λδ'.*

[m] Vid. Lysiæ Orationes XVIII. XXI. XXVII. XXVIII. XXIX. ex ordine Taylori. Conf. Hermog. *περὶ τῶν στάσεων* c. 5. p. 30. et *περὶ μεθόδου δεινότ.* c. 27. p. 554. ed. Laurent. cum Gregor. Cor. Comment. p. 944. Ulpian. ad Orat. nostræ init.

[n] Scilicet nomina, *πρωταγωνιστής, δευτεραγωνιστής, τριταγωνιστής*, usu a scena ducto, dicuntur de oratoribus seu caussidicis, qui se in eadem caussa dicendo excipiunt et adjuvant. Simili translatione Latini quoque interdum utuntur, quum dicunt *actores primarum, secundarum, tertiarum partium.*

[o] *Περὶ μεϑ. δειν.* c. 24. p. 551. ubi ostenditur, quibus modis Orator ab aliis ante se dicta proferre possit sine offensione: *Ἐν τῇ δικανικῇ ἰδέᾳ καὶ ἡ τῆς τάξεως μεταβολὴ χώραν ἔχει, ὥσπερ Δημοσϑένης ἐποίησεν ἐν τῷ περὶ τῆς ἀτελείας. Φορμίωνος γὰρ προκατηγορήσαντος τοῦ νόμου, καὶ χρησαμένου τοῖς κεφαλαίοις τῆς διαιρέσεως, τῷ δικαίῳ, τῷ συμφέροντι, τῷ καλῷ, τῷ τῆς ἀξίας, ἀνέστρεψε τὴν τάξιν μεταβαλών. Πῶς δὲ τοῦτο ἐποίησεν, ἐν τοῖς περὶ τοῦ λόγου διεξήλθομεν.* Hinc obiter discimus, Rhetorem proprium quiddam in hanc Orationem, fortasse commentarium rhetoricum, scripsisse. Sed ad illa verba, *ἐν τῇ δικανικῇ ἰδέᾳ*, ita Gregor. Cor. in Explicatione Hermog. p. 938. *Ἀπορῆσαί μοι πρότερον ἔπεισι, πῶς προϑέμενος ὁ τεχνικὸς διδάξαι, ὅτι ἐν τῷ δικανικῷ ἀλλάσσεται καὶ ἡ τάξις, παράδειγμα ἤγαγε τὸν περὶ ἀτελείας λόγον· εὔδηλον γὰρ, ὅτι ὑπὸ τὴν πραγματικὴν οὗτος ἀνάγεται· ἡ δὲ πραγματικὴ τοῖς τοῦ συμβουλευτικοῦ κεφαλαίοις τέμνεται, καὶ ὑπὸ τὸ συμβουλευτικὸν εἶδος ἀνάγεται μόνη τῶν ἄλλων στάσεων δικανικῶν οὐσῶν. Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἀπὸ τοῦ σκοποῦ λέγεται δικανικός· ἐπεὶ γὰρ σκοπὸν ἔχει κατηγορῆσαι τοῦ νόμου τοῦ ὑπὸ Λεπτίνου τεθέντος, ἡ δὲ κατηγορία μέρος ἐστὶ τοῦ δικανικοῦ, διὰ τοῦτο λέγεται καὶ δικανικὸς ὁ λόγος, εἰ καὶ ἡ κατηγορία τοῖς τοῦ συμβουλευτικοῦ κεφαλαίοις κατασκευάζεται· ὁ δὲ Φορμίων ῥήτωρ ἦν, καὶ κατηγόρησε καὶ οὗτος τοῦ νόμου τοῦ Λεπτίνου, συνηγορῶν τῷ Ἀφεψίωνι, υἱῷ Βαθίππου, τοῦ προκατηγορήσαντος τοῦ νόμου, καὶ πρὸ τοῦ τέλους τῆς δίκης ἀποϑανόντος. Κατηγόρησε δὲ καὶ Κτησίππος, υἱὸς Χαβρίου, ᾧ συνηγόρει Δημοσθένης. Ἡ δὲ ζήτησίς ἐστι πραγματικὴ ἔγγραφος. Ὁ μὲν οὖν Φορμίων πρῶτον τῷ δικαίῳ ἐχρήσατο· ὁ δὲ Δημοσϑένης τῷ τῆς ἀξίας, εἶτα τῷ καλῷ, εἶτα τοῖς λοιποῖς κ. τ. λ.* Locum huc transscripsi propter illa, quæ habet de genere Orationis nostræ. Hæc autem eo pertinent, quod veteres magistri singulas Orationes in aliquod horum trium generum, deliberativi, judicialis et epidictici, includere solebant. Quam id plerumque temere et parum utiliter factum sit, constat, etiam ex hoc loco. Nihil ergo ista quæstio ad nos.

Quin apud auditores, quales Athenis fere essent, in foro atque in judiciis, id est, homines mire inter se ingenio, moribus et peritia rerum dispares, sæpe adeo opus esse potuit, gravissima momenta rationum animis et memoriæ impensius inculcare, et hoc pacto negligentium quoque ac reluctantium assensum extorquere. Qui pro concione ibi voluisset Thucydidius esse, næ illi intempestivum studium magno stetisset.[p] Verum, ut dixi, hic haud facile ulla sententia iteratur, quam non alio atque alio colore inductam novitatis quædam species commendet. Sed hæc et his similia quilibet sine ulla doctrina invenire legendo et existimare poterit: nos agamus id, quod proprium est Grammatici, ut lectori viam aperiamus ad caussam, in qua Oratio habita est, cognoscendam.

Is, quem Noster in ea adversarium habet, Leptines legem tulerat Athenis, ut quas immunitates honoris caussa adhuc bene meritis civibus concedi usitatum esset, eæ pariter omnibus, qui eas accepissent, adimerentur, et plane tollerentur in reliquum tempus. Jam quum in illa Republ. cuique liceret, perlatæ ac publice fixæ legis latorem reum agere, modo ut id intra eum annum fieret, quo rogatio esset promulgata; accusavit ita illum Bathippus quidam, subscriptoribus duobus.[q] Subscriptionis enim mos, quem constat Romæ fuisse, idem in Attico foro viguit. Sed Bathippo mortuo ante, quam ea caussa in judicium deducta esset, quum reliqui, (incertum, sponte an consilio Leptinis) ab accusatione destitissent, alii duo postea aliquanto, certe anno illo elapso, exorti sunt, qui legis tanquam vitiosæ et perniciosæ abrogationem commoverent. Illi duo fuerunt Aphepsio, filius Bathippi, et Ctesippus, Chabriæ, clari imperatoris.[r] Et huic quidem id negotium proprium fuisse propter immunitatem patri datam, satis declarat is Orationis locus, qui est de laudibus Chabriæ:[s] de Aphepsione nihil tale, neque hic, neque alibi, proditur. Sed omnino hujus hominis non magis, quam Bathippi, ulla memoria exstat; alterum tanto novimus melius.[t]

[p] Conf. Ciceronis Brut. c. 83. et Orat. c. 9. At octies Thucydidem ipse Demosthenes descripserat, si vera narravit Lucian. adv. Indoct. T. III. p. 102. Conf. Agathiæ Hist. II. p. 48. Venet. Nimirum in magnis scriptoribus aliud legit homo ingeniosus, illorum similis, aliud serva natio imitatorum. Id docent rara in Demosthene vestigia imitationis Thucydidiæ.

[q] Vid. Orat. §. *λά.* et Argum. græc. Sed nusquam illorum duorum nomina leguntur.

[r] Sane ex Demosthene de his duobus tantum constat. Auctor tamen brevioris Argumenti, a nobis omissi, quem Libanium ferunt, sic scribit: *Φορμίων, καὶ Κτήσιππος, ὁ Χαβρίου παῖς, καὶ τινὲς μεθ' αὐτῶν, οἷς συνήγορος Δημοσθένης γίνεται.* At homini hujus familiæ parum fidei habuerim.

[s] Vid. §. *ιζ'.*

[t] Præcipue ex Plutarch. Phoc. p. 744. E. et ex Athenæo IV. p. 165., apud quem Diphili, Timoclis, et Menandri versus de Ctesippo proferuntur. Postremi poetæ fragmentum est ex fabula, *Ὀργῇ*, quam omnium primam docuit Olymp. 114, 4. ut est apud Euseb. in Chron. Conf. Corsini Fastorum Att. T. IV. p. 54. seq. Fragmentum intulit in Menandrea sua Clericus p. 136. Perditissimus nebulo fuit iste filius herois, et omni generi luxuriæ et nequitiæ dedi-

Major autem natu, Aphepsio, *συνήγορον* habuit Phormionem, Oratorem:[u] minor, Ctesippus, Demosthenem, qui caussam receperat vel propter Rempubl., vel mercede, qui tum mos erat, vel vinculo nescio quo cum illo conjunctus.[v] In quo id mirabile accidit, quod in tam longa Oratione ne semel quidem clientis nomen legimus: sicubi nominandus erat, Chabriæ filius vocatur.[w] Sed ejus rei, quæ propter caussam hodie prorsus ignotam fieri potuit, si modo ulla de caussa, et non fortuito potius facta est, ejus, inquam, rei rationes operose exquirere velle, alienum duco et prope ineptum.[x] Sufficit tenere, quod ex Ulpiano et aliunde cognoscimus, Ctesippi nomen homini fuisse.[y] Et quidquid est, ab ipso auctore, Demo-

tissimus. Eo denique processit improbitatis, ut, quum bona sua omnia prodegisset, etiam lapides divenderet de monumento, quod patri Populus Athen. impensa 1000 drachmarum exstruxerat. Inde nomen ejus apud Comicos, etsi tum modestos et minime maledicos, in proverbium cessit, et quodammodo commune factum est asotorum. Neque vero Phocio, hominis corrigendi cura propter amorem patris suscepta, quidquam videtur valuisse ad ejus pervicaciam expugnandam. Sed hæc omnia, mea quidem sententia, post tempus hujus Orationis acciderunt, cujus tempore, plane non dubito, quin Ctesippus prima adhuc ætate fuerit, et ambigui ingenii. Huc et alia me deducunt, et anni poetarum, quos citavi. Ceterum ipsum quoque patrem, Chabriam, nomine *ἀσελγείας* notavit Theopomp. in Philippicis, teste Athen. XII. p. 532. B., quod, ut alia ejusdem Theopompi, in libellum suum transtulit Cornelius Nepos.

[u] Itaque propter ordinem ætatis, in foro Attico observatum, et ipsi Aphepsioni et actori ejus debebatur prior locus dicendi, *ἡ πρωτολογία*. Vid. Argum. nostræ Orat. et Androtianæ, et conf. Hotom. ad Cic. Divin. in Cæcil. c. 15. De Phormione, dubito, an ullus præter Nostrum vetus auctor mentionem habeat. Et quis miretur, in tanta turba Oratorum, quam illa ætas tulit, plurium, neque tum obscurorum, nomina vel obscurata esse, vel prorsus intercidisse? præsertim si qui nihil scripto mandassent. At hoc posterius an ad Phormionem et hanc ejus Orationem pertineat, ambigere licet propter Hermogenem, tali modo loquentem l. c., ut ipsa illi præ manu fuisse videatur.

[v] Id vinculum olim nonnulli putarunt, amorem matris Ctesippi fuisse. Rem narrat Plutarch. in Vita Demosth. §. ιέ. *Τὸν κατὰ Ἀριστογείτονος αὐτὸς ἠγωνίσατο, καὶ τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν, διὰ τὸν Χαβρίου παῖδα, Κτήσιππον, ὥς φησιν αὐτός· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, τὴν μητέρα τοῦ νεανίσκου μνώμενος· οὐ μὴν ἔγημε ταύτην, ἀλλὰ Σαμίᾳ τινὶ κ. τ. λ.* Conf. Ulpian ad Orat. §. ιϛ'. At nihil hujus rei habet Dinarchus Or. contra Demosth. p. 74., ubi orationes a Nostro dicit mercede conscriptas esse *ὑπὲρ Κτησίππου καὶ Φορμίωνος καὶ ἑτέρων πολλῶν*. Quem locum huc potissimum refero, nihil moratus Reiskii animadversionem, tametsi non negarim, forsan in aliis quoque caussis, quas ignoramus, Ctesippo eidem Demosthenem se *συνήγορον* præbuisse. Quid autem? Nihilne caussæ fuit Dinarcho, cur duos istos ex tot aliis nominarit? Immo putem fuisse. Certe Phormionis, qui Pasionis fuit libertus, et diversus haud dubie ab eo, qui in Or. *ὑπὲρ δανείου* compellatur, Phormionis igitur illius patrocinium dedecori fuisse Nostro, patet ex Plut. l. c., et probabile nobis fit ex ipsa Orat. pro Phormione p. 958. et duabus seqq. in Stephanum.

[w] Vid. §. ά. ιζ'.

[x] Apud Athen. IV. p. 166. B. est suspicio, juvenis nomen ab Oratore celatum de industria esse ob ejus publicam ex moribus infamiam. Non id equidem arroganter rejicio, sed admodum dubitare me fateor propter ea, quæ paullo ante de temporibus scripsi. Penitus suspicionem rejicit Ulpian. ad Orat. §. ά. Qui quam ipse affert rationem, ea satisfacere fortasse videbitur iis, qui rem forte fieri potuisse negarint. Nam et alibi legimus pueros et adolescentes, nullodum suo merito claros, vulgo non suis, sed patrum nominibus appellatos.

[y] Iis, quos testes dedi in antecedentibus notis, accedit Aristid. Declam. Lept. §. 107. Etsi ibi *Καλλίππῳ* est in Cod. Marc. Recte vidit Morellius, quid librario ante oculos fuerit.

sthenæ, habitam Orationem esse, non a filio Chabriæ, sicut alteram a Phormione, non ab Aphepsione, id ex iis, quæ hactenus passim diximus, planissime apparet.[z]

Sed ante omnia breviter docendum, quo tempore actio a duobus illis instituta, et hæc Oratio habita sit. Qua de re partim apud ipsum, partim alibi indicia sunt ejusmodi, ut de ipso quoque anno liqueat. Ac primum quidem ex eo loco, ubi Lacedæmoniorum et Thebanorum meminit,[a] facile intelligitur, Athenienses tum hostili publice in hos animo, cum illis autem junctos amicitia fuisse, sive ea vera fuerit, sive temporis caussa simulata. Quippe ibi manifesto studio res et instituta Lacedæmoniorum excusantur, omnique modo quasi colorantur, quum Thebani, tanquam Populus omnis humanitatis expers et improbitate infamis, notentur acerbissime. Quo modo Populi judicia prodi, non Oratoris, quis dubitet? Itaque si trium illarum civitatum, de principatu inter se certantium, vel civiles, vel bellicas res et harum tempora attenderis, utrumque judicium reperias optime ad id temporis congruere, quod Leuctricam pugnam proximo intervallo secutum est.[b] Quoniam enim per hos

[z] Animadvertere id operæ putavi propter Androtianam, Timocrateam, Aristocrateam, alias in privatis caussis a Nostro scriptas, quas constat in suggestum attulisse eos, quibus scriptæ essent. In tali genere cavendum, ne temere ea, quæ sunt aliorum et diversorum hominum, ad Demosthenem, ejusque res ac vitam referamus. Nonnunquam id a viris doctis factum vidimus.

[a] Vid. §. κγ'. Conf. §. λέ.

[b] Summatim hic a studiosis repetenda sunt, quæ hunc tractum temporis notabilem fecerunt. Primum est prœlium, apud Leuctra factum Olymp. 102, 2. Ea prima caussa fuit odii Atheniensium in Thebanos, inflammati deinde horum superbia et imperandi libidine. Vid. Demosth. de Cor. §. ζ'. Mox Megalopolis in Arcadia conditur, et Messenii, auctoribus Thebanis, in Peloponnesum redeunt Olymp. 102, 3. Jam Thebani, tum bellum in Thessalia gerentes, deseri cœpti sunt a sociis, gravate ferentibus illorum dominationem: Athenienses autem contra Thebanos cum Lacedæmoniis societatem et fœdus faciunt, quo imprimis imperium maris recuperant Olymp. 102, 4. Dein Olymp. 103, 2. Thebani, auxilium Persarum expetentes ad potentiam suam augendam, ad Artaxerxem legatos mittunt, Pelopidam et Ismeniam. Olymp. 103, 3. occupatur a Thebanis Oropus, oppidum in confinio Atticæ et Bœotiæ situm. Olymp. 104, 2. pugna fit ad Mantineam, qua penitus concidunt Spartanæ vires, nec ipsi tamen multum juvantur Thebani, præsertim orbati consiliorum suorum omnium principibus, Pelopida et Epaminonda. Ex adversa fortuna utriusque populi jam vires colligit Resp. Attica, validior etiam novis copiis navalibus, receptaque multitudine sociorum, tributa pendentium. Ac sane Resp. ad pristinam magnitudinem rediisset, magnorum quorundam civium adjuta consiliis, si non duos insidiatores peræque infestos aluisset, morum publicam pravitatem, et Philippum Macedonem. Hic, regno Olymp. 104, 4. occupato, primum artes suas callide tegere, amicitiam quoque cum Atheniensibus pangere. Olymp. 105, 2. Idem tamen paullo post amicis Pydnam et Potidæam eripit Olymp. 105, 3., aliaque mox in Græcorum libertatem machinatur, quæ non sunt hujus loci. Interea socii, novo jugo Atheniensium nimium pressi, Chii, Rhodii, Coi et Byzantii, bellum movent, (*τὸν πόλεμον συμμαχικόν*,) quod grave imprimis exstitit vectigalibus Reipubl. Ducitur illud per tres fere annos, neque pax insecuta Ol. 106, 1. opes statim reddidit. Hinc proximis annis querelæ de afflicta conditione rerum Atticarum. Et tantum quod profligatum bellum sociale erat, quum aliud exarsit, quod sacrum vocant, omni Græciæ funestissimum. Quanquam ejus calamitates Attica minus sensit. Sub hujus belli initia Demosthenem ad Rempubl. accessisse, a Dionysio et aliis memoriæ proditum est. Sed hactenus hæc.

annos Lacedæmonii, gravissima clade afflicti, Atticæ civitati æmuli potentiæ desierant esse, Thebani contra, ad summum imperium celeriter gradum facientes, omni Græciæ impotentem dominatum minabantur; horum odium et metus, ipsa vicinitate Thebarum auctus, Athenienses callidos rerumque peritos facile eo perduxit, ut ad illorum amicitiam se applicarent, cum iisque societatem conjungerent. At hæc nimirum nimis vaga sunt. Neque etiam magis certa ratio iniri potest ex iis, quæ Orator de publica inopia Athenarum et exhausto ærario queritur.[c] Opportune alia sunt in promtu, quæ nos ad illud, quod quærimus, propius ducant. Nam res memorantur Olympiadis 105, Pydna videlicet et Potidæa, a Philippo occupatæ, et interitus Chabriæ, qui in primum annum belli socialis incidit.[d] Tum alia proximæ Olympiadis succurrunt, Dionysius, filius, e regno expulsus a Dione, et Leuco, tyrannus Bospori, ut quum maxime opibus florens atque imperio.[e] Atqui hunc principem Olymp. 106, 3. mortem obiisse, apud Diodorum perspicue traditum est. Jam in cumulum accedit locus Dionysii Halicarnassei,[f] hanc de immunitatibus Orationem testantis habitam esse

[c] Orat. §. ή. κδ΄. a med. Continuo tamen hæc faciunt, ut versari tibi videaris in tempore belli socialis vel proxime insecuto. Sic vero mireris Oratorem, si de classibus (περὶ συμμοριῶν) oravit Olymp. 106, 3., quæ Dionysii Halic. sententia est, qua tandem ratione ibi p. 136. Atticas opes ceteris civitatibus prope omnibus æquiparare potuerit. Sed ita sæpe Oratores temporis caussa de Republ. sua elatius dicunt, quam pro vera conditione rerum. Quanquam ne illud quidem omnino falso dictum videtur. Illo autem tempore quam summam quotannis in Rep. Attica reditus publici confecerint, neque ex Oratoribus, nec, quod sciam aliunde liquet. Certe locus in Philipp. IV., ubi vectigalia civitatis summam 130 talentûm non superare dicuntur, ad superiora tempora pertinet, si qua omnino fides est Orationi illi, quam Orationem Valckenaerius, plane me probante, suspectam habet in Not. ad Orat. suam de Philippo Maced. p. 251. Multo potius fidem habendam putem auctori inter Plutarchea de Vitis X. Orr. T. II. p. 842. E., qui narrat, reditus a Lycurgo auctos esse ad 1200 talentûm, quum prius fuissent 60. Nam conjecturæ Meursii de Fort. Att. c. 7. non multum tribuo. Id vero mihi non dubium est, Lycurgi, qui Orator per 12 annos ærario præfuit, administrationem hanc tempori assignandam esse Oratione nostra posteriori, ita ut bona vota Demosthenis eventum suum potissimum per hunc virum habuisse videantur. De ejus cura vectigalium, Reipubl. fructuosissima, vide quamvis diverse narrata apud Plutarch. l. c. p. 841. B. et 852. B. coll. Taylori Præf. ad Lycurgi Orat. et Wesseling. ad Diod. Sic. XVI. 88.

[d] Vid. §. ιϛ΄. et ιζ΄. et ibi Comment.

[e] Vid. §. λζ΄. et θ΄. seqq. Ibi in Commentario legantur, quæ de hoc Leucone cognita habemus. Ἄρχοντα eum Demosthenes appellat, non τύραννον, quippe hominem gratiosum, et eum, cujus in Rempubl. merita extollere studet, gratiore Atticis auribus, et liberæ conditionis nomine commendans. Ita sæpius faciunt Oratores.

[f] Locum, quo et superius utebamur, nunc totum damus ex Epist. ad Ammæum §. δ΄. ad init. Tom. I. Οὗτος ἐγεννήθη μὲν ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους, εἰς ἔτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπτακαιδέκατον· δημοσίους τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος. Καὶ ἔστιν αὐτοῦ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ, τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρανόμων· καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἕτερος ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, ὁ περὶ τῶν ἀτελειῶν, ὃν αὐτὸς διέθετο χαριέστατος ἁπάντων τῶν λόγων καὶ γραφικώτατος. Postremus in hoc loco numerus tum aliis vitiatus videtur, tum Tayloro ad Or. in Androt. p. 659. Omnes pro anno XXV. rescribi jubent XXVII., advocato etiam Gellio XV. 28. Itaque simul præcedens numerus XVII. corrigendus erat. Falluntur viri optimi. Ex computatione Dionysii Demosthenes natus est Olymp. 99, 4. Demophilo Arch. Ergo quum extremo anno, non ineunte, in lucem editus sit, idem Timocrate Arch. (Olymp. 104, 1.) dici debebat *agere* annum XVII, et Callistrato Arch. (Olymp. 106, 2.) *complesse* annum XXV., id est, *agere* a. XXVI. Interest nimirum aliquid inter verba, ἦν ἐμβεβηκὼς ἔτος, et ἔτος ἔχων, quod posterius idem est, ac γεγονώς. Attamen Dionysii ipsa sententia de natali anno Oratoris vera non est, quamvis eam et Plutarchus sequatur in Vit. Demosth. et hodie doctorum plerique omnes. Ostenderunt id S. Petitus de Legibus Atticis p. 267. et Corsin. Fast. Att. T. II. p. 139., et nos idem agemus alibi tollendis variis in ea re dubitationibus. Interim cum illis sequimur scriptorem de Vit. X. Orr. qui natalis anni Archontem Dexitheum prodit, summum magistratum Olymp. 98, 4. a. Chr. 385. Proinde Demosthenes quum Leptineam Or. habebat, annum agebat XXX.

Callistrato Archonte, h. e. Olymp. 106, 2. ab U. C. 399. a. Chr. 355. Adeo nihil dubitationis relictum videas, quin actionis tempus atque ipsum etiam annum teneamus.[g]

Atque hac eadem opera hoc quoque liqueret, quo anno lex esset a Leptine lata, si, quam pridem ea tum obtinuisset, quum hac Oratione impugnaretur, a nostro aut alio scriptore proditum exstaret. Verum nulla adest talis significatio, id quod conjecturæ locum aperit. At Athenis cuique idem jus fuit, legem perlatam et brevissimo intervallo, et decem vel viginti annis post, ad novum judicium devocare. Fuit utique id liberum cuique facere, quocunque tempore vellet. In hac autem lege, quam non paucis damni plurimum dedisse necesse est, numne credibile fit, rem ab illis post mortem primi accusatoris esse dilatam, aut segniter actam? Etiam hoc amplius. In tota Oratione nullus locus est, qui nos cogat ademtionem immunitatum e Leptinis lege jam tum perfectam, aut quenquam præmio suo jam tum spoliatum putare. Immo nonnullis in locis Demosthenes ita loquitur, ut solemus, quum imminentis, nondum factæ, rei malis proponendis homines ab ea facienda avertimus; nec usquam, quod solet in hoc genere, legis incommoda ullo argumento, ab experientia ducto, demonstrat. His igitur de caussis veri mihi videtur simile, legem Elpine Archonte, h. e. Olymp. 106, 1. latam esse, statimque insequenti anno hac actione petitam.[h]

Ipsum argumentum et capita legis ex nullo veterum, præterquam ex hoc Nostro, cognita habemus; etsi ne ipse quidem totam sententiam ejus uno tenore retulit. Opus est ergo coagmentari ea,

[g] Eandem rationem, h. e. ipsum Dionysium Halicarnasseum, sequitur Anonymus, quem vocant, in Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ p. 326. Ab ea longius abit Photius in loco, quem exscripsi in Comment. §. ά. Nihil tamen ibi corrigendum, nisi forsan πέντε καὶ εἴκοσι γεγονότα ἔτη, vel nè hoc quidem. Erroris caussa manifesta est ex iis, quæ modo de computatione Dionysii monui.

[h] Pro Elpine plerique male scribunt Elpinicen. Ipsa opinio mea de anno latæ legis non est nova, ut nunc video Petitum tractans LL. AA. p. 381. Sed is non habet, quo eam confirmet, nisi verba Argum. græci, μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐπέστη κατήγορος Ἀφεψίων, υἱὸς Βαθίππου κ. τ. λ. Quodsi quis illa, μετὰ τὸν ἐνιαυτόν, aliter accipi non posse putat, omninoque Anonymo isti aliquid in hoc auctoritatis tribuit, certam rem esse sibi persuadeat. Ego probabilem opinionem attulisse satis habeo.

quæ pluribus in locis sparsa leguntur, tanquam verba Leptinis. Unde efficitur, si modo ab Oratore nihil omissum est, conceptam legem fuisse hisce verbis :[i]

Λεπτίνης εἶπεν· ὅπως ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσι, μηδένα ἀτελῆ εἶναι, μήτε τῶν πολιτῶν, μήτε τῶν ἰσοτελῶν, μήτε τῶν ξένων, ἁπλῶς μηδένα, πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος· μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι τῷ Δήμῳ αἰτηθέντι τὴν ἀτέλειαν δοῦναι. Ὃς δ' ἂν αἰτήσῃ, ἄτιμος ἔστω, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ δημοσία, ἔστωσαν δὲ καὶ ἐνδείξεις καὶ ἀπαγωγαί· ἐὰν δὲ ἁλῷ, ἔνοχος ἔστω τῷ νόμῳ, ὃς κεῖται, ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ.

Patet, per hanc legem immunitate fraudari, quoscunque ea unquam Populus Athen. donasset, excepto nemine præter posteros Harmodii et Aristogitonis. His duobus enim honores sui integri a Leptine relinquuntur, prudenti illud consilio. Ita celebrata et sancta etiam tum erat tyrannicidarum illorum memoria apud bonum quemque et patriæ amantem, ut verendum esset, si quis vel ipsos, vel aliquem ex posteris eorum, ullo genere injuriæ afficere voluisset, ne eum omnes malum hominem, ne dicam proditorem libertatis, judicarent. Meruerant autem illi plurima et amplissima præmia, statuas æneas, honoratiorem in publicis consessibus locum, victum Prytanei, immunitatem, alia, partim novo exemplo, ex quibus pleraque etiam posteris propria manebant.[k] Sed ceteros omnes, ut dixi, lex Leptinea alligat, plane rigideque vetans, immunem esse quempiam *μήτε τῶν πολιτῶν, μήτε τῶν ἰσοτελῶν, μήτε τῶν ξένων*. Quibus vocabulis tribus comprehenduntur, quotquot liberos incolas habuit regio Attica. Primum *πολῖται* sunt illi, qui, vere et optima conditione cives, omnibus juribus et commodis Reipubl. fruebantur. Vulgo iidem vocantur *ἀστοί*. Contra *ξένοι* vel ii sunt, quos proprie dixerunt, peregrini, Athenis commorantes aliquamdiu, vel qui alias nominantur *μέτοικοι*, Latine hodie vertunt *inquilinos* seu *municipes*, utrumque minus congruenter, ut fit in his rebus. At quæri potest de voce *ξένος*, utro sensu in lege dicatur. De quo vix nostrum esset judicare, si Leptines, quod in Oratione innuitur, ex ambiguo fallaciam quæsivisset. Verum non nimis tamen dubitem, quin vocem præcipue ad *μετοίκους* referri voluerit.[l] Fuerunt autem *μέτοικοι*

[i] Vid. §. ά. θ'. κζ'. λγ'. Ex iisdem locis, non ex alio fonte, sua hausit auctor Argum. græci, sed minus fideliter in nonnullis; ita, ut ex eo legem augeri nolim. Sic nihil est in Oratore de Archontibus lege solutis; etsi hoc non est improbabile. Alia passim habet Aristides in Declamatione, quæ Morellius ad legem referenda putat, velut §. 23. Sed ne hoc quidem ausim.

[k] Statuæ H. et A. in foro positæ ad sera tempora manserunt. Nam quum ablatæ essent a Xerxe, instauratæ postea sunt Olymp. 75, 4. Vid. Meursii Pisistr. c. 14. et Corsini Fast. Att. T. III. p. 171.

[l] Haud scio an nulli antea hoc observatum sit, simplici nomine *ξένων* vocari *μετοίκους*. Scripsi id autem Aristophanis auctoritate Equitt. v. 347., ubi est *κατὰ ξένου μετοίκου*, et ipsius Demosthenis cujus locum notavi in Comment. §. ζ'.

illi vel ipsi, vel illorum progenies, qui, relicto patrio solo, in Atticam migraverant, non ad tempus illi quidem, sed ita, ut fide publica domicilium ibi ac sedem fortunarum constituerent; fuitque hæc turba utilissima Civitati. Nam exercebat præcipue præter ceteros opificia, artes et mercaturam, sequebatur militiam, imprimis navalem, Reipubl. quotannis pendebat decem, vel, quod probabilius est, duodecim drachmas *μετοικίου* nomine, et quasdam præterea operas præstabat.[m] Atque erant in hoc numero, quem constat sæpe magnum fuisse, familiæ ditissimæ et honestissimæ :[n] nihilo tamen secius illi plane exclusi erant a Republ. administranda, atque adeo civium, quorum quisque, ut in libero Populo, videbatur sibi rex esse, indignis vexationibus obnoxii. Media inter hos utrosque et eximia conditione fuerunt *ἰσοτελεῖς*. Nec raro *μέτοικοι*, qui genere, opibus, bona fama eminerent, vel facto aliquo gratiam apud Populum iniissent, *ἰσοτελείας* honore dignabantur.[o] Id præmium solvebat eos operis omnibus, quas in *μετοικίᾳ* præstiterant, neque jam *μετοίκιον* pendebant, at tanto plus tributi, utpote hac in re prope æquati civibus optima lege; ut honorem illi suum magno pretio emisse videantur. Tametsi nihil caussæ reperio, cur iis ipsa vi hujus præmii suffragium impertitum esse, aut omnino ad curam Reipubl. accedere licuisse neges, si modo a magistratibus et similibus honoribus discesseris.[p]

At distinguuntur alibi ab Atticis diserte *ξένοι* et *μέτοικοι*, ut a Xenoph. Hellen. V. 1. 12. Nimirum alia potestas nominis *ξένου* latior est, alia angustior. Hanc vulgo sequitur usus loquendi: illa et locis, quos indicavi, confirmatur et ratione. Res quodammodo illustrari potest collato Latino nomine *peregrini*. Et hactenus non male Diodorus Sic. XIII. 97. videri debet scripsisse, *τοὺς μετοίκους καὶ τῶν ἄλλων ξένων τοὺς βουλομένους συναγωνίσασθαι*. Etiam *ξενίας γραφὴ* in jure Attico potissimum ad *μετοίκους* pertinet. Similiter *μέτοικοι* duplicis generis sunt, alii, quos dixerunt proprie, alii *ἰσοτελεῖς μέτοικοι*. Nam sic plene dicuntur peregrini, qui Populi beneficio ornati sunt *ἰσοτελείᾳ*. De qua continuo exponam.

[m] Drachmas 12 posui tum aliis de caussis, tum propter notam auctoritatem Isæi, quæ difficilius corrumpi potuit, quam loci Ammonii et Hesychii. Quod propter Valckenaerium monebam. Et idem, Ammonium explicans, non meminerat fortasse loci Xenoph. de Vectig. II. 2., unde clare apparet, et terra et mari *μετοίκους* stipendia fecisse. Sed sananda sunt Xenophontis verba Wesselingii ad Petitum LL. AA. p. 654. emendatione, *μέγας μὲν γὰρ ὁ κίνδυνος αὐτῶν*, pro eo, quod vulgatur, *ἀπών*. Alia nunc omitto de conditione *μετοίκων*, etiam locum Demosth. in Androt. p. 612. ed. R. a nemine notatum, notabilem tamen. Ceterum de operis eorum, ex quibus *σκαφηφόροι* vocantur et rel., nota sunt omnia.

[n] In recensu incolarum Atticæ, quem Demetrius Phalereus egit, inventi sunt *μέτοικοι* 10 000, cives 21 000, servi 400 000. Ctesicles in illustri loco Athenæi VI. p. 272. C. Ergo non mirum est, Xenophontem eos majore cura dignos censuisse l. c. Cephalus, vir bonus et locuples, idem quem Plato in sermone de Republica induxit, Athenis vixit *μέτοικος*, ejusque filius, Lysias, *ἰσοτελής*. Vid. Lysiæ Orat. XII. et Plut. Vit. X. Oratt. p. 836. A.

[o] Fuit, quum omnes simul *μέτοικοι* civitate donarentur, quod Olymp. 94, 3. factum narrat Diod. Sic. l. c. Idem antea fecerat Clisthenes, qui *μετὰ τὴν τῶν τυράννων ἐκβολὴν πολλοὺς ἐφυλέτευσε ξένους καὶ δούλους μετοίκους*. Aristot. Polit. III. 1. p. 141. Conring. Sed ibi, nisi quod gravius vitium subest, cum Lambino scribendum censeo, inserta copula, *δούλους καὶ μετοίκους*.

[p] Immo rem ita fuisse docerem, si alienis proposito tractandis lectorem ducere vellem. Miror enim, cur Valckenaerius cum reliquis, qui hæc tractarunt, plane

Fuit harum trium classium, Civitati munera quædam præbere, idque privato sumtu, quas Attici λειτουργίας[q] vocabant, de quarum ratione postea pluribus exponemus. Nunc unum illud explicandæ legi animadverti debet, vacationem horum munerum nonnunquam Populiscito vel lege datam esse iis, qui nimium se eo onere premi, aut beneficii in Populum collati pretium meruisse viderentur. Hæc ferme illa est *immunitas*, ἀτέλεια, in qua defendenda Orator laborat.[r] Minimum id vulgo habitum inter præmia solennia,[s] quæ Athenis ex vetere consuetudine et sapienti consilio constituta erant. Etenim ampliora et illustriora erant εἰκών, προεδρία, σίτησις, στέφανος. Sed hæc omnia, dici vix potest, quam rara fuerint prioribus ætatibus, quum Populus, de sua libertate et majestate tuenda unice sollicitus, et nimium suspiciosus, omnem gloriam rerum publice gestarum sibi vindicaret, civibus, qui res gesserant, maligne detraheret.[t] Itaque statuæ honor, quantum accepimus, ante ty-

neglexerit Ammonii sui verba, hausta e perito auctore, in v. ἰσοτελής. Πάντα ἔχων τὰ αὐτὰ τοῖς πολίταις, πλὴν τοῦ ἄρχειν. Ne τὸ δικάζειν quidem Grammaticus excepit. Quam vere, nescio. Nec tamen id nescio, ex hac classe ab ipsis civibus διαιτητὰς sumtos esse, qualem Theodotum ἰσοτελῆ apud Demosthenem legimus in Phorm. p. 912. ed. R. Ceterum conf. ad hæc Pollux III. 56. et VIII. 155. Harpocrat. vv. μετοίκιον, προστάτης, ἰσοτελής. Petit. LL. AA. p. 246. seqq. Valcken. Anim. ad Ammon. p. 112. Ruhnken. ad Timæum p. 110. Zeunii Not. ad Xenoph. l. c. Quanquam post hæc omnia vis et ratio ἰσοτελείας non satis clara est, partim veterum ipsorum culpa. At prorsus diversam eam fuisse ab ἀτελείᾳ, apertum est. Confudit has res Potterus Archæol. gr. lib. I. c. 10., qui plura ibi falsa docet, aut e Petito suo trahit.

[q] Vocabulum interdum Latinis literis scriptum servavi, exemplo Latinorum, qui nomina, *Archon*, *strategus*, *ephebus*, etc. servarunt; alias dixi *munera solennia*, et contra *extraordinaria*. Nam duplex eorum genus fuit, ut postea videbimus.

[r] Etiam ἀτελείας duo imprimis genera sunt, alterum, de quo nunc diximus, quod vacationem dabat a choragia, gymnasiarchia et ἑστιάσει; alterum, ad quod pertinebant immunitates portorii, reliquorumque vectigalium, aliæ. Bene hæc et similia docent Intpp. ad Pollucem VIII. 140. et Vandal. Dissertatt. Antiqq. et Marmorr. illustr. p. 781. Unum tamen ab his omissum est, ἀτέλεια ἱερῶν, quam Noster tangit §. κζ'., brevius, quam velles in re, quam nullus veterum nobis exposuit. Conjectura ergo quum utendum sit, nisi me mea fallit, Oratoris sententiam presse sequens, pertinuit *immunitas sacrorum* eo, quod cives debuerunt victimas et alias res, fortasse pecuniam quoque erogare in templa, sacrificia et alia ejusdem generis: ac de his ipsis, vel parte eorum, accipiam etiam τὰ γέρα, Æschini memorata in loco insigni Orat. in Ctesiph. §. θ'. Confirmatur hoc quodammodo ab Aristotele, qui de magnificentia loquens in Ethica Nicom. IV. 5. sumtus in templa, anathemata et sacrificia conjungit cum choragia, trierarchia et ἑστιάσει. Sed alterum illorum generum, quæ superius posui, vel utrumque Græci dicunt, quum simpliciter dicunt ἀτέλειαν. Et hinc quoque intelliges ἀτέλειαν ἁπάντων apud Atticos. Nam nihil ad nos Herodian. II. 4. Itaque si vectigalium immunitas continetur nomine ἀτελείας, vere Leptines illa ratione potuit uti, quam Noster carpit, ne dicam calumniatur §. ή. Jam ex iis, quæ disputavi, varie explicari debent immunitates, quas legimus seu civitati a civitate, seu privato concessas, ut in Inscriptt. ap. Chandlerum p. 20. Herodot. I. 54. Xenoph. Hellen. I. 2. 7. Psephism. Byzant. in Demosth. Or. de Cor. §. κζ'. ubi ἀλειτούργητοι dicuntur, qui Atticis sunt ἀτελεῖς. Adde Diodorum Sic. XI. 43. Nondum enim video, cur ἀτελεῖς docto interpreti ibi scriptum videatur pro ἰσοτελεῖς: nisi forte in animo habuit locum Xenoph. de Vectig. IV. 12.

[s] Colligere id mihi recte videor ex iis, quæ Orator habet §. κζ'. Apud alios rem non memini me legere.

[t] Conf. scriptores, quos laudavi in Commentar. §. ις'. ante med. et §. κδ'. Sed illi rem paullo aliter interpretantur. His addat tiro Nepotem suum Miltiad. c. 6.

rannicidas nemini contigit præter Solonem,[u] neque eo proximis temporibus dignati sunt Miltiades, Themistocles, alii, quamvis maxima fama meritorum inter suos conspicui. Æque raro προεδρία, id est, honoratior locus sedendi in ecclesia, theatris, aliisque popularibus consessibus, illa ætate dabatur: nam ad hunc quoque honorem decreto Populi opus erat.[v] Verum Periclis sæculo, si Comico credimus, invasit omnes vanæ gloriolæ amor, et alios præcedendi primamque sedem occupandi cupiditas, præmia autem obsolescere cœperunt; quum, quæ antea essent summis meritis negata, sæpe indignissimus quisque auferret. Dein Populi impotens levitas amplissima quæque, et ipsam civitatem,[w] effudit in primum quemque, civem, peregrinum, Græcum, Barbarum; qua de re Oratores passim graviter conqueruntur.[x] Tum imprimis frequentata σίτησις, seu σίτησις ἐν Πρυτανείῳ, id est, victus quotidianus in Prytaneo, quæ res nemini ignota est per historiam Socratis; et coronæ, non insignia regiæ dignitatis apud veteres quidem, sed ornamenta ejusmodi, quibus Civitates vel se invicem, vel cives suos afficerent.[y] Plura autem ex his ea lege dari solebant, ut ad filios et posteros tanquam hereditatis jure cederent.[z] Certe immunitatis dandæ, quod donum pervulgatius a bello Peloponnesiaco factum videtur, vix fuit alia conditio. Itaque quum plures nunc superstites essent posteri eorum, qui immunitatem olim meruissent, plures deinceps eam facili Populo consequerentur; nonnulli etiam, in his improbi homines, nulloque suo merito noti, dolo et fraude usurparent,[a] publice vero summa esset inopia: Leptines videri potuit e Republ. facere, quod pravam consuetudinem lege ferenda aboleret.

[u] Vid. Meursium de Ceram. gem. c. 16.

[v] De jure προεδρίας conf. Casaub. ad Theophrast. Charact. 5. et Hemsterhus. ad Pollucem VIII. 133.

[w] Quantum pretium olim, florente disciplina, Athenienses juri civitatis suæ statuerint, notum est in vulgus, et docent exempla negati vel potentibus regibus, qualia libelli Antiquitatum suggerunt. Sed eximendum iis exemplis est illud, quod Potterus aliique inde a Sigonio repetunt, de Menone, Pharsalio, et Perdicca, Macedonum rege, tractum ex Demosth. de Rep. ordin. Qui ambo enim hoc in loco sola immunitate ornati esse dicuntur, eosdem Orator alio loco, ubi illa eadem et iisdem verbis recurrunt, sola civitate ornatos dicit, nec ibi de immunitate ne γρὺ quidem. Quod utrum ad exempla fidei oratoriæ referamus, quæ passim leguntur? an ipsum dicamus, meliora edoctum, in altera Oratione se revocasse? Mihi neutro inclinat animus. Nam si quid video, Oratio, quæ inscribitur περὶ συντάξεως, seu de Republ. ordinanda, Demosthenis non est, sed ex aliis ejus, maxime Olynth. III. et Aristocratea ab aliquo Declamatore consutis pannis confecta. Ceterum plures posteriore tractu temporum immunitatem habuerunt principes, ut præter Leuconem Dionysius cum filiis, Sitalces, rex Thracum, Evagoras, Cyprius, alii; ac plures item privati, alibi habitantes. Conf. Cic. pro Corn. Balbo c. 12.

[x] Ut Demosth. in Aristocrat. p. 687. sq. ed. R. Sed vide, quam huic ipsi, qui alios accusat talium decretorum auctores, dicam impingat Dinarchus in Orat. contra eum habita p. 33. seq.

[y] Vid. Petitum LL. AA. p. 377. Quanquam, perlectis Æschinis et Nostri contrariis Oratt. de Corona, illum auctorem parum desiderabis.

[z] Imprimis σίτησις, interdum et προεδρία. Eadem ratio fuit προξενίας et εὐεργεσίας, de quibus v. Comment. §. ιδ'. et κή.

[a] Vid. §. κή. Et alios ejusdem notæ homines fortasse addidit Leptines aut Syndici.

Sed age, quo melius statim totius caussæ constitutio pateat, inseramus huic loco argumentum Orationis. In quo sic versabimur, ut primum eas rationes, quas Leptines ipse, vel ii, qui ejus partes sequerentur, videantur attulisse, deinde adversarias Oratoris nostri brevi in conspectu ponamus. Non omnia enim persequemur, sed libabimus res summas, quæ maxime caussam faciunt, nec plane eo ordine, quo apud Demosthenem leguntur, sed sæpe ad arbitrium nostrum mutato. Ceterum operæ pretium faciet, qui, quo loco quæque ab illo prolata sint, diligenter spectarit, qua in re artis plurimum reperiet. Sed jam prodeat (nam obliqua narratione non utemur, perspicuitatis caussa) prodeat, inquam, ipsum celebre par, contra positis argumentis certans. Primum Leptines:

"Videntur brevi tempore defuturi esse, qui liturgiis fungantur, quandoquidem nimis multi, immunitate ornati, ab hac functione et cura se subtrahunt."

"Jam munera fere ad inopes reciderunt, ditissimo quoque ea defugiente. Quare lege opus est, quæ inopi multitudini onus levet, divites cogat opes suas in usum Reipubl. conferre."

"Neque enim decet privatos ex immunitatibus divitias quærere, quum Respubl. in summa difficultate numaria sit."

"Sunt inter eos, quibus Populus hoc præmium impertiit, multi parum eo digni, sive quod illud omnino præter meritum acceperunt, sive quod acceptum vita et moribus dedecorant."

"Quod quoniam sæpe nobis extortum est fraude malisque artibus, quo res certius caveatur in posterum, ita sanciri legem oportet, ut sibi ipse Populus in perpetuum interdicat immunitatum dationem, ac pœnæ proponantur, si qui petat."

"Ignotum est hoc præmii genus Lacedæmoniis et Thebanis, nec apud hos tamen non boni viri exstiterunt, deque patria præclare merentes. Neque opus omnino hac invitatione ad bene de Republ. merendum esse, maximo est argumento, quod ne ipse quidem Populus Athen. ejus olim usum habuit. Immo tum, quum Respubl. maxime florebat civium studiis, præmia erant tenuissima."

"Cetera, quæ apud nos usitata sunt, statuas, victum Prytanei, alia, integra et intacta reliqui rogatione mea, unum et minus illis sustuli, immunitatem: ne quis mercedem virtuti a me detractam calumnietur."

"Denique liturgiæ illæ, quarum immunitas esse solet, spectant quodammodo ad sacra. Sacris autem muneribus quenquam vacare, nefas est."

Plura ex his sane speciosa sunt et apta ad persuadendum. Sed Demosthenes opponit ea, quæ vel nuda, omnique oratorio ornatu detracto, hodie legentem sollicitare possint, ornata autem *Populum nullius rei præter laudem avarum* plane in contrariam sententiam deflectere debuerint. Sunt enim hæc fere:

"Turpe est fidem violare, præsertim publice datam, et in ea Republ., qua illustrior nulla unquam fuit exemplis liberalitatis et cujusque generosæ virtutis, quæ Civitas gloriæ caussa nullo tempore nec sumtibus pepercit, neque ad atrocissima pericula expavit. Violamus autem fidem gravissime, si revocamus præmia, quæ olim dedimus, Populiscitis sanximus, insculpenda columnis curavimus. Itaque si vel maxime immunitas sublata Reipubl. opes augeret, tamen ne sic quidem Leptinis lex tenenda esset. Omni enim compendio majus detrimentum infligit ea nomini Attico, notasque infamiæ inurit nobis, tam singulis, quam universis. Ac monumenta illa, quibus fides nostra inscripta est, si auctoritas iis integra manebit, monumenta nobis erunt præclari moris publici: sin autem — eadem illiberalitatem, invidiam et improbitatem nostram apud omnes homines testabuntur."

"Sed leve compendium est, quod tanta fraude commutare sustinemus. Multo sunt pauciores, quam Leptines putat, quos, præmio illo adhuc usos, in posterum ad munera obeunda adigere liceat. Ditissimus quisque enim trierarchia et tributis bellicis faciendis distinetur: at hi de vetere more solennibus muneribus vacant. Inopes vero inopiam suam habent ultimum et acerrimum telum, quo se a nova lege defendant. Sic relicti nobis sunt mediæ sortis homines, qui numero pauci sunt. Atque omnino qui ex civibus immunitate fruuntur, ii sunt vix quinque vel sex; et ex inquilinis, ad summum decem.[b] Sed sumite, ex utraque classe confici posse triginta. Quid lucri erit? aut quantulum levamenti tantulus numerus multitudini præstare poterit? præsertim quum illos ne in singulos quidem annos lucremur, sed universe."

"Respubl. nihilo fit opulentior immunitatibus tollendis. Non enim ærarium attinent impensæ, quæ in solennia munera fieri solent. Quid? quod, si qui ex immunitate sibi divitias pararunt, ea res etiam in commodum cedit Reipubl., quoniam, quidquid lucri fecerunt, ad rei bellicæ necessitates conferre queunt. Adeo ex hoc dono Respubl. nihil damni contrahit, ut ipsa inde magnum fructum percipere videri debeat."

"At multi sunt indigni. Audio. Sed primum dignus aliquis sit dono nostro, an minus, nunc sero quæritur; quærendum id fuit tum, quum quisque donabatur. Nam prudentis est, nihil omnino dare, quod olim pœnitere possit; inconsiderati ac maligni, ea, quæ semel dederit, sine magna caussa repetere. Deinde ipsum hoc, an

[b] Dubites, an hæc computatio a Demosthene bona fide facta sit, maxime de civibus. Nam si ipsam Orationem sequamur in iis, quæ de immunibus civibus habet, horum major numerus colligetur. At esset mirum tamen, in tali re fallere velle Populum.

quis dignus præmio sit, publice secus judicandum, quam privatim in communi vita solet. Si quis enim Civitati sua opera utilitatem vel salutem attulit, sit ille ignobilis, sit cetera vitiosus, tamen publice ipsi honor et remuneratio debetur. Facto hominis merces redditur, non vitæ, non moribus. Præterea per se injustum est, propter malos quosdam aut indignos, quibuscum judicio experiri licet, præmia omnibus auferre, et iis quoque, quos omni ex parte dignissimos esse nemo negarit. Tales autem inter eos, qui immunitate a Leptine fraudantur, plures sunt, seu olim de Republ. præclare meriti, seu etiam nunc merentes. Nam quod nonnulli ex numero illorum jam non vivunt, nihil id nostram fidem mutare potest. Vivunt eorum liberi aut posteri, quibus quæ a nobis injuria imponitur, ea non ad hos minus, quam ad ipsos parentes, pervenire putanda est. Ita ista lege injuria afficiuntur viri summa gloria meritorum clari, a quibus restitutum et auctum insigniter hoc imperium est: in his Conon, haud minor ipso Themistocle, et Chabrias, tot tropæorum de hostibus nostris auctor, dux felicissimus, et alienæ vitæ in periculis providus, idem suæ prodigus gloriose. Tum etiam non desunt, quibus nuper demum immunitas cœpit fructuosa fieri, quando donum, patribus olim honoris ergo datum, sorte mutata, ad vitam tolerandam factum est necessarium. Denique est, qui vivit adhuc, et prope videt ea, quæ agimus, Leuco, Bospori rex, cujus in Rempubl. nostram maxima merita exstant et augentur in dies. Quid, si ille, quum fractam a nobis fidem audierit, ipse suam quoque liberam putabit? Quid, si immunitatem, si alia, quorum usus nobis necessarius est, revocabit?"

"Populus hujus doni tribuendi jus sibi interdicere nullo pacto potest, nisi forte simul alia omnia, quorum potestatem habet, sibi erepta vult. Nam per eandem speciem, qua Leptines ad illud utitur, nulla Reipubl. pars est, quæ non Populo prima quaque die eripi possit cum summo detrimento libertatis."

"Nihil efficitur exemplis aliarum Civitatum, nedum talium, quarum instituta a libertate abhorrent. Nec plus valet ipsorum majorum nostrorum consuetudo. Nam quum eos satis constet adversus suorum merita non ingratos fuisse, si alia, ac nos, si etiam minora dederunt, fecerunt illi ex ea, quæ tum erat, institutorum et morum ratione; neque omnino verum est, nihil illos nisi parva dedisse. Unum eorum hoc est dignum imitatione nostra, quod honorem nullum revocarunt, quem semel dederant."

"Quod Leptines præmium immunitatis tenue dicit esse, vere dicit. Perexiguum quiddam est immunitas; sed propter hanc ipsam caussam revocanda non est. Præterea quod obvertit, cetera præmia a se relinqui, unum tolli: primum nihil id juvat eos, qui forte hoc uno affecti sunt. Deinde non minus laborabit fides

publica, si unum genus tollatur, quam si omnia. Denique Reipubl. id ipsum expedit, alia aliis præmia proposita esse, ut virtutibus et beneficiis civium minus splendidis, qualia vel optatissima nobis esse debent, sua merces ne desit."

"Captiosum atque Sophista dignum est argumentum, quo liturgiæ solennes cum muneribus sacris confunduntur. Nam harum rerum diversam esse rationem, palam est: immo ex universo tenore legis ad liquidum confessumque perduci potest, Leptinem hoc proferre, non quia id verum putet, sed ad tempus, et ut nomine religionis prætexendo judicium fallat."

His quidem, quæ ita a me collocata sunt, ut facilius cum rationibus adversarii, quibus quidque respondet, comparari possint, his igitur Demosthenes plura et ad persuadendum potentia momenta interponit, ex jure Attico fere petita, ut hæc:

"Vitiosa est Leptinea lex primum ideo, quod auctor in ea roganda legum novarum ad Populum ferendarum formulas legitimas et præscriptum jus migravit:"

"Secundo, quod vel manifesto repugnat receptis legibus, vel certe sententiæ earum et consilio. Hujusmodi v. c. sunt, quæ sanciuntur de pœna irroganda ei, qui sibi præmium petat."

"Etiam ex alia parte lex vitiosa est in hoc, quod Harmodii et Aristogitonis progeniem excipit. Oportet enim legem, præsertim latam in libera Civitate, æqua conditione de omni cive statuere, nec secus vetera aut præterita, atque nova aut futura judicare. Et quis hanc Reipublicæ nostræ fortunam adeo stabilem propriamque præstet futuram, ut nunquam quisquam eadem sibi deposcere queat, quæ duobus illis olim data sunt?"

"Sed nimirum habebat factio adversaria, cur talem legem ferret. Exercet ea simultates cum pluribus ex numero immunium, hisque præmia sua ereptum ibat. At turpe est, ut privatas injurias persequare, auctoritate publica abuti, et inimico tuo lege eripere, quod accusatione et judicio conflato eripere non audeas."

"Syndici, quos Populus delegit legi Leptineæ defensores, partim suspecti sunt, partim rejiciendi propterea, quod idem ministerium illi jam ante in aliis caussis fecerunt."

"Antiquanda igitur lex Leptinis, et in ejus locum substituenda talis, quæ tum receptis legibus non repugnet, tum bonæ famæ Civitatis nostræ consulat, tum incommodis, si qua ex immunitatibus orta sunt, medeatur[c] etc."

Satis diximus de argumento Orationis et statu caussæ: itaque

[c] Demosthenicæ legis, quæ Leptineæ opponitur, nec verba tenemus, nec totam sententiam. Petitus quidem in LL. AA. p. 382. hæc verba posuit, quæ in Argumento Græco Anonymi leguntur. Τὰς δωρεάς, ὅσας ὁ Δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι κ. τ. λ. At auctor indicat ipse, verba legis a se non dari. Quippe sic præfatur: τί γὰρ ὁ Δημοσθένους βούλεται νόμος;

videmur nobis eos quoque adjuvasse, qui forte a Græcæ linguæ cognitione imparatiores ad hanc lectionem accesserint. Patet jam, quo in orbe rerum et sententiarum versetur Oratio: in quo multum adjumenti est ad melius intelligendum. Attamen ut ea a nobis, qui legimus, quoad ejus fieri possit, eodem modo intelligatur, quo intellecta quondam est ab iis, qui Oratorem coram audierunt: imprimis cognoscenda est ratio, quæ Athenis obtinuit, publicorum munerum curandorum, nec non legum ad Populum ferendarum abrogandarumque. Quibus de rebus, nondum ab omni parte aliorum cura illustratis, longa esset disputatio nostra, si eas propter jus Atticum tractaremus: nunc satis erit persequi ea, quæ hujus scriptionis institutum poscere videbitur.[d]

Jam primum illud constat, libertatem suam, tantopere jactatam celebratamque, olim civem Atticum, ut Romanum, et ut quisque in simillima Republ. vixerit, haud parvo redemtam habuisse. Nam uti is, qui civitate Attica fruebatur, summi erat consilii publici particeps, atque summorum honorum aditum patentem habebat, æquato omnium jure et potestate imperandi; ita eundem præter ipsius publicæ curæ molestias multa et magna negotia, impensæ et ministeria onerabant, in commune facienda. In quo genere sunt, ut alia prætercam, minus cum hoc loco conjuncta, *αἱ λειτουργίαι ἐγκύκλιοι*, quarum crebra hic mentio fit apud Oratorem nostrum. Latine non incommode interpreteris *munera solennia, stata, ordinaria*.[e] Hæc enim in urbe nullo tempore intermittebantur, curatione per tribus eunte in orbem. Cujusmodi sunt *χορηγία, γυμνασιαρχία, ἑστίασις*. Et belli tempore duo accedebant nova, *εἰςφορὰ* et *τριηραρχία*.[f] Sed ad horum duorum posterius, quod sumtus erat

[d] Tractarunt priorem partem de muneribus Sigonius in libro de Republ. Athen. IV. 4. et Petitus LL. AA. III. 4. p. 349. seqq., aliique plures: et difficillimum locum de trierarchia, etiam G. Budæus de Asse et partibus ejus lib. V. p. m. 531. seqq. Scheffer. de Milit. nav. II. 4. et Tourrellius in Notis ad Demosth. Or. de Corona gallice a se versam in Œuvres de M. Tourreil, Paris, 1721. 8. T. IV. p. 501. seqq. Qui, quæ virtus est Gallorum pæne propria, dilucide, multoque, quam Petitus et alii, aptius ad communem intelligentiam de ea re scripsit. Sed nos passim ea afferemus, quæ ostendant, libros istos lectos a nobis esse, non exscriptos.

[e] Ulpian. ad Orat. §. κζ'. Λεῖτον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον, ὅθεν λειτουργεῖν τὸ εἰς τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι ἔλεγον. Ad hoc conf. Herodot. VII. 197. Etymol. M. Ammon. et Mœrid. in v. λειτουργὸς vel λειτουργεῖν, et ibi Valcken. et Pierson. Scilicet voces sunt sola forma diversæ, utpote a λαὸς et λεὼς ductæ, λάϊτος, λεΐτος, λεῖτος, λήϊτος, λῆτος, *popularis, publicus*. E postrema formatum ληιτουργεῖν recte Piersonus veteribus Atticis vindicat, simul in Plutarchi Romulo p. 31. B. scite reponens, λήϊτον γὰρ τὸ δημόσιον. Altera et generalis notio, qua λειτουργία dicitur de quacunque opera publicis usibus præstata, minus frequentatur apud Atticos. Brevem historiam verbi, Theologo præter ceteros legendam, dedit Casaub. Exercitt. in Baron. Annal. p. 470. seqq. Ceterum quod Latine verti *munera*, cogitandum est de Romanorum muneribus ædiliciis et aliis ejusmodi. Minime vero λειτουργίαι miscendæ sunt cum ἀρχαῖς h. *magistratibus*, quod a nonnullis factum vidi. Temere id collegerunt ex Demosth. de Cor. §. 78.

[f] Demosth. ipse §. ζ'. post med. Οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας (conf. §. κζ'. ad fin.) λειτουργοῦντες ἡμῖν,

plurimi, non fere nisi opulentissimus quisque adigebatur, ceteri perpetua ejus muneris immunitate fruebantur: itemque vicissim, quod damno levando esset, trierarchis licebat immunibus esse a priori genere statarum functionum. *Εἰςφορὰ* autem erat omnium, nisi qui in nota testataque inopia vitam degerent.[g] Jam explicate dicendum de singulis.

Ac primum nomen *χορηγοῦ* et inde ducta, solenni Atticis sensu, propria sunt de eo, qui a tribu sua editus sumtum præbebat choris instruendis et adornandis.[h] Res in speciem levis est, at magna, si eam ex institutis Græcorum spectes. Notum est enim, Athenienses, quibus nulla unquam gens gratius feliciusque virilem gravitatem cum ludorum juvenilium hilaritate conjunxit, per omne florentis Reipubl. tempus scenæ spectaculis et magnificentiæ fuisse deditos, ac tantas in hæc impensas fecisse, quæ sæpe etiam ærarium et privatorum facultates exhaurirent.[i] Sed res, ex primis ætatibus populi ducta, servata eo constantius et studiosius est, quod partem religionum continere putabatur. Fuerunt autem chori varii generis. Agebantur alii in theatro, conjuncte cum fabulis scenicis, quo in genere frequenter legitur *χορηγεῖν τραγῳδοῖς* vel *κωμῳδοῖς*.[k] Alii ad ejusmodi spectacula pertinebant, et ad eos dies festos, in quibus fabulæ non darentur, quum choris certaretur *ἀνδρικοῖς, παιδικοῖς, πυῤῥιχιστῶν*, reliquis.[l] Jam vero in his omnibus eum,

χορηγοὶ, καὶ γυμνασίαρχοι καὶ ἑστιάτορες. Idem adv. Bœot. I. p. 996. ed. R. Οὐκοῦν Μαντίθεον Μαντίου Θορίκιον οἴσουσί με, ἂν χορηγὸν ἢ γυμνασίαρχον ἢ ἑστιάτορα ἢ ἄλλο τι τῶν ἄλλων φέρωσι. (Scil. οἱ φυλέται seu ἡ φυλή. Nam tribuum erat, eos, qui munera præberent, nominare sive edere, quod est φέρειν, ἐνεγκεῖν. Conf. Comment. ad §. κζ'. ad fin.) Xenoph. Œcon. II. 6. Ἔτι δὲ καὶ τὴν πόλιν αἰσθάνομαι τὰ μὲν ἤδη σοι προστάττουσαν μεγάλα τελεῖν, ἱπποτροφίας τε καὶ χορηγίας καὶ γυμνασιαρχίας καὶ προστατείας· ἢν δὲ δὴ πόλεμος γένηται, οἶδ' ὅτι καὶ τριηραρχίας μισθοὺς καὶ εἰςφορὰς τοσαύτας σοι προστάξουσιν, ὅσας σὺ οὐ ῥᾳδίως ὑποίσεις· ὅπου δ' ἂν ἐνδεῶς δόξῃς τι τούτων ποιεῖν, οἶδ' ὅτι σε τιμωρήσονται Ἀθηναῖοι οὐδὲν ἧττον ἢ εἰ τὰ αὐτῶν λάβοιεν κλέπτοντα. Aristot. Ethic. Nicom. IV. 5. Ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων, οἷα λέγομεν τὰ τίμια· οἷον τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ἀναθήματα καὶ κατασκευαὶ καὶ θυσίαι· ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον· καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστιν, οἷον εἴ που χορηγεῖν οἴονται δεῖν λαμπρῶς, ἢ τριηραρχεῖν, ἢ καὶ ἑστιᾶν τὴν πόλιν. Idem philosophus, vel potius ignotus scriptor, in Œconom. II. p. 502. C. de Hippiæ tyranni temporibus: Ὅσοι τριηραρχεῖν, ἢ φυλαρχεῖν, ἢ χορηγεῖν, ἤ τινα εἰς ἑτέραν λειτουργίαν τοιαύτην ἤμελλον δαπανᾶν, τίμημα τάξας μέτριον κ. τ. λ. Ubi sine dubio verbum φυλαρχεῖν imprimis ad ἑστίασιν pertinet.

[g] Vid. Orat. §. ή.

[h] Usitatissima hæc notio est verborum, χορηγός, χορηγία, χορηγεῖν, in Atticis. Apud alias gentes sumebantur potius de eo, qui choream ducit. Vid. Athen. XIV. p. 633. B. et Pollucem IX. 41. Hic notes simul, verba illa, proprie unum excellentius genus notantia, dici etiam de reliquis duobus statis muneribus. Conf. notam Σκεψώμεθα δὴ κ. τ. λ. ad §. ζ'. Similiter ipsum λειτουργεῖν nunc de solis ministeriis pacis ponitur, nunc ita, ut bellica complectatur. Hoc imprimis notandum.

[i] Vid. Xenoph. de Mag. equit. off. c. 1. extr. Demosth. Philipp. I. §. 50. Plutarch. Bellone an pace cl. f. Ath. p. 349. A. alios.

[k] Dicuntur in hac locutione actores pro fabulis, plane ut in illa celebri, Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς, de qua multa notavit Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 166.

[l] Huc pertinet munus in pompis sacris, et munus ἀρχιθεωρίας, cujus mentionem habent Lysias Orat. XXI. p. 700. Andocid. de Myster. p. 65. Aristot. Ethic. Nicom. IV. 4. et auctt. ap. Vandal. Dissertatt. laudd. VI. 4. Valcken. ad Ammon. p. 94. et Ernest. ad Xenoph. M. S. III.

qui partes choragi receperat, primo loco oportebat deligere, quos producere in scenam vellet, et eos per artificem, quem *χοροδιδάσκαλον* vocabant, erudiendos et exercendos curare in iis artibus, in quibus sibi certatio esset futura, tum chorum vestibus ac coronis ad solennitatem ludorum aptis ornare, et omne choragium, id est instrumenta, quæcunque seu fabulæ docendæ seu alii spectaculo necessaria essent, privato sumtu præbere. Nihil enim dubitandum, quin ejusdem, qui choris scenicis sumtum suggereret, commissio totius ludi esset. Nam omnino chorum, tanquam fabulæ primariam partem, et eam, unde antiquitus omnis ratio scenæ effloruit, ita Græci usurpare consueverunt, ut verbi vis ad universam fabulam spectet. Sed satis de choragia.[m]

Alterum, *γυμνασιαρχία*, pertinet ad ludos gymnicos, in quibus juventus exercebatur, et similiter publice in Panathenæis, Hephæsteis, Prometheis et aliis solennibus commissiones fiebant. Præerant his *γυμνασίαρχοι*, eodem fere, quo choragi, modo a tribubus delecti in certum tempus, modo longius illud, modo brevius, nonnunquam in unum mensem. Mandata iis erat gymnasii alicujus aut ephebei cura summa et potestas, ipsique exercere se volentibus oleum, pulverem palæstricum, atque alia, quæ usus posceret, suppeditabant, omninoque ludos apparabant.[n] Tertium munus, paullo rarius a veteribus commemoratum, ejus est, qui *ἑστιάτωρ* appellatur. Talem oportebat in sacris festorumque dierum lætitia tribulibus suis epulum dare; quod in illa vilitate rerum venalium, quam Athenis fuisse scimus, nisi forte mensa lautitiis opipare exstruenda erat, haud magnæ impensæ esse potuit. Id munus qui faceret, ex sua tribu sorte ducebatur, nisi si quis sponte se facturum ostendisset.[o] Jam quærere libeat, quæ fuerit ratio sumtus, in unam-

3. 12. Fabulæ autem, sive tragicæ, sive comicæ, sive satyricæ, tribus tantum festis Bacchicis dabantur, Dionysiis urbanis magnificentissime, et illo tempore plures quam alias, interdum ad sedecim. De qua tota re vid. egregiam Diss. Barthelemii in Mem. de l' Ac. d. Inscr. et d. B. L. T. XXXIX. Itaque ubi commemorantur choragi in Panathenæis utrisque, in Thargeliis, in aliis solennibus, ibi de altero genere chororum, non de scenico, cogitandum est.

[m] Accuratior tractatio rei hujus loci non est. Nihil igitur dixi de certatione choragorum, nihil de *ἀντιχορηγοῖς* (h. e. iis, a quibus certamen fiebat, cuique pro tribu sua) quod verbum rari usus legimus apud Andocid. in Alcib. p. 121. et Nostrum in Midiam §. 17. ante med. §. 18. a med. nihil denique de præmiis, quorum honor ad ipsas tribus pertinebat, de tripodibus, a victore cum magna cærimonia consecratis etc. Tamen conferre operæ pretium erit Aristoph. Ran. v. 94. ejusque Schol. ad v. 406. Antiphont. Orat. ult. *περὶ τοῦ χορευτοῦ*, Demosth. Midianam passim cum Argumm. gr., adv. Phænipp. p. 1045. ed. R. Isæi Or. de Dicæog. hered. p. 113. De Apollod. hered. p. 187. et ex recentioribus, præter libros notos, Vandal. l. c. p. 675. seqq.

[n] De discrimine *γυμνασιάρχου* et *γυμναστοῦ* nota est admonitio Perizonii ad Ælian. V. H. II. 6. Ad reliqua conf. Schol. ad Orat. §. ή. in fin. Vandal. p. 584. seqq. et Corsin. Fast. Att. II. p. 133. Ex conjectura oleo adjeci pulverem, de cujus genere vide loca, quæ designat Casaub. ad Theophr. Char. 5.

[o] Conf. Pollux III. 67. Harpocrat. v. *ἑστιάτωρ*. Salmas. Observatt. ad Jus Att. et Rom. p. 72. Hinc *ἑστιᾶν τὴν φυλήν*, apud Demosth. in Midiam §. 41. et alibi.

quamque harum rerum necessario faciendi. Sed equidem nihil usquam legi relatum, nisi hoc, choragi fuisse munus sumtuosissimum, præsertim in tragœdia et Dionysiis magnis, sumtuosius etiam in certamine tibicinum, quam in aliis.[p] Et narrat nescio quis apud Lysiam, triginta minas se choragum tragœdis, comœdis sedecim, Prometheis porro gymnasiarchum duodecim, rursus choro pyrrhichistarum Panathenæis magnis octo, parvis in eodem certamine septem, et cyclio choro tres impendisse.[q] Ex quo intelligitur, tantum uni tragico muneri potuisse impendi, quantum quatuor aliis honeste sufficeret.

Pergamus ad alterum genus munerum, temporarium et extraordinarium, *εἰςφορὰν* et *τριηραρχίαν*. Quorum nominum prius significat pecuniam ad necessitates belli conferendam, unde præcipue stipendium militi persolveretur.[r] Collationis hujus descriptio fiebat ex censu, varie pro usu rerum ac temporum. Strategorum cura erat, hoc et alterum munus bellicum ordinare, ad eaque vocare cives, ac lites et caussas forte de iis ortas judicare.[s] Qua in re non raro hæc fraus versata est, ut qui cuipiam incommodare vellet, eum suffragiis suis in numerum ditissimorum aut superiorem classem adscriberet. Id quod ex Cleonis comminatione quadam apud Aristophanem apparet.[t] Mox, Oratorum nostrorum sæculo, hoc omne onus legimus solis mille ac ducentis civibus impositum, tali ordine.[u] Singulæ tribus (decem autem tribus erant Athenis) cen-

[p] Demosth. in Midiam l. c. *Τραγῳδοῖς κεχορήγηκέ ποτε οὗτος; ἐγὼ δ' αὐληταῖς ἀνδράσι· καὶ ὅτι τοῦτο τὸ ἀνάλωμα ἐκείνης τῆς δαπάνης πολλῷ πλεῖόν ἐστιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου.* Mirum est, quid intenderit pretium posterioris certaminis. Possunt fuisse rei aliæ caussæ, quas ignoramus. Unam conjecerim fuisse hanc, quod, quum fabulis agendis cives gratuitam operam darent, ad illud peregrini artifices conducendi essent. Et omnino apud veteres parva mercede contenti non erant tales artifices.

[q] Lysias Orat. XXI. princ. Locus est classicus ac varii usus. Quare posthac eum apponemus *αὐτολεξεί*.

[r] Solennia hic sunt *εἰςφέρειν χρήματα, εἰςφέρειν εἰς τὸν πόλεμον, εἰς τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως, εἰςφορὰς εἰςφέρειν*, et de hominibus, qui id munus faciunt, *οἱ εἰςφέροντες*. Vide, ut unum ex numero antiquiorum citem, Lysiæ Orat. XII. p. 396. ibique Markl.

[s] Vid. Orat. adv. Phænipp. passim, et adv. Bœot. I. p. 996. ed. R. ubi Mantitheus, actor, ita ait: *Τίνα οἱ στρατηγοὶ τρόπον ἐγγράψουσιν, ἐὰν εἰς συμμορίαν ἐγγράφωσιν; ἢ ἐὰν τριήραρχον καθιστῶσιν; ἤ, ἂν στρατεία τις ᾖ, τῷ δῆλον ἔσται, πότερος ἐσθ' ὁ κατειλεγμένος;* Formulæ hujus, *εἰς συμμορίαν ἐγγράφειν*, gemina illa est apud Aristophanem, *εἰς τοὺς πλουσίους ἐγγράφειν*, versibus mox ponendis. Omnino potestas Strategorum nota est, etiam hoc, quod illis idem jus fuit, ac Prytanibus, in urbe conciones et ecclesias habendi.

[t] Equitt. v. 923.

Δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην,
ἰπούμενος ταῖς εἰςφοραῖς·
ἐγὼ γὰρ εἰς τοὺς πλουσίους
σπεύσω σ' ὅπως ἂν ἐγγραφῇς.

[u] Unus nobis hic sequendus est Ulpianus in his verbis (primam enim partem Scholii omitto, alienæ manus laciniam, et minus antiquam, ut opinor) ad Demosth. Or. Olynth. A. ad fin. *Δέκα οὐσῶν φυλῶν καὶ ἑκάστης προβαλλομένης ἀπὸ ἑκατὸν εἴκοσι, συνέβη τοὺς πάντας εἶναι λειτουργοὺς χιλίους διακοσίους. Ἐμέριζον οὖν αὐτοὺς ἀπὸ ἑξακοσίων ἀνδρῶν, ὅ ἐστιν, ἀπὸ δέκα συμμοριῶν· πάλιν δὲ ἑκατέραν τῶν δύο μερίδων τούτων ἔτεμνον εἰς δύο, ὅ ἐστιν, εἰς τριακοσίους μὲν ἄνδρας, κατὰ πέντε δὲ συμμορίας. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τριακόσιοι οἱ πάνυ πλούσιοι, οἱ πρῶτοι· οἵτινες προειςέφερον τῶν ἄλλων τε καὶ εἶχον αὐτοὺς ὑπακούοντας εἰς πάντα, ὥςτε συμβαίνειν εἰς δύο μερίδας εἶναι*

tenos vicenos, qui ditissimi essent, de suo corpore prodebant. Hi omnes in partes binas dispertiti efficiebant viginti classes, *συμμορίας*, sexagenorum capitum singulas, et in singulis tribubus binas. Ita collecti mille ducenti rursus in duas partes dividebantur, sexcentorum hominum utramque; easque rursus in binas, ut essent quatuor, unaquæque trecentorum. Isti vero trecenti, divitiis ceteram turbam anteeuntes, principes erant in conferendo, et urgente bello pecuniam repræsentabant, quam deinde minus iniquo tempore a tenuioribus redigerent: quare eos dicto audientes habebant in rebus omnibus.[v] Ex quo factum erat, ut omnes in duas partes divisi essent: siquidem qui ab utraque erant parte, quodammodo trecentis ditissimis, qui utrinque erant, adhærebant. Ceterum istæ classes habebant singulæ suos principes, *ἡγεμόνας συμμοριῶν*, itemque curatores, *ἐπιμελητὰς συμμοριῶν*.[w] Horum alteri, copia divitiarum ceteris omnibus præstantes, videntur *συμμορίτας* suos ad muneris partes vocasse, et, si quis inter illos minus valeret, ejus ipsi partes sustinuisse: curatores autem in classibus eodem ministerio videntur functi esse, quo aliud notum genus curatorum in tribubus, *ἐπιμεληταὶ τῶν φυλῶν*, videlicet ut classes ad conventus convocarent, atque ad eas de communibus rebus referrent.

Hæc tota descriptio civium talis, qualem nunc retuli, quo tempore primum in *εἰςφοραῖς* sit inducta, nullus Oratorum nos docet. At vero Philochori fragmentum servatum est ex Atthide,[x] quod

τοὺς πάντας· εἶγε οἱ τῶν ἑκατέρωθεν ἦσαν ὥςπερ ἡνωμένοι τοῖς ἑκατέρωθεν τριακοσίοις, τοῖς πλουσιωτέροις. Εἶχε δὲ ἑκάστη μερὶς τῶν τεσσάρων ἴδιον στρατηγὸν καὶ ἴδιον ῥήτορα· ὅμως δὲ πάλιν τῶν δευτέρων καὶ οἱ ῥήτορες καὶ οἱ στρατηγοὶ ὑπεῖκον τοῖς προτέροις. Quod h. l. est προτελεῖν vel προειςφέρειν τῶν ἄλλων, id habes etiam in Midiana §. 43. adv. Phænipp. p. 1046. ed. R. adv. Polycl. p. 1208. ed. R. Et inde προειςφοραί. Plane autem sentio cum Vales. ad Harpocrat. p. 73., ultima ista de Strategis et Oratoribus utrorumque falsa esse, et exsculpta ex verbis auctoris male intellectis. De toto Scholio intelligi non vult Valesius.

[v] Horum trecentorum in Republ. Demosthenes Olynth. A. §. θ'., ubi Scholion illud legitur, clare meminit: Πρότερον μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! εἰςεφέρετε κατὰ συμμορίας· νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. Ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ, καὶ οἱ βοηθησόμενοι οἱ τριακόσιοι· οἱ δὲ ἄλλοι προςνενέμησθε, οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δὲ ὡς ἐκείνους· Quæ ad verbum repetuntur ab auctore Orat. περὶ Συντάξεως §. ζ'. Meminit eorundem etiam Isæus, qui ætate paullo antecedit Nostrum, atque ille primus, ni fallor, in Orat. de Philoctem. hered. p. 154. Ubi quod est ἐν τοῖς τριακοσίοις εἰςφέρειν, ab eodem alibi dicitur ἐν πρώτοις, de Apollod. hered. p. 187. Lysias, quamvis sæpe de omni genere munerum loquatur, nusquam nec trecentorum, nec symmoriarum mentionem intulit.

[w] Vid. Harpocr. v. ἡγεμὼν συμμορίας, et Pollux III. 53. Decem annos eum locum tenuit Demosthenes, quem vid. de Cor. §. λ'. ante med. et §. ϛζ'. ad fin. in Mid. §. 44. in Aphob. II. p. 836. ed. R. alibi. Rarius alterum vocabulum occurrit, ἐπιμελητὴς συμμορίας, ut in Everg. et Mnesib. p. 1145. ed. R. et in sola trierarchia.

[x] Apud Harpocr. et alios in v. συμμορία. Petitus et ejus asseclæ hoc fragmentum ad solam trierarchiam trahunt, neque omnino quidquam de symmoriis dicunt in εἰςφοραῖς, velut in illis talis descriptio nulla fuerit. Inde plura turbata sunt in hac disputatione. Ego accuratius distinctis locis, quæ alterius utrius generis symmoriarum mentionem habent, non dubitavi, quin ratio, initio usitata in εἰςφοραῖς, serius demum migrarit in trierarchiam. Putes etiam, rem deinde obsolevisse in εἰςφοραῖς, quum Orator di-

docet simpliciter, Populum in symmorias divisum esse Nausinico Arch. Olymp. 100, 3. Quæ res licet illum unum auctorem habeat, tantumque universe prodita sit, et eo modo, quo Grammatici abuti solent, id est, non disertis verbis auctoris, sed per compendium; veri tamen per est simile, Philochori narrationem ad *εἰςφορὰς* pertinere, præsertim quum in iis novum ordinem quendam illo Archonte inductum ipse Orator noster non obscure significet.[y] Adde præterea, quod ante Olymp. 100, 3. apud nullum veterum, qui supersunt, ne nomen quidem symmoriæ in neutro genere bellici muneris occurrit.[z] Ceterum vehementer cives pressit hoc onus. Nam quodam tempore reperimus eos quintam partem annuorum redituum contulisse; quin etiam, si quis plures domos fundosve possidebat, eum probabile est totidem nominibus in classem esse adscriptum.[a]

Sequitur trierarchia, onus olim molestius et sumtuosius ceteris omnibus, etiam hodie, quanquam sine sumtu, molestissimum, si quis rationem ejus penitus cognoscere cupiat. Quippe quæ passim veteres de ea dixerunt, diligenter in unum conducta cæcam faciunt molem rerum, cui lucis aliquid afferre difficillimum est. Nam quum aliam aliis temporibus trierarchiæ rationem fuisse, totumque ordinem identidem immutatum esse constet, harum immutationum vel nulla, vel tenuissima nobis in libris veterum vestigia relicta sunt. In his autem rebus nemo ignorat, quam parum sciatur, nisi quis tempora sciat, et ad annum suum quodque redegerit. Quod ni fiat, ne id quidem bene explicari poterit, quid sit trierarchus. Nihil enim nos juvat, si quis cum vulgo narrat, civem esse, qui navem bellicam, armamenta navalia, remiges, alia ejus generis præbuerit. Nos igitur disputationem nostram ita instituemus, ut primum paucis quæramus de antiquiore ætate, tum ordine enarremus, quæ nostri Oratoris sæculo mutata esse videantur.

Jam quadringentos olim ad functionem trierarchiæ esse delectos, apud unum Xenophontem legimus.[b] Sed nihil hic de ratione deli-

cat in Olynth. A. §. θ'. Πρότερον εἰςεφέρετε κατὰ συμμορίας· νυνὶ δὲ κ. τ. λ. Oratio autem hæc habita est Olymp. 107, 4.

[y] In Androt. p. 606. ed. R. Ubi in transcursu attinguntur εἰςφοραὶ αἱ ἀπὸ Ναυσινίκου. Quas propter Philochori locum potius intellexerim esse *collationes Nausinico Arch. institutas*, quam Nausinicum quæstorem quendam, ut apud Reisk. est in Ind. Demosth. histor. Conf. Taylorum in Not. §. ιδ'. et Corsini F. A. T. III. p. 301.

[z] Unus locus est, qui huic sententiæ obstare videatur, apud Isæum. Vid. notam r p. 378.

[a] Propter posterius vid. Orat. adv. Polycl. p. 1208. ed. R. Prius illud factum est certe circ. Olymp. 103., teste Orat. I. in Aphob. p. 815. ed. R., cujus loci caussa Orationem eam laudat Harpocr. l. c. Discimus inde, et ex II. in Aphob. p. 836., collatas tum Demosthenis nomine a tutoribus ejus esse de minis vicenis quinis drachmas quingenas, quæ est, ut dixi, quinta pars. Apponitur, non plus dedisse Timotheum Cononis, et ditissimos. Orationes illæ omnium primæ fuerunt Nostro, habitæ Olymp. 104, 1. Utile erit in his rebus, quoad poterit, ubique auctoritatum tempora annotare.

[b] De Republ. Athen. III. 4. Τριήραρ-

gendi, nihil, quantæ illis curæ classis fuerit. Itaque advocandi sunt supparis ætatis testes, Aristophanes et Thucydides.[c] Quorum fide hoc ponere certum licet, belli Peloponnesiaci tempore trierarchos naves accepisse de publico ædificatas, nihilque aliud ab ipsis exactum esse, nisi ut naves remigio et armamentis instruerent, tuerenturque. Ne victum quidem aut stipendium classiariis dare videtur trierarchus debuisse: si quis hæc vel etiam alia plura ex privato addebat, liberalitas ea erat, non munus lege impositum. Verum hic quoque interdum factum est, ut cives cogerentur plus, quam præscriptum et imperatum esset, impendere. Scilicet Strategi, qui malevoli essent in aliquem, navem ei attribuere solebant vitiosam et mutilatam, quæ quamprimum refici, ac tantum non de integro fabricari deberet. Omnino putes, jam tum trierarchiam magni sumtus fuisse.[d]

Demosthenis autem ætate res plures commutationes habuit, variis legibus alio atque alio modo comparata.[e] Imprimis sæpe numerus hominum uni navi attributorum variavit, pro eo ut temporis difficultas ferebat, quum pauciores in dies fierent, qui opibus valerent, et tantos sumtus tolerare possent. Primum bini tantum una navi adornanda occupabantur, quo modo rem apud Oratorem reperimus constitutam Olymp. 104, 1. et 4.[f] Neque tamen intra hunc numerum substitit, sed nonnunquam advocati ad unam navem sunt terni, quini, seni, deni, etiam quinideni.[g] Coibant tales so-

χοι καθίστανται τετρακόσιοι ἑκάστου ἐνιαυτοῦ, καὶ τούτων τοῖς βουλομένοις διαδικάσαι ὅσα ἔτη.

[c] Alter in Equitt. v. 913. ibique Schol. et Ran. v. 1096. Thucyd. VI. 31. Conf. Isocrat. adv. Callim. p. 565. A. Ad idem tempus, aut antiquius etiam, spectant fortasse, quæ Pollux VIII. 108. et Hesych. v. ναύκλαροι habent de naucrariis. Ibi vid. Intpp. Sed de hac tota re parum habemus explorati.

[d] Is certe, qui munera magnificentissime a se obita jactat apud Lysiam l. c., septem annis narrat sex talenta a se in hoc munere effusa.

[e] Demosth. de Cor. §. λά. Καίτοι κατὰ τοὺς προτέρους νόμους κ. τ. λ. Ita is et alibi loquitur de pluribus legibus propter rem trierarchicam latis. Nulla harum superest.

[f] Orat. in Midiam §. 43. Κἀγὼ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι. Atqui Demosthenes in album civium relatus est Olymp. 103, 3. anno ætatis XIX. Ergo illud, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, pertinet ad Olymp. 103. exeuntem, vel ineuntem 104. Prætuli autem Olymp. 104, 1. propter ea, quæ narrantur in Or. II. adv. Aphob. p. 841. ed. R. De altero numero conf. Orat. adv. Polyclem p. 1218. et ad hunc locum Petit. LL. AA. p. 359.

[g] Ulpian. ad Orat. Mid. §. 43. Πολλαὶ περὶ τὰς τριηραρχίας ἐγίγνοντο μεταβολαὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἀναλώματος. Καὶ ὁτὲ μὲν σύνδυο ἦσαν· ὁτὲ δέ, σύντρεις· καὶ ὁτὲ δέ, καὶ δέκα τριήραρχοι· ὁτὲ δὲ χίλιοι. Ὁ γοῦν Δημοσθένης ὕστερον δυοῖν τριήρων ἕνα τριήραρχον ἐποίησε. Καὶ ὁτὲ μὲν ἡ πόλις τὴν κατασκευὴν καὶ τοὺς ναύτας ἐδίδου, καὶ μόνον τὴν ναῦν ὁ τριήραρχος παρεῖχε· ὁτὲ δὲ σύμπαντα οἴκοθεν οἱ τριήραρχοι παρεῖχον. De trinis etiam sequens Scholion loquitur, cetera ineptum: Τὴν τριήρη ἐπλήρουν ἢ σύντρεις, ἢ ὅσοι δήποτε. In prioribus Petitus rejicit verba, ὁτὲ δὲ χίλιοι, omnino me probante, saltem in illo contextu. At quod idem in iis, quæ proxime præcedunt, emendat, ὁτὲ δ' ἑκκαίδεκα, illud non imiter. Plura huc spectantia vetus scriptor scire potuit, quorum auctores hodie deficiunt. Ceterum cum Ulpiani auctoritate conjunxi verba Hyperidis ap. Harpocr. v. συμμορία. Nam ibi quoque de conjecturis Petiti, pessimi conjectoris, consentio cum Wesseling. Temerarium est, in dubiis et incertis testimonia refingere. Id

cietates permixti opulentiores cum minus opulentis, ea conditione, ut omnes æqualiter conferrent, ne nimium premerentur ii, qui singuli per se parandæ navi impares essent, aut videri vellent. Omnino videtur trierarchia ab opulentioribus sæpius ad suum compendium ordinata esse, et eo quidem tempore, in quo nunc versamur, prope liberum cuique arbitrium permissum, in quam portionem impensæ venire vellet. Itaque factum est aliquando, ut plane viderentur defore, qui munus ex ordine obirent. Id quod colligi puto posse ex eo, quod Olymp. 105, 3. exstitisse primum traduntur voluntarii trierarchi.[h] Sed horum quæ ratio fuerit ac descriptio, non traditur, immo ne id quidem constat, an forte illi operam suam duntaxat ad unius belli Euboici necessitatem obtulerint.

Utut est, proximo statim intervallo mutatio placuit. Constituti sunt ad trierarchiam, quod jam prius in εἰςφοραῖς factum erat, mille ac ducenti cives ex numero eorum, qui domos, fundos, alia quæ moveri non possent, numosque, seu fenore seu apud mensam publicam occupatos, possidebant.[i] Id corpus autem non puto omnino ex iisdem compositum fuisse, qui essent in classibus εἰςφερόντων: videntur potius ex iis, quibus modicæ divitiæ essent, plures in solis εἰςφοραῖς contulisse, vacasse contra a trierarchia.[k] Constitutæ igitur ad hanc quoque viginti symmoriæ, sexagenorum hominum singulæ, ex quibus etiam plures, quam ante, unius navis caussa jungebantur; dubium tamen an manente illo delecto ordine trecentorum.[l] Atque hæc ratio trierarchiæ faciendæ vocata est συντέλεια, id est *contributio*, et συντελεῖς, ex quibus societates istæ fiebant.[m] Cujus rationis, etsi quasi prætereundo, ita tamen Orator

qui facit, ipse quasi regulam, qua utendum est, incurvat.

[h] Tribus verbis rem, tanquam notam auditoribus, tangit Demosth. de Cor. §. κθ'. Nobis adeo de tempore dubitare liceret, absque Diodoro Siculo si essemus XVI. 7. Conf. A. Schotti Vit. Demosth. ad Olymp. 105, 3.

[i] Haud scio, an constitutio facta sit νόμῳ τῷ τοῦ Περιάνδρου, καθ' ὃν αἱ συμμορίαι συνετάχθησαν, cujus obiter his verbis meminit Noster adv. Everg. et Mnesib. p. 1145. ed. R. Sed desero conjecturam, dum cogito, plures leges de trierarchia affuisse. Id vero non video, quare nonnulli Periandri legem, non aliunde notam, ad illam descriptionem symmoriarum, quam Nausinico Arch. factam vidimus, referre, vel ipsum Periandrum descriptionis illius auctorem facere voluerint. Scilicet putarunt, symmorias pertinere ad solam trierarchiam. Quod, nisi me omnia fallunt, falsissimum est.

[k] Non videor mihi abuti verbis Orat. nostræ §. ή. Οὐκοῦν οἱ μὲν ἐλάττω κεκτημένοι τοῦ τριηραρχίας ἄξια ἔχειν, ἐν ταῖς εἰςφοραῖς συντελοῦσιν εἰς τὸν πόλεμον· οἱ δ' ἐφικνούμενοι τοῦ τριηραρχεῖν, εἰς ἀμφότερα ὑμῖν ὑπάρξουσι χρήσιμοι, καὶ τριηραρχεῖν καὶ εἰςφέρειν.

[l] Dubitatio mea tum alias caussas habet, tum hanc, quod in Orat. περὶ συμμοριῶν nihil legitur de trecentis. Quanquam silentii hujus vim haud magnam puto, quum nihil in eo insit, unde illos non fuisse intelligatur. At meminit trecentorum Oratio in Phænippum. Meminit sane; nusquam tamen certum indicium habet, utro de munere agatur, de trierarchia, an de εἰςφοραῖς. Legimus quidem ibi in Argum. Græco hæc: Ἦν σύνταγμα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις τριακοσίων ἀνδρῶν κατὰ τὸν πλοῦτον ἐξειλεγμένων, οἷς ἀνέκειντο τῶν λειτουργιῶν αἱ μείζονες h. e. *liturgiæ extraordinariæ*. Sed quis nos doceat, de quo tempore hic scriptor loquatur, quum Orationis ipsius tempus incertum sit?

[m] Etymol. M. et eodem fere modo Harpocr. v. συντελεῖς. Οἱ τριηραρχοῦντες νεὼς

in hoc libro[n] mentionem facit, ut eam Olymp. 106, 2. plane receptam putari oporteat. Quod quidem eo facere licebit confidentius, quia in alia Oratione, quam insequenti anno de ordinandis symmoriis habuit, ejusdem contributionis in trierarchia receptæ et viginti symmoriarum nominatim meminit.[o] Accedit etiam Oratio Midiana, in qua tale est indicium rei, ut ea haud multo ante, quam ista caussa ageretur, instituta videri debeat.[p] Pertinet vero caussa Midiana ad Olymp. 106, 4.[q] Jam annum si quæras, quo contributio trierarchica fieri cœperit, nihil diserte de eo relatum invenias; tamen quum id institutum primis annis Olympiadis 106. valuisse, ea, quæ modo scripsi, luculenter monstrent, Oratio autem adversus Polyclem fidem faciat, Olymp. 104, 4. id nondum in usu fuisse: relinquitur una Olymp. 105., in qua initia latere videantur. Atque huic computationi forsan etiam aliunde probabilitas addi possit.[r]

μιᾶς ἅμα ἐπεμελοῦντο, συντελεῖς ἐλέγοντο. Τὸ δὲ πρᾶγμα συντέλεια καλεῖται. Quodsi Antiphontis auctoritas, quam Harpocr. addit, loco suo posita est, pertinuit ea ad aliud genus συντελείας. Idque ipsa inscriptio Orationis probabile facit.

[n] Vid. §. ζ'. in fin.

[o] Animadvertenda ibi imprimis sunt hæc §. έ. Οἶμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν, ὥσπερ νῦν εἰσίν, ἑξήκοντα σώματα ἔχουσαν ἑκάστην. Quod Orationem refero ad Olymp. 106, 3., in eo sequor Dionysium Halic. Ep. ad Ammæum §. 4., ubi primam illam ponit publicarum Oratt., et habitam Diotimo Arch.

[p] Orat. in Mid. §. 43. Οὗτος (ὁ Μειδίας) γεγονὼς ἔτη περὶ πεντήκοντα ἴσως ἢ μικρὸν ἐλάττω οὐδὲν ἐμοῦ πλείους λειτουργίας ὑμῖν λελειτούργηκεν, ὃς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα. Κἀγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι, καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων, καὶ τὰς ναῦς ἐπληροῦμεν αὐτοί· οὗτος δέ, ὅτε μὲν κατὰ ταύτην τὴν ἡλικίαν ἦν, καθ' ἣν ἐγὼ νῦν, οὐδέπω λειτουργεῖν ἤρχετο, τηνικαῦτα δὲ τοῦ πράγματος ἧπται, ὅτε πρῶτον μὲν διακοσίους καὶ χιλίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς.

[q] Sic scribendo, effugimus necessitatem quærendi de anno Orationis, sive scriptæ modo, sive etiam habitæ. Namque id ipsum dubitatur, an habita sit; et merito. Caussa autem assignari debet Olymp. 106, 4., si Demosthenes recte locutus est, quum dixit l. c., annum ætatis se agere XXXIII. At Dionys. Halic. Ep. ad Ammæum l. c. Orationem refert scriptam esse Callimacho Arch. Olymp. 107, 4. Quæ diversitas nihil nos moveret propter illud, quod supra de calculis Dionysii dixi in nota f. p. 360., nisi Orator ibi res gestas commemoraret, quas demum post Olymp. 106. gestas historia ponit. Sed hoc in loco nihil interest nosse, quo anno scripta sit Oratio: id interest, quo anno ejus caussa sit ponenda. Scilicet hæc duo diversa sunt non parum.

[r] Tentavit hoc facere ex Orat. adv. Evergum et Mnesibulum Petitus p. 366. Isti tamen argumento non confiderem, nisi alia essent et majora. Sed locus est apud Isæum de Apollod. hered. p. 184., qui locus acutiori lectori nostram rationem nonnihil turbare possit videri. Ὁ μὲν γὰρ πατὴρ αὐτοῦ τάς τε ἄλλας ἁπάσας λειτουργίας λελειτούργηκε, καὶ τριηραρχῶν τὸν πάντα χρόνον διετέλεσεν· οὐκ ἐκ συμμορίας τὴν ναῦν ποιησάμενος, ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ἐκ τῶν αὐτοῦ δαπανῶν· οὐδὲ δεύτερος αὐτὸς ὤν, ἀλλὰ καταμόνας· οὐδὲ δύο ἔτη διαλιπών, ἀλλὰ συνεχῶς κ. τ. λ. Ita h. l. symmoriarum ordo memoratur, tanquam nuper institutus. Isæi autem ætas paullo superior est, quippe quem Demosthenis magistrum fuisse tradunt. Universe aliquis respondeat, et illius Orationis, et aliarum plurimarum ejusdem auctoris, dubia et incerta tempora esse. Sed melior responsio parata est ex eo, quod plura fidem faciunt, Isæum adhuc primis annis Philippi regnantis, id est Olymp. 105., non modo superstitem fuisse, sed et caussis scribendis operam dedisse. Vid. Ionesii Not. ad Isæum anglice translatum p. 162. seq. Alter locus ex Demosth. adv. Bœotum in mentem recurrit, ante prolatus ille in nota s. p. 373., qui et ipse offensione non caret. Nam si quis premat particulam disjunctivam ἤ, *aut*, facile inde extricet, tum temporis nihildum symmoriis commune fuisse cum trierarchia. Atqui licet nec hujus Orationis annum exploratum habeamus, tamen probabile est, eum incidere in Olymp. 108. Vid. Dionys. Hal. de Dinarcho T. V. p. 665. bene correctum a Corsino F. A. T. IV. p. 30. Quid ergo? Aut illo anno symmoriarum descriptio prorsus a trierarchis neglecta est, aut, aliter accepto loco, vis particulæ minus est premenda. Omnino hoc præceptum teneamus in historia, ut testimonia scriptorum obscuriora ex iis, quæ clara et perspicua sunt, explicemus.

Hac igitur ratione ac descriptione pro fundamento usus est Demosthenes in novis consiliis, quæ in ea Oratione, quam vulgo περὶ συμμοριῶν inscribunt, proposuit tum, quum Artaxerxes Ochus expeditionem in Athenienses facturus dicebatur. Quando enim Populus ad istum rumorem tumultuari cœperat, quasique ducem quærere, qui instructo exercitu Persis ultro obviam procederet, Orator temerarium id esse videns, nec tamen aperte dissuadere aut damnare ausus, prius censuit de bellico apparatu cogitandum, et quonam modo copiæ suppetere propulsando tanto bello possent.[s] Itaque de classe et trierarchia quærit potissimum. Sed nihil fere aliud agit, nisi ut rationem, quam descripsimus, corrigat, turbatam restituat, restitutam novo modo ordinet. Nam quum nimis multi ex illis mille ac ducentis excusationes obeundi muneris haberent,[t] postulare cœpit, ut legerentur omnino duo millia. Ex his, demta multitudine excusandorum, vix plures quam pristinum numerum mille ac ducentorum superfore, at certum illum, paratumque. Eos porro describendos esse in viginti symmorias, sexagenorum capitum singulas, hasque rursus in quinas decurias, unamquamque duodenorum. In eas decurias pro modo census ita cives referendos esse, ut ditissimo cuique tenuissimi subjungerentur. Ab his centum decuriis comparari facile posse classem trecentarum triremium, si ternas singulæ decuriæ darent, singulæ symmoriæ quinasdenas. Sed reliqua melius apud ipsum auctorem legi poterunt.[u]

Quæ vero ibi leguntur omnia, non eo disputata sunt modo, quo solet id, quod in formulam legis redigi debet. Neque latam legem in illam sententiam reperiri arbitror. Immo res trierarchica paullo post Olymp. 106. rursus cœpta est perturbari.[v] Imprimis invalescit, legibusque adeo firmatur consuetudo, ut sedeni ad unam navem conferant, sine ullo discrimine census, et ut omnes cives ab anno ætatis vicesimo quinto in quadragesimum ad partes veniant, decimam sextam sumtuum præbendo.[w] Qua ratione συντελείας

[s] Conf. Dionys. Halic. Art. rhet. §. 7. et 10.

[t] Variæ fuerunt illæ. Partem profert Orator §. έ. Quare non est mirum, si vulgaris usus loquendi pro mille ducentis olim usurpavit mille. Quod ex deperditis Orationibus notavit Harpocr. v. χίλιοι διακόσιοι.

[u] Orat. περὶ συμμοριῶν §. έ. sqq. Potiora ex ea excerpsit G. Budæus l. c. p. 532. seqq.

[v] Juvabit comparare Demosth. Philipp. I. §. ιβ'. sqq. cum eo loco, quem mox laudabo ex Orat. de Cor. Nempe Philippica illa habita est Olymp. 107.

[w] Loco classico uti cœpimus ex Oratione de Corona, et nunc quidem lege seu catalogo §. λ'. Quæ verba utinam ab omni parte clara essent. Nunc laboramus maxime in his, ἐκ τῶν ἐν τοῖς λόχοις συντελειῶν, in quibus vellem minus muti

nihil iniquius fuit, nihil publice incommodius. Primum pauper jure queri poterat, sese ditissimis exæquari, velut ii, quibus hodie a principibus tributum in capita æqualiter imperatur. Tum divites simul illud detrectare, quod pro habitu opum sustinere debuissent, sæpeque adeo hanc tantulam partem impendere gravari, et onus variis artibus omnino a se in tenuiores transferre.[x] Ita res, divitibus utilissima, inutilis Civitati exstitit et perniciosa. Etenim si quod subito bellum ineundum aut periculum propulsandum erat, vel prorsus deficiebant, qui naves instruerent, vel classis male ac post tempus comparata exibat; unde factum, ut Respubl. occasiones gerendarum rerum prætermittere deberet, et detrimenta acciperet. Adeo laborare pessimo publico rem navalem, Demosthenes non amplius ferendum ratus, novam descriptionem excogitavit, per quam contributio sedenorum sublata, itemque nomen συντελῶν, quo se trierarchi adhuc vocabant, usurpari desitum est. Factum id est lege, quam, licet acriter obnisis divitibus et principibus symmoriarum, pertulit tamen ille Olymp., ut videtur, 109, 3.[y] Ea ex lege, qui divites adhuc exiguum decimæ sextæ partis sumtum, aut ne hunc quidem, toleraverant, non raro singuli coacti sunt unam navem soli, vel etiam plus una instruere.[z] Namque ad censum nunc perducta res, ætatis nulla ratio habita. Videlicet opibus civium tanquam in unum collatis, decem cuique triremi talenta assignabantur, ita, ut qui decem talentis census esset, eum solum oporteret triremem suam apparare; qui viginti talentis, duas: quibus vero major erat census, eorum nemini, quantumvis opulento, plus quam tres triremes et una scapha imperaretur. Contra illorum, quorum minor census erat decem talentis, modo bini, modo terni, modo plures in unum corpus jungebantur, usque dum decem talentûm summa confieret ex pecunia, quam quisque pro rata portione numeraret. At vero quam multi ex hac lege ad trierarchiam vocari potuerunt? Tacet Demosthenes, ut est omnino paullo brevior, ubi de hoc merito suo loquitur, in iis præsertim, quæ ad declarandum novum ordinem pertinent. Sed Hyperides

essent Intpp. Neque iis difficultas tollitur, quæ habet auctor Miscell. Defenss. ad Jus. Att. et Rom. p. 135. seq. Nihil tamen illa res ad nos et nostrum institutum. Magis attinet, legis illius, a Demosthene abrogatæ, tempus scire. Sed ne hoc quidem, nisi conjecturis incertis, assequi licet. Vid. Petitum p. 360.

[x] Vid. Orat. de Cor. §. λ'. seqq. et in Midiam §. 43.

[y] Dubitanter locutus sum. Nam qui Archon a Demosthene §. λ'. ponitur, Polycles, nullus apparet in fastis. Pessime illum Meursius de Archont. IV. 14. eundem habuit ac Philoclem, qui magistratum gessit Olymp. 114, 3. quo anno mortuus est Orator. Istius rationem refellens Petitus p. 362. Polyclem pseudeponymum Archontem facit Olymp. 110, 2. rationibus non plane futilibus. Corsinum tamen potius sequor, qui pseudeponymum Arch. ponit Olymp. 109, 3. anno, quo verus Archon fuit Sosigenes. Vid. Corsini F. A. T. I. p. 351. T. IV. p. 36.

[z] Huc pertinent verba Scholii ad Orat. in Midiam, supra prolati: Ὁ γοῦν Δημοσθένης ὕστερον δυοῖν τριήρων ἕνα τριήραρχον ἐποίησε.

apud Harpocrationem et Pollux[a] testantur, ab Oratore nostro trecentos lege lata ad trierarchiam vocatos. Sæpe multumque dubitavi, quænam ista esset lex, eademne nostræ, an alia. Nihil enim in eo loco Demosthenis, quo nunc utimur, de trecentis. Ne quem tamen hoc postea fallat, uti me diu fefellit: primum nihil legimus in eo loco, quod adversetur Hyperidis auctoritati: immo divites isti, quos gravatos dicit lege sua, quod defunctis antea exiguo sumtu in posterum onus pro censu subeundum esset, isti, inquam, facile pro trecentis illis haberi possunt. Deinde quum nusquam ullius legis, præter illam a se de re trierarchica latæ, meminerit, nostri loci ea est ratio, ut, si quam alias tulisset, id non videatur sine silentio transiturus fuisse. Ita sponte eo nos conjectura fert, ut Hyperidem de ipsa hac lege, Olymp. 109, 3. lata, non de alia loqui dicamus.[b] De illa autem παρανόμων accusatus Demosthenes est a Patrocle quodam.[c] Verum is caussa cecidit, narrante auctore in eadem Oratione de corona, quam Olymp. 112, 3. habitam constat, ubi tota legis commemoratio talis est, qualem quisque intelligat nonnisi de recepta et valente esse potuisse. Jam ab hoc inde tempore quid factum sit de trierarchia, nos fugit, destitutos omnibus testimoniis auctorum.

Non minus autem variatum est in parte impensarum, quam trierarchi ferre debebant. Primo tempore quum quadringenti essent, videmus triremes publico sumtu ædificatas, illos nihil addidisse de suo, præter πληρώματα et σκεύη. Tum vero illorum quisque fere navem præfectus conscendebat, et militiam ipse sequebatur. Posthac quando duo vel tres ad unius navis societatem coibant, sumtum inter se ita partiebantur, ut nihil Respubl. erogasse videatur.[d] Mox mille ducenti successere, ex quo societas quæque solam navem præbebat ædificatam, publice addebantur armamenta, nautæ et σκεύη τριηραρχικά: quas res, exacto munere, quisque vel ei, qui successurus erat, vel Reipubl. reddere debebat.[e] Sed trierarchi

[a] Harpocr. v. συμμορία, et Pollux VIII. 100. Ibi quid sibi Kuhnius velit, non in omnibus assequor.

[b] Addi ad hæc potest Dinarchus Orat. in Demosth. p. 55., adversario probri loco objiciens legem, quam nemo dubitet eandem esse, qua ipse de Cor. gloriatur. Εἰσί τινες, inquit, ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐν τοῖς τριακοσίοις γεγενημένων, ὅθ' οὗτος ἐτίθει τὸν περὶ τριηράρχων νόμον. Οὐ φράσετε τοῖς πλησίον, ὅτι τρία τάλαντα λαβὼν μετέγραφε καὶ μετεσκεύαζε τὸν νόμον καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν; Vix Dinarchus sic meminisset trecentorum, nisi lex ad illos onus transtulisset.

[c] Etiam Æschinem, perpetuum suum in Republ. adversarium, narrat Demosth. ibid. §. ϛζ'. subornatum fuisse a principibus symmoriarum, ut legem dissolveret. Fortasse ergo is in subscriptoribus Patroclis fuit. Nam de eadem lege ibi Demosthenem intelligendum arbitror.

[d] Vid. Orat. in Midiam §. 43. et ibi Schol. et paullo ante eundem Schol. §. 23. ad fin.

[e] Vid. ibid. §. 43. et Orat. in Everg. et Mnesib. passim. Interdum factum est, ut ultra præscriptum conferrent, qui studium suum in Rempubl. vellent ostentare, ut Apollodorus se fecisse narrat apud Demosth. de Cor. trierarch. p. 1229. ed. R. Τὰ σκεύη, ὅσα δεῖ παρέχειν τὴν πόλιν τοῖς τριηράρχοις, ἐγὼ μὲν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνήλωσα, καὶ τῶν δημοσίων ἔλαβον οὐδέν· οὗτοι δ' ὑμετέροις κέχρηνται, καὶ τῶν σφετέρων οὐδὲν εἰς ταῦτα προεῖνται. Omni-

vocabulum antiquam et propriam potestatem, qua præfectum triremis signarat, jam tum exuisse putandum est. Nam qui contribuerant, sæpe domi residebant, alio quopiam ad navem amandato. Scilicet in morem venerat locatio trierarchiæ, haudquaquam utilis Civitati res. Unus *συντελῶν*, otiosus forte aut aliqua de caussa expeditionem quæstui habiturus, pecuniam a sociis exigebat, eaque collecta solus militabat. Ita vero de iis, quæ male facta aut curata in munere essent, non redemtori erat ratio reddenda, sed illis, qui locaverant.[f]

Ex his, quæ disputavi, facilis est existimatio, quam onerosa munera fuerint, quantumque tum periculi habuerit, divitem esse. Et postulabat Civitas quasi jure suo, uti facultates quisque suas in publica commoda et ornamenta profunderet, non laborans illa, quin quis choragiis aut trierarchiis ad egestatem redigeretur.[g] Itaque apud Oratores legimus accidisse non raro, ut qui opibus valeret, opes, quacunque arte posset, dissimularet. Contra non deerant florente Republ., qui, popularis auræ captandæ, quam opum, cupidiores, munera libenter reciperent, et vel multo plus insumendo, vel sæpius repetendo, quam opus esset, suum in cives studium jactarent.[h] Neque vero occasiones omnes enumeravimus,

no insignis materia fuit laudis et gratiæ apud multitudinem, si quis munera liberaliter et magnifice fecerat; contra magnum probrum, si quis ea defugerat, aut fecerat sordide. Vid. Lysiæ Or. VII. p. 285. XVIII. p. 603. Isæi Or. de Dicæog. hered. p. 109. de Philoctem. hered. p. 154. Demosth. in Cherson. §. *ιγ'*. et passim alibi.

[f] Vid. Or. Mid. l. c. et §. 23. cum Schol. et Or. adv. Polycl. seu *περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος* p. 1223. ed. R. de Cor. trierarch. l. c. etc. Talento fere locabatur trierarchia in annum. Unde magnitudo muneris cognosci potest.

[g] Vid. Xenoph. de Rep. Athen. I. 13. Sæpe igitur cives querebantur in judiciis, se bona sua *καταλειτουργῆσαι*, *καταχορηγῆσαι* et rel. Conf. facetos versus Antiphanis ap. Athen. III. p. 103. F. Sed ne quæras, a quo censu aliquis in numerum *τῶν λειτουργούντων* receptus sit, et quinam sint in Orat. §. *ζ'*. *οἱ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν κεκτημένοι*: unus huc spectat locus ex Orat. I. in Aphob. p. 833. ed. R. Unde saltem hoc intelligitur, non temere quenquam, cujus census non excederet summam 2 talentûm, ad munera encyclia seu solennia adigi potuisse. De hisce muneribus solis ibi capienda vox, *λειτουργεῖν*.

[h] Nam nemo nisi annis alternis ad liturgiam adigi poterat, *ἐκ νόμων πάλαι κυρίων*. Vid. Orat. §. *ϑ'*. et Isæi locum, appositum in nota r. p. 378. Notabile hic imprimis est exemplum ejus, qui a Lysia defenditur in *ἀπολογίᾳ δωροδοκίας* Orat. XXI. Is paucis annis enormem summam variis muneribus obeundis impenderat, tantam, ut ne quartam quidem partem legibus se debuisse dicat. Verba, unde jam ante profecimus, ipsa huc transscribam, additis rationibus pecuniæ nostræ. *Ἐγὼ γὰρ*, inquit, *ἐδοκιμάσθην μὲν ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος, καταστὰς δὲ χορηγὸς τραγῳδοῖς, ἀνήλωσα τριάκοντα μνᾶς·* (637 imperial. 12 gr. convent.) *καὶ τρίτῳ μηνὶ Θαργηλίοις νικήσας ἀνδρικῷ χορῷ, δισχιλίας δραχμάς·* (425 imp.) *ἐπὶ δὲ Γλαυκίππου ἄρχοντος, εἰς πυῤῥιχιστὰς Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ὀκτακοσίας·* (170 imp.) *ἔτι δ' ἀνδράσι χορηγῶν εἰς Διονύσια ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος ἐνίκησα, καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τοῦ τρίποδος ἀναθέσει πεντακισχιλίας δραχμάς·* (1062 imp. 12 gr.) *καὶ ἐπὶ Διοκλέους Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς κυκλίῳ χορῷ τριακοσίας.* (63 imp. 18 gr.) *Τὸν δὲ μεταξὺ χρόνον ἐτριηράρχουν ἑπτὰ ἔτη, καὶ ἓξ τάλαντα ἀνήλωσα.* (7650 imp.) *Καὶ τοσαύτας δαπάνας δαπανώμενος, καὶ καθ' ἡμέραν ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύων καὶ ἀποδημῶν, ὅμως εἰςφορὰν, τὴν μὲν τριάκοντα μνᾶς,* (637 imp. 12 gr.) *τὴν δὲ τετρακισχιλίας δραχμὰς* (850 imp.) *εἰςενήνοχα. Ἐπειδὴ δὲ κατέπλευσα ἐπὶ Ἀλεξίου ἄρχοντος, εὐθὺς ἐγυμνασιάρχουν εἰς Προμήθεια, καὶ ἐνίκων, ἀναλώσας δώδεκα μνᾶς.* (255 imp.) *Καὶ ὕστερον κατέστην χορηγὸς παιδικῷ χορῷ, καὶ ἀνήλωσα πλέον ἢ πεντεκαίδεκα μνᾶς·* (318 imp. 18 gr.) *ἐπὶ δὲ Εὐκλείδου ἄρχοντος κωμῳδοῖς χορηγῶν Κηφισοδότῳ, ἐνίκων, καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τῆς σκευῆς ἀναθέσει ἑκκαίδεκα μνᾶς,* (340 imp.) *καὶ Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς ἐχορήγουν πυῤῥιχισταῖς ἀγενείοις, καὶ ἀνήλωσα ἑπτὰ μνᾶς.* (148 imp. 18 gr.) *Νενίκηκα δὲ τριήρει μὲν ἁμιλλώμενος ἐπὶ Σουνίῳ, ἀναλώσας πεντεκαίδεκα μνᾶς·* (318 imp. 18 gr.) *χωρὶς δὲ ἀρχιθεωρίας καὶ ἀῤῥηφορίας, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, εἰς ἃ ἐμοὶ δεδαπάνηται πλέον ἢ τριάκοντα μναῖ.* (637 imp. 12 gr.) *Καὶ τούτων, ὧν κατέλεξα, εἰ ἐβουλόμην κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ λειτουργεῖν, οὐδ' ἂν τὸ τέταρτον μέρος ἀνήλωσα.* Summa summarum est 13515 imp.

ubi numi in Rempubl. erogandi erant. Nam, ne alias memorem, factum est interdum difficilibus temporibus, ut, Senatu concionem habente de inopia ærarii, voluntaria collatio fieret, quum boni cives certatim modo pecuniam, modo naves, modo alia, quæ usui fore putarent, pollicerentur.[i] In his dubitatio superest, utrum ad solos cives, et quidem habitatores Atticæ, an ad alios quoque homines iste liturgiarum orbis pertinuerit. Paucis defungar. Nam prius illud de civibus plane compertum habendum puto ex loco quodam Antiphontis,[k] etiam eos, qui alibi habitarent quam in Attica, quoad cives essent, ad solennia illa munera perinde esse adactos, ac si domicilium Athenis haberent. Quod nisi ita fuisset, sane, quicunque vellet, peregrinando potuisset effugere. Deinde illud quoque, quin et *μετοίκοις* et *ἰσοτελέσι* suæ munerum partes fuerint, nullo modo dubium esse potest propter ipsam legem Leptinis, et alia indicia, per Orationem nostram sparsa.[l] Quanquam a nemine, quod sciam, disertius proditur, quo modo utraque classis hominum in eo negotio versata sit, et qua tandem re illorum functiones discreparint a civium. Illud traditum vidi a Grammatico quodam, unis Lenæis *μετοίκους* choragia functos esse, nec minus actores ex corpore peregrinorum in illa solennitate scenam adiisse,[m] quod alias, nominatim Dionysiis urbanis, non licuisse scimus. Sed hæc sufficiant in rebus, de quibus non omnia, quæ exquirere libeat, certa auctoritate veterum explorari possunt.[n]

[i] Est hoc *ἐπιδιδόναι*, *ἐπίδοσις*, de qua sæpe Attici, ut Noster in Midiam §. 45., quem locum diligentius expenderem, si vacaret; ut adv. Phorm. p. 918. ed. R. Plut. in Alcib. p. 195. E. Conf. Casaub. ad Theophr. Char. 22.

[k] In Orat. de cæde Herod. p. 744. ubi verum vidit Reisk. Antiphonti adjungo Demosth. Leptin. §. *ϑ'*. et *ί*. ad fin. Hic quæ dicuntur Leuconi *χρήματα* esse Athenis, vel pecunia est ad mensam trapezitæ data, vel rex in urbe domum habuit aut aliud quidpiam.

[l] Vide mihi modo diserta verba: *εἰσὶ γὰρ δήπου παρ' ἡμῖν αἵ τε τῶν μετοίκων λειτουργίαι, καὶ αἱ πολιτικαί.* §. *ζ'*. et §. *ιέ*. In prioribus vero putandum est nomen *μετοίκων* pertinere etiam ad *ἰσοτελεῖς*. Præterea huc refer præclarum locum Lysiæ Or. in Eratosth. p. 396., quam ille Orationem habuit, uti mea fert conjectura, paullo post, quam *ἰσοτελὴς* factus erat. In eo igitur loco se *μέτοικον* gloriatur omnibus choragiis functum, et sæpe *εἰςφορὰς* contulisse. Minus certum est illud Isæi de Cleonymo, Cretensi, in Or. de Dicæog. hered. p. 111. Non longe tamen abest, quin priori parti Reiskianæ notæ subscribam.

[m] Vid. Schol. ad Aristoph. Plut. v. 954. et ibi Hemsterhus. in Notis p. 334. Etsi non videtur mihi vir magnus tum recens fuisse ab Oratorum Græcorum lectione, quum ista scriberet. Scholio fides accedit ex eo, quod in nostra Oratione legitur de muneribus et immunitatibus *μετοίκων*. Ac si populus Athen. illos homines, quibus alias parum honoris tribuebat, quadam in re ita honoravit, ut eorum crumenam sibi faceret tributariam, nihil profecto alienum ab ingenio suo fecisse videri debet.

[n] Ex hoc genere et illud est, quod Demosth. §. *ζ'*. post med. dixit de 60 homi-

Et addendum est aliquid de antidosi.[o] Ne quis enim excusatione tenuitatis onus suum defugere posset, neve id accideret, ut qui cuipiam ex tribulibus negotium facessere, eumque ad paupertatem redigere vellet, minus opulentum suffragio suo ad choragiam, trierarchiam aut aliud quid[p] designaret; prospectum erat veteri lege περὶ τῶν ἀντιδόσεων, cujus auctoritatem ad Solonem referunt. Res ridicula, et, ut verum dicamus, subabsurda. Nam is, qui designatus erat, si quem præteritum esse opulentiorem putabat, poterat, quemcunque vellet, nominare, ab eoque petere, ut aut ipse munus reciperet, aut secum facultates permutaret. Ita nominatus alterutrum facere cogebatur. Si detrectabat munus, pernegans se ditiorem esse, ædibus et omnibus rebus ejus sigillum imponebatur, ne quid inde alio exportare posset. Tum ambo litigantes, interposito jurejurando, bona sua omnia, præterquam ea, quæ in argentifodinis erant, commentario[q] consignata edere debebant; caussa in judicium deducebatur. Mirum est, quod per hanc antidosin etiam civiles actiones ejus, unde petebatur, ad alterum transire consuerant. Sed plura iste mos incommoda habere debuit, in his illud non minimum, quod per eum interdum rebus gerendis moram objici necesse esset.[r] Mitto privata incommoda. Quis illa non perviderat? Sane omnino si hæc et alia, quæ hactenus scripsimus, cognita haberent ii, qui hodie sæpe bellis declamationibus beatam libertatem antiquarum civitatum desiderant, næ illi, puto, tali votorum temeritate abstinerent.

Alterum, de quo explicandum nobis esse diximus, est de modo legum ferendarum, qualis apud Athenienses in usu fuit Oratoris sæculo. Qua in re, si plane rudibus hæc scriberemus, id esset præmonendum, sciscendæ vel jubendæ legis auctoritatem penes Populum fuisse, latoris nullas fuisse partes, nisi ut scriberet et rogaret. Nemo vero est tam imperitus, quin sciat, hoc uno maxime differre liberas Civitates ab unius aut paucorum imperio, quod, quum apud illas imperium sit legum, non hominum, legibus ipsæ

nibus, quibus opus esset quotannis ad encyclia munera. Quidni tamen ipsi vel uni in eo fidem habeamus? Putida est et nimium quam inepta Petiti emendatio LL. AA. p. 372. in illis, ἑξήκοντα ἴσως, ἢ μικρῷ πλείους σύμπαντες οὗτοι. Occurri præcipuo errori hominis in nota ad §. ζ'. l. c. ipsam conjecturam non dignam memoratu duxi, ut similes alias aliorum.

[o] Duæ exstant Oratt. περὶ ἀντιδόσεως inscriptæ, una Isocratis, composita, ut opinor, Olymp. 106. quum a Lysimacho quodam ad antidosin vocatus erat. Sed in hac μελέτῃ plura reperias de Oratoris vita et studiis, quam de instituto illo. Altera inter Demosthenicas legitur, adversus Phænippum habita, quæ tota versatur in eo instituto, et jucunda lectu est. Verbum proprii usus hic notabis, ἀντιδοῦναι ἀλλήλοις.

[p] Videtur antidosis locum habuisse in omnibus muneribus sumtuosis, non in sola trierarchia; quanquam in hac crebrius, quam alibi. De choragia testes sunt Xenoph. Œcon. VII. 3. Lysias Or. XXIV. p. 745. Demosth. Leptin. §. κζ. ad fin.

[q] Ἀπόφανσιν dixerunt, nos vulgo *inventarium*.

[r] Vid. Xenoph. de Rep. Athen. III. 4. Demosth. Philipp. I. §. ιγ'.

sese adstringant, atque ejus rei jus ad omnes cives ex æquo pertineat.[s]

Itaque post Solonem, quum, sublato dominatu Pisistratidarum, libertas in pristinum restituta et insigniter aucta vigeret, licuit civium cuique, qui opera sua Rempubl. juvari posse putabat, legem a se excogitatam rogare, antiquam abrogare. Non tam multis difficultatibus, quam Romæ, septa erat facultas cum Populo agendi, ut in Civitate multo magis ad popularem formam composita. Sed de tali rogatione Populus in ecclesiis judicabat, utrum ea accipienda esset, an rejicienda, vel id judicium publica auctoritate agendum mandabat cognitoribus quibusdam, quos Nomothetas dixerunt.[t] Sed ante tempora belli Peloponnesiaci paullo rarius a disciplina Solonis et institutis Clisthenis descitum, minusque in legibus novatum est. Belli autem illius occasione constat labefactatam variis modis liberam conditionem Civitatis cessisse denique in tyrannidem Trigintavirorum, a quibus prisca pæne omnia dissoluta sunt Olymp. 94, 1. a. Chr. 404. Ἀναρχίαν eum annum vocant Attici; quanquam non integrum annum valuit illorum dominatio. Insequens statim annus, Euclide Archonte, recreatam vidit Rempubl., et ex integro multis novis legibus præclare salubriterque fundatam.[u]

[s] Ad sequentia conf. præ ceteris Petitum II. 1. p. 171. et Potterum I. 26. Petitum legenti si cui caput dolebit, me sibi socium mali esse, sciat. Incondite ille omnia ordinat. Sed laudanda doctrina ejus in multis rebus. Omnino ea recte refert, quæ claris testimoniis scriptorum constant; non æque id, quod ex locis reconditioris intellectus subtilitate comparandi erui potest, aut diligenti temporum distinctione eget.

[t] Hinc pendet usus loquendi in voce νομοθετεῖν. Ea adhibetur 1) de cive, qui ad Populum fert legem, i. e. rogationem, formulam, etiamsi non perferat. Ita sæpe jungitur γράφειν καὶ νομοθετεῖν. 2) De Nomothetis, qui Populi mandato et nomine de rogatione judicant; 3) de ipso Populo κυρίῳ ἁπάντων, cujus auctoritate et nutu in Republ. omnia geruntur, et a quo ea quoque dicuntur fieri, quæ ab aliis fiunt jussu ejus, ut a magistratibus judicibus etc. Quod ultimum tenendum est imprimis. Sed θεῖναι νόμον Attici prope de eo solo dicunt, qui νόμον ἔγραψε, medium, θέσθαι νόμον, de Populo, rogatam legem jubente. Moschopul. περὶ σχεδῶν p. 10. Θεῖναι λέγουσι τὸν νομοθέτην τὸν νόμον· θέσθαι δὲ τὸν Δῆμον, ἤγουν δέξασθαι καὶ κυρῶσαι. Sic in Or. adv. Timocrat. p. 732. ed. R. activum est de ipso Solone, qui eodem modo dicitur ὁ νομοθέτης, sed cum emphasi, ut Homerus, ὁ ποιητής. Medium ubique habes eo sensu, quem posui, in Atticis certe. Quare mireris glossam Harpocrationis et aliorum hanc: Θέσθαι ἀντὶ τοῦ προέσθαι καὶ κυρῶσαι· Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν. Puto, notatu dignum duxerunt Grammatici, quod formula in Leptinea occurrit de judicibus, quos Orator alloquitur. Uti §. κά. Οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτὲ ἐπείσθητε θέσθαι τὸν νόμον. Quem locum fortasse spectarunt illi. Sed primum jam vidimus, θέσθαι νόμον pro κυροῦν solenne esse de judicibus: deinde licet nescias, quos auditores ibi alloquatur, de quo postea quæremus, licet putes etiam, alios fuisse hos, alios illos, qui legem Leptinis probassent; tamen ne sic quidem usus verbi insolens videatur. Omnes judices quasi personam Civitatis sustinent: hactenus quod alteri fecerunt, alteris tribui potest. Ita ubique loquuntur Oratores.

[u] Insignem hunc annum Olymp. 94, 2. fecerunt plura, quæ recensere longum est. Nec ignorat, qui ad lectionem Demosthenis accedit, scitum eo anno esse, τοῖς νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, et ἄκυρα τὰ ἐπὶ τῶν Τριάκοντα καὶ τὰ πρὸ Εὐκλείδου, quod multarum litium occasiones præcidit, et amnestiam, quam attigi in Comment. ad §. έ. Sed propter lationem legum, quam nunc tractamus, vid. impr. Andocid. de Myster. p. 39. et ibi psephisma, quo negotii totius ordo describitur, factum in sententiam Tisameni cujusdam, illius, ni fallor, cujus Lysias non

Ex quo tempore, quum res mutatæ mutatas leges poscerent, neque omnia potuissent uno anno provideri, plus paullatim novatum est, subindeque exstiterunt multi, qui leges cupide convellerent et abrogarent, ac novis super novas acervandis rem eo deducerent, ut, si quis per aliquod tempus a Civitate abfuisset, redux eam tantum non aliam factam videre sibi videretur.[v] In illa scena imprimis se extulit mobile ingenium Atheniensium: porrexerunt manus, et lex nata est.[w] Non deerant tamen de jure ac tempore rogandæ legis sanctiones, eæque severæ et rigidæ, quæ tantam libidinem coercerent. De his dicendum est nobis: sed dicemus breviter, et accommodate ad Orationis hujus intelligentiam.

Cautum igitur erat primum, ne quis legem receptam tollere conaretur, neve ageret abrogando, derogando, obrogando, nisi continuo novi quid surrogaret. Tum similiter ei, qui novam legem ferebat, receptæ contrariam, ab hoc initio erat ordiendum, ut veterem infirmaret, et tollendam vinceret.[x] Scilicet noluerunt Athe-

sine contemtu meminit Or. XXX. p. 864. Eo autem psephismate mihi abuti videntur, qui ad explicandum modum legum ferendarum, qualis postmodum fuit, adhibent. Pertinet illud potius ad Civitatem a tyrannide modo liberatam, quum XXX virorum acta rescinderentur, ac Solonis leges vel revocare, denuoque ratas facere, vel novis ad novum statum rerum aptis augere visum esset. Totum enim corpus legum usque huc latarum ad censuram vocatum est Euclide Arch. Cura rei a Populo duplicis generis Nomothetis commissa, alteris a Senatu delectis, qui leges conscriberent, alteris in ecclesia, qui promulgatas ab illis communiter cum Senatu spectarent, recognoscerent, juberentque Populi auctoritate, quas vellent. Cujus posterioris generis Nomothetæ quod in psephismate ponuntur CCCCC, insequente vero ætate dicuntur cIↃI fuisse, id eo perduxit Petitum et Reiskium, ut verba apud Andocidem transponerent. Humane tamen Reiskius: *Possumus ambo falli, potest vulgata bene habere.* Recte. Omnia docent, illam legum lationem singulare quiddam esse: eandem autem normam fuisse sequentium temporum, quis docuit?

[v] Demosth. in Timocrat. p. 744. ed. R. Οἱ παρ' ὑμῖν ῥήτορες πρῶτον μὲν ὅσοι μῆνες μικροῦ δέουσι νομοθετεῖν τὰ ἑαυτοῖς συμφέροντα κ. τ. λ. Similes querelæ sunt alibi, et in Orat. nostra §. κ'. post med. Conf. Wesseling. ad Petit. p. 185.

[w] In usum converti Ciceronis verba de psephismatis Atticis ex Or. pro L. Flacco c. 7.

[x] Vid. Orat. §. κ'. a med. et κά. ante med. Sed subjiciam hic statim legem ex Demosth. Timocratea p. 710. ed. R. Etsi ea Oratio tota cognoscenda est, si quis rationem legum apud Athenienses accurate discere velit. Accusatur ibi a Diodoro (nam huic scripta est) vir legis perniciosæ lator, adhuc ἔνοχος ὢν τῇ γραφῇ καὶ τιμωρίᾳ, in quo genere hæc una caussa ex antiquitate superest. Verba legis hæc sunt: Τῶν νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις· τότε δ' ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν Ἀθηναίων λύειν, ἕτερόν τι τιθέντι (corr. ἕτερον ἀντιτιθέντι) ἀνθ' ὅτου ἂν λύῃ. Διαχειροτονίαν δὲ ποιεῖν τοὺς προέδρους περὶ τούτων τῶν νόμων, πρῶτον μὲν περὶ τοῦ κειμένου, εἰ δοκεῖ ἐπιτήδειος εἶναι τῷ Δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, ἢ οὔ· ἔπειτα περὶ τοῦ τιθεμένου· ὁπότερον δ' ἂν χειροτονήσωσιν οἱ νομοθέται, τοῦτον κύριον εἶναι. Ἐναντίον δὲ νόμον μὴ ἐξεῖναι τιθέναι τῶν νόμων τῶν κειμένων μηδενί. Ἐὰν δέ τις, λύσας τινὰ τῶν νόμων τῶν κειμένων, ἕτερον ἀντιτιθῇ μὴ ἐπιτήδειον τῷ Ἀθηναίων Δήμῳ, ἢ ἐναντίον τῶν κειμένων τῳ· τὰς γραφὰς εἶναι κατ' αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον, ὃς κεῖται, ἐάν τις μὴ ἐπιτήδειον θῇ νόμον. Simul notentur formulæ aliquot solennes. Νόμος κύριος, *lex rite perlata, recepta, obtinens*; contra ἄκυρος, *usu non stabilita*: ἐπιτήδειος τῇ πόλει, *bona, probabilis, ideoque jubenda*: εἰσφέρειν νόμον, *rogare legem* aut *ferre*; παρεισφέρειν seu ἀντεισφέρειν, *rogare novam, in locum veteris et repudiandæ ponendam*, Lat. *legi abrogare*; quo et ἀντιθεῖναι pertinet. Denique λύειν νόμον, *dissolvere legem*, vel de *Populo*, vel de *rogatore*: liceat enim nobis interdum hac voce prisci moris Latini uti de eo, qui rogationem fert ad Populum.

Athenienses nec corpus legum suarum ulla parte temere mutilari, nec plures de una eademque re leges inesse, quæ sententia dissonæ essent vel inter se contrariæ. Ita enim vulgus juris ignarum conturbari, et rudem innocentiam a peritioribus circumveniri et opprimi, neque ipsum judicem servare posse jusjurandum, ex quo sententiam ferre ad præscripta legum deberet; omnibus oblatam plana jura discendi facultatem unice convenire libertati.[y] In quo multo illi aliter fecerunt, quam Romani, callide impeditis formulis et laqueis usi, quo difficilior juris scientia fieret. Verumtamen quum nullo pacto satis caveri posset Athenis, ne leges irreperent *παρανόμως* scriptæ; nonnunquam viris extra ordinem delectis negotium datum est recognoscendi omnes, et contrarias inter se seligendi.[z] Et alia recognitio legum annua fuit, de qua paullo post dicendi locus erit.

Non autem is solum *παράνομα* rogasse arguebatur, qui legem legi veteri, necdum sublatæ, repugnantem tulerat, sed etiam is, qui vel in parte aut capite novæ legis quidquam posuerat contra ea, quæ veterem auctoritatem haberent.[a] Nec minus curiose videndum erat rogatori, ne quid proprii sui paucorumve commodi caussa poneret, ne quid per se injustum, Reipubl. indecorum, utilitati ejus alienum, ne quid omnino accusandi ansam malevolis habiturum; denique ne quid peccaret in tempore, locis, toto ordine agendi. Nam habebant hæc omnia cautiones suas, erantque antiquis legibus sancita. Nec injuria. Certarum enim in tali re formularum usus eo valere solet, ut Populum tutiorem a fraudibus et insidiis præstent, et temeritatem arceant. Itaque hic ordo rei præfinitus erat.[b] Si quis civium legis formulam domi conceperat, primo debebat eam in albo scriptam per aliquod tempus publice proponere, vetere illa, quam abrogabat, adjecta, ut omnibus copia fieret sæpius legendi utramque, consultandi cum amicis, judicandique, utra alteri præferenda esset. Locus promulgandi erat ante statuas Eponymorum.[c] Secundo legis recitatio semel iterumque in ec-

[y] Vid. Orat. §. κά. Timocrateam singulis in locis citare nihil opus est.

[z] De tali recognitione accipio Orat. §. κ'. ad fin., quanquam res alio teste caret. Nec ipse hic locus Demosthenis ab omni parte clarus est. Ut nihil dicam de verbo, χειροτονεῖτε, quod in Comment. notavi; quid illa sibi volunt: ἐπὶ πάμπολυν ἤδη χρόνον? An hæc trahamus ad tempus, recognitoribus ad gerendam rem concessum? Abnuit adjecta particula, ἤδη. Et notum est, formulam ἐπὶ πολὺν χρόνον sæpius apud Atticos esse, *per longum tempus*, et ἐπὶ χρόνον, *aliquamdiu*. Ita Æschin. in Ctesiph. §. γ'. de Strategis queritur: οἱ ἐπὶ πολὺν ἤδη χρόνον συνεργοῦντες τισὶ τῶν ῥητόρων λυμαίνονται τὴν πολιτείαν. At non minus ex hac ratione verba junges cum participio, διαλέξοντας.

[a] Hoc in promtu est ex Orat. §. κά. ante med.

[b] Vid. §. κά. et ibi passim Schol.

[c] Vocantur sic simpliciter heroes, unde decem tribus, a Clisthene institutæ, nomina acceperunt, quibus statuæ erant positæ prope curiam Quingentorum et tholum, in Ceramico urbico. Eos enumerat Pausan. I. 5. Conf. Ulpian. ad Timocrat. §. γ'. ad vv. τὸν δὴ εἰς κ. τ. λ. et ad nostram §. κά. in init. et scriptores ap. Meurs. Att. Lectt. V. 5. ac Corsin.

clesia fiebat per scribam publicum.[d] Quo facto, an prius (incertum enim) Senatusconsulto erat opus, si quis actionem in forum deducere vellet, et Populum rogare. Nam nihil ex veteribus institutis Reipubl. ad Populum ferri in ecclesia licuit ἀπροβούλευτον, id est, de quo non antea S. C. factum esset.[e] Jam rogator legem suam oratione pro suggestu habita suadebat, ac si qua simul vetusta delenda esset, hanc primum ut vitiose latam, aut ceteroqui malam Reique publicæ incommodam monstrabat abjici debere, mox novam contra ponebat, omni ope præstantiam ejus docere annisus.[f] Dein suffragium inibatur, *χειροτονία*. At vero hæc ratio, in psephismatis faciendis solennis, plane exoleverat tempore Oratorum in legibus. Ad judices tum vocata res est, sive quis veterem legem seu latorem accusabat, sive nova erat jubenda.[g] Neque enim uno judicio utrumque videtur factum esse. Jubendi autem et antiquandi auctoritas dabatur Nomothetis, ita quidem, ut, quidquid illi probassent, jus ratumque esset, quidquid repudiassent, nulla daretur ad Populum provocatio. Sorte ducebantur hi judices ex Heliæa, ut operam jurati navarent, sed potestate extraordinaria, quippe nec ultra id temporis valente, ad quod creati essent, nec nisi ad eas leges, quas Populus eis designassent.[h] Quoniam vero instituta vetera in universum bene habere putabantur, (nec immerito in tali Civitate, in qua sæpe res novæ fraudem tegunt,) legi cuique, in judicium adductæ, quinque viri publice patroni dabantur, quos illi Syndicos appellabant.[i] Ii quasi dissuasores quidam erant legis novæ, orna-

F. A. T. I. p. 121. Propter reliqua hæ notandæ sunt locutiones: *νόμον ἀναγράφειν εἰς λεύκωμα, εἰς σανίδα· παραγράφειν νόμον νόμῳ· ἐκθεῖναι πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων, πρὸς τοὺς Ἐπωνύμους· παραδοῦναι τῷ γραμματεῖ.*

[d] Demosth. l. c. *Ἵνα ἕκαστος ὑμῶν ἀκούσας πολλάκις κ. τ. λ.* Sed id ita accepisse videtur Ulpianus, ut prima recitatio ante promulgationem facta sit. Scripsit enim hoc modo: *Δεῖ προαναγνωσθῆναι τῷ Δήμῳ, ἔπειτα προτεθῆναι, εἶτα λαβεῖν τὸν γραμματέα.*

[e] An semper hoc servatum sit in legum latione, incertum est nobis. Nihil de eo in Orat. Nostra. Posui id tamen ex Timocrat. p. 715. sq. ed. R. quia haud dubie ad legitimum ordinem pertinuit.

[f] Hoc fundamento nititur partitio hujus Orationis nostræ. Prima in parte lex Leptinis impugnatur, in quo est caput caussæ; in altera parte adversarius suam opponit, inde a §. κ'.

[g] Quinctilian. I. O. II. 4. 33. *Apud Græcos lator legum ad judicem vocabatur: Romanis pro concione suadere ac dissuadere moris fuit.*

[h] Loquitur de his Nomothetis Orator etiam in Olynth. B. §. έ. Eorum numerum constitisse cIↄI, supra dixi, scilicet uno super cIↄ adjecto, ne unquam pares essent calculi suffragiorum. Vid. Petit. p. 177. An tamen omni tempore tot numero ducti sint, dubito, nec id video effici illo psephismate Timocrateo p. 708. ed. R., quo uno hic nitimur. Nam constat omnino, judices pro caussarum magnitudine ex Heliæa delectos esse modo plures, modo pauciores. Ordinarius numerus fuit CCCCC. Sed duplicatum habemus, uno item adjecto, in caussa, quæ non ad leges pertinet, in ead. Orat. p. 702. ubi v. Schol. Et triplicatum in Dinarcho adv. Demosth. p. 72. Conf. Harpocr. v. Ἡλιαία, et Pollux VIII. 123. et 101. Quo posteriori loco simpliciter traditur: Νομοθέται ἦσαν χίλιοι. At is totus locus non est ejusmodi, ut vera et certa inde peti possint.

[i] Bene Ulpian. ad Timocrat. p. 707. ad vv. εἰς λεύκωμα. *Εἰκός, ὅτι βελτίους ἦσαν οἱ πρότεροι νόμοι τοῦ εἰσαγομένου, καὶ χρείᾳ τῶν λεγόντων ὑπὲρ αὐτῶν ἐνομίζοντο εἶναι φαῦλοι.* Idemque paullo post: *Πέντε ἄνδρας κατ' ἕκαστον νόμον ἐχειροτόνουν.* Sed hoc, quod de numero virorum dicit, majorem auctoritatem habet a lege ex Demosth. infra apponenda. Hi universe dicuntur *συνηγορεῖν, συναπολογεῖσθαι τοῖς νόμοις*, proprie *συνδικῆσαι τοῖς νόμοις*. Creabantur vero Syndici vel publice vel privatim: *publice*, per *χειροτονίαν*, non propter leges tantum, sed ad defendendam domi aut foris quamcunque partem Reipubl., in caussis Civitatem universam spectantibus; hique sunt *χειροτονηθέντες ὑπὸ τοῦ Δήμου*, et dicuntur *συνδικῆσαι τῷ Δήμῳ*, ut ap. Æschin. in Timarch. §. έ. *privatim* autem a tribu vel collegio, vel universitate quadam, et hi erant privati juris defensores. *Publice* autem nemini iterum Syndicum fieri licuit, idque ideo, ne munus ob publicam utilitatem inventum, cederet in quæstum privatorum. Locus class. hac de re infra est §. λβ'. ad fin. ubi vid. Schol. et Comment.

bantque dicendo, quæcunque in altera laudari posse viderentur, ut judices, audita atque subducta utriusque partis ratione, sententiam ferrent.

Horum omnium quidquam si omissum erat aut neglectum in ferenda lege, latorem accusare poterat, quisquis vellet. Caussa fuit publica et magna, *γραφὴ παρανόμων*. Idque periculum illi non depulit Populi suffragium, quo rogationem pertulerat, atque omnino mali sciti pœna unus auctor tenebatur. Nomen deferre moris erat ad Archontes, qui exploratam antea et instructam caussam ad justum certamen apud judices devocarent. In eo judicio omnia prope eodem modo et tenore fiebant, quo in aliis caussis publicis. Accusator in actionis formula addebat æstimationem pœnæ, (nam erat fere is *ἀγὼν τιμητός*,) tum orando certabat utraque pars, deinde a judicibus sententiæ ferebantur, et quæ sunt reliqua. Neque vero hoc in genere accusationis, quantum ex Timocratea suspicari licet, lege opus erat accusatæ obrogata: satis habebatur illam dissolvisse, ut antiqua contraria, si qua esset, vim reciperet; sin talis nulla esset, eo, puto, certamen pertinebat, ut nulla opus esse videretur.[k] Ceterum ejusmodi accusatio nec ipsa caruit periculo. Nam actor, sicut in aliis caussis publicis, quintam partem calculorum tulisse debebat; alioquin ei multa imponebatur. Reus contra si caussa ceciderat, interdum gravissimam pœnam subibat, nec supplicii extremi in *γραφῇ παρανόμων* sumti exempla desunt.[l]

Verum ut modus esset ac finis accusandi, nemini hæc actio dabatur elapso anno, ex quo lator præscriptionis, quam Juris consulti vocant, beneficio fruebatur. Quæ res tamen non obstabat, quo minus ipsam legem, quicunque vellet et quoquo tempore, in judicium revocare, infirmare, dissolvere posset:[m] et in hoc genere hæc versatur Oratio. In qua quæ ad formam et ordinem judicii spectant notatu digniora, quanquam haud multum abhorrentia ab

[k] Ulpian. ad §. κ'. *Ὅπου μὲν οὖν κύριος, ἀντεισφέρειν δεῖ· ὅπου δὲ οὔ, λύειν μόνον.* Hic et aliis plerisque in locis vocabulum *κύριος* de lege accipi debet, jam calculis Nomothetarum perlata, et primi anni periculum elapsa. Qua de re paullo post.

[l] Vid. Timocrat. p. 743. ed. R. Quam varii tamen modi esse debuerint ex hoc crimine elabendi, insigni exemplo docet *Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος, ὁ Ἀζηνιεύς, ὃς ἐτόλμα ποτὲ σεμνύνεσθαι, λέγων, ὅτι γραφὰς παρανόμων πέφευγεν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε* ap. Æschin. in Ctesiph. §. ξέ.

[m] Jam *γραφὴ ἦν οὐ κατὰ τοῦ νομοθέτου, ἀλλὰ κατὰ τοῦ νόμου*, seu, ut Noster ait §. λά., *περὶ τοῦ νόμου πᾶς ἦν ὁ λόγος, τῷ δὲ νομοθέτῃ οὐδεὶς κίνδυνος.* Conf. Argum. Græc. Orat.

altera actione, hæc ferme sunt. Primum illud maxime interest, quod Orator nusquam cum Leptine agit tanquam cum reo, etsi is præsens in judicio adest, mox legem ipse quoque suam defensurus.[n] Secundo nunc rem ab actoribus delatam reperimus ad Thesmothetas, ultimos sex Archontum; eorundemque permissu novam legem Demosthenis Leptineæ in albo adscriptam, *παραγεγραμμένην*.[o] Id vero quamvis nulli interpretum curam movit, non caret tamen dubitatione, quos ad judices hæc caussa delegata, aut apud quos Oratio habita sit. De quo ita statuo, judices nec universam ecclesiam esse, nec Senatum, nec Thesmothetas, neque etiam Nomothetas, verum selectos ex judicio ordinario, Heliæa, aut simili quodam.[p] At apud hos Orator simul veterem, quam impugnat, legem abrogandam esse contendit, simul propriam affert in illius locum jubendam. Sed ad posterius hoc singulari judicio, et quidem Nomothetarum, opus fuisse, vero mihi simile visum dixi, idque feci quodam Orationis loco, licet ambiguo et subobscuro, adductus.[q] Præterea illud quoque notabile est, quod in eadem

[n] Comparanda hanc ob caussam studioso est Orat. in Timocrat.

[o] Ante dicebam universe, Archontes nomina recepisse in *γραφαῖς παρανόμων*, nunc ex Orat. §. *κά*. a med. solos dixi Thesmothetas. Illud suadet Æschinis *γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντος* ap. Demosth. de Cor. §. *ιζ'*. hoc præter istum locum scriptor Or. II. in Aristogit. p. 803. ed. R. *Ὅταν τὶς ψηφίσματος ἢ νόμου γραφὴν ἀπενέγκῃ πρὸς τοὺς θεσμοθέτας κ. τ. λ.* Quodsi rem ex cetero ordine judiciorum existimes, Archontibus aliis alia genera *παρανόμων* tributa conjeceris. Nam ex nomine Thesmothetarum et prima institutione eorum, ex quo dicuntur §. *κ'*. et alibi *ἐπὶ τοὺς νόμους κληρούμενοι*, nihil certi colligi potest. Sed quod apud eos fieri solebat, erat tantum quædam *postulatio*, ut verbo fori Romani utar. Sequebatur apud eosdem domestica *ἀνάκρισις* seu *προαγών*, ut aliis in caussis. Tum iidem *εἴσηγον τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς εἰς τὸ δικαστήριον*, uti bene Pollux VIII. 87. et Ulpian ad §. *κά*. ad vv. *ἃ δὲ πρὸς κ. τ. λ.* Ex his apparet, opinor, quo modo jam ante hanc actionem Leptines aliquid dicere potuerit apud Thesmothetas: *ἃ δὲ πρὸς τοῖς θεσμοθέταις ἔλεγε, ταῦτ' ἴσως λέγων παράγειν ὑμᾶς ζητήσει.*

[p] Eadem difficultas etiam in aliis Orationibus interpretem premit, quo quæque caussa agatur loco, curiosius quærentem. In hac autem primum illud clarum est, legitimos judices appellari. Nusquam *ἄνδρες δικασταὶ* ad Populum pertinet universum, nusquam ad Senatum. Nec de Senatu dici ista poterant, *παρ' οἷσπερ καὶ τἆλλα κυροῦται* §. *κά*. *Κύρωσις* omnium rerum in Republ. est vel Populi, vel eorum, quibus eam potestatem Populus delegavit, judicum imprimis. Adde, quod reliqua, quæ l. c. et §. *κέ*. leguntur, plane jusjurandum judicum designant. At Thesmothetas ita commemorat Orator §. *κά*. post med., ut de his cogitare non magis liceat. Et illi tantum *εἴσηγον τὴν γραφὴν εἰς τὸ δικαστήριον*, ut monitum est. Nomothetas igitur solos nobis putes relictos. Neque ego acrius pugnem, si cui actum ab illis hoc judicium esse videatur, propter illud, *τῶν νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις*. Expendenti tamen alium locum Orat. §. *κθ'*. a med. de quo mox conjecturam expromam, secus debet videri. Ac verba legis, quæ modo laudabam, omnino sic accipi malim, ut ad veterem legem abrogandam accedente post primum judicium auctoritate Nomothetarum opus fuerit, utpote *ἀντεισφερομένην* probantium atque jubentium. Conf. not. seq. Unus, si Heliæam intelligas, scrupulus residet ex iis, quæ §. *κέ*. de jurejurando judicum dicuntur. Nam ea verba in *ὅρκῳ ἡλιαστῶν* non inesse, animadverti. Sed tenue quiddam hoc est. Nam illa talia sunt, quæ ad cujusvis judices officium pertineant, minime propria Heliastarum. Ad Heliæam autem nos ducit illius temporis mos, quo plurima alicujus momenti ad id judicium pertracta esse constat.

[q] Est is §. *κθ'*. a med. in verbis: *ὅταν πρῶτον γένωνται νομοθέται.* De quibus ita Reiskius, veloci stilo interrogans: *Quinam? Leptinesne et socii ejus? An alii quidam? Dubitavit hoc ipsum jam dudum Wolfius. Totus hic mihi locus obscurus est ideo, quod rationem creandorum legislatorum haud teneo. Non poterat, quo quisque tempore vellet, eo legem ferre? Exspectandusne erat aliquis ordo temporis ad locum in legislatoribus obtinendum? Eratne perpetuus magistratus τῶν νομοθετῶν, penes quem promulgatio atque explicatio, item emendatio legum esset? Quo a collegio qui abesset, eine legem ferre non licebat?* Pepercissem ego quidem horum nonnullis: fateor tamen impeditum eum locum esse, et soli conjecturæ obnoxium; quod et Ulpiani obscuræ gerræ docent. Ergo si opus est denuo hanc aleam experiri, verba universe et ita ceperim: *quum primum in Republ. creati erunt Nomothetæ.* Non dubito vero, cogitandum esse de Nomothetis, solenni more sub anni cujusque initia creari solitis, uti deinceps videbimus. Quodsi cui hæc levior videatur auctoritas ad probandum duplex judicium illud, pensitet, velim, mihi ea, quæ Orator §. *κά*. ad fin. clarius profert: *Ἐγγυώμεθα ἡμεῖς θήσειν τὸν νόμον. Ἐγγυώμεθα, ὑπισχνούμεθα· οἱ θεσμοθέται ταῦτα γραφόντων· ἐπὶ τούτοις τὸ πρᾶγμα γιγνέσθω κ. τ. λ.* Num *ita* Demosthenes loqui potuisset, nisi alia actione posthac opus fuisset, ut lex sua acciperet auctoritatem? Numne futuri temporis verbo, *θήσειν*, esset usus? Nihil igitur rejectæ alterius legis judicium videri potest fuisse, nisi præjudicium novæ. Atque etsi haud dubium est, quin, quo quisque tempore vellet, novam legem posset proponere: (alia enim omnia, quam Reisk. suspicatur, docuit nota v p. 386. supra:) tamen plura in eam me sententiam trahunt, ut putem, omnes leges, quotquot per annum propositæ essent, tandem in prima prytanea novi anni ad legitimum judicium Nomothetarum vocari debuisse, eoque demum secundum latorem facto, *νόμον* fuisse *κύριον*. Addo hoc quoque, quod lator legis videtur mihi nonnisi ante secundum judicium fuisse *ὑπεύθυνος* aut *ἔνοχος τῇ τῶν παρανόμων γραφῇ*. Quare cavi, ne cum Petito et reliquis, quos vidi, hoc in genere dicerem, *latorem indemnem fuisse exacto a lege lata anno.* Nam hæc alium sensum habent, quem vellem illi uno antiquo teste præstassent. De reliquo lectores harum rerum minus periti a nobis monendi sunt, ut justam lucem earum ab iis, quæ sequentur, exspectent.

Oratione legitur, novam legem quodammodo valuisse statim post, quam altera abrogata et rejecta esset.[r] Id autem fortasse eo institui debuerat, ne quis, quod sæpius in proclivi fuisset, hac uteretur fallacia, ut legem, sibi vel suis damnosam, tantummodo rejectam vellet, idque vinceret nova promittenda, quam de industria deinde non rogaret.[s] Atque hac in re non minus alius quispiam videtur legem *παρεισφερομένην* pro sua usurpare potuisse, ac perferendi periculum loco alterius viri ingredi.[t] Denique etiam in judicio nostro lex Leptinis suos habet Syndicos, de quibus Demosthenes ita loquitur, ut se et Phormionem dicendo excepturi esse videantur.[u] Atqui loquitur ibi de quatuor tantum; cujus rei caussa non constat: quare hæc forsan non displicuerit opinio. Nimirum in numero illorum ipse potuit esse Leptines, idcirco fortasse in eo loco, ubi fides Syndicorum suspecta redditur, prætermissus, quod illum tota pæne Oratio persecuta esset. Ac quum plura loca doceant, et ipsum Leptinem pro suggestu esse dicturum,[v]

[r] Orat. §. *κά*. post med. *Τοῦ νόμου λυθέντος, τὸν παρεισενεχθέντα κύριον εἶναι, σαφῶς ὁ παλαιὸς κελεύει νόμος.* Itaque *σαφῶς* sancitum de eo erat. Sequitur tamen: *ἵνα μὴ περὶ τούτου τις ἀντιλέγῃ μοι.* Aut ergo lex illa jam tum erat obliterata, aut omnino multis ambagibus cautionum septa, ut Orator ea non magnopere sibi utendum duxerit.

[s] In hanc sententiam accipe verba §. *κ'*. et *κά*. post med. ubi vid. Comment.

[t] Suspicionem hanc movent ea, quæ leguntur §. *κά*. ad fin. Alibi idem legere non recordor.

[u] Vid. §. *λβ'*.

[v] Vid. §. *κς'*. et passim aliis locis, ab ipso inde exordio Orat.

qua id ille alia, quam Syndici, persona facere potuerit, haud facile dixerim. Pervellem quidem, hæc et alia quædam auctoritate certa firmari possent: verum ubi illa defecerit, quid vetabit modestam fidem conjecturis habuisse?

Hactenus scribendo ea sum potissimum secutus, quæ ad hanc Leptineam caussam partim illustrandam valere, partim disci ex ea queant. Non negligendus tamen nobis est insignis locus Orationis in Timocratem, sub idem tempus ab eodem Oratore conscriptæ, qui est de annua censura legum in Republ. latarum, atque in universum de novarum ferendarum modis solenni usu receptis. Sed ne longior sim, omissis omnibus iis, quæ ex doctrina Antiquitatum Græcarum lecturo jam pridem innotuisse debent, ut illa sunt de ecclesiis, de prytaneis,[w] de Prytanibus, de Proedris; nudum expromam locum Latine translatum. Habet is plures leges aut potius fragmenta legum, ita totum ordinem rei ob oculos ponentium, ut ipsæ nos commentandi labore liberent.[x] Sunt autem eæ hujusmodi:

Primæ prytaneæ undecimo die (qui dies idem est undecimus primi mensis, Hecatombæonis) in ecclesia, post præconis solennem precationem Prytanes ad Populum referunto de legibus, eumque in suffragium mittunto; primo loco de iis, quæ pertinent ad Senatum Quingentorum, secundo de iis, quæ ad Rempubl. universam, tertio, quæ ad novem Archontes, denique, quæ ad reliquos magistratus. Ita autem hoc fito, ut de singulis generibus legum Populus in suffragium eundo decernat ante omnia, utrum quodque sufficiat, an minus. Cujus rogationis idem plane modus esto, idem ordo, quem in reliquis rogationibus leges sanxerunt antiquitus latæ.

Si quasdam legum receptarum Populus repudiari jusserit, Prytanes, id temporis munere fungentes, providento, ut de iis legibus, quas major pars suffragiorum repudiassit, in tertia ecclesia consilia ineantur; et Proedri quidem ejus tertiæ ecclesiæ post sacra utique

[w] Unum hoc placet subnotare de πρυτανείαις, quod a Tayloro, Augerio et aliis perperam traditur, tametsi jam olim vera docuerat Sigon. de R. A. II. 4. et impr. Petit. p. 277. In decem πρυτανείας civilis annus Atticorum divisus erat, unamquamque 35 dierum, divisione mensem varie intersecante. Habuit autem πρυτανεία quæque 4 ecclesias κυρίας, i. e. *statas* seu *ordinarias* quarum prima incidebat in diem 11, secunda in 20, tertia in 30, quarta in 33 πρυτανείας. Itaque qui tres tantum ecclesias numerant, falluntur in eo, quod πρυτανείας confundunt cum mensibus. Rectius hactenus Ulpian. ad §. κά. Τρεῖς ἐγίνοντο ἑκάστου μηνὸς ἐκκλησίαι.

[x] Nec Græca subjicere opus, quæ leguntur p. 706. ed. R. ubi conf. Schol. Ad ea primus Taylorus bene docuit, variarum tantum legum partes ab Oratore dari, compositas pro consilio suo, non unam legem et continuam. Id vero clarissime ipse innuit, non νόμον promittens, sed νόμους. Alia dubitatio est, an omnino ita locum ipse consignarit, ut nunc legitur. Nimis sæpe in istis publicis literis, apud Oratores insertis, serior manus lectorum mihi videtur grassata esse, interpolando, addendo, detrahendo. In interpretatione mea denique affectavi priscum sermonem Latinum.

agunto cum Populo de Nomothetis deligendis, de legibus eorum judicio permittendis, et omni potestate regunda, simul de mercede iis judicibus publice comparanda.

Nomothetæ sunto ex numero eorum, qui jus dixerunt in Heliæa, et jusjurandum dederunt, quod ab Heliastis exigi solet.

Si secus Prytanes faxint, neque ecclesiam habessint secundum ordinem, in legibus præscriptum; vel si Proedri neglexerint cum Populo agere: unusquisque Prytanum mille drachmas Minervæ dare damnas esto; et Proedrorum unusquisque quadraginta drachmas.[y] *Exin utrorumque nomina ad Thesmothetas deferuntor, non aliter, atque quum quis magistratum gessit, quum ærario debet. Thesmothetæ autem ejus rei judicium constituunto ex lege. Contra si faxint, adscensus eis ad Areopagum occluditor, ut qui emendationem legum pro virili parte perverterint.*

Ante ecclesiam vero tertiam, quisquis Atheniensium voluerit leges ferre, publice primum, quas laturus sit, ante statuas Eponymorum proscribito, ut pro numero propositarum legum Populus spatium temporis præstituere possit Nomothetis ad negotium suum curandum.

Rogaturus novam legem in albo scriptam proponito ante statuas Eponymorum, idque singulis diebus ad diem tertiæ ecclesiæ usque.

Hecatombæonis die undecimo, in prima statim ecclesia, quinque viri suffragio Populi eliguntor ex civibus universis, leges defensuri, quæ apud Nomothetas abrogentur.

Jungendam denique cum his puto auctoritatem Æschinis ex Oratione contra Ctesiphontem, quamvis ibi simul aliarum rerum quarundam mentio fiat, quas in illis legibus non reperias.[z] Quamobrem vulgo quidem videmus a viris doctis de utroque loco sejunctim exponi; nec id ego, re sæpius pensitata, penitus damnare

[y] Iniqua hæc videbitur proportio, Prytanum et Proedrorum pœnas comparanti; unde est Reiskii correctio, τετταράκοντα μνᾶς pro δραχμάς, non inepta illa. Tamen in tali re hodie non satis clare dispicimus. Et periculum errandi auget Scholiastes, illam unam lectionem ob oculos habens, ejusque rationem aperire conatus. Hunc unum Scholiastam designat Petitus p. 177., ubi de *juris Attici consultis* loquitur.

[z] Locus Æschinis hic est §. ιϛ'. Διαῤῥήδην προστέτακται τοῖς Θεσμοθέταις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δημοσίῳ (leg. ἐν τῷ Δήμῳ) τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας, καὶ σκεψαμένους, εἴ τις ἀναγέγραπται (id est κεῖται, ἔνεστι, ἐστί,) νόμος ἐναντίος ἑτέρῳ νόμῳ, ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις, ἢ εἴπου εἰσὶ νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως· κἂν τι τοιοῦτον εὑρίσκωσιν, ἀναγεγραφότας ἐν σανίσιν (alibi ἐν λευκώμασι) ἐκτιθέναι κελεύει (subaud. ὁ Σόλων, ὁ νόμος Σόλωνος) πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων· τοὺς δὲ πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν, ἐπιγράψαντας νομοθέτας, τὸν δ' ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ Δήμῳ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν, ὅπως ἂν εἷς ᾖ νόμος, καὶ μὴ πλείους, περὶ ἑκάστης πράξεως. In postremis obscurius est, ἐπιγράψαντας νομοθέτας, seu quod Markl. malit, τοὺς νομοθέτας. Nullo sensu Wolfius vertit, *inscriptis legumlatoribus*; nec melius ceteri, quos vidi. Attendere debuerant ad id, quod eodem loco apud Æschinem sequitur de Prytanibus, ἀποδιδόναι νόμους τοῖς νομοθέταις. Nempe utrobique νομοθέται sunt *judices* illi a Populo constituti, non *rogatores legum*: ἐπιγράφειν vero, ut ἀποδιδόναι, est *attribuere, designare, constituere*, quod Populi fuit proprie, non Prytanum. Sed his, tanquam ecclesiam

ausim. Contra quum reputo mecum, apud Æschinem non minus agi de annua emendatione legum, priscis legibus constituta, nihilque ab illo dici, quod cum loco Demosthenis pugnet, quumque istis legum fragmentis vix omnis ratio negotii plane descripta videri queat, pronior sum in eam partem, ut Æschinem, quamvis breviorem, tum de eadem re vel ejus rei præparatione loqui, tum adeo nonnihil novi ab eo nobis afferri arbitrer.

Ad Leptineam redeamus. In paucis, quas hic Orator dixit, caussis noti hodie sunt eventus judiciorum : id quod sæpe ingratum legenti accidere debet. Nec de hac Oratione quidquam esset nobis compertum, nisi testimonium Dionis Chrysostomi exstaret.[a] Atque id testimonium aperte prodit, (talia enim Sophistæ non mentiuntur :) vicisse Demosthenem caussam suam, sublatamque esse legem Leptinis.

Jam quod unum reliquum est, nos in Orationis hujus inscriptione secuti sumus morem vulgatorum librorum, qui summo consensu hanc tenent, ὁ πρὸς Λεπτίνην λόγος. Nec sane eum morem novum esse, præter alios[b] monstrat anonymus Argumenti Græci scriptor, admonens, quid intersit inter κατὰ Λεπτίνου et πρὸς Λεπτίνην. Scilicet prius quasi domicilium habet in accusatione, posterius tantum *præsentem in judicio* signat, non *reum factum*.[c] Sed antiquior ætas Græcorum frequentius ita citare solet : περὶ τῶν ἀτελειῶν, περὶ τῆς ἀτελείας, rarius etiam ὑπὲρ τῶν ἀτελειῶν. Docent hæc plures loci, quos alibi adscripsimus. Omnes auctores, a quibus hæc Oratio laudetur, huc constipare, obscuram et inutilem diligentiam puto.

habentibus, id commode tribui potuit. Sæpe hæc me torserunt. Alii ignorantiam suam silentio tegunt.

[a] Verba Dionis, etiam a Tayloro adhibita, sunt in Rhodiaca, Or. XXXI. T. I. p. 635. ed. Reisk. Λεπτίνης τις εἰσήνεγκε νόμον, ὡς χρῆν τὰς ἀτελείας ἀφελέσθαι τοὺς ἔχοντας παρὰ τοῦ Δήμου, δίχα τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ μηκέτι τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι διδόναι μηδενὶ τὴν δωρεὰν ταύτην. Τί οὖν; ἔσθ' ὅπως παρεδέξαντο τὸν νόμον; Οὐμενοῦν· ἀλλ' ἑάλω γραφῆς. In ultimis his inepte Reiskius, injecto vocabulo, legendum censet, ἑάλω παρανόμων γραφῆς. Ratio patet ex superioribus.

[b] Ut Philostrat. de Vit. Soph. II. p. 601. unde sua repetiit Eudocia Ion. p. 57. Adde Theonem Progymn. p. 9. et 16. Tiberium Rhet. p. 168. et 176. Apsin. in Aldi Rhet. p. 695. 697. et alios. Ipse Cicero quodammodo huc trahi potest Orat. c. 31. Contra ultimæ ætatis auctor, Thomas Magister v. παρανόμων, Demosthenem laudat ἐν τῷ περὶ ἀτελείας. At verba, quæ apponit, non leguntur ibi, sed in Orat. de Cor. §. λέ. in fin.

[c] De hoc usu particulæ πρὸς conf. Mureti V. L. VII. 9. et Tayl. ad Demosth. adv. Eubulid. in proleg. Ad plures Orationes ea observatio pertinet. Latine in his omnibus πρὸς vertendum, *adversus*, non *in*, quod est κατά.

I. TAYLORI
PRÆFATIO
AD
ORATIONEM
DEMOSTHENIS
ADVERSUS LEPTINEM.

Usitatior multo apud Antiquos erat Inscriptio, περὶ ἀτελείας, sive potius περὶ ἀτελειῶν, *De Immunitatibus*, quo nomine laudarunt Plutarchus, in vita Demosthenis, Dionysius Halic. in Epistola ad Ammæum pag. 121. init. Edit. Sylburg. [p. cccxxxvi. vol. I. §. δ'.] atque iterum, de admiranda vi dicendi in Demosth. pag. 171. fin. Athenæus l. 4. p. 166. Edit. 1612. Priscian. l. 18. Hermogenes sæpiuscule, Photius in Myriobibl. Codd. CCLXV. et in Lexico inedito, v. Θέσθαι, et Λυσίμαχος, in qua voce apud Suidam pro ἀτελειῶν perperam legitur ἀδελφῶν : quali mendo etiam laborat Harpocrat. in Δεκατευτάς. Oratio est χαριέστατος ἁπάντων καὶ γραφικώτατος, ut scribit Dionysius loco citato. Egregiam in ea subtilitatem admiratus est Cicero Orat. ad Brutum III. Cujus denique exordium non illaudatum præteriit summus ille Criticus, Dionysius Longinus, teste Photio in Myriobibl. loco supra a me laudato. Idem Photius ibidem traditum esse ait, Demosthenem eam conscripsisse annos natum XXIV. Φασὶ δὲ, τὸν Δημοσθένην τέσσαρα καὶ εἴκοσι γεγονότα ἔτη τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν, ἤτοι τὸν πρὸς Λεπτίνην, φιλοπονήσασθαι λόγον. οὗ τὸ προοίμιον Λογγῖνος ὁ Κριτικὸς ἀγωνιστικὸν νομίζει. Contra, Prætore Athenis Callistrato habitam esse contendit Dionys. Halicarn. qui erat Olymp. CVI. annus secundus, atque adeo Demosthenis nati XXVII. Habebatur certe vix ante istam ætatem, quam assignavit Photius, aut citra istam, quam Dionysius. Nam Olymp. CV. 3. secundum Diodorum Siculum Philippus Macedoniæ Rex Pydnam et Potidæam cepit, CVI. 3. autem obiit Leuco, Rex Bospori. Constat autem ex §§. θ'. ιδ'. et ιε'. hujus orationis, tum, quum habita esset, captas esse Pydnam et Potidæam, Leuconem autem adhuc fuisse superstitem. Porro exeunte oratione memorantur Dionis res feliciter gestæ contra Dionysium Tyrannum, agitatæ illæ quidem circa Olymp. CVI. mediam, ita ut non dubitem pronunciare, Halicarnassensem ipsissimam ætatem teti-

gisse. Nemini, credo, suboluit, hanc Orationem mancam et imperfectam ad nos descendisse. Quod tamen necesse est ita se habere, si bona fide nobiscum egerit Syrianus ad Hermogenem pag. 28. Καὶ πάλιν, Λεπτίνην μεμφόμενος, ὡς ἀφελόμενον τὰς δωρεὰς τῶν εὐεργετῶν, εἶπεν· Ὅτι οἱ ἀλλαχοῦ πολῖται (lege αἱ πολιτεῖαι) καὶ μείζους παρέχουσι τῆς εὐτελείας (lege ἀτελείας) δωρεὰς, καὶ τοὺς εὐεργέτας τῶν ἰδιωτῶν δεσπότας καθιστᾶσιν. Qui, tametsi verba *diserta* Auctoris videatur citare, *alludit* solummodo ad ea, quæ dicuntur §. ϛʹ. init. et §. κβʹ. a med. Porro de hac Causa, atque de exitu, quem habuit, nonnulla conservavit Dio Chrysostomus in Orat. Rhodiaca, pag. 350. Edit. Morel. 1604. a me adducenda. Παρὰ τοίνυν τοῖς Ἀθηναίοις κατὰ Φίλιππον, μάλιστα δ', ὅτε τῆς ἡγεμονίας παρακεχωρήκασι, τῆς δ' ἐλευθερίας μόνης λοιπὸν ἀντείχοντο, Λεπτίνης τις εἰσήνεγκε νόμον, ὡς χρῆν τὰς ἀτελείας ἀφελέσθαι τοὺς ἔχοντας παρὰ τοῦ δήμου, δίχα τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ μηκέτι τολοιπὸν ἐξεῖναι διδόναι μηδενὶ τὴν δωρεὰν ταύτην. τί οὖν; ἔσθ' ὅπως παρεδέξαντο τὸν νόμον; (Ita locum lego. In editis male repræsentatur.) οὐμενοῦν. ἀλλ' ἑάλω γραφῆς. Huic Historiæ Orationis Leptineæ liceat subjungere lepidam narratiunculam ex Violeto Eudociæ MS. pag. 78. Περὶ Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀθηναίου ῥήτορος. — Πρεσβεύων δὲ παρὰ Σέβηρον ἐν Ῥώμῃ τὸν αὐτοκράτορα, ἀπεδύσατο πρὸς Ἡρακλείδην τὸν σοφιστὴν τὸν ὑπὲρ μελέτης ἀγῶνα· καὶ ἀπῆλθεν, ὁ μὲν τὴν ἀτέλειαν ἀφαιρεθεὶς, ὁ δὲ Ἀπολλώνιος δῶρα ἔχων. διαδιδόντος δὲ τοῦ Ἡρακλείδου λόγον οὐκ ἀληθῆ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλωνίου, ὡς αὐτίκα δὴ βαδιουμένου εἰς Λιβύην, ἡνίκα Λεπτίνης ἦν αὐτοκράτωρ ἐκεῖ, καὶ τὰς ἐξ ἁπάσης γῆς ἀρετὰς συνῆγε, καὶ πρὸς αὐτὸν εἰπόντος· Ὥρα σοι ἀναγινώσκειν τὸν πρὸς Λεπτίνην· Σοὶ μὲν οὖν, ἦ δ' ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ γὰρ δὴ καὶ ὑπὲρ τῆς ἀτελείας γέγραπται. TAYLOR. Petit. pag. 178. Priscian. col. 1169. 1171. 1182. v. Ind. Valckenaer. ad Ammon. pag. 8. 185. Casaubon. ad Theophr. Character. pag. 147. 163. Etymol. M. 448. 18. Meurs. Pisistr. c. 14. Att. Lect. 3. 2. A. A. 1. 3. Fabr. B. G. T. 4. pag. 16. et eodem tomo de Aristide. Vales. ad Harpocr. pag. 21. 39. 90. bis. 105. 107. Maussac. p. 249. Petit. Ed. Wessel. pag. 103. 185. 372. H. Steph. Th. L. G. T. III. col. 691. Judicium de eadem causa bis adipiscier non licet. Lindenbr. ad Terent. Phorm. II. 3. TAYLOR. in schedis.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΤΕΛΕΙΑΣ ΠΡΟΣ ΛΕΠΤΙΝΗΝ ΛΟΓΟΥ.

Pag. ed. Reisk.

451 Ἡ ΤΩΝ Ἀθηναίων πόλις ἄλλοις τε ἐτίμα τοὺς εὐεργέτας καὶ ἀτελείᾳ λειτουργιῶν. πολλῶν οὖν λαμβανόντων αὐτὴν, σπάνις ἐδόκει τῶν λειτουργησόντων εἶναι. διὰ τοῦτο Λεπτίνης νόμον εἰσήνεγκεν, εἶναι μηδένα ἀτελῆ μήτε [1]τολοιπὸν ἐξὸν εἶναι τῷ δήμῳ δοῦναι, τὸν δὲ ἀτέλειαν αἰτήσαντα πάσχειν τὰ ἔσχατα. τοῦτον ἐγράψαντο τὸν νόμον, πρότερον μὲν ἄλλοι· μεθ' ὧν καὶ Βάθιππος, καὶ οὐκ ἐπεξῆλθεν, ἢ χρήματα λαβὼν, ἢ νόσῳ περιπεσών· νῦν δὲ Φορμίων καὶ Κτήσιππος ὁ Χαβρίου παῖς, καί τινες μετ' αὐτῶν, οἷς συνήγορος Δημοσθένης γίνεται. ὁ μὲν οὖν Λεπτίνης πλέον ἰσχύει τῷ συμφέροντι·
452 τὴν γὰρ χρείαν προίσχεται· ὁ δὲ Δημοσθένης τῷ τε ἐνδόξῳ καὶ τῷ δικαίῳ. καὶ τῷ δικαίῳ μὲν, ὅτι δίκαιόν ἐστι τοὺς εὖ ποιήσαντας ἀντευπεπονθέναι, καὶ τοὺς ὀρθῶς ἄν τι λαβόντας τῶν δοθέντων μὴ ἀφαιρεῖσθαι· τῷ δὲ ἐνδόξῳ, διότι τάχα μὲν [2]ἄλλοις αἴσχιον ἃ δεδώκασιν ἀφαιρεῖσθαι· Ἀθηναίοις δὲ οὐχ ἥκιστα, οἷς ἀντ' ἄλλου γνωρίσματος, τὸ μεγαλόψυχον προσεῖναι δοκεῖ. ἐπιδεικνύει δὲ, ὅτι καὶ παρανόμως εἰσήνεγκε τὸν νόμον. [3]λέγει γὰρ νόμον, τὸν κελεύοντα ἀναιρεῖν πρῶτον τὸν ἐναντίον νόμον, καὶ τότε αὐτὸν [4]ἄλλον τιθέναι νόμον, ἵνα μὴ ἀλλήλοις ἐναντίοι νόμοι εὑρίσκωνται.

ΑΛΛΩΣ.

Ὁ ΠΡΟΣ Λεπτίνην λόγος ἐπιγραφὴν ἔχει τοιαύτην· ἐπειδήπερ παρελθόντος τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ ὑπεύθυνος ἦν κρίσει καὶ τιμωρίᾳ [5]γράψας τις νόμον, ἐφαίνετο Λεπτίνης [6]ἀκίνδυνος· ὅθεν

[1] τὸ λοιπὸν [2] καὶ ἄ. αἰσχρὸν [3] λέγειν γὰρ ἐχρῆν νόμον [4] Deest ἄλλον. [5] γράψαι τὸν ν. T. γράφειν τις ν. R. [6] ἀκινδύνους T.

Ἡ τῶν Ἀθηναίων] Hoc Libanii argumentum, quod ex Taylori editione excerpere libuit, Frid. Aug. Wolfius omnino omittit.

Ἐξὸν εἶναι] Forte, ut olim divinabam, ἐξεῖναι. Atque ita Bodl. Accedit, quod mecum scripsit Auctor argumenti alterius, atque adeo Demosthenes ipse. Vide §. ά. *ante med.* TAYLOR.

Ἐγράψαντο] Pro ἐγράψαντο lectio Editionis Aldinæ, Codd. item Regg. quibus usus est Morelius in Editione sua adornanda, præter α. η. omnium, est ἀντεγράψαντο. Incommode, si me audias. Nam qui Legem aut Constitutionem improbat, γράφεσθαι νόμον aut ψήφισμα dicitur. Et est verbum quasi legitimum. Ita in argumento sequente, τὸν γράψαντα νόμον, ἢ ψήφισμα, et in lege a Demosthene adducta, γράφεσθαι μὲν ἄν τις τινὰ τῶν ὑπαρχόντων νόμων μὴ καλῶς ἔχειν ἡγῆται. §. κʹ. τοῦτον δ' ἐγράψαντο τὸν νόμον Felician. et Manut. κατὰ τοῦτον ἐγράψαντο τοῦτον τὸν νόμον MSS. Ven. et Vind. IDEM.

Ἄν τι λαβόντας] Absurde editiones pleræque ante Wolfium ἀντιλαβόντας una voce, quod mendum etiam sustulit Bodl. IDEM.

Αἴσχιον] Αἰσχρὸν reponit Wolf. Ita Bodl. quoque. IDEM.

Λέγειν γὰρ ἐχρῆν] F. λέγει γὰρ νόμον τὸν κελεύοντα. et, καὶ τοτε ἄλλον τιθεναι νόμον: vel quod malim: καὶ τότε αὐτὸν ἄλλον τιθέναι νόμον, ἵνα. WOLF.

Λέγει etc.] Mira est in hoc loco Codd. inconstantia. Simplicissimam medelam exhibet Bodl. λέγει γὰρ εἶναι νόμον τὸν κελεύοντα κ. τ. λ. Expressiorem tamen et disertiorem judico eam, quam ex Codd. Regiis, ut autumo, produxit lectionem Morelius: ἐχρῆν γὰρ ἀναιρεῖν πρῶτον τὸν ἐναντίον νόμον τὸν κελεύοντα τὰς τοῦ δήμου δωρεὰς εἶναι βεβαίας, καὶ τότε αὐτὸν ἄλλον τιθέναι. Quam in vertendo secutus aliquatenus videtur Petrus Nannius Alcmarianus. *Oportuisse enim prius contrariam legem abrogare, deinde suam proponere* etc. Tu autem præterea dele νόμον post τιθέναι. Quis enim non fastidiret vocem istam usque ad nauseam hic repetitam? εἰσήνεγκε τὸν νόμον· λέγει γὰρ νόμον — τὸν ἐναντίον νόμον — ἄλλον τιθέναι νόμον — ἐναντίοι νόμοι εὑρίσκωνται. Notabile est tamen, quod in hac Codd. dissonantia (ubi lectionum quidem diversitatem sentis, eundem vero omnino sensum retineri) Editiones vetustæ ex utraque lectione videantur conflari, λέγειν γὰρ ἐχρῆν νόμον τὸν κελεύοντα ἀναιρεῖν πρῶτον τὸν ἐναντίον νόμον, ut Ald. Manut. Morel. TAYLOR.

Αὐτὸν ἄλλον τιθέναι] Medium voc. abest a Vindob. IDEM.

Γράφειν τις] F. γράφειν τὸν νόμον — ἀκινδύνως. WOLF. Γραφειν τις νόμον, et

πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' οὐ κατ' αὐτοῦ ὁ λόγος. Ἡ δὲ ὑπόθεσις οὕτως ἔχει. Σύνηθες ἦν τῇ πόλει τῶν Ἀθηναίων, τιμᾷν τοὺς εὐεργέτας μάλιστα [1] πόλεως καὶ διαφόροις τιμαῖς, καὶ δὴ καὶ ἀτελείᾳ. Πολλῶν δὲ εἰληφότων, καὶ ἀστῶν καὶ ξένων, ἐπέλειψαν οἱ [2] λειτουργήσαντες. Καὶ διὰ τοῦτο σχεδὸν τῶν [3] λειτουργιῶν περιϊσταμένων εἰς τοὺς ἀπόρους, Λεπτίνης, τῶν πολιτευομένων ἀνὴρ οὐκ ἀδόκιμος, ἔγραψε νόμον αὐτοῖς ῥήμασιν οὕτως ἔχοντα·

Ὅπως ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσι, μηδένα ἀτελῆ εἶναι, πλὴν
τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων· μηδὲ
[4] τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι τῷ Δήμῳ αἰτηθέντι διδόναι· εἰ δέ τις ἀλῷ αἰτῶν, 453
ἄτιμον αὐτὸν εἶναι, καὶ γένος καὶ οἰκίαν, καὶ ὑποκεῖσθαι γραφαῖς
καὶ ἐνδείξεσιν· εἰ δὲ καὶ ἐν τούτοις ἀλῷ, ἔνοχον εἶναι τοῖς αὐτοῖς,
οἵσπερ οἱ δικάζοντες, ὅταν ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ δικάζωσι.

Τοῦ νόμου οὖν οὕτως ἔχοντος, ἐγράψατο μὲν τὸ πρότερον Βάθιππος [5] Λεπτίνην· ὃς ἀπέθανε, πρὶν εἰσελθεῖν τὴν γραφήν. Κᾆτα διετρίβη χρόνος, καὶ γέγονε Λεπτίνης ἀνεύθυνος. Νόμος γὰρ ἦν, τὸν γράψαντα νόμον ἢ ψήφισμα μετὰ ἐνιαυτὸν μὴ εἶναι ὑπεύθυνον. Ὅμως ἐπειδὴ

[1] πολλαῖς T. R. [2] λειτουργήσοντες T. [3] λειτουργειῶν παρισταμένων R. [4] τολοιπὸν T. [5] Λεπτίνῃ R.

mox ἀκίνδυνος Editi. γράφει τις νόμος Vindob. idem dat ἀκίνδυνος. Ut mirum non sit, si olim legebatur, quo pacto etiam legi debere judico, ἐπειδήπερ παρελθόντος τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ ὑπεύθυνος ἦν κρίσει καὶ τιμωρίᾳ ὁ γράφων τὸν νόμον, ἐφαίνετο Λεπτίνης ἀκίνδυνος. Observabis, Wolfium ita hunc locum convertisse. Nam cum versionem adornavit ex superioribus Editionibus, eam neglexit ad Editionem suam, si qua incidisset varietas, recudere. Confer hunc locum cum §. λά. Taylor. Hinc feci γράψας τις νόμον, veram haud dubie scripturam. Taylorus correxit ὁ γράφων τὸν νόμον. Sed locus, quem verba tenent, ea vix sinit ad Leptinem trahi. Universe contra si acceperis, nullus in posteriore voce articulo locus est. Etiam posthac in hoc Argumento legimus: νόμος ἦν, τὸν γράψαντα νόμον ἢ ψήφισμα μετὰ ἐνιαυτὸν μὴ εἶναι ὑπεύθυνον. F. A. Wolf.

Πρὸς αὐτὸν] Robortell. Emend. c. 37. pag. 63. V. præfationem nostram ad orat. in Eubulidem. Taylor.

Πολλαῖς καὶ διαφόροις] Lege ἄλλαις τε καὶ διαφόροις τιμαῖς, καὶ δὴ καὶ ἀτελείᾳ, ex Cod. Ital. Ita scripsit Libanius in argumento superiore. Notissima est figura; *hyperbaton* vocant Rhetorum filii. (vide nos in Ind. Attic. ad Lysiam in ista voce.) πολλαῖς hic et διαφόροις idem sonant. Idem. Quæ [lectio], etsi melior tamen et ipsa videtur esse a correctore. Vocabuli ejus, in quo vitium patet inesse, emendationem meam firmat Demosth. in Orat. §. ιϛ'. aliisque locis. Erroris caussam habeo καὶ, quod sequitur, minus a scribis intellectum, cui respondent καὶ δὴ καί. Sic enim καὶ, vel τὲ, ponunt in uno membro, in altero ad vim augendam vel καὶ δὴ, vel καὶ δὴ καὶ, ubi Latini dicunt *quum*, et mox *tum etiam, tum maxime*. F. A. Wolf.

Λειτουργήσαντες] Optime Wolfius lectionem MStorum prætulit λειτουργήσοντες, et mox περιϊσταμένων, pro quibus Editi habebant λειτουργήσαντες et παρισταμένων. Taylor. Λειτουργήσαντες tenui cum Reiskio, qui tamen hic auctoritatem habet nullam, quod criticum in hoc Argumento agere noluit. Wolf. et Tayl. malebant λειτουργήσοντες. Hos v. seq. secutus pro παρισταμένων, quod nihili est, dedi περιϊσταμένων, verbum huic rei proprium, ut περιήκουσι in Schol. ad §. δ'. F. A. Wolf.

Γραφαῖς κ. τ. λ.] Nannius: *adversus eundem competant et* publica judicia *et actio famosa*. Et deinde: *eadem luito, quæ illi, qui, cum* Reip. obærati essent, *judicia exercuere*. Taylor.

Οἵσπερ οἱ δικάζοντες] Ex Oratore §. λγ'. ad fin. scribi hoc loco debebat οἱ ἄρχοντες, ὅταν ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ ἄρχωσι. Ad rem tamen minimum interest quum τοὺς ἐγγεγραμμένους ἐν ἀκροπόλει Athenis eadem lex a magistratu et a judiciis excluserit. F. A. Wolf.

Βάθιπ. Λεπτίνῃ] M. Λεπτίνην. et [v. ult.] ἐπειδὴ δὲ καὶ οὕτω. Wolf.

Ὅμως ἐπειδὴ etc.] *Tamen, quoniam et sic ex lege licebat accusare*. Wolf. Non miraberis, versionem Interpretis parum textui respondere, si memineris, quod superius monui, Wolfium Editiones priores, non suam, transtulisse, in quibus sic legebatur: ὅμως ἐπειδὴ καὶ οὕτω κατὰ τὸν νόμον ἐξῆν ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας. Sic etiam est in Vindob. Sed præstantior multo est lectio, quam in textum admisit, non tamen interpretatus est. Vox enim οὕτω exprimit, quod isti Codd. volunt per κατὰ τὸν νόμον, ut postulat locus omnino κατὰ τοῦ νόμου (vel, ut Bodl. legit, et alii legere perhibentur, κατὰ τῶν νόμων) ἐξῆν ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας, κἂν οἱ γράψαντες ἔξω κινδύνων ὦσι. Leges *licebat accusare, tametsi* earum auctores *indemnes essent*. Quo pacto fere et legisse videtur, interpretatur certe, Pet. Nannius. Taylor.

καὶ οὕτω κατὰ [1] τῶν νόμων ἐξῆν ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας, κἂν οἱ γράψαντες ἔξω κινδύνων ὦσι, μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐπέστη κατήγορος Ἀφεψίων, υἱὸς Βαθίππου, ᾧ συνηγόρει Φορμίων ὁ ῥήτωρ, καὶ Κτήσιππος, ὁ υἱὸς Χαβρίου, ᾧ συνηγόρει Δημοσθένης. Τούτων οὖν κατηγόρων ἐπιστάντων, κατὰ τοῦ νόμου πεποίηνται τὴν γραφήν. Ἡ δὲ στάσις, πραγματικὴ ἔγγραφος· κεφάλαια δὲ τοῦ λόγου, τὸ νόμιμον, τὸ συμφέρον, τὸ δίκαιον.

Ἀναγκαῖον δὲ εἰπεῖν τὰς δικαιολογίας ἑκατέρων. Καὶ ὁ μὲν Λεπτίνης ἰσχυρίζεται τῷ συμ-
φέροντι, διὰ τὸ περιποιεῖν [2] λειτουργοὺς, [3] ὅτι ἀσύμφερον ὑμῖν γίνεται, ἐὰν οἱ πένητες μόνοι
λειτουργῶσιν· ἀπορήσουσι γὰρ τῷ χρόνῳ, καὶ οὐχ ἕξετε τοὺς λειτουργοῦντας· ἀλλὰ καὶ τῷ δι-
καίῳ, [4] ὅτι δεινόν ἐστι τοὺς μὲν ἀδεῶς πλουτεῖν, τοὺς δὲ, λειτουργοῦντας ἀεὶ, πένεσθαι. Ὁ
454 δὲ κατήγορος ἰσχυρίζεται τῷ νομίμῳ, [5] τῷ δικαίῳ καὶ τῷ συμφέροντι. Καὶ ἔστι τὸ νόμιμον
Φημὶ τοίνυν ἐγὼ κάλλιον εἶναι —] *Affirmo igitur pulcrius esse, Leptinem Vestros mores sequi in abolenda lege, quam Vos istius in jubenda; atque etiam honorificentius duco et isti et Vobis, si Vos, Populus, adducatis Leptinem, ut similis Vobis esse videatur,* (h. e. *ut suos mores ad publicos videatur componere, liberale ingenium Civitatis induens ad hoc quidem tempus*) *quam si iste Vos adducat, sibi ut similes velitis esse.* Locus excellens est urbanitate cavillandi, quam parum sensisse videtur interpres Latinus. Hoc tamen minus mirum: illud profecto mireris, Reiskium etiam post Taylori observationem totum locum tam fœde vitiasse, transponendo δοκεῖν post θέσθαι. Suggesserat scilicet Aug. 1. id vitium, ortum, ut videtur, e duorum versuum similibus clausulis, θέσθαι et γενέσθαι. Quod quibus artibus vir optimus defenderit, videat in Notis ejus, qui volet. Vel ideo post θέσθαι verbo δοκεῖν locus non est, quod Populus, quum Leptini cedens legem ejus ratam habet, tum hominem *vere sequitur et imitatur,* non *videtur imitari*: contra Leptines, si pro lege sua non nimiopere propugnat, si tolli eam facile patitur, decoræ indoli Civitatis similis ipse *videri* potest; *esse* autem similem unquam posse, id vero Orator oblique negat. Hæc luce puto clariora esse; quamvis locus et Augerio fraudi fuerit, ut omnino tollere mallet δοκεῖν. Et post Æschyleum illud, οὐ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει, nihil apud veteres frequentius oppositione verborum δοκεῖν et εἶναι. Unum addam, quod ipsum ignoratum fraudem auxit: λυσιτελέστερον h. l.

περὶ τοῦ λῦσαι τὸν νόμον, ἢ ὑμᾶς τούτῳ περὶ τοῦ [1] θέσθαι· καὶ λυσιτελέστερον εἶναι καὶ ὑμῖν καὶ τούτῳ, τὴν πόλιν πεπεικέναι Λεπτίνην, ὅμοιον αὑτῇ γενέσθαι [2] δοκεῖν, ἢ αὐτὴν ὑπὸ τούτου πεπεῖσθαι, ὁμοίαν εἶναι τούτῳ. Οὐδὲ γὰρ, εἰ πάνυ χρηστός ἐστιν, ὡς ἐμοῦ γε ἕνεκα ἔστω, βελτίων ἐστὶ τῆς πόλεως τὸ ἦθος.

ς′. Νομίζω τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί! ἄμεινον ἂν περὶ τοῦ παρόντος βουλεύσασθαι, εἰ κἀκεῖνο μάθοιτε· ὅτι, ᾧ μόνῳ μείζους εἰσὶν αἱ παρὰ τῶν Δήμων δωρεαὶ τῶν παρὰ

[1] θέσθαι, δοκεῖν, καὶ λυσ. R.

[2] Deest δοκεῖν. R.

est *utilius ad honorem, honorificentius*, quo modo et συμφέρειν aliaque ex hoc genere plura leguntur haud raro. Idem.

Περὶ τοῦ θέσθαι] Cod. Augustanus habet περὶ τοῦ θέσθαι δοκεῖν. Nata certe ea varietas lectionis ex simili fere clausula in sententia sequente, ὅμοιον αὑτῇ γενέσθαι δοκεῖν. Ubi vox ista habet vim et elegantiam admirabilem, quam parum consecuti sunt Interpretes. Non ὅμοιον dixit γενέσθαι, quod oblique negat fieri posse, sed γενέσθαι δοκεῖν. *Præstat, Civitatem huic homini persuadere, ut mores suos ad mores publicos accommodare* saltem videretur, *quam eum Civitati, ut sibi similis esse* velit. Priorem partem sententiæ mihi videtur Nannius majore et perspicuitate et elegantia transtulisse: *Quamobrem illud affirmaverim, longe pulcrius esse, illum vestros mores in abroganda lege, quam vos illius in constituenda, sequi.* Taylor. Δοκεῖν superfluum videtur et recidendum, licet in hac voce vim quandam et elegantiam animadvertat Taylorus. Auger.

Οὐδὲ γὰρ εἰ πάνυ χρηστός ἐστιν, ὡς ἐμοῦγε ἕνεκα ἔστω, βελτίων ἐστὶ τῆς πόλεως τὸ ἦθος] *Neque enim si vir bonus est (sit enim sane per me) ideo melior est ipsa civitate.* id enim ἕνεκα hoc loco significat, sicut etiam apud Xenophontem in tertio Παιδ. ἀλλ' ἐξέσται ἡμῖν ἐκείνου ἕνεκα πρὸς τὸ ἡμέτερον συμφέρον πάντα τίθεσθαι, *sed quantum ad eum attinet, licebit nobis omnia e re nostra constituere.* Id quod etiam per διὰ præpositionem dicitur. Idem περὶ Στεφ. ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπολώλατε. *Nam quantum in vobis fuit, jamdiu periissetis* &c. *Ex edit.* Hervag.

Ὡς ἐμοῦγε ἕνεκα ἔστω] *Sit enim sane per me.* Particulæ ἕνεκα usum hunc, Latinis ferme ignotum, plane Germani imitamur. F. A. Wolf.

Τὸ ἦθος] Solus Ven. Codex, βελτίων ἐστὶ τοῦ τῆς πόλεως ἔθους. Cave sollicites. Receptam lectionem tuetur T. Magister Ἦθος οὐ μόνον ἐπὶ ἀνθρώπων λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πόλεως. ὡς Δημοσθένης, τὸ τῆς πόλεως ἦθος, ἤγουν τὴν κατάστασιν, καὶ τὴν γεναιότητα. lege γενναιότητα. Noster in superiore pagina, v. 4. τὸ τῆς πόλεως ἦθος — ἀψευδὲς καὶ χρηστόν. et §. ιέ. τοῦ τῆς πόλεως ἤθους μνημεῖον ὦσι. Et ita scribit Plutarchus in Phocione, statim ab initio: πολλὰ δὲ γράφειν καὶ λέγειν ἀναγκαζόμενος παρὰ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως καὶ τὸ ἦθος. Vindob. deest ἦθος. Taylor.

Βελτίων ἐστὶ τῆς πόλεως τὸ ἦθος] Sermo patrius noster futurum præferret ἔσται, ex usu Græcorum recte habet illud. Τὸ ἦθος absolute intell. κατὰ τὸ ἦθος. Male Ven. βελτίων ἐστὶ τοῦ τῆς πόλεως ἔθους. Quod ut refellat, Taylorus citat Thomam M. voc. ἦθος. Vulgata lectio vera est, etiamsi forte Magister non huc respexerit, sed ad §. ιέ. aliumve locum quemcunque. Ἦθος de Civitate dici, non solum de homine, tralaticium puto. F. A. Wolf.

ς′. Περὶ τοῦ παρόντος] Περὶ τοῦ νόμου παρόντος Codd. Regg. ε. η. vel potius, ut ego judico, τὸ νόμου erat in margine, scholii gratia, quo pacto habetur in Aug. Taylor. E scholio illud et quidem malo. Est enim περὶ τοῦ παρόντος πράγματος. F. A. Wolf.

Ὦ μόνῳ μείζους εἰσὶν —] *Tollitur per hanc legem id ipsum, quo uno dona, profecta a liberis Populis, præstant iis, quæ a ceteris imperiis conferuntur.* Honestatem dicit et stabilitatem. Perperam loco τῶν Δήμων hic et postea in Par. 5. 7. Aug. 1. est τοῦ Δήμου. Οἱ Δῆμοι sunt αἱ πόλεις δημοκρατούμεναι. Unde juncta sæpe Δῆμος, ὀλιγαρχία, τυραννίς. Hinc καταλύειν τὸν Δῆμον (de qua formula olim nimio ardore pugnarunt Salmas. Misc. Def. c. 10. et Herald. Animadv. ad J. A. et R. III. 16.) h. e. τὴν δημοκρατίαν, τὴν πολιτείαν. Ipsum enim πολιτεία eo-

τῶν ἄλλων πολιτειῶν διδομένων, καὶ τοῦτο ἀναιρεῖται νῦν τῷ νόμῳ. Τῇ μὲν γὰρ χρείᾳ τῇ τῶν εὑρισκομένων τὰς δωρεὰς οἱ τύραννοι, καὶ οἱ τὰς ὀλιγαρχίας ἔχοντες, μάλιστα δύνανται τιμᾶν· πλούσιον γὰρ, ὃν ἂν βούλωνται, παραχρῆμα ἐποίησαν· τῇ δὲ τιμῇ καὶ τῇ βεβαιότητι τὰς παρὰ τῶν Δήμων δωρεὰς εὑρήσετε οὔσας βελτίους. Τό τε γὰρ μὴ μετ' αἰσχύνης, ὡς κολακεύοντα, λαμβάνειν, ἀλλ' ἐν ἰσηγορίᾳ, δοκοῦντα ἄξιόν τινος εἶναι, τιμᾶσθαι τῶν καλῶν ἐστί· τό τε ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἑκόντων θαυμάζεσθαι, τοῦ παρὰ τοῦ δεσπότου λαμβάνειν ὁτιοῦν, κρεῖττον εἶναι δοκεῖ. Παρὰ μὲν γὰρ ἐκείνοις μείζων ἐστὶν ὁ τοῦ μέλλοντος φόβος τῆς

dem eminentiore sensu usurpatur. Vide Harpocrat. h. v. Mox forsitan quis femininum διδομενῶν exarare malit, relatum ad δωρεῶν. Sed neutrum genus non abhorret ab usu, eandemque juncturam, quæ h. l. est, habemus plane de Cor. §. ις′. in fin. Ceterum nullam Oratores occasionem negligunt demonstrandi, quanto præstabilior democratia sua sit oligarchiis et monarchiis omnibus. Conf. v. c. de Rhod. libert. §. ή. sqq. In Androt. p. 608. In Timocrat. p. 751. Æschin. in Ctesiph. et in Timarch. princc. F. A. Wolf.

Τῇ μὲν γὰρ χρείᾳ τῇ τῶν εὑρισκομένων τὰς δωρεὰς] Εὑρισκομένους τὰς δωρεὰς vocat *eos qui promerentur, et qui adipiscuntur et obtinent.* Et paulo post, τὰς παρὰ τῶν δήμων δωρεὰς εὑρήσετε οὔσας βελτίους. εὑρήσετε *invenietis et reperietis* dixit. Etenim, inquit, si utilitatem eorum spectetis qui liberalitates impetrant, aut quoquo modo adipiscuntur, tyranni maximopere honestare munificentia possunt, ut qui confestim locupletare possint quem visum fuerit. Est autem εὑρέσθαι proprie λαβεῖν ἀνθ' ὧν τις ἔδωκεν ἢ εὐηργέτησε ἢ ἐπόνησε, i. *mereri.* semper autem hoc verbum passiva voce profertur, cum *impetrare et mereri* significat et *adipisci. Ex edit.* Hervag.

Τῇ χρείᾳ — δύνανται τιμᾶν] Τιμᾶν nihil est. Forte: τῇ μὲν γὰρ χρείᾳ, τῇ τῶν — δωρεὰς, οἱ τύραννοι — δύνανται νικᾶν· *utilitate — superiores esse possunt*: cujus rei sequitur Ratio; et respondet in sequenti commate βελτίους εἶναι. Νικᾶν, *superior esse, præstare*, ut pag. 500. 9. ed. R. Sensum vidit Wolfius: sed Linguæ Græcæ ratio habenda fuit, quam vir ille doctissimus in versione sua sæpissime neglexit: unde (quod necesse erat) a mente Demosthenis sæpissime quoque aberravit. Markland.

Τῇ μὲν γὰρ χρείᾳ — δύνανται τιμᾶν] Postremam vocem nihili putans Markl. emendat νικᾶν, cui opinioni dicit favere verba, quæ sequantur, τὰς παρὰ τῶν Δήμων δωρεὰς οὔσας βελτίους. Ibi οὔσας βελτίους nihil aliud sonare quam νικώσας. Attamen hæc non favent, quod et Reisk. vidit. Τιμᾶν τινὰ est *aliquem donare*, seu *præmiis afficere qualibuscunque*, unde pari vi τιμὴ et δωρεά. Conf. §. β′. γ′. ιθ′. κς′. Sic illa, οἱ τύραννοι μάλιστα δύνανται τιμᾶν τῇ χρείᾳ τῶν εὑρισκομένων τὰς δωρεὰς, accipe: *Tyranni suos afficere valent majoribus præmiis, quam liberi Populi; majoribus, si respexeris emolumentum eorum, qui donantur*: τῇ χρείᾳ h. e. ὠφελείᾳ, λυσιτελείᾳ, κέρδει. Alio modo eadem efferri potuerant: αἱ παρὰ τῶν τυράννων τιμαί εἰσι μέγισται τῇ χρείᾳ etc. Nempe quod abundant opibus, et nutu suo omnia regunt, sibi addictis principes munera dare possunt lucrosiora, quam libera Civitas, cujus dona ad speciem quidem honoris splendida sunt, sed fere sine veritate emolumentorum. In animo hunc locum habuit Julian. Or. I. p. 81., ut docte ibi Petavius monuit. F. A. Wolf.

Ἐν ἰσηγορίᾳ] Notum est, ἰσηγορίαν esse liberorum Populorum, in quibus παντὸς πολίτου ἐστὶ τὸ προσελθεῖν τῷ Δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν, ut scribit Demosth. de Cor. §. ς′. Ideo frequenter junguntur ἰσηγορία et ἐλευθερία. Idem.

Ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἑκόντων θαυμάζεσθαι] At θαυμάζεσθαι qui aliter fiat, quam ὑφ' ἑκόντων? Scilicet verbo nunc inest notio τοῦ τιμᾶσθαι, quod in proclivi est videre. Ita §. κγ′. μήτε τιμῶντες, μήτε θαυμάζοντες. Idem.

Παρὰ μὲν γὰρ ἐκείνοις] H. e. τοῖς τυράννοις καὶ τοῖς τὰς ὀλιγαρχίας ἔχουσι. Nempe donorum, uti collatio, sic ademtio facilior

παρούσης χάριτος· παρὰ δ' ὑμῖν ἀδεῶς, ἃ ἂν λάβῃ τὶς, ἔχειν ὑπῆρξε, τὸν γοῦν ἄλλον χρόνον. Ὁ τοίνυν τὴν πί- 462
στιν ἀφαιρῶν τῶν δωρεῶν, νόμος οὗτος, ᾧ μόνῳ κρείττους εἰσὶν αἱ παρ' ὑμῶν δωρεαὶ, τοῦτο ἀφαιρεῖται. Καίτοι τῶν ἁπασῶν ἡςτινοςοῦν πολιτείας τὸ κομίζεσθαι τοὺς εὔνους τοῖς καθεστῶσι χάριν ἂν ἀφέλῃς, οὐ μικρὰν φυλακὴν αὐτῶν ταύτην ἀφῃρηκὼς ἔσῃ.

ζ'. Τάχα τοίνυν ἴσως ἐκεῖνο λέγειν ἂν ἐπιχειρήσειε Λεπτίνης, ἀπάγων ὑμᾶς ἀπὸ τούτων, ὡς αἱ λειτουργίαι νῦν μὲν εἰς πένητας ἀνθρώπους ἔρχονται, ἐκ δὲ τοῦ νόμου τούτου λειτουργήσουσιν οἱ πλουσιώτατοι. Ἔστι δὲ τοῦτο, οὑτωσὶ

est, ubi unus imperat aut pauci; difficilior in Rebuspublicis, ubi res a multorum suffragiis pendent. Deinde τὸν γοῦν ἄλλον χρόνον h. e. τὸν παρελθόντα χρόνον, invidiose adjectum. Ita semper, ut puto, ὁ ἄλλος χρόνος de præterito, non de futuro tempore, ubi est ὁ λοιπός. Idem.

Καίτοι τῶν ἁπασῶν etc.] Cum in aliis Demosthenis orationibus multæ sunt verborum trajectiones a Latinitate nonnihil abhorrentes, tum vero in hac: quas omnes demonstrare si vellem, ne pueris solis hæc scribere potius, quam studiosos adolescentes admonere viderer, verendum esset. Sed quasdam tamen notare quid vetat? cum parum attentos, licet doctos, interdum l evicula quædam decipiant. Sic igitur hæc ordina: καίτοι ἂν ἀφέλῃς πολιτείας ἡστινοσοῦν τῶν ἁπασῶν, τὸ κομίζεσθαι χάριν etc. Wolf. Trajectio non ita magna est; certe verba, τῶν ἁπασῶν, quippe in quibus summa sententiæ sit ac vis oppositionis, vix longius ab initio removeri poterant. Τὰ καθεστῶτα *status* est et *constitutio Reipublicæ, quæ obtinet.* Et qui h. l. sunt εὖνοι τοῖς καθεστῶσι, hos Isocrat. Areop. p. 211. dicit τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν. Jam ad illud καθεστώτων refer αὐτῶν. Vis pronominis ταύτην circumscribendo intelligetur: αὕτη μεγίστη ἐστὶ τῶν καθεστώτων φυλακὴ, δηλονότι τὸ τοὺς εὔνους τοῖς καθεστῶσι κομίζεσθαι χάριν· ταύτην δὴ φυλακὴν ἀφῃρηκὼς ἔσῃ. *Quanquam e qualibet civitate,* ne de solo populari statu dicam, *si illud institutum sustuleris, ut præmiis ornentur, qui sint præsentis status rerum tuendi studiosiores, ipso facto illius firmissimum præsidium sustuleris.* F. A. Wolf.

ζ'. Τάχα τοίνυν ἴσως] Ultima vox videri posset esse ex margine. τάχα enim est ἴσως, *forte.* Nihil tamen mutandum. Alibi enim pariter scribitur, adv. Midiam, pag. 576. 15. ed. R. τάχα τοίνυν ἴσως καὶ τὰ τοιαῦτ' ἐρεῖ, ὡς etc. Markland.

Τάχα ἴσως] Harum particularum idem valentium junctura utique rarior est, at obvia tamen, quod propter Markl. moneo. Ut apud Nostrum de fals. leg. p. 382. ed. R. Aristoph. Thesm. 718. Vesp. 280. 284. Platon. Amator. p. 135. E. De Legg. IV. p. 704. A. Frequentior sane hic pleonsamus in similibus particulis, ut αὖθις αὖ, εὐθὺς παραχρῆμα, μετὰ ταῦτα ὕστερον, Lat. *deinde postea, olim quondam* etc. etc. Conf. infra §. ιγ'. post med. F. A. Wolf.

Ἀπάγων ὑμᾶς ἀπὸ τούτων] Vulgaris fallacia rhetorum, τὸ ἀπάγειν ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως, Demosth. de fals. leg. p. 416. ed. R. Paullo gravius pro consilio suo Æschin. in Ctesiph. §. λδ'. post med. ἀπαγαγὼν ὑμᾶς ἄπωθεν ἀπὸ τοῦ κλέμματος. Quæ verba, nondum exputo, cur sollicitarit vir summus, Valcken. ad Theocrit. Adon. p. 238. Posthac in verbis, ἐκ τοῦ νόμου τούτου, pronomen excidit apud Felic. et Man. Hinc forsan Wolf. maluit ἐκ δὲ τοῦ ἑαυτοῦ νόμου. Quam recte, docebit §. κέ. et κς'., ubi majori jure requiri poterat ἑαυτοῦ. Quin ipsum τούτου auctor negligere potuisset, qui utatur sæpissime simplici νόμος de lege Leptinis. Conf. ad §. ά. et alia loca. Idem.

Ἐκ δὲ τοῦ νόμου τούτου] Ex Editt. Felician. et Manutiana, aberat τούτου. Unde conjecit Wolfius ἐκ δὲ τοῦ ἑαυτοῦ νόμου. Est tamen τούτου etiam in Vindob. Tayl.

Ἔστι δὲ τοῦτο οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι λόγον τινὰ ἔχον] Ellipsis est in id genus locutione, hoc est, κατὰ τὸ ἀκοῦσαι, vel ἐν τῷ. cujusmodi multa collegit in Comment. Bud. *Ex edit.* Hervag.

Οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι] Nos vulgo: *wenn man es so hört, (when one so hears it, at first sight,)* ut οὕτως negligentius positum

μὲν ἀκοῦσαι, λόγον τινὰ ἔχον· εἰ δέ τις αὐτὸ ἀκριβῶς ἐξετάσειε, ψεῦδος ἂν ὂν φανείη. Εἰσὶ γὰρ δήπου παρ' [1] ἡμῖν αἵ τε τῶν μετοίκων λειτουργίαι, καὶ αἱ πολιτικαί· ὧν ἑκατέρων ἐστὶ τοῖς εὑρημένοις ἡ ἀτέλεια, ἣν οὗτος ἀφαιρεῖται. Τῶν γὰρ εἰς τὸν πόλεμον καὶ τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως [2] πασῶν εἰςφορῶν καὶ τριηραρχιῶν, ὀρθῶς καὶ δικαίως, οὐδεὶς ἔστ' ἀτελὴς ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων, οὐδὲ, οὓς οὗτος ἔγραψε, τοὺς ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος. Σκεψώμεθα δὴ, τίνας ἡμῖν εἰςποιεῖ χορηγοὺς εἰς ἐκείνας τὰς λειτουργίας, καὶ πόσους, ἐὰν μὴ τούτῳ προσέχωμεν, ἀφήσει. Οἱ μὲν τοίνυν πλουσιώτατοι τριηραρχοῦντες ἀεὶ τῶν χορηγιῶν ἀτελεῖς ὑπάρχουσιν· οἱ δ' ἐλάττω τῶν ἱκανῶν κεκτημένοι, τὴν ἀναγκαίαν ἀτέλειαν ἔχοντες, ἔξω τοῦ τέλους

[1] ὑμῖν T.

[2] Deest πασῶν. T.

sit, *re nondum accuratius cogitata.* Plene ὡς οὕτως ἀκοῦσαι ap. Platon. Euthyph. p. 3. B. alibique. F. A. Wolf. Vid. D'Orville ad Chariton. Aphrodis. Lib. IV. III. 69. 8. Lib. V. II. 82. 1. et Lib. VI. III. 102. 18.

Εἰσὶ γὰρ δήπου — ἀτέλεια] *Duæ apud nos sunt liturgiæ, quarum immunitatem nostris impertire solemus,* αἱ λειτουργίαι τῶν μετοίκων καὶ αἱ τῶν πολιτῶν. F. A. Wolf.

Πασῶν] Ante εἰςφορῶν abest ab Ald. Herv. Wolf. Tayl. Bav. cod., etsi in voce addenda omnes conspirant §. κζ'. Quæ hic occurrit syntaxis, οὐδὲ οὓς οὗτος ἔγραψε, τοὺς ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, familiaris est Græcis, neque eam Latini refugiunt. Sulpicius ad Cic. Epp. IV. 5. *Genus hoc consolationis miserum est, quia, per quos ea confieri debet, propinquos ac familiares, ipsi pari molestia afficiuntur.* Nec tantum ibi hæc structura Græcis in usu est, ubi substantivum, quod postponitur, pronominis relativi eodem genere positi casum imitatur, sed et tum, quum relativum neutri generis ad omissum aliquod nomen refertur. Ita Plat. Phædon. p. 66. E. Τότε ἡμῖν ἔσται (τοῦτο) οὗ ἐπιθυμοῦμέν τε καί φαμεν ἐρασταὶ εἶναι φρονήσεως. Ubi Fischero non debebat placere lectio φρόνησις. Idem.

Σκεψώμεθα δὴ, τίνας ἡμῖν εἰςποιεῖ χορηγοὺς εἰς ἐκείνας τὰς λειτουργίας] h. e. *Eas, quarum immunitas concedi solet.* De solis autem civibus nunc sermo est, et demum verbis ἀλλὰ νὴ Δία ad μετοίκους pergit. Porro in h. l. χορηγὸς cum derivatis verbis latiore sensu complectitur simul γυμνασιαρχίαν et ἑστίασιν; unde deinde commutantur inter se χορηγεῖν et λειτουργεῖν, uti χορηγία et λειτουργία. Cujus rei rationem cuivis puto in promtu esse. Mox ἀφήσει, sequens prius εἰςποιεῖ, redit ad Leptinem: *Quot sit dimissurus ut immunes,* h. e. quot ex iis, quos, antea immunes, nunc ad liturgias adigit, suaque lege quasi *devinctos tenet.* Sic quidem explicando minuatur durities, quam habet tertia persona ἀφήσει. In errorem ducit, quod Scholiastes habet, πόσους τῶν πενήτων ἀφίησιν. Idem.

Τριηραρχοῦντες ἀεὶ] Hæc jungas pronunciando. Ditissimi, *quod semper sunt trierarchi Reip.*, liberi sunt ab istis muneribus. Idem.

Τὴν ἀναγκαίαν ἀτέλειαν ἔχοντες] Convenientius forte ingenio Demosthenis τὴν ἀνάγκην ἀτέλειαν ἔχοντες, *quibus Necessitas est pro Immunitate.* Markland. Demiror, Marklandum auctoris ingenio judicare convenientius fore, si scripseris, τὴν ἀνάγκην ἀτέλειαν ἔχοντες. *Quibus Necessitas est pro immunitate.* Non fugit Demosthenes audacius dicta; verum illud, licet per se affectatum non putes, tamen *hujus* Orationis dictionem, summissam eam et nativi coloris, mire dedeceret. Ἀναγκαίᾳ ἀτελείᾳ frui dicuntur pauperes, qui, quod nihil habent, nihil possunt ad Remp. conferre, nec a quibus quidquam potest ne vi quidem redigi. Sic et Reisk. F. A. Wolf.

Ἔξω τοῦ τέλους εἰσὶ τούτου] *In hunc censum referri non possunt. Non pertinent ad eum hominum ordinem, qui munera publica obire potest.* Idem.

εἰσὶ τούτου. Οὐκοῦν τούτων μὲν οὐδετέρων οὐδεὶς διὰ τὸν
νόμον ἡμῖν προςέσται χορηγός. Ἀλλὰ, νὴ Δία, εἰς τὰς
τῶν μετοίκων λειτουργίας εἰςποιεῖ πολλούς. Ἀλλ' ἐὰν δείξῃ
[1] πέντε, ἐγὼ ληρεῖν ὁμολογῶ. Θήσω τοίνυν ἐγὼ μὴ τοιοῦ- 463
τον εἶναι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τῶν μετοίκων πλείονας [2] ἢ το-
σούτους, ἐὰν ὁ νόμος τεθῇ, τοὺς ἀεὶ λειτουργοῦντας ἔσεσθαι,
καὶ τῶν πολιτῶν μηδένα ἐκ τριηραρχίας ὑπάρξειν ἀτελῆ.
Σκεψώμεθα δὴ, τί τοῦτ' ἔσται τῇ πόλει, ἐὰν ἅπαντες οὗτοι
λειτουργῶσι. Φανήσεται γὰρ οὐδὲ, πολλοῦ δεῖ, τῆς γενη-
σομένης ἄξιον αἰσχύνης. Ὁρᾶτε δὲ οὑτωσί. Εἰσὶ τῶν ξέ-
νων ἀτελεῖς, δέκα θήσω· — καὶ, μὰ τοὺς θεοὺς, ὅπερ
εἶπον ἀρτίως, οὐκ [3] οἶμαι πέντε εἶναι —· καὶ μὴν τῶν γε

[1] πέντε μόνους, ἐγὼ R. [2] ἢ *δὶς τοσούτους R. [3] οἴομαι R.

Οὐδεὶς — προσέσται χορηγὸς] *Ex neutro ordine ullus choragus proveniet.* Nannius. Male hic Wolfius: *neutri — vestras opes augebunt.* Nam, ut Demosthenes mox ostensurus est, sc. §. ή. οὐ κοινωνεῖ ταῖς δημοσίαις προσόδοις καὶ περιουσίαις ταῦτα τἀναλώματα οὐδέν. Taylor.

Ἐὰν δείξῃ πέντε] Μόνους addit præter alios Ben., unde est in Lipsiensi, quæ editio non raro illius vitia repetit. A pluribus, scriptis et editis, melius abest id scholion, quod alibi quoque in scriptoribus vim sermonis fregit. Conf. ad §. ιζ'. F. A. Wolf.

Θήσω τοίνυν —] *Sit sane ita, ut Leptines vult: sit, ut aliter res habeat ac modo dixi,* (τοῦτο μὴ τοιοῦτον εἶναι,) *et lege perlata adsint plures quam quinque.* Hoc est πλείονας ἢ τοσούτους. Ad arbitrium suum, ut solet, Reisk. recepit ἢ δὶς τοσούτους, h. *decem,* plaudente Augerio, sed ne uno quidem codice addicente, nec sensu jubente, potius, si quid judico, adversante *progressione sententiarum,* quæ solennis figura est Oratorum. Idem.

Τῶν μετοίκων] In plerisque Codd. [et in Editt. Ald. Herv. Ben. Wolf.] (deest autem in Felic. Manut. Lindenbr. Ital. et Reg. α.) τῶν μετοίκων εἶναι πλείονας ἢ τοσούτους — τοὺς ἀεὶ λειτουργοῦντας ἔσεσθαι. τῶν μετοίκων αὐτὸν εἶναι πλείονας, Ven. Ego profecto εἶναι veram lectionem esse arbitror, et retinendam loco τοῦ ἔσεσθαι, quod nonnulli allevere suis exemplaribus, propter ὑπάρξειν, quod sequitur. Vindob. deest εἶναι. Taylor. *Falsam* [lectionem] esse equidem contra jurarem, si juratis crederetur in re critica. F. A. Wolf.

Οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] Has voces inclnde parenthesi, *non sane, multum abest.* Auger.

Οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] Vulgo editores connectunt, ut aliis in locis multis, v. c. de Cherson. §. ί. Philipp. III. §. έ. IV. §. ή. De fals. leg. §. ιά. In Aristog. p. 795. ed. R., ubi semper vertendo peccat Wolf. Nec melius Reisk. explicat ellipsi verborum ἀλλὰ τοῦ παντὸς, *non deest multum, sed totum.* Falso. Intervallum pronunciandi post οὐδὲ fieri oportere, docet alia formula negandi ubique obvia, οὐδὲ ὀλίγου δεῖ, nec minus dictio gravior, οὐκ ἔστι ταῦτα, πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. In quibus πόθεν est, quod dicimus, *nihil minus.* Vid. Demosth. de Cor. §. ιέ. ιϛ'. μϛ'. et conf. Hemsterh. ad Lucian. Timon. p. 115. Neque abludit locutio οὐδ' ἐγγὺς, de qua vid. in Plat. Sympos. XX. 4. Totam sententiam nostram vertes: *Patebit, id emolumentum* (nam τί τοῦτ' ἔσται est pro τί τοῦτο πλέον ἔσται;) *neutiquam tale tantumque esse, ut dedecus inde ad nos redundaturum æquo animo perferre possimus.* F. A. Wolf.

Εἰσὶ τῶν ξένων] H. e. Τῶν μετοίκων. Docent hoc verba ὅπερ εἶπον ἀρτίως. Conf. Prolegom. Καὶ — εἶναι interjectam enunciationem esse, voce signandum, uti fecimus scriptura. Et sic alibi quoque καὶ legitur ἐν παρενθέσει, pro καίτοι, *at, quanquam.* Qui καίτοι reposuit, Marklandus, debuit idem facere infra §. κβ'. et de Cherson. §. ή. et in Aristocrat. p. 635. ed. R. et multo sæpius. Idem.

Καὶ, μὰ τοὺς θεοὺς] Legendum (καίτοι, μὰ τοὺς — πέντε εἶναι·) per parenthesin. Markland.

Τῶν γε πολιτῶν] Vocabulo civium

πολιτῶν οὐκ εἰσὶ πέντε ἢ ἕξ· οὐκοῦν ἀμφοτέρων ἑκκαίδεκα.
[1] Ποιήσωμεν αὐτοὺς εἴκοσιν· εἰ δὲ βούλεσθε, τριάκοντα.
Πόσοι δήποτ' εἰσὶν οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λει-
τουργίας λειτουργοῦντες [2] ἡμῖν, χορηγοὶ καὶ γυμνασίαρχοι
καὶ ἑστιάτορες; Ἑξήκοντα ἴσως, ἢ μικρῷ πλείους σύμπαν-
τες οὗτοι. Ἵνα οὖν τριάκοντα ἄνθρωποι [3] ἢ πλείους παρὰ
πάντα τὸν χρόνον λειτουργήσωσιν ἡμῖν, τοὺς ἅπαντας
[4] ἀπίστως πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαθῶμεν; Ἀλλ' ἴσμεν ἐκεῖνο

[1] ποιήσομεν T. [2] ὑμῖν R. [3] Deest ἢ. R. [4] ἀπίστους πρὸς ὑμᾶς T.

nunc non continentur ii, quos trierarchiæ functio solvebat ordinariis muneribus. Mihi certe id prope exploratum est, et Augerium, alia nos docentem, a vero aberrare puto. Quod deinde Marklando in suspicionem venerunt proxima, οὐκ εἰσὶ πέντε ἢ ἕξ, quum dubitaret, an Græce ita loqui liceret, forsan ego non assequor Critici acumen; at illud vix dubitem, vel sine exemplis. Ergo opus non arbitror correctione τάχ' εἰσὶ, *fortasse sunt quinque vel sex.* Tum huic conjecturæ, et alteri ejusdem, quam proxime laudavi, repugnat Aristides, vulgata citans in Arte p. 465. F. A. Wolf.

Οὐκ εἰσὶ πέντε, ἢ ἕξ] Opinor, τάχ' εἰσὶ, *forte sunt quinque, vel sex.* quod aliter efferri potuit: *non sunt plures, quam* (vel, *non sunt nisi*) *quinque, vel sex.* Num vero aliquis ita loquitur: *non sunt quinque, vel sex?* Non credam, sine exemplis. Markland.

Τὰς ἐγκυκλίους] Ἐγκύκλιοι λειτουργίαι sunt statæ et certæ: εἰσφοραὶ καὶ τριηραρχίαι non item. χορηγοὶ sunt Ædiles, qui saltatoribus et cantoribus sumtum: γυμνασίαρχοι, qui oleum palæstræ: ἑστιάτορες, qui epulum tribui præbent. Aphthonii Enarrator ait: Χορηγία, ἡ ἐκ προαιρέσεως, καὶ ἐν ἑορταῖς. Εἰσφορὰ, ἡ ἐξ ἐπιταγῆς ἑτέρου, καὶ ἐν πολέμοις. Wolf. Male Enarrator iste, χορηγία ἐκ προαιρέσεως, uti confestim deprehendebat Wolfius. Nam, ut ait, ni esset ἐξ ἐπιταγῆς, cur ejus data fuisset Immunitas? Taylor.

Λειτουργοῦντες ἡμῖν] Plerique omnes ὑμῖν, etiam editor novissimus. Sequentibus λειτουργήσωσιν ἡμῖν aptius est, quod dedi cum Wolf. et Tayl., etsi hi cum reliquis paullo post quoque πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς inculcant. Conf. ad §. ϛ'. F. A. Wolf.

Ἵνα οὖν τριάκοντα ἄνθρωποι ἢ πλείους] Dicit ἢ πλείους, ut modo dixit ἢ μικρῷ πλείους. Id vero apertum est, nunc subaudiri, *præter eos, qui adhuc liturgias curaverunt;* quibus tamen verbis expressis in hac quidem sententia opus non erat. Pari modo §. ή. ad fin. est ἕνα χορηγὸν, ut interpreteris *unum choragum novum.* Ratio fefellit Reiskium, quum ex Aug. 1. suo arriperet ἄνθρωποι πλείους, ejecto ἤ. Nec verior ejusdem conjectura, λειτουργήσωσιν ἢ νῦν, pro λειτουργήσωσιν ἡμῖν. Idem.

Παρὰ πάντα τὸν χρόνον] Hæc, fuit, quum de luxatura viderentur mihi suspecta et ordinanda tali modo: Ἵνα οὖν τριάκοντα ἄνθρωποι ἢ πλείους λειτουργήσωσιν ἡμῖν, (n. in singulos annos,) τοὺς ἅπαντας παρὰ πάντα τὸν χρόνον (*in omne tempus*) ἀπίστως πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαθῶμεν; Quod erat sententiam pervertere. Auctor hoc dicit: *Qui nobis catalogo* τῶν λειτουργούντων *novi addi possunt lege Leptinis, ii primum tantum triginta admodum sunt; tum ne hos quidem triginta in singulos lucramur annos, sed universe in omne tempus. Tantulum est lucrum! Atque id ut faciamus, fidem nostrum apud omnes gentes periclitabimur?* Igitur voce sunt acuenda παρὰ πάντα τὸν χρόνον, et oppositio quærenda in τριάκοντα ἄνθρωποι et in τοὺς ἅπαντας. Sic lector sibi facile cavebit ab errore meo. Idem.

Ἀπίστους] F. ἀπίστως, sicut ὑπόπτως ἔχει πρός τινα. et sic Obsop. Wolf. Ita etiam Ven. Ital. et Reg. ζ. item Vindob. Rectius quoque ἡμᾶς αὐτοὺς, ut Manut. Bodl. Reg. α. Vind. Cant. et versio Italica. Taylor.

Ἀπίστως πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαθῶμεν] Vulgo ἀπίστους πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς male propagarunt usque ad Reisk., et ἀπίστους in Apsine quoque est p. 698. Verissimam mutationem præstant plures MSS. Nec isto sensu aliter ponitur διατιθέναι, quam adverbio junctum, ut construi etiam solent διατίθεσθαι, διακεῖσθαι, et ἔχειν. Adjectivo si uti voluisset Demosthenes, scripsisse debuit ἀπίστους καταστῶμεν. Non adversantur his ea, quæ docet Hemsterh. ad Lucian. Nigrin. p. 80. F. A. Wolf.

δήπου, ὅτι λειτουργήσουσι μὲν, ἄνπερ ἡ πόλις ᾖ, πολλοὶ, καὶ οὐκ ἐπιλείψουσιν· εὖ δὲ ποιεῖν ἡμᾶς οὐδεὶς ἐθελήσει, τοὺς πρότερον ποιήσαντας ἐὰν ἠδικημένους ἴδῃ. Εἶεν! Εἰ δὲ δὴ τὰ μάλιστα ἐπέλιπον οἱ χορηγεῖν οἷοί τε, πρὸς Διὸς, πότερον κρεῖττον ἦν εἰς συντέλειαν ἀγαγεῖν τὰς χορηγίας, ὥσπερ τὰς τριηραρχίας, ἢ τοὺς εὐεργέτας ἀφελέσθαι τὰ δοθέντα; ἐγὼ μὲν ἐκεῖνο [1] οἶμαι. Νῦν μέν γε, τὸν χρόνον ὃν ἂν τούτων ἕκαστος λειτουργῇ, δίδωσι τὴν ἀνάπαυσιν αὐτοῖς μόνον, μετὰ ταῦτα δὲ οὐδὲν ἔλαττον ἕκαστος αὐτῶν ἀναλώσει· τότε δ᾽ ἂν, μικρᾶς συντελείας ἀπὸ τῶν ὑπαρχόν- 464

[1] οἴομαι R.

Οἷοί τε] F. A. ὄντες. WOLF.

Εἰς συντέλειαν] Nannius: *ad contributionem scenicæ impensæ consociari multos.* Ergo etiam χορηγία fuit ἐξ ἐπιταγῆς. Quid ni esset, cur ejus data fuisset immunitas? IDEM.

Εἰς συντέλειαν ἀγαγεῖν τὰς χορηγίας] Quid hoc rei sit, intelligetur ex iis, quæ de trierarchia prædiximus in Prolegomenis. F. A. WOLF.

Αὐτοῖς μόνον] Sine sensu αὐτοῖς. Lego: τὴν ἀνάπαυσιν ἔτους μόνον, *vacationem solummodo annuam*: nam supra dixerat §. δ'. ἐνιαυτὸν διαλιπὼν ἕκαστος λειτουργεῖ, *singuli altero quoque anno hæc munera obeunt.* Est vero Antiptosis, τὸν χρόνον ὄν, pro ὁ χρόνος ὅν, et Constructio est: ὁ χρόνος, ὃν τὸν χρόνον ἕκαστος τούτων λειτουργῇ ἂν, δίδωσι τὴν ἀνάπαυσιν ἔτους μόνον. Exemplum par habes 1 Cor. x. 16. τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν· et plura vide apud Cl. Taylorum in Indic. Attic. ad Lysiam, v. Antiptosis. Nannius videtur legisse ἄλλοις pro αὐτοῖς. sed et sic vox ἔτους vel ἐνιαυτοῦ adhuc deerit: τούτων ἕκαστος δίδωσι τὴν ἀνάπαυσιν ἄλλοις ἔτους μόνον. Cæterum τούτων est τῶν λειτουργούντων, idem quod τῶν χορηγῶν. Intellige νῦν μέν γε, *ut nunc se res habet*: et τότε δὲ, *in altero vero casu*, id est, si per Collationem res gereretur. MARKLAND. *Aliis vacationem præbet.* NANNIUS. Τούτων refertur ad eos qui nunc immunitate gaudent, et tunc non gauderent per legem Leptinis. — αὐτοῖς et αὐτῶν refertur ad eos qui immunitatibus non donati sunt. — δίδωσι, nempe, Leptinea lex. AUGER.

Νῦν μέν γε — κεκτημένος ἦν] Impeditior periodus culpa auctoris ipsius, ni fallor. Respondent sibi primum νῦν μὲν, h. *ex mente Leptinis*, et τότε δὲ, *si mea ratio placuerit, ut choragiæ fiant per collationem* seu *contributionem*: tum rursus τὸν χρόνον ὃν ἂν, h. τέως ἕως ἂν, *quamdiu*, et μετὰ ταῦτα, h. *peracta functione.* Sic non cogimur cum Markl. accipere τὸν χρόνον ὃν ἂν — δίδωσι, quasi dictum ὁ χρόνος, ὃν ἂν —, δίδωσι, ac verbo δίδωσι multo aptius subjectum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ quærendum est, *lex Leptinis.* Neque temere omnino ad istam figuram antiptoseos confugiendum est, licet non infrequentem in optimis auctoribus. Vide VV. DD. laudatos a Dorvill. ad Charit. p. 593. Porro τούτων ἕκαστος, *quisque eorum, quos, antea immunes, nunc lex ista cogit, ut muneribus fungantur, in posterum.* Hactenus satis clarum est τούτων, quippe quod redeat ad proximum εὐεργέτας. At αὐτοῖς et αὐτῶν sane obscurius posita sunt *de his, quos quum semper adhuc functio munerum onerasset, eo onere nunc levatos vult Leptines.* Conf. §. ζ'. et ή. Itaque loci sententia hæc exsistit: *Si vere deficiant cives obeundis muneribus publicis pares, præstare equidem crediderim, rem per contributionem fieri. Hoc modo parva impensa ad unumquemque perveniet, nec se quisquam nimis oneratum queri poterit; contra e Leptinis lege et ratione, quamtumvis ea omnibus oneris levamentum promittat, ii tamen, quos vult levatos, nonnisi tamdiu vacatione fruentur, quamdiu hi, quos novos nunc addemus, in functione erunt, post id tempus ipsi sumtum facturi nihilo minorem quam antea* Sic videor verum sensum loci constituisse, ex parte adjutus a Reiskio. Oratorem autem veritate hic niti, nonnihil dubitem. Multum interest, in annos singulos, an tertio quintove quoque anno sumtus erogare cogamur. Verum id video, sententiam prorsus perimi et a Marklando, qui αὐτοῖς mutabat in ἔτους, ad hoc confirmandum abusus §. γ'., et multo magis lectione seu conjectura Marg. Ben. ἕκαστος οὐ λειτουργῇ. IDEM.

των ἑκάστῳ γιγνομένης, οὐδὲν ἔπασχε δεινὸν οὐδεὶς, οὐδ᾽ εἰ πάνυ μικρὰ κεκτημένος ἦν.

ή. Οὕτω τοίνυν τινὲς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! σφόδρα ἔχουσιν ἀλογίστως, ὥστε ἐπιχειροῦσι λέγειν, πρὸς μὲν ταῦτα οὐδὲν, ἄλλα δὲ τοιαδί· ὡς ἄρα δεινὸν, εἰ ἐν κοινῷ μὲν μηδοτιοῦν ὑπάρξει τῇ πόλει, ἰδίᾳ δέ τινες πλουτήσουσιν, ἀτελείας ἐπειλημμένοι. Ἔστι δὲ ταῦτα ἅμα ἀμφότερα οὐχὶ δίκαιον λέγειν. Εἰ μὲν γάρ τις ἔχει πολλὰ, μηδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν, οὐχὶ δεῖ δήπου τούτῳ βασκαίνειν· εἰ δ᾽ ὑφῃρημένον φήσουσιν, ἢ τινὰ ἄλλον, οὐχ ὃν προσήκει, τρόπον κεκτῆσθαι, εἰσὶ νόμοι, καθ᾽ οὓς προσήκει κολάζειν. Ὅτε δὲ τοῦτο μὴ ποιοῦσιν, οὐδὲ τὸν λόγον αὐτοῖς τοῦτον λεκτέον. Καὶ μὴν περὶ τοῦ γε μὴ εἶναι χρήματα κοινὰ τῇ πόλει, ἐκεῖνο ὑμᾶς δεῖ σκοπεῖν, ὅτι οὐδὲν ἔσεσθε εὐπορώτεροι, τὰς ἀτελείας ἐὰν ἀφέλησθε. Οὐ γὰρ κοινωνεῖ ταῖς δημοσίαις προσόδοις καὶ περιουσίαις ταῦτα τἀναλώματα οὐδέν. Χωρὶς δὲ τούτων, νυνὶ τῇ πόλει δυοῖν ἀγαθοῖν ὄντοιν, πλούτου τε καὶ τοῦ πρὸς ἅπαν-

ή. Κεκτῆσθαι] In nonnullis MSS. deest κεκτῆσθαι, atque inter eos in Obsop. qui recte abesse posse existimat. Cujus sententiam minime laudo. εἰ δὲ φήσουσι κεκτῆσθαι, vel ὑφῃρημένον, vel τινὰ ἄλλον τρόπον, ὃν οὐ προσήκει. Sensus est liquidissimus. Simile occurrit §. κθ'. εἴ τινα τῶν εὑρημένων — ἀνάξιον εἶναί φασιν, ἢ μὴ πεποιηκότα, ἐφ᾽ οἷς εὕρετο, ἔχειν. TAYLOR.

Κολάζειν] *Pœnas repetere ab aliquo*, de accusatore, sicut Latine adhibetur *condemnare*, de quo vide Ernest. Clav. Cic. h. v. et conf. infra §. κ'. ad v. κρίνειν. F. A. WOLF.

Λεκτέον] In neutro nominativo, et regit accusativos τὸν λόγον τοῦτον. AUGER.

Οὐ γὰρ κοινωνεῖ] *Nam hæ impensæ, quæ scenicis rebus deputantur, ad publica vectigalia et opes non accedunt.* Nannius ita vertit, et recte. TAYLOR.

Δυοῖν ἀγαθοῖν ὄντοιν] Verba sic collocata sunt, ut et divitias et gloriam Reip. tribuere videantur, etsi pecunia ei desit. Quod si Ulpiani sequare sententiam, verba νυνὶ τῇ πόλει omittenda erunt. WOLF. Miror, vel Wolfium hic hæsisse, vel Scholiasten conqueri de obscuritate. Vertes: *cum duo Reip.* proponantur *bona*: Scilicet, utrum retineamus fidem, cujus opinione efflorescimus; an ea valere jussa, opes publicas coacervemus, quibus indigemus magis. TAYLOR.

Νυνὶ τῇ πόλει δυοῖν ἀγαθοῖν ὄντοιν] Invideo ceteris editoribus, quibus facilis hic locus visus est: me enim nullus in tota Oratione pejus vexavit, ut, si forte ipse eum vicissim vexem, nihil mirum sit. Illud evidentissimum est, Græca a me apposita non hoc sibi velle, *Reipublicæ nunc duo bona adesse, opes et fidem.* Nam tali sensui, quem tamen Wolfius exprimit, adversatur totus loci contextus et §. κγ'. ad med. Potius ita universe capere licuerit verba, δυοῖν ὄντοιν τῇ πόλει ἀγαθοῖν: *quum duæ res sint et habeantur bona Reip. nostræ.* Ut sit: *Præterea quum omnino duo cadant in hanc Remp. bona, opes et fides; posterius hoc, quod nunc habemus, præstabilius est.* Locum simillimæ formæ opportune memini ex Or. in Aristocr. p. 648. ed. R. Δυοῖν ἀγαθοῖν ὄντοιν πᾶσιν ἀνθρώποις, τοῦ μὲν ἡγουμένου καὶ μεγίστου πάντων, τοῦ εὐτυχεῖν, τοῦ δ᾽ ἐλάττονος μὲν τούτου, τῶν δ᾽ ἄλλων μεγίστου, τοῦ καλῶς βουλεύεσθαι, οὐχ ἅμα ἡ κτῆσις ἀμφοῖν παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις. Sed sic quoque offendit nos νυνί. Quod quo jure, quave gratia trahemus ad μεῖζόν ἐστιν in ultimo membro? Quanquam hoc modo junxisse videtur Scholiastes, questus et ipse ἀσάφειαν τῆς λέξεως. Contra suo loco relictum νυνὶ intelligi *adhuc*, usus ve-

τας πιστεύεσθαι, μεῖζόν ἐστι τὸ τῆς πίστεως ὑπάρχον ἡμῖν. Εἰ δέ τις οἴεται δεῖν, ὅτι χρήματα οὐκ ἔχομεν, μηδὲ δόξαν ἔχειν ἡμᾶς χρηστὴν, οὐ καλῶς φρονεῖ. Ἐγὼ μὲν γὰρ εὔχομαι τοῖς θεοῖς, μάλιστα μὲν ἡμῖν καὶ χρήματα πολλὰ γενέσθαι· εἰ δὲ μὴ, τό γε πιστοῖς εἶναι καὶ βεβαίοις δοκεῖν διαμένειν. Φέρε δὴ, καὶ τὰς εὐπορίας, ἃς ἀναπαυομένους τινὰς εὐπορήσειν οὗτοι φήσουσιν, εἰς μέσον ὑμῖν [1] γιγνομένας δείξω. Ἴστε γὰρ δήπου [2] τοῦθ', ὅτι τῶν τριηραρχιῶν οὐδεὶς ἔστ' ἀτελὴς, οὐδὲ τῶν εἰσφορῶν τῶν εἰς τὸν 465
πόλεμον. Οὐκοῦν ὁ πολλὰ κεκτημένος οὗτος, ὅστις ἂν ᾖ,

[1] γινομένας T. R.

[2] Deest τοῦθ'. T.

tat Atticus, qui νυνὶ in uno *præsente tempore* ponit, quum νῦν trium sit temporum. Vere hoc ex Heraclide docuerunt Etymol. M. p. 608. et Eustath. ad Odyss. Σ. p. 1840. Scribemusne igitur, particula expuncta, τουτωνὶ τῇ πόλει? an in ea latet ἡμῖν, ut sæpe conjungitur ἡ πόλις ἡμῖν pro ἡ πόλις ἡμῶν, dativo genitivi locum tenente? Quidquid erit, videtur textus vitium traxisse, et id quidem antiquum. Ceterum ad rem addi hic poterat: Χρήματα μὲν γάρ ἐστι κτήσασθαι· δόξαν δὲ χρημάτων οὐ ῥᾴδιον πρίασθαι. Assignatur hæc sententia Demostheni in Stobæi Serm. IX. p. 104., sed nusquam ita in nostris Orationibus lecta. F. A. Wolf.

Τό γε πιστοῖς εἶναι καὶ βεβαίοις δοκεῖν διαμένειν] Ut dativorum causa appareat, jungenda hæc sunt cum verbis γενέσθαι ἡμῖν, tacite repetitis, non cum εὔχομαι τοῖς θεοῖς. Numeri causa εἶναι superadditum videtur. Quod in Pan. pro δοκεῖν διαμένειν Obsop. notat legi διαμεῖναι, posterius hoc habent etiam Par. 1. Aug. 1. Verum male omitteretur δοκεῖν, quod primarium est ad sententiam. Idem.

Τὰς εὐπορίας κ. τ. λ.] Nannius vertit: *opulentias, quas exonerati aliorum successione paraturi sunt.* Male, ut videtur. Taylor.

Εἰς μέσον ὑμῖν γινομένας] Ὑμᾶς ὠφελεῖν κοινῇ. Obsopœus εἰς δέον ὑμῖν, *nobis opportunum et commodum id esse.* Wolf. *Has ipsas demonstremus in commodum cedere reip.* Wolfius MSS. lectionem sequitur, εἰς δέον ὑμῖν γινομένας δείξω. Nam ita scribitur in Lindenbr. Obsop. Ven. Bodl. Vindob. Paris. α. ν. Ital. et MSS. Felician. Et recte. Ita Versio Italica: *Ma io intendo oltre a cio di volervi mostrare, che ancor le richezze, le quali costor dicono che havranno alcuni che saranno esenti,* sono in vostro servigio. Nam statim sequitur, *salutem Reip. poni maximam in Triremibus et apparatu bellico, non in spectaculis, oculorumque delectamentis. Qui autem plura in istum usum conferat, necesse est, eum Reip. plurimum prodesse.* Res ipsa loquitur. *In medium prolatas:* Nannius. Taylor.

Φέρε δὴ, καὶ τὰς εὐπορίας —] *Age vero, quæ privatæ opes illorum, immunitate partæ, adversariis nostris tam molestæ sunt, eas in commodum Reipublicæ cedere demonstrabo. Oritur inde,* inquit, *utilitas, collata in medium,* (εἰς μέσον,) ut et Latinus sermo imitatur. MSS. magno numero εἰς δέον, quod affinis est potestatis, at minime ejus, quæ h. l. postulatur. Discas id ex §. ιά. Igitur ut ferri fortasse ea lectio possit, non ita rem ipsam audio pro ea loquentem, ut Taylorus; maluique surdaster videri, quam bonam omnium editorum lectionem deserere. At εὐπορήσειν, mirabar interdum, a nemine adhuc mutatum esse in εὐπορῆσαι. Nunc et hoc video bene habere, et futuro Oratorem callide usum, quasi metus ille adversariorum *in præsens quidem* vanus esset. Similiter leni verbo, ἀναπαυομένους, reddit id, quod prius ex aliena persona gravius dixerat, ἀτελείας ἐπειλημμένοι. F. A. Wolf.

Ἴστε γὰρ δήπου] Sine τοῦτο, dant plerique omnes. Ex Par. 1. 5. 7. Aug. 1. et Bav. illud Reiskius injecit. Non male; quod facile absorberi potuit a voce præcedente, et abunde adest exemplorum pronominis hujus sic adjecti. Idem.

Ὅτι τῶν τριηραρχιῶν οὐδείς ἐστ' ἀτελὴς] Intellige οὐδεὶς τῶν τοῦ τριηραρχεῖν ἄξια κεκτημένων, *nemo ex ditioribus.* Hoc vero, nemini immunitatem a trierarchia concedi, tam sæpe videtur inculcatum, ut pateret, quamvis multi divites liberati a reliquis oneribus essent Populi beneficio, eos satis superque premi sumtibus in bellum faciendis. Idem.

πολλὰ εἰς ταῦτα συντελεῖ, πᾶσα ἀνάγκη. Καὶ μὴν ὅτι δεῖ τὴν εὐπορίαν εἰς ταῦτα ὑπάρχειν πλείστην τῇ πόλει, πάντες ἂν ὁμολογήσειαν. Παρὰ μὲν γὰρ τὰς ἐπὶ τῶν χορηγιῶν δαπάνας μικρὸν ἡμέρας μέρος ἡ χάρις τοῖς θεωμένοις ἡμῶν ἐστί· παρὰ δὲ τὰς τῶν εἰς τὸν πόλεμον παρασκευῶν ἀφθονίας πάντα τὸν χρόνον ἡ σωτηρία πάσῃ τῇ πόλει. Ὥσθ', ὅσον ἐνθάδε ἀφίετε, ἐκεῖ κομίζεσθε· καὶ δίδοτε ἐν τιμῆς μέρει ταῦτα, ἃ καὶ μὴ λαβοῦσίν ἐστιν ἔχειν τοῖς τοῦ τριηραρχεῖν ἄξια κεκτημένοις. Ἀλλὰ μὴν, ὅτι τῶν τριηραρχιῶν οὐδεὶς ἔστ' ἀτελὴς, [1] οἶμαι μὲν ὑμᾶς εἰδέναι πάντας· ὅμως δὲ καὶ τὸν νόμον ὑμῖν αὐτὸν ἀναγνώσεται. Λάβε τὸν περὶ τῶν τριηραρχιῶν νόμον, καὶ λέγε [2] τοῦτο αὐτοῖς. Λέγε!

ΝΟΜΟΣ.

Ἀτελῆ δὲ μηδένα εἶναι τριηραρχίας, πλὴν τῶν ἐννέα ἀρχόντων.

Ὁρᾶτε, ὡς σαφῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! μηδένα εἶναι

[1] οἴομαι R.

[2] τοῦτον T.

Πολλὰ εἰς ταῦτα] H. e. *in ea omnia, quorum usus et necessitas est in bello.* Πᾶσα ἀνάγκη hic adverbialiter positum est, διαβεβαιωτικῶς. Idem.

Πᾶσα ἀνάγκη] Οὐχ οἷόν τ' ἄλλως γενέσθαι. τὸ πᾶσα ἀνάγκη absolute καὶ διαβεβαιωτικῶς subjicitur. Alias dicendum fuisset: τὸν πολλὰ κεκτημένον πολλὰ συντελεῖν πᾶσα ἀνάγκη. Wolf.

Παρὰ μὲν γὰρ τὰς ἐπὶ τῶν —] En iterum exemplum antitheti seu contrapositi, qua figura Noster uti scit tam efficaciter. In τοῖς θεωμένοις ἡμῶν cogitabis, non omnes Athenis ivisse spectatum ludos scenicos et gymnicos. Ad sententiam autem compares Lycurg. in Leocrat. p. 233. F. A. Wolf.

Ὅσον ἐνθάδε ἀφίετε, ἐκεῖ κομίζεσθε] Nimirum ἐνθάδε, ἐν ταῖς χορηγίαις. Ἐκεῖ, ἐν ταῖς τριηραρχίαις καὶ ταῖς εἰσφοραῖς. Quidquid pecuniæ divites necesse non habent choris impendere, id ad Remp. conferre poterunt in obeundis muneribus bellicis. Idem.

Ἀναγνώσεται —] Int. ὁ γραμματεὺς, qui Oratoribus semper præsto erat in foro judiciisque, ut illorum jussu publicas tabulas et instrumenta causarum quævis recitaret. Inde perpetua hæc ellipsis. Idem.

Λέγε τοῦτο αὐτοῖς] Vulgant ubique τοῦτον αὐτοῖς, quod meritissimo Reiskium offendit, quem in refingendo hic secutus sum. Jam τοῦτο est *pars legis ea, cujus usus nunc quam maxime esse debuit,* quam partem cogitari licet scribæ ab Oratore digito indicatam. Certe nihil necesse erat recitari totam legem de trierarchiis, præsertim si longior esset et multorum capitum, ut pæne suspicor. Correctionem firmat Aug. 1., cujus lectio nescio an tota præferri debuerit: Λέγε τοῦτο αὐτό. Νόμος. Ἀτελῆ μηδένα εἶναι κ. τ. λ. Omnino conf. Or. Nostri de fals. leg. §. ιγ'. ibique Tayl. et in Aristocr. p. 650. ed. R. Id tamen dubitari potest, an legis verba ita sint ab ipso auctore adscripta. Abruptiora ea sunt, et plane tali specie, quam annotata lectorum habere solent; et quod δὲ omittitur in Aug. 1., id a correctore esse dixeris, sicut alia sunt ejusdem codicis. Omnino factum videtur mihi sæpius, ut in locis, ubi deessent scita, leges, aliæve literæ publicæ, sicunde nota essent, aut ex ipsa Oratione suppleri possent, a doctis lectoribus insererentur. Pro tali habuerim etiam fragmentum oraculi ap. Æschinem in Ctesiph. §. λς'. fin. Quo in loco, [§. λή.] ut hoc addam, gravius adhuc mendum hæret in verbis: ἐπὶ Θεοφράστου

τριηραρχίας ἀτελῆ, διείρηκεν ὁ νόμος, πλὴν τῶν ἐννέα [1]ἀρχόντων. Οὐκοῦν οἱ μὲν ἐλάττω κεκτημένοι τοῦ τριηραρχίας ἄξια ἔχειν, ἐν ταῖς εἰςφοραῖς συντελοῦσιν εἰς τὸν πόλεμον· οἱ δ' ἐφικνούμενοι τοῦ τριηραρχεῖν, εἰς ἀμφότερα ὑμῖν ὑπάρξουσι χρήσιμοι, καὶ τριηραρχεῖν καὶ εἰςφέρειν. Τίνα οὖν ῥᾳστώνην τοῖς πολλοῖς ὁ σὸς, ὦ Λεπτίνη, ποιήσει

[1] ἀρχόντων; T.

ἄρχοντος, Πυλαγόρας ὑμεῖς εἵλεσθε Μειδίαν τε ἐκεῖνον, τὸν Ἀναγυῤῥάσιον — καὶ Θρασυκλέα, τὸν Λέσβιον. Postremum nomen pro gentili esse, vix bene probetur ne ex iis quidem, quæ a Platone Ion. extr., Demosthene Philipp. I. §. ί. seq. et aliis narrantur. Nec magis placet emendatio Reiskii, τὸν Λεσβίου. Exspectatur non patris nomen, sed demi, judice etiam Marklando. Scribendum igitur, τὸν Λέκκιον. Hesychius: Λέκκον, δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς. Conf. Sponii Indicem demorum p. 432. Conjectura est ex eodem genere, unde illa est Valesii et Corsini in Or. de Cor. §. κγ'. in posterum recipienda, Εὔβουλος, Μνησιθέου, Κυθήριος, pro Κύπριος. Idem.

Διείρηκεν ὁ νόμος] *Lex diserte, clare dicit*, λέγει διαῤῥήδην. Particula hæc quum usitatissima sit, verbum ejusdem familiæ, διείρηκα, rarius occurrit, vulgo ne in Lexica quidem relatum. Præ ceteris delectatur eo Judæus Philo, ut de mund. opif. T. 1. p. 28. Quod det. pot. insid. p. 194. et 201. De sept. et fest. dieb. T. 2. p. 28. ed. Mang. et alibi. Idem.

Τοῦ τριηραρχίας ἄξια ἔχειν] Addi vult Reisk. δοκεῖν. *Quam ut censeantur possidere tantum, ut trierarchiam gerere debeant.* Satis erit, talia lasciviæ criticæ exempla, quas iste emendationes vocat, simpliciter apponere, ne se forte ulla bona re a me frustratos doleant, qui priorum editorum opibus carent. Si quas autem conjecturas sic transmittam, eas tales esse deputo, quæ ne cujusquam postea animum tentent, plane nihil periculi esse videatur. Idem.

Τίνα οὖν ῥᾳστώνην τοῖς πολλοῖς —] Leptines rogationem suam apud Populum hac specie commendaverat, quod nimia adhuc in concedenda immunitate facilitas damnum dedisset plurimis, ad liturgias curandas adactis vice immunium, et plerumque ditiorum; nec mirum est, si ostenderat, multum levamenti sua lege allatum iri τοῖς πολλοῖς, h. e. *multitudini*. Nam sic optimi auctores Latinitatis reddunt τοὺς πολλοὺς, quibus vocibus Oratores populum designant sine ullo contemtu, exceptis tamen civibus vel majoris in Civitate auctoritatis, vel beatioribus. Non minor autem h. l. nos moratur difficultas, quam illa erat §. ζ'. in fin. in verbis, quorum sententiam in re summa noster hic locus sequitur. Omnino quidem id apertum est, hanc Demosthenis esse mentem: *Tribubus singulis* (decem tum Athenis erant) *vel etiam binis tantummodo unus per legem Leptineam choragus accedere potest, isque unus adjectus rursus unum ex iis, qui liturgias adhuc obierunt, onere et impensis liberabit. Jam si Civitas haud amplius quinque, summum decem novos, choragos lucrabitur, quid, quæso, in ista lege, tantum levamenti paratum est universo Populo?* Hactenus quidem, inquam, de sententia satis constat. Sed aliis rebus adhuc opus est ad sensum loci interiorem recludendum. Nam primum obscurius est, χορηγὸς nunc quoque latius sumatur, an angustius; tum nostro loco idem subsit calculus, qui erat §. ζ'. ad med. an alius novus: quin id ipsum ambigi potest, cives soli nunc intelligendi sint, an simul μέτοικοι. Ne multa; ex omnibus, quæ mihi locum sæpius pensitanti consentanea visa sunt, hæc arbitror tenenda esse, ut veri similiora. Primum vix dubium est, Oratorem nunc de quinque aut decem novis choragis dicentem in superiore calculo suo perstare. Nam quoniam illic de XVI. novis per Leptinem accessuris dixit, in his autem V. aut VI. cives numeravit; tum, quum XXX. ad summum concedit accedere posse, proportio suadet, ut cives fere X. et μετοίκους XX. in illo numero haberi statuamus. Hanc autem rationem Orator quum modo ipse posuerit, eam et nunc sequi etiam debuisse videri potest. Deinde ipsa mentione tribuum probabile fit, hoc quoque loco de solis civibus sermonem esse. Quid enim tribus ad μετοίκους? Jam simul hinc per se consequitur, χορηγὸν denuo latiore sensu eodem, quo superius, accipi debere. Qui melius rem extricare potuerit, eum equidem libenter audiam. Nunc uni Augerio video partem difficultatis suboluisse, qui in animadversione annotat, *ex Oratoris ratione supra*

νόμος, εἰ μιᾶς ἢ δυοῖν φυλαῖν ἕνα χορηγὸν καθίστησιν, ὃς ἀνθ' ἑνὸς ἄλλου τοῦθ' ἅπαξ ποιήσας ἀπαλλάξεται; ἐγὼ
466 μὲν οὐχ ὁρῶ· τῆς δέ γε αἰσχύνης ὅλην ἀναπίμπλησι τὴν πόλιν καὶ τῆς ἀπιστίας. [1]Οὐκοῦν, ὅτε πολλῷ μείζονα βλάπτει τῶν ὠφελειῶν, ὧν ἔχει, [2]προςήκει λελῦσθαι παρὰ τοῖςδε αὐτόν; ἔγωγ' ἂν φαίην.

θ'. Ἔτι δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταί! διὰ τὸ γεγράφθαι ἐν τῷ νόμῳ διαῤῥήδην αὐτοῦ, μηδένα μήτε τῶν πολι-

[1] οὔκουν R.

[2] προσήκειν λελ. π. τοῖς δὲ αὐτὸν ἔγωγ' ἂν φαίην T.

prolata Rempublicam, immunitatibus sublatis, lucrari XV. aut, ad summum, XXX. capita idonea muneribus choragiæ, gymnasiarchiæ et epulationis; ex quo utroque numero V. aut X. uni choragiæ assignari debere; quumque X. tribus fuerint, ita vel singulis vel etiam binis tribubus unum novum, qui id munus obeat, accedere. Hæc autem ratio quamvis habeat sane, quo primum cogitata placeat; quam multa in ea quasi precario sumantur, persequi non lubet. Alioquin quærerem, unde vir Gallus sciverit, in choragia non plures occupatos fuisse, quam in epulatione; quærerem alia plura. — Locum jam olim obscuriorem fuisse, ostendit Scholiastes, qui tamen nihil bonæ frugis affert ampullis suis. Quibus e scholiis unum ne quem errore implicet, ubi mensis Anthesterio Dionysiis majoribus assignatur, hac super re confer egregiam disputationem Ruhnkenii ad calc. Hesych. T. II. Mox Thucydidis locus ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν quærendus est in lib. III. cap. 17. Variæ olim fuerunt partium Thucydidei operis divisiones, ideoque nihil mutare volui. Videtur tamen in Schol. vitium subesse, quum plures quam octo libros a Grammaticis factos esse constet, non pauciores. Idem.

Ἕνα χορηγὸν καθίστησιν] *Singulis*, inquit, Tribubus, (*Decem* eæ erant,) vel *binis quibusque*, hæc tua Lex *unum* forte choragum restituet; qui *unus* restitutus, *unum* solummodo alium aliquem ab hoc onere et impensa excusaturus est. Jam vero, si *quinque* tantum novi choragi, vel, ut plurimum, *decem*, per hanc Legem tuam inducantur, quodnam inde levamen τοῖς πολλοῖς, *toti populo Atheniensi?* Hoc est Demosthenis Argumentum, quod satis perspicuum est, et dependet a supra positis §. ζ. Audebimusne igitur dicere, Ulpianum et alios veteres nonnullos non intellexisse hunc locum? Sane ita videbitur, si Scholia consulas. Markland.

Ἀνθ' ἑνὸς ἄλλου] Ex numero eorum, puta, qui adhuc liturgias obierunt. Τοῦτο est τὸ λειτουργεῖν, et ἅπαξ rursus spectat illud, quod §. ζ'. a med. legimus, liturgos de novo accessuros ne in singulos quidem annos accedere posse. Non igitur quotannis, inquit, quinque aut decem novos sistit Tua lex, sed hos tam paucos universe παρὰ πάντα τὸν χρόνον. F. A. Wolf.

Προσήκει λελ. περὶ τοῖςδε] F. προσήκειν λελ. παρὰ τοῖς δέ. Disserit cum Leptine, et mox se convertit ad judices. Wolf.

Προςήκει] Nonnulli copulant προςήκειν λ. π. τοῖςδε αὐτὸν ἔγωγ' ἂν φαίην, contra libros, et sic, ut orationis vigor omnis pereat. Παρὰ τοῖςδε, *coram his, in hoc judicio*, alias ἐν τοῖςδε seu ἐν τούτοις. Οἵδε sunt ii, *qui nunc judicant*. Conf. ad §. γ'. F. A. Wolf.

θ'. Διὰ τὸ γεγράφθαι ἐν τῷ νόμῳ διαῤῥήδην αὐτοῦ] *Nominatim cautum esse.* Est enim *cavere nominatim et excipere*, τὸ διαῤῥήδην διαγορεύειν. Idem alibi, [v. 1. p. 422.] μηδένα ἀτελῆ εἶναι διείρηκεν ὁ νόμος, *lege cautum est*. Quod vero sequitur, μὴ διειρῆσθαι δὲ ὅτου ἀτελῆ χορηγίας &c. διηρῆσθαι etiam legi fortasse potest, ut apud Platonem in Phædro, οὐκοῦν τὸν μέλλοντα τέχνην ῥητορικὴν μετιέναι, πρῶτον μὲν δεῖ ταῦτα ὁδῷ διῃρῆσθαι, *dividere via et arte*. διῃρῆσθαι autem pro διαιρεῖσθαι dixit. Ex edit. Hervag.

Διὰ τὸ γεγράφθαι —] Primaria verba ita inter se connexa sunt: Διὰ τὸ γεγράφθαι μὲν — μὴ διῃρῆσθαι δὲ — ἀλλ' ἁπλῶς (λέγεσθαι) ἀτελῆ — καὶ διὰ μὲν τὸ περιλαμβάνειν — διὰ δὲ τὸ διορίζειν — ἀφαιρεῖται, scil. *lex*, aut, si ita videbitur, *Leptines ipse*. In verbis nonnihil nunc mutavi, quo facilior fieret conspectus structuræ, profecto non adeo insolentis, ut idcirco totus locus corrumpi debuerit. Omnis insolentia structuræ hæc est, quod a passi-

τῶν, μήτε τῶν ἰσοτελῶν, μήτε τῶν ξένων εἶναι ἀτελῆ· μὴ [1]διηρῆσθαι δὲ, ὅτου ἀτελῆ, χορηγίας, [2]ἢ τίνος ἄλλου τέλους, ἀλλ' ἁπλῶς [3]ἀτελῆ μηδένα, πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος· [4]καὶ ἐν μὲν τῷ μηδένα πάντας [5]περιλαμβάνειν τοὺς ἄλλους, ἐν δὲ τῷ τῶν ξένων μὴ [6]διορίζειν τῶν οἰκούντων Ἀθήνησιν· ἀφαιρεῖται καὶ Λεύκωνα, τὸν ἄρχοντα Βοσπόρου, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, τὴν δωρεὰν, ἣν ὑμεῖς ἔδοτε αὐτοῖς. Ἔστι γὰρ γένει μὲν δήπου ὁ Λεύκων ξένος, τῇ δὲ παρ' ὑμῶν ποιήσει πολίτης· κατ' οὐδέτερον δ' αὐτῷ τὴν ἀτέλειαν ἔστ' ἔχειν ἐκ τούτου τοῦ νόμου. Καίτοι τῶν μὲν ἄλλων εὐεργετῶν χρόνον τινὰ ἕκαστος ὑμῖν χρήσιμον ἑαυτὸν παρέσχεν· οὗτος δ', ἂν σκοπῆτε, φανήσεται συνεχῶς ἡμᾶς εὖ ποιῶν·

[1] διειρῆσθαι T. [2] ἥτινος T. [3] Deest ἀτελῆ. T. [4] Deest καί. R. [5] περιλαμβάνει R. [6] *διορίζων R.

vis primum orsa, mox ad activa delabitur, cujusmodi exempla ubivis quamlibet multa reperias. Lectio autem διηρῆσθαι pro vulgari διειρῆσθαι, cujus vis ante explicata nunc minus convenit, confirmatur ab Ulp. Ital. Bodl. Aug. 1. Marg. Ben. consensuque Dorvillii ad Chariton. p. 595. [L. VII. VI. 125. 19.] et Reiskii, qui recepit. Sed pessime idem in reliquis versatus, post Ἀριστογείτονος abjecit καὶ, ac statim περιλαμβάνει posuit et διορίζων. Postremum hoc de suo, reliqua ex Bodl. Adeo interdum mancipium putidi codicis est vir alias tam ingeniosus. F. A. Wolf.

Ἁπλῶς μηδένα] Plenius olim edebatur, et confirmant etiam Codd. ἀλλ' ἁπλῶς ἀτελῆ μηδένα. ἀλλ' ὡς ἁπλῶς ἀτελῆ μηδένα. Vindob. Taylor.

Καὶ ἐν μὲν τῷ etc.] Sequior est lectio Bodl. ἐν μὲν τῷ μηδένα, πάντας περιλαμβάνει τοὺς ἄλλους, sine καὶ in principio. Juxta quam lectionem videtur Wolfius interpretari. Tu vide structuram: διὰ τὸ γεγράφθαι ἐν τῷ νόμῳ — μὴ διειρῆσθαι δὲ — καὶ ἐν μὲν τῷ μηδένα, περιλαμβάνειν — ἐν δὲ τῷ τῶν ξένων μὴ διορίζειν — ἀφαιρεῖται καὶ Λεύκωνα. Eousque hæret sententia, neque citius, ut volunt isti, inflectitur. Idem.

Ἀφαιρεῖται καὶ Λεύκωνα, τὸν ἄρχοντα Βοσπόρου —] De improviso inducitur princeps, cujus injuria, quam lex Leptinis habet, gravissimum telum est, quo artificiose Noster in prima statim acie utitur. Leuco in ditione Bospori Cimmerii patri Satyro successerat Olymp. 96, 4., regnavit autem usque ad Olymp. 106, 4., quo anno filius Spartacus imperium accepit. Leuconem hunc omnium tyrannorum Bosporanorum nobilissimum et felicitas sua et prudentia fecit, laudatusque etiam impense est a Chrysippo Stoico. Vide Diodorum XIV. 93. unde de ratione temporum constat, Strabonem VII. p. 461. et 478. Polyæn. VI. 9., aliosque, quorum loca conduxerunt Perizon. ad Ælian. V. H. VI. 13. et Wesseling. ad Diodori l. c. Duo addi merentur, unus Dionis Chrysost. Or. II. de Regno p. 101. ed. Reisk., alter Nonni seu Maximi in Comment. ad Gregor. Naz. Or. in Julian. princ., quem apponam. Εἰδέναι χρὴ, ὅτι πολλάκις καὶ εὐεργετῶν εὐεργεσίαι ἐν ταῖς στήλαις ἀνεγράφοντο, ὥσπερ ἡ τοῦ Λεύκωνος, τοῦ ἄρχοντος Βοσπόρου, ἀνεγράφη ἐν Ἀθήναις. F. A. Wolf.

Ἔστι γὰρ γένει μὲν δήπου ὁ Λεύκων ξένος] Alio ordine hæc exhibet Aug. 1. Ἔστι γὰρ γένει μὲν ὁ Λεύκων δήπου ξένος. Rem non monerem, nisi sæpe Lipsiensis editor in transponendis vocabulis hunc codicem secutus esset. Etenim mihi ex omnibus ejus generis exemplis aliisque minime dubium est, quin sæpius is codex scioli alicujus manum emendatricem senserit. Hoc loco vulgatum verborum ordinem tuetur Priscian. XVIII. p. 1169. Putsch. Idem.

Τῇ παρ' ὑμῶν ποιήσει πολίτης] Ut Græci dicunt ποιεῖν πολίτην τινὰ, sic in eodem genere sunt ποίησις, ποιητὸς, δημοποίητος,

καὶ ταῦτα, ὧν μάλιστα ἡμῶν ἡ πόλις δεῖται. Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι πλείστῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα. Πρὸς τοίνυν ἅπαντα τὸν ἐκ τῶν ἄλλων ἐμπορίων ἀφικνούμενον ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος εἰςπλέων ἐστίν. Εἰκότως· οὐ γὰρ μόνον διὰ τὸ τὸν τόπον τοῦτον σῖτον ἔχειν πλεῖστον τοῦτο γίγνεται, ἀλλὰ καὶ

de peregrinis, qui adsciscuntur in numerum civium. Idem.

Καὶ ταῦτα, ὧν μάλιστα ἡμῶν ἡ πόλις δεῖται] Bene Wolfius: *et ejus generis beneficia, quæ Reip. maxime sunt necessaria.* Καὶ h. l. est *et quidem*, ac ταῦτα pro κατὰ ταῦτα, itaque non, ut alias dicitur, καὶ ταῦτα, *præsertim*. Reisk. mavult καὶ ταῦτ', ἀφ' ὧν, quod ipse explicat ἀπὸ τούτων, ὧν. Vix alius intellexisset. Idem.

Πρὸς τοίνυν ἅπαντα] Ἔστι πρὸς ἅπαντα, ἀντὶ τοῦ συγκρίνεσθαι δύναται πρὸς ἅπαντα. Neque necesse est mutare in ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος εἷς, πλείων ἐστὶ πρὸς ἅπαντα, parum commoda constructione. Wolf. Pro εἰσπλέων Bodl. et Cant. εἰς πλέον. Lambinus legit εἰς πλείων. Recte Interpres Italicus: *E' l grano che vien de Ponto è quanto tutto quel che vien da gli altri mercati.* Taylor. Recte. εἰσπλεῖν dicuntur merces, quæ *navibus* importantur. Lysias Orat. in Diogit. vocat hoc φοιτᾶν, de *frumento* pariter; et ita Xenophon Hist. Græc. lib. 1. pag. 432. Non opus igitur lectione ista εἰς πλέον, neque Lambini εἷς πλείων. et dubito, an πλείων πρὸς ἅπαντα Græcum sit. Supra, §. ή. fin. scribe τοῖςδε pro τοῖς δέ. Markland.

Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι —] Locus hic de re frumentaria Atheniensium classicus, ut quo graviorem omnino non habeamus, imprimis dignus est, qui deinceps accuratius illustretur. Jam Athenas, quamvis frugum inventione olim tam nobiles, satis constat, posteriore tempore florentis Reipublicæ nullo prope alio frumento usas esse, quam advecticio; idque jam belli Persici temporibus factum ex Herodoto scimus. Deinde aucta frequentia incolarum, quum solum Atticæ, minus per se ferax, quippe λεπτόγεων et κριθοφόρον, tantæ multitudini alendæ non sufficeret, illud longe etiam magis factum, scriptores nostro suppares, quos postea auctores dabo, docent. Petebatur autem frumentum maxime e Ponto, unde *quotannis* Athenas invecta ad 400,000 medimnûm ex h. l. discimus, tum ex aliis terris, imprimis Sicilia, Cypro, Eubœa, Ægypto, ea copia, ut haud majorem ad eosdem usus, quibus frumentum veteribus inserviit, hodie maximæ et celeberrimæ urbes consumant. Summa enim efficitur fere 800,000 medimnûm, quum Orator dicat, frumenti ex reliquis locis omnibus convecti copiam cum ea, quam unus Pontus mitteret, æquiparabilem esse. Hoc est ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος εἰςπλέων ἐστὶ πρὸς ἅπαντα τὸν ἐκ τῶν ἄλλων ἐμπορίων ἀφικνούμενον. Particula πρὸς in his servit comparationi aut æquiparationi. Sic Demosth. de Class. §. ή. Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει χρήματα ἔνεστι πρὸς ἁπάσας τὰς ἄλλας πόλεις. Verbum autem εἰςπλεῖν de mercibus, quæ navibus aliquo invehuntur, notum est, ut generale in eadem re, εἰςέρχεσθαι. Vix dignæ ergo relatu erant scripturæ, εἷς πλείων et εἰς πλέον. Sed male etiam Wolfius, etsi veram lectionem in textu exhibens, vertit: *non tamen æquabit eas copias* etc. F. A. Wolf.

Εἰκότως· οὐ γὰρ μόνον] *Neque id mirum est: nam non solum* etc. Eleganter ita Græci εἰκότως, illatis γὰρ, καὶ γὰρ, ἐπεὶ, aliisve particulis. Exempla præter alios multos dabit Demosth. de Cor. §. ή. ιέ. quibus in locis ante οὔτε γὰρ, et ἀκούουσι, perperam diu εἰκότως exsulavit, et Aristoph. Avium 273. Eccles. 7. Lycurg. in Leocr. p. 199. Longin. c. 3. extr. At sunt quoque exempla vocis εἰκότως, in fine quidem membri positæ, sed cum verbo prægresso jungendæ. Ut Æschin. in Ctesiph. §. ν'., ubi deinceps cum Markl. scribendum erit, τοῦ νεανίσκου τὸ πρῶτον παροξυνθέντος εἰκότως. F. A. Wolf.

Τὸν τόπον τοῦτον σῖτον ἔχειν πλεῖστον] Ex pluribus veterum apparet, maximum in ista regione jam tum frumenti proventum fuisse. Nam ita hodieque reperimus. Vid. Peyssonelii Traité sur le commerce de la mer noire, librum etiam germanice versum. Omnino in historia mercaturæ antiquæ memorabilis est Pontus, h. e. tota ora maritima Ponti Euxini, maxime occasum versus Græcorum et Milesiorum coloniis frequentata, multisque emporiis celebris, imprimis Chersonesus, quæ vocabatur Taurica, [Angl. *The Crimea*]. Et ea loca præ ceteris frequentabant mercatores Athenienses, permulta inde exportantes, in his τάριχος, quod ipsum erat varii generis, tum ceras, mella, lanas, coria, pelles caprinas et alias, ligna navi-

διὰ τὸ κύριον ὄντα τὸν Λεύκωνα αὐτοῦ τοῖς ἄγουσι τὸν σῖτον Ἀθήναζε ἀτέλειαν δεδωκέναι, καὶ κηρύττειν, πρώτους γεμίζεσθαι τοὺς ὡς ἡμᾶς πλέοντας. Ἔχων γὰρ ἐκεῖνος ἑαυτῷ καὶ τοῖς παισὶ τὴν ἀτέλειαν, ἅπασι δέδωκεν ὑμῖν. Τοῦτο δὲ ἡλίκον ἐστὶ, θεωρήσατε. Ἐκεῖνος πράττεται 467
τοὺς παρ' αὐτοῦ σῖτον ἐξάγοντας τριακοστήν. Αἱ τοίνυν παρ' ἐκείνου δεῦρο ἀφικνούμεναι σίτου μυριάδες περὶ τετταράκοντά εἰσι· καὶ τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς ἄν τις ἴδοι. Οὐκοῦν παρὰ μὲν τὰς τριάκοντα μυ-

bus fabricandis, mancipia etc., quas res permutabant illi vinis, in Co, Thaso, Mendæ et alibi coemtis, aut rebus et utensilibus ex fabricis et officinis Athenarum. Hujus enim urbis merces, utpote præcipua elegantia conspicuæ, non minus olim in deliciis erant, quam hodie Parisienses aut Londinenses. Atheniensibus quantum ea mercatura attulerit commodorum, facile intelligitur. Vel una frumentaria plurimis civibus debuit lucrosa esse, ut ex ea sola sibi victum et opes quærere potuerint. Jam universe vide Herodot. VII. 147. Lysiæ Or. XXXII. p. 902. Andocid. Or. II. p. 86. Xenoph. Hellen. V. 4. extr. Anab. VI. 4. VII. 5. Isocrat. Trapez. p. 529. seqq. Demosth. de Cor. §. κζ'. adv. Lacrit. p. 935. et 941. ed. R. adv. Phorm. p. 908. et 917. adv. Polycl. p. 1210. sq. Polyb. IV. 38. Strab. VII. p. 478., ubi et Leuconis mentio fit. Ad hæc conf. Guil. Clarkii Connexion of the Roman, Saxon and English coins p. 55. et Pauwii Recherches philosophiques sur les Grecs p. 331. seq. Ceterum notatu non indignum puto, quod potiores res, quas Chersonesus hodie quoque vicinis præbet, maximam partem eædem sunt, quas olim nationes inde exportarunt. IDEM.

Ἀτέλειαν δεδωκέναι, καὶ κηρύττειν, πρώτους γεμίζεσθαι —] Hæc duo quam vim habere debuerint, docere nihil attinet. Sic nimirum frumentaria negotia illius regionis in manum solorum Atheniensium devenire necesse fuit. IDEM.

Ἔχων γὰρ ἐκεῖνος — ὑμῖν] Antitheton tribus verbis declarat, quam bene et quæstuose Resp. Atheniensium cum Leucone immunitatem permutaverit. Hinc *unus rex cum filiis*, illinc *Athenienses universi*. Verum fide rhetorica, ut solet, agere Demosthenes videtur. Certe minime vanum nomen fuisse immunitatem Leuconi donatam, observat. S. Croix in libro de l' état et du sort des anciennes Colonies p. 101., comparatis Demosth. Or. hujus §. ιδ'. et Xenoph. R. Athen. I. 17., quibus locis docemur, Remp. Atheniensium a mercatoribus, qui Hellespontum intrarent, decimam, qui Piræeum, centesimam portorii nomine exegisse. Quid in nostris verbis desideret Reiskius, et quomodo ei Orator planius loqui debuisse videatur, operæ pretium non est referre. IDEM.

Καὶ τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς ἄν τις ἴδοι] Sitonæ apud Athenienses curatores erant coemendo frumento, condendoque præfecti, qui Latine *frumentatores* dicuntur, οἱ τὸν σῖτον ἀγοράζοντες καὶ ἀποτιθέμενοι. erant etiam qui σιτοφύλακες dicebantur, quasi frumenti asservandi curam gerentes, ut Demosthenes hoc loco, de Leucone rege Bosphori loquens: Ab eo, inquit, quotannis frumenti ad 1400. medimnûm, id quod ex tabulis et scriptura sitophylacum videre quivis potest, &c. Idem munus ab aliis σιτολογία dicitur, et curatores ipsi σιτολόγοι, Latine *frumenti coactores*. Dispensatores autem ipsi annonæ publicæ σιτομέτραι vocantur. Hæc munera instituta erant in iis civitatibus quæ frumento importato utebantur, ut Athenis, unde Demosthenes ibidem, πλείστῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα. *Ex edit.* HERVAG.

Ἐκ τῆς παρὰ τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς ἄν τις ἴδοι] Unus hic, quod sciam, locus est in Oratoribus, ubi τοῖς σιτοφύλαξιν munus tribuitur, frumentum in portus Atticos invectum, ejusque modum consignandi. Ἀπογραφὴ capiendum de tali *scriptura* aut *tabulis*. Itaque jam tum in his rebus bonum ordinem videmus adhibitum. Σιτοφύλακας plures memorant, quos laudat Meurs. in Piræeo c. 5. Sed potior locus est in Lysiæ Or. XXII. p. 722. F. A. WOLF.

Οὐκοῦν παρὰ μὲν τὰς τριάκοντα μυριάδας — τρισχιλίους] Leuco quum tricesimam, quam ab aliis e Ponto frumentum exportantibus exigit, nobis data immunitate portorii remiserit, quotannis in 300 000

ριάδας, μυρίους δίδωσι μεδίμνους ἡμῖν· παρὰ δὲ τὰς δέκα, ὡσπερανεὶ τρισχιλίους. [1] Τοσούτου τοίνυν δεῖ ταύτην ἀποστερῆσαι τὴν δωρεὰν τὴν πόλιν, ὥστε προσκατασκευάσας ἐμπόριον Θευδοσίαν, ὅ φασιν οἱ πλέοντες οὐ χεῖρον εἶναι τοῦ

[1] τοσοῦτον T.

medimnûm nobis remittit admodum 10 000 med., in 100 000 autem $3333\frac{1}{3}$ med. Posterioris numeri loco Demosthenes posuit 3000, adjecto ὡσπερανεί. Quod eo fecit, opinor, ut res statim omnibus planior fieret; eamque ipsam puto causam esse, quare, quum prius universam summam 400 000 medimnûm posuerit, ea nunc partita, primum de 300 000, mox de 100 000 residuis medimnis dicat, quando brevius dicere poterat: *Leuco in illa* 400 000 *medimnûm remittit nobis* 13 333. Sed quæ ratio auctori præ altera placuit, ea et animo et memoria facilius posse teneri videtur, accommodataque esse etiam auditori arithmeticis minus perito. IDEM.

Τοσοῦτον] Τοσοῦτο marg. Morel. τοσούτου Aug. τοσοῦτον τοίνυν δεῖ τοῦ ταύτην ἀποστερῆσαι τὴν δωρεὰν τὴν πόλιν. Lambin. TAYLOR. Iterum Lambinus: δεῖ τοῦ ἀποστερῆσαι. Propius erat τοσούτου δεῖ ἀποστερῆσαι. et jam video ita legi in optimo codice Augustano. Lysias Orat. in Nicomachum: ἐγὼ δὲ οὕτω πολλοῦ ἐδέησα τῶν Τετρακοσίων γενέσθαι, ὥστε etc. Utrovis modo recte dicitur, τοσοῦτον δέω τοῦ ποιεῖν, vel, τοσούτου δέω ποιεῖν. MARKLAND.

Τοσούτου τοίνυν δεῖ] Omnes editt. τοσοῦτον, præterquam postrema, quæ τοσούτου exhibet ex Aug. 1. et Bav. Atque hæc structura utique probatior est Atticis, quum dicunt *tantum abest ut* etc. Ex innumeris hujus generis exemplis quædam offert Taylorus ad Lysiæ Or. XXIV. p. 740. F. A. WOLF.

Θευδοσίαν] Θευδασίαν Editi nonnulli ante Wolfium, qui primus, ut credo, Εὐδασίαν. Lege cum Manut. Bodl. marg. Morel. scholiaste, Harpocratione et Stephano Byzantino, Θευδοσίαν, ut edi curavi: vel Θεοδοσίαν, cum Latinis Scriptoribus, Plinio sc. et Marcellino, atque etiam cum Strabone, qui non semel loci fertilitatem prædicat, verum l. 7. p. m. 311. egregie hunc locum illustrat. Κἀν τοῖς πρόσθεν χρόνοις ἐντεῦθεν ἦν τὰ σιτοπομπεῖα τοῖς Ἕλλησι, καθάπερ ἐκ τῆς λίμνης αἱ ταριχεῖαι. Λεύκωνα δέ φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίων [f. διακοσίας] καὶ δέκα. Testatur Wolfius, Phil. Melanchthonem Θευδοσίαν interpretari *Teutonicam domum*. Quod sane parum intelligo. Auctor anonymus Peripli Ponti Euxini: Καὶ αὕτη [Θευδοσία] παλαιὰ ἦν Ἑλλὰς πόλις τῶν Μιλησίων ἄποικος, καὶ μνήμη αὐτῆς ἐστὶν ἐν πολλοῖς συγγράμμασιν. Νῦν δὲ λέγεται ἡ Θευδοσία τῇ Ἀλανικῇ, ἤτοι τῇ Ταυρικῇ διαλέκτῳ, Ἀρδαύδα, τουτέστιν ἑπτάθεος. TAYLOR.

Προσκατασκευάσας ἐμπόριον Θευδοσίαν —] Ergo ante quam Theudosia, locus Austro propior, cum portu opportuniore et haud dubie navium capaciore, mercatui aptaretur, naviculariis Atheniensibus unum emporium hujus tractus fuit Bosporus. Quod nomen posterius et hic et §. ι'. non regionis acceperim, sed oppidi, ad Bosporum Cimmerium siti, seriore ævo primæ civitatis Sarmatarum. Non diversum id oppidum, nisi nomine, a Panticapæo, nobili loco, habet tum Plin. H. N. IV. 12. 24. tum alii veterum, e recentioribus imprimis Peyssonel. in Observv. sur les peuples barbares, qui ont habité les bords du Danube et du Pont-Euxin p. 98. Neque in Oratore nostro quidquam est repugnans huic rationi, ne dicam, favere ei quodammodo locum adv. Lacrit. p. 933. ed. R., ubi Theudosia et Panticapæum emporia pluries eodem conjunguntur modo, quo h. l. Theudosia et Bosporus. At prioris horum locorum scriptura mire hic variat, ut nonnulli etiam dederint Θευδασίαν et Εὐδασίαν, alterum ex altero corruptum, et hoc quidem, Εὐδασίαν, ab operis in una Erfurt. Vera unice sunt Θευδοσία et Θεοδοσία, diversitas autem hæc solius dialecti, nec ea minus in similibus nominibus obvia, in Latinis quoque, ut in *Theudosius*, *Theudorus*, *Theudricus* etc. Vide Koen. ad Gregor. de Dialect. gr. p. 76. et 222. et Burmann. Sec. ad Anthol. Lat. T. I. p. 249. Nostram verò scripturam hic quidem præstat consensus codicum, plane ut in Polyæn. V. 23. et Appian. Mithrid. c. 108. seqq., ubi tamen nunc cogimur legere Θεοδοσία. Loci ipsius, quem Leuco demum, patrem obsidioni ejus immortuum æmulatus, expugnasse regnoque Bosporano adjecisse videtur, loci igitur, tanquam vetustæ coloniæ Milesiæ, magna imprimis fertilitate nobilis, mentionem præter illos faciunt Strabo VII. p. 478. Arrian. Peripl. Pont. Eux. p. 20. Ano-

Βοσπόρου οὐδοτιοῦν, κἀνταῦθα δέδωκε τὴν ἀτέλειαν ἡμῖν. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πολλὰ ἂν ἔχων εἰπεῖν, ὅσα εὐεργέτηκεν ὑμᾶς [1] οὗτος ἀνὴρ, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ πρόγονοι· ἀλλὰ προπέρυσι σιτοδείας παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις γενομένης, οὐ μόνον ὑμῖν ἱκανὸν σῖτον ἀπέστειλεν, ἀλλὰ τοσοῦτον, ὥστε πεντεκαίδεκα ἀργυρίου τάλαντα, ἃ Καλλισθένης διῴ-

[1] οὗτος ὁ ἀνὴρ T.

nym. in ejusd. argum. Periplo p. 5. ed. Hudson. Stephan. Byz. v. Θεοδοσία, Plin. H. N. IV. 12. 26. Ammian. XXII. 8. Harpocrat. h. v. Iornand. Rer. Get. c. 5., ut alios mittam, quos Cellarius dedit Notit. Orb. antiq. T. I. p. 511. Theodosiæ huic in eodem tractu successisse Caffam, emporium hodieque celebre mercatura, maxime frumentaria, tralaticium est. Nam quod Vossius ad Anonym. l. c. obvertit, τὴν Καφᾶ et Θευδοσίαν posteriore ævo inter se distingui, id mihi minus videtur exploratum esse. Sua autem ætate, Anonymus iste docet, urbem dialecto Barbarorum vocari Ardaudam, quod nomen ab ipso explicatur ἑπτάθεος. Jam ut longæ annotationis tædium excutias, adi, quæso, laudatum librum Pauwii p. 334. F. A. Wolf.

Προπέρυσι σιτοδείας παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις γενομένης] Aliunde, quam ex hoc loco, rem non novimus. Erraret autem, ut puto, si quis gravem famem, communem multis terris, exsculperet e verbis παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις. Certe alibi tum his, tum simili voce, ἡ οἰκουμένη, superbi Athenienses utuntur ita, ut majus quiddam sonent verba, quam valeant. Res debet incidisse in Olymp. 105, 4. Idem.

Ἀλλὰ τοσοῦτον ὥστε] Nannius: *tantam copiam submisit, ut id ad XV. talenta exuberarit.* Sed quid ratio pecuniæ ad frumenti numerum? Quid si ἀλλὰ τοσούτου, hoc est, οὕτως εὔωνον, ut significet duplex beneficium, et copiam frumenti, et vili pretio missam. Nam illud προσπεριγενέσθαι de pecunia reliqua, non de accepta ex venditione superflui frumenti, intelligendum, arguunt verba ἃ διῴκησε Καλλισθένης, sc. ὁ σιτώνης, qui XV. talenta retulit, minoris emto frumento, quam putarant Athenienses. Wolf. Repone ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον etc. ut §. δʹ. ad fin. ιγʹ. ιϛʹ. med. ιθʹ. et ubique. Markland.

Τοσοῦτον, — προσπεριγενέσθαι] Strabonis l. c. verba hæc, Λεύκωνά φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα, hæc, inquam, nonne ad hoc ipsum tempus, quod Noster nunc tangit, spectare dicamus? Certe id veri fit simillimum, a Geographo in ista narratione certum quoddam tempus designari. Summa quidem medimnorum 2 100 000 enormis est, præsertim si quis uno anno putet missam, quod tamen non est necesse. At Demosthenis verba, quæ posui, vix satis clara hodie esse possunt, nuspiam nobis edoctis, cui tandem pecuniæ præfectus Callisthenes fuerit; quem ipsum dicamus notum demagogum esse, an quem alium, incertum est. Vel sic tamen vocabulum τοσοῦτον accurate legentem suboffendat oportet. In quo mirificum est, Marklandum et Reiskium, quum corrigerent ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον, (nec id ipsum recte, nam vim orationis auget post οὐ μόνον omissum καὶ, ut Latine *et* vel *etiam* omitti solet post verba, *non modo:*) nihil aliud gravius in h. l. annotandum reperisse, perinde quasi neuter eorum unquam Wolfii notam vidisset, quæ tam lenem habet unius vocis correctionem, reique congruam, quam nuperæ explicationi, an divinationi, nemo præferre dubitet. Sic enim ille: *Quid, si legamus ἀλλὰ τοσούτου, h. e. οὕτως εὔωνον? Ut significetur duplex beneficium, et copia frumenti, et vili pretio missa. Nam illud προσπεριγενέσθαι de pecunia reliqua, non de accepta ex venditione superflui frumenti, intelligendum, arguunt verba, ἃ διῴκησε Καλλισθένης scil, ὁ σιτώνης, qui XV. talenta retulit, minoris emto frumento, quam putarant Athenienses.* In quibus dictis ultimum de Callisthene non satis mihi probabile est. Nec enim, si viro frumenti coemendi negotium datum esset, crediderim Oratorem potissimum talenta ista residua ut ejus curæ commissa memorare potuisse. Impensius contra prior conjectura placet, ut hæc sententia exsistat: *Leuco frumentum misit nobis non modo sufficientem, sed tam modico pretio, ut ex summa, quam Resp. emendo frumento destinarat, etiam superfuerint XV. talenta, quæ servata ærario sunt.* Ita servamus simul loquendi usum in verbo περιγίγνεσθαι, quod dicitur de *pecunia, quæ superest ita, ut lucrifiat.* Denique nemo nisi puer dubitabit, ista

κησε, προσπεριγενέσθαι. Τί οὖν οἴεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοῦτον, τὸν τοιοῦτον περὶ ὑμᾶς γεγενημένον, ἐὰν ἀκούσῃ νόμῳ τὴν ἀτέλειαν ὑμᾶς ἀφῃρημένους αὐτὸν, καὶ μηδ᾽, ἂν μεταδόξῃ ποτὲ, ψηφισαμένους ἐξεῖναι δοῦναι; Ἆρ᾽ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὁ αὐτὸς νόμος οὗτος ἐκεῖνόν τε ἀφαιρήσεται τὴν ἀτέλειαν, κύριος ἂν γένηται, καὶ ὑμῶν τοὺς παρ᾽ ἐκείνου σιτηγοῦντας; Οὐ γὰρ δήπου τοῦτό γε ὑπείληφεν οὐδεὶς, ὡς ἐκεῖνος ὑπομενεῖ, ἑαυτῷ μὲν ἀκύρους εἶναι τὰς παρ᾽ ὑμῶν δωρεὰς, ὑμῖν δὲ μένειν τὰς παρ᾽ ἑαυτοῦ. Οὐκοῦν
πρὸς πολλοῖς, οἷς ἂν ὁ νόμος [1] βλάψων ἡμᾶς φαίνεται, καὶ
468 προσαφαιρεῖταί τι τῶν ὑπαρχόντων ἤδη. Εἶθ᾽ ὑμεῖς ἔτι
σκοπεῖτε, εἰ χρὴ τοῦτον ἐξαλεῖψαι, καὶ οὐ πάλαι βεβούλευσθε; Ἀνάγνωθι λαβὼν αὐτοῖς τὰ ψηφίσματα αὐτὰ, τὰ περὶ τοῦ Λεύκωνος.

[1] βλάψειν T.

potestate dici vocem τοσοῦτος. Solennia sunt in utraque lingua, τοιοῦτος, τοσοῦτος, τηλικοῦτος, οὕτω, *talis, tantus,* de modo non tantum magno, sed et exiguo. F. A. Wolf.

Ἀργυρίου τάλαντα] Vid. D'Orville Charit. Aphrod. L. I. xiv. 20. 15.

Τί οὖν οἴεσθε τοῦτον —] Ellipsis, aut aposiopesis, gravitatis plena. Tacite ad τοῦτον supplendum ἐρεῖν, vel potius ποιήσειν. Posterius hoc interpres secutus est vertendo: *Quid igitur creditis eum — facturum esse?* F. A. Wolf.

Τοῦτον, τὸν τοιοῦτον etc.] *Hora che pensate, che costui, suto cotale verso di voi,* dira, *quando intendera* etc. Taylor.

Καὶ μηδ᾽ ἂν μεταδόξῃ] *Si pœnituerit capti consilii.* est enim μεταδοκεῖν, cum mutatur consilium. *Ex edit.* Hervag.

Ὁ αὐτὸς νόμος οὗτος ἐκεῖνόν τε — καὶ —] *Ista lex, quæ si perlata fuerit, immunitatem regi eripiet, eadem Vestros quoque cives immunitate portorii privabit.* Docet hæc interpretatio, quantum a vernaculo sermone nostro abeat Græcorum structura, quum dicunt ὁ αὐτὸς, junctis particulis τὲ et καί. Conf. ad §. λβʹ. ante med. F. A. Wolf.

Βλάψειν ὑμᾶς φαίνεται] Forte βλάψων ὑμᾶς φανεῖται, ut non multo post, §. ιʹ αἷς ὁ μὲν Λεύκων ἐμμένων φανεῖται. Wolf. Vel ἂν βλάψαι, (ut semper scribit Demosthenes, saltem in hac Oratione) vel ἂν φαίνηται. Wolfius βλάψων φανεῖται. recte in priori voce: non itidem, opinor, in secunda. Markland.

Οἷς ἂν ὁ νόμος βλάψων ὑμᾶς φαίνεται] Reiskio ne hic quidem morem gerere debebam, conjecturam Wolfii, βλάψων, pro lectione omnium librorum, βλάψειν, exhibenti. Sed majorem etiam socium erroris habeo, Marklandum, qui dum illud βλάψων omnino non improbat, atque adeo vel βλάψαι ἡμᾶς φαίνεται, vel βλάψειν ἡμᾶς φαίνηται, scribendum conjicit, satis et ipse prodit, sibi in vulgata scriptura aliquid displicuisse. Eam vero nunc affirmo, et recte habere, et in ea convellenda frustra laboratum esse. Ne posteriorem conjecturam Angli arguam, quæ omnium minime placet, futurum infinitivi, τῷ ἂν ἀοριστολογικῷ junctum, profecto non ita rari exempli est, ut in aoristum mutare necesse fuerit. Participium autem, cum φαίνεσθαι constructum, ex solenni usu sermonis aliam habet potestatem, quam quæ huic loco congruit, in quo loco simplex notio verbi *videri* requiritur. Longe alia ratio est eorum verborum, unde Wolfius emendationi suæ colorem quærebat: αἷς ὁ μὲν Λεύκων ἐμμένων φανεῖται κ. τ. λ. §. ιʹ. Nam φαίνεται ὁ νόμος ἡμᾶς βλάψειν est, *lex videtur nobis nocitura esse:* contra, φαίνεται ὁ νόμος ἡμᾶς βλάπτων, *palam est et omnibus compertum, legem nocere nobis.* Hoc discrimen si notetur, patebit simul, ne recte quidem dici φαίνεται ὁ νόμος βλάψων. Quidquid enim hujus rei futuro tempore continget, id in præsens quidem *palam aut compertum esse* non potest. Idem.

ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.

ί. Ὡς μὲν εἰκότως καὶ δικαίως τετύχηκε τῆς παρ' ὑμῶν ἀτελείας ὁ Λεύκων, ἀκηκόατε ἐκ τῶν ψηφισμάτων, ὦ ἄνδρες δικασταί! Τούτων δ' ἁπάντων στήλας ἀντιγράφους ἐστήσασθ' ὑμεῖς τε κἀκεῖνος· τὴν μὲν ἐν Βοσπόρῳ, τὴν δ' ἐν Πειραιεῖ, τὴν δ' ἐφ' Ἱερῷ. Σκοπεῖτε δὴ, πρὸς ὅσης κακίας ὑπερβολὴν ὑμᾶς ὁ νόμος προάγει, ὃς ἀπιστότερον τὸν Δῆμον καθίστησιν ἑνὸς ἀνδρός! Μὴ γὰρ οἴεσθε ὑμῖν [1]ἄλλο τι τὰς στήλας ἑστάναι ταύτας, ἢ τούτων ἁπάντων, ὧν ἔχετε, ἢ δεδώκατε, συνθήκας· αἷς ὁ μὲν Λεύκων ἐμμένων φανεῖται, καὶ ποιεῖν ἀεί τι προθυμούμενος ὑμᾶς εὖ, ὑμεῖς δ' ἑστώσας ἀκύρους ἔσεσθε πεποιηκότες· ὃ πολὺ δεινότερον τοῦ καθελεῖν ἐστίν. Αὗται γὰρ οὑτωσὶ τοῖς βουλομένοις κατὰ τῆς πόλεως βλασφημεῖν τεκμήριον, ὡς ἀληθῆ λέγουσιν, ἑστήξουσι. Φέρε, ἐὰν δὲ δὴ πέμψας ὡς [2]ὑμᾶς Λεύκων ἐρωτᾷ, τί ἔχοντες ἐγκαλέσαι, καὶ τί μεμ-

[1] Desunt ἄλλο τι. T.

[2] ἡμᾶς ὁ Λεύκων R.

ί. Ἐφ' Ἱερῷ] Nomine hoc dictus eximie locus, situs inter Bosporum Thracium et Trapezuntem, *in Ponti ore et angustiis*, ut ait Cicero Verrin. IV. 57. Fanum in loco erat cum statua Jovis, quem deum ibi Οὔριον vocabant, quod sacrum nonnulli ad Argonautarum tempora retulerunt. Sed vide Herodot. IV. 87. Polyb. IV. 39. Pompon. Melam I. 19. Arrian. Peripl. Pont. Eux. p. 12. et 25. Marcian. Heracl. p. 68. ed. Hudson. et Schol. Apollon. Rhod. ad II. 532. cum aliis, quorum locos suppeditant Valesius ad Harpocrat. p. 35. et Wesseling. ad S. Petiti LL. AA. p. 503. Statuæ Jovis in eo loco positæ habemus adhuc inscriptionem, detectam a Whelero et Sponio, imprimisque illustratam a Chishull. Antiqq. Asiat. p. 61. F. A. Wolf.

Πρὸς ὅσης κακίας ὑπερβολὴν ὑμᾶς ὁ νόμος προάγει] *In quam immensum dedecus lex ista Vos conjiciat*, seu *propellat*. De verbo προάγειν vide Dorvill. ad Chariton. p. 313. et 494. Idem.

Μὴ γὰρ οἴεσθε κ. τ. λ.] F. ὑμῖν ἄλλο τι τὰς στήλας ἑστάναι, h. e. ἄλλην ἔχειν δύναμιν ἢ συνθήκας. Wolf. Lege cum Lindenb. Obsop. Bodl. Cant. Ital. Codd. Paris. et Editt. Felician. et Manut. μὴ γὰρ οἴεσθε ὑμῖν ἄλλο τι τὰς στήλας ἑστάναι ταύτας, ἢ κ. τ. λ. Atque ita Interpretes. Taylor.

Μὴ γὰρ οἴεσθε ὑμῖν ἄλλο τι τὰς στήλας ἑστάναι —] Revocavi cum Reiskio ἄλλο τι, quæ verba elapsa sunt ex Ald. Herv. Wolf. et Tayl. Αἷς refer, quod ipse ordo verborum cogit, ad συνθήκας, uti solenniter Græce dicitur ἐμμένειν σπονδαῖς, ὅρκῳ, εἰρήνῃ, ubi Latine *manere in induciis, in pactione*. Sed mox, constructione quodammodo mutata, in ἑστώσας ἀκύρους spectantur στῆλαι, quibus συνθῆκαι insculptæ erant. Deinde in Par. 1. et Aug. 1. ἔσεσθε ante πεποιηκότες deest, culpa, credo, correctoris, melius huc quoque φανοῦνται trahi putantis. Nempe duo isti unius familiæ codices in tali genere correctionum sæpissime conspirant. Conf. quæ notavi ad §. θ'. F. A. Wolf.

Λέγουσιν] Sc. οἱ βλασφημοῦντες. Wolf.

Ἐὰν δὲ δὴ πέμψας ὡς ὑμᾶς Λεύκων ἐρωτᾷ] Scilicet ἄγγελον sive ἀγγέλους πέμψας, qua vi hoc unum πέμπειν poni, in vulgus hodie notum est. Nomini Λεύκων, articulum plurimæ editt. hic addunt, qui ab omnibus in eodem nomine abest §. ιά. Contra servavi vulgatum ὑμᾶς, quod Reisk. ex Aug. 1. in ἡμᾶς, mutans, una opera ἀφῃρήμεθα corrigi malit propter sequens ἐροῦμεν. Potuisset suæ rationi patronum sistere Anonymum in Rhet. Græc. select. Galei p. 200., ubi plane legitur ἀφῃρήμεθα. At ego tum vicissim darem, qui secundæ personæ verbi patrocinatur, et generosi nominis hominem, Tiberium, ex eadem Collect. p. 176. Sed extra jocum; quum sæpe istorum pronominum, ὑμεῖς et ἡμεῖς, commutatio a scribis facta sit, eaque vel diligentioribus eorum facillima esse debuerit, in multis locis Oratorum dubium manet, utrum alteri sit præferendum. Et quas regulas nobis ponere possumus ad eorum usum in dissidio codicum discernendum, earum nulla satis huc convenit. Hic tamen de vulgatæ scripturæ veritate non dubitem. F. A. Wolf.

φόμενοι, τὴν ἀτέλειαν αὐτὸν ἀφῄρησθε, τί πρὸς θεῶν ἐροῦμεν; ἢ τί γράψει ποτὲ ὁ τὸ ψήφισμα ὑπὲρ [1]ὑμῶν γράφων; Ὅτι, νὴ Δία, ἦσάν τινες τῶν εὑρημένων ἀνάξιοι; Ἐὰν οὖν εἴπῃ πρὸς ταῦτα ἐκεῖνος· καὶ γὰρ Ἀθηναίων τινὲς εἰσὶ φαῦλοι ἴσως, καὶ οὐ διὰ ταῦτ' ἐγὼ τοὺς χρηστοὺς ἀφειλόμην, ἀλλὰ τὸν Δῆμον νομίζων χρηστὸν πάντας ἔχειν ἐῶ· οὐ δικαιότερ' ἡμῶν ἐρεῖ; ἔμοιγ' οὖν δοκεῖ. Παρὰ
469 πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις μᾶλλόν ἐστιν ἔθος, διὰ τοὺς εὐεργέτας, καὶ ἄλλους τινὰς εὖ ποιεῖν τῶν μὴ χρηστῶν, ἢ διὰ τοὺς φαύλους, τοὺς ὁμολογουμένως ἀξίους χάριτος τὰ δοθέντα ἀφαιρεῖσθαι. Καὶ μὴν οὐδ', ὅπως οὐκ ἀντιδώσει τῷ Λεύκωνί τις, ἐὰν βούληται, δύναμαι σκοπούμενος εὑ-

[1] ἡμῶν R.

Τί πρὸς θεῶν ἐροῦμεν;] *Quod si quis nos roget, quid tandem per deos immortales respondebimus? quod nonnulli, credo, qui immunitatem civitatis beneficio consecuti fuerant, indigni eo beneficio erant?* Qua voce ostendit turpem futuram responsionem. vel, *nempe quod nonnulli*. sed ita, ut pronunciatione adjuvetur. Subdit enim statim, ἐὰν οὖν εἴπῃ πρὸς ταῦτα, &c. Ubi observandum quod νὴ Δία interrogationi servit, quæ vim habet ironiæ, ut περὶ Στεφάνου etiam dictum est. Sic Cicero de natura Deorum, "Quarum tandem voluptatum? nempe ad corpus pertinentium. nullam enim aliam novistis." *Ex edit.* Hervag.

Ὁ τὸ ψήφισμα etc.] *Quid tandem scribet civitatis nomine publicus Tabellio?* Nannius. Taylor.

Τί γράψει ποτὲ ὁ τὸ ψήφισμα ὑπὲρ ὑμῶν γράφων;] *Quid tandem scribet is, cui hoc mandabitur, ut Vestro nomine, Vestra auctoritate, regi rescribat?* Itaque τὸ ψήφισμα est *responsum, Leuconi publice reddendum*. Nuperus editor, semper ille nobis ad partes vocandus, corrigit τί γράψαι τότε, *tunc temporis, quum illud fiet*; idemque in textu dedit ὑπὲρ ἡμῶν, utrumque contra fidem librorum. Quanquam posterius minus improbo, etiam propter ista, οὐ δικαιότερ' ἡμῶν ἐρεῖ; F. A. Wolf.

Ὅτι, νὴ Δία, ἦσάν τινες τῶν εὑρημένων ἀνάξιοι;] Hæc vim habent ironiæ, et pronunciando sunt adjuvanda. Rectius tamen forsan citra interrogationem legenda videantur, tanquam responsio suggesta ab adversariis. Cf. omnino §. ιγ'. post med. Ex interpunctione vulgari Orator ipse dicit: *An illud forte scribemus, multos esse præmio indignos?* Idem.

Καὶ γὰρ Ἀθηναίων τινὲς —] Verbi causa, *homines erga regem tum ingrati, quam sunt fautores legis Leptineæ*. Id auctor ut non dicat, satis tamen innuit: unde locus admirabilis est urbanitate, quam ipse quodammodo sensit Ulpianus. Idem.

Καὶ μὴν οὐδ' ὅπως οὐκ ἀντιδώσει —] Perverse hæc a nupero editore exponuntur. Ἀντιδοῦναί τινι nihil aliud est, quam *offerre alteri permutationem facultatum*. Igitur verte: *Quodsi quis Leuconem voluerit ad permutationem bonorum et facultatum adigere, quo id pacto caveri possit, ego non video*. Ratio statim subjungitur: Χρήματα γάρ ἐστιν ἀεὶ παρ' ὑμῖν αὐτοῦ. Mox κατὰ τὸν νόμον τοῦτον, non τῆς ἀντιδόσεως, sed Leptinis. Omnis hæc ratio ἀντιδόσεως, et verba ἢ στερήσεται τούτων, ἢ λειτουργεῖν ἀναγκασθήσεται, aliquid lucis accipient e Prolegomm. Idem.

ρεῖν. Χρήματα μὲν γάρ ἐστιν ἀεὶ παρ᾽ ὑμῖν αὐτοῦ· κατὰ δὲ τὸν νόμον τοῦτον, ἐάν τις ἐπ᾽ αὐτὰ ἔλθῃ, ἢ στερήσεται τούτων, ἢ λειτουργεῖν ἀναγκασθήσεται. Ἔστι δ᾽ οὐ τὸ τῆς δαπάνης μέγιστον ἐκείνῳ, ἀλλ᾽ ὅτι τὴν δωρεὰν αὐτὸν [1]ὑμᾶς ἀφῃρῆσθαι νομιεῖ.

ιά. Οὐ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! μὴ Λεύκων ἀδικηθῇ, μόνον δεῖ σκοπεῖν, ᾧ φιλοτιμίας ἕνεκα ἡ περὶ τῆς δωρεᾶς σπουδὴ γένοιτ᾽ ἄν, οὐ χρείας· ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλος εὖ μὲν ἐποίησεν ὑμᾶς εὖ πράττων, εἰς δέον δὲ νῦν γέγονεν αὐτῷ τὸ παρ᾽ ὑμῶν λαβεῖν τότε τὴν ἀτέλειαν. Τίς οὖν οὗτός ἐστιν; Ἐπικέρδης ὁ [2]Κυρηναῖος, ὅς, εἴπερ τις ἄλλος τῶν εἰληφότων, δικαίως ἠξιώθη ταύτης τῆς τιμῆς· οὐ τῷ μεγάλα ἢ θαυμάσια ἡλίκα δοῦναι, ἀλλὰ τῷ παρὰ τοιοῦτον καιρὸν, ἐν ᾧ καὶ τῶν εὖ πεπονθότων ἔργον ἦν εὑρεῖν

[1] ὑμᾶς αὐτὸν R. [2] κερκυραῖος R.

ιά. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλος —] Transitio ad novam partem Orationis facillima est: *Jam porro Vobis etiam hoc videndum, ne injuria afficiatis quenquem alium, si quis in Vos beneficia contulit, quum meliore fortuna uteretur; sed cui nunc iniquis rebus conflictanti, ad victum necessaria facta immunitas opportune subvenit, quam ei priore tempore concessistis.* His in verbis ut νῦν valet κακῶς πράττοντι, sic τότε necessario ad prius tempus spectat, h. e. ad εὖ πράττων. Unde libet mirari, ubi mens fuerit critico Anglico, quum τότε vero loco suo motum, ante εὖ πράττων transponendum censeret. Quod sicut nemini præter auctorem suum placuerit: ita illud errandi causam habere potest, quod Epicerdes, de quo Orator dicere ingreditur, non secus ac superstes vivensque commemoratur. Etenim tempora si repules ex iis rebus, quæ in seqq. narrantur, vix ac ne vix quidem credibile est, vitam hominis ad tempus hujus causæ nostræ produci potuisse. Jam vero quum occurrat paullo disertior locus §. ιβ'., ubi *filiis illius, non ipsi,* sublatæ immunitates dicuntur damnum afferre, atque huc simul Ulpiani qualiscunque auctoritas accedat, haud dubium videri debet, quin Epicerdes prius diem obierit, quam hæc Oratio haberetur. At Demosthenes, velut de vivo loquens, h. l. dicit εἰς δέον νῦν γέγονεν αὐτῷ, et in reliquis quoque simili modo lectorem frustratur. Nempe in tota Oratione confundit ipsos, qui præmiis impertiti sunt, cum horum filiis et posteris. Eam vero rationem sequi potuit non inepte, quod, qui meritorum suorum gratia carent, etiam post mortem injuriæ quodam genere affici videntur; sequi autem debuit, quum provideret, quanto ea ratio potentior ad auditorum animos commovendos futura esset. IDEM.

Λαβεῖν τότε τὴν ἀτέλειαν] Subabsurda videtur hæc positio vocis τότε. transponi debet in priorem partem sententiæ: τότε εὖ πράττων, εἰς δέον δὲ νῦν γέγονεν — λαβεῖν τὴν ἀτέλειαν. Confirmat Ulpianus: ὁ πάλαι εὐημερῶν, οὗτος νῦν ἐπίκουρον τοῦ ζῆν ἔχει τὴν ἀτέλειαν. MARKLAND.

Κυρηναῖος] Epicerdes iste videtur fuisse ex Cyrene. Κερκυραῖος habent Ald. Ven. et Edit. Morel. Κυρηναῖος cum scholiaste defendunt Obsop. Bodl. Codd. Regg. α. ζ. Lindenb. et Editt. cæteræ. *Epicerde Corfiotto* Versio Italica cum Aldo. TAYLOR.

Ἐπικέρδης ὁ Κυρηναῖος] Hominis nec Thucydides, nec alius ullus eorum, qui ista tempora scripserunt, mentionem habet. Itaque quæri potest, an melius scribatur ὁ Κερκυραῖος cum Ven. Ald. Herv. et Ben., ex qua retinuit Reisk. Quod factum ut probet, in Notis scribit, *frequentiorem usum Atheniensibus fuisse cum Cercyræis, quam cum Cyrenæis, utpote qui Spartanæ fuissent originis.* At tali ratiuncula quis cautus et prudens moveatur in rebus factis? Vulgatum, a me resumtum, defendunt codd. optimi, et editt. pleræque cum Aristide Art. p. 452. et Scholiaste, cui hanc unam lectionem ob

ἐθέλοντά τινα, ὧν εὐεργέτητο, μεμνῆσθαι. Οὗτος γὰρ ἀνὴρ, ὡς τὸ ψήφισμα τοῦτο δηλοῖ τὸ τότε αὐτῷ γραφὲν, τοῖς ἁλοῦσι τότε ἐν Σικελίᾳ τῶν πολιτῶν, [1]ἐν τοιαύτῃ συμφορᾷ καθεστηκόσιν ἔδωκε μνᾶς ἑκατόν· καὶ τοῦ μὴ τῷ λιμῷ πάντας αὐτοὺς ἀποθανεῖν αἰτιώτατος ἐγένετο. Καὶ μετὰ ταῦτα, δοθείσης ἀτελείας αὐτῷ διὰ ταῦτα παρ᾽ ὑμῶν, ὁρῶν ἐν τῷ πολέμῳ, [2]τῷ πρὸ τῶν Τριάκοντα μικρὸν, σπανίζοντα τὸν Δῆμον χρημάτων, τάλαντον [3]ἔδωκεν αὐτὸς
470 ἐπαγγειλάμενος. Σκέψασθε δὴ, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν,

[1] καὶ ἐν T. [2] [τῷ] R. [3] ἐπέδωκεν R.

oculos fuisse apparet. F. A. WOLF.

Οὗτος γὰρ ἀνὴρ] Ante ἀνὴρ supra §. θ'. post med. Wolfius et Tayl. sua sponte addiderant articulum, nunc id facere neglexerunt. Neutro loco apponi debebat, licet in priori Aristides dederit οὗτος ὁ ἀνὴρ, in Art. p. 468. Pro vero habeo Brunckii monitum ad Aristoph. Eccles. 367., attice dici et οὗτος ὁ ἀνὴρ, et οὗτος ἀνήρ. Conf. posthac §. ιβ'. et ις'. Mox τὸ ψήφισμα τοῦτο Orator extulit, vel manu tenens decretum, vel digito demonstrans. IDEM.

Ἐν τοιαύτῃ συμφορᾷ —] Hisce particulam καὶ præponit Wolfius, et, qui eum raro deserit, Taylorus. Putarunt nimirum viri, ad participia, ἁλοῦσιν et καθεστηκόσι, juncturam requiri, plane ut librarius in Aug. 1. peccavit §. ις'. addens καὶ post βασιλεῖ. Ceterorum librorum in utroque loco lectio verior, et in nostro quidem vertendum: *Dedit captis in Sicilia civibus nostris, quo tempore illa calamitate premerentur* etc. Ἐν τοιαύτῃ, *in tanta,* et *quam scitis,* uti §. ε'. et λε'. Similiter τότε accipiendum, *illo tempore,* h. *insigni, noto omnibus:* ne quis ποτὲ emendet. Sane satis memorabilis Athenis fuit calamitas, Siculo bello inflicta, Olymp. 91, 4. Vide instar omnium, Thucydidem VII. inde a princ., aut, ex recentioribus, Meinertis Histor. doctrinar. apud Græcos et Rom. T. II. p. 273. IDEM.

Ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸ τῶν τριάκοντα] Felicianus τῷ πρὸς τοὺς τριάκοντα. Sed tum τὸ μικρὸν abundat. In varia lectione annotatum est: τῷ πρὸς τριάκοντα μικρὸν σπανίζοντα. Si πρὸ τῶν τριάκοντα, videtur intelligendum id bellum, quo exitiosam cladem ad Ægospotamos acceperunt. Hoc enim secuta est Oligarchia xxx virorum. Τὸ μικρὸν σπανίζοντα non placet, nisi velis interpretari *nonnihil egere.* Nannius: *in bello adversus triginta Tyrannos.* WOLF. Nodum hic in scirpo quærit vir doctissimus. Nam si pungas, uti ego edidi, et ut ille etiam vertit, nihil subest difficultatis. Interpres Italus: *nella guerra, che fu poco inanti de i Trenta.* TAYL. Ind. Ald. pro varia lectione dat, πολέμῳ πρὸς τριάκοντα. Felic. in textu, πολέμῳ τῷ πρὸς τοὺς τριάκοντα, et sic Parr. codd. Contra Man. vitiose, πολέμῳ, τῷ πρὸς τοὺς τῶν τριάκοντα. Auget hanc varietatem aberrationum Margo Ben., habens πολέμῳ πρὸς τοὺς Τριάκοντα. Quod nos cum Ald. Herv. Wolf. Tayl. Reisk. edidimus, firmatur a Lind. Vind. Aug. 1., nec dubia esse hujus scripturæ auctoritas debet, et pessime quorundam exemplo μικρὸν cum σπανίζοντα junxeris. Neque melius commentum Reiskii, cui alterum τῷ delendum videtur. Ὁ πόλεμος ὁ πρὸ τῶν Τριάκοντα μικρὸν, scil. χρόνον, haud dubie accipiendum est de bello Δεκελεικῷ, vel hujus extrema parte, dominationem XXX virorum proxime prægressa. F. A. WOLF.

Αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος] Αὐτεπάγγελτος, ut est in Isocratis parænesi, ἐν τοῖς καιροῖς τοῖς φίλοις βοηθήσας, ἀλλὰ μὴ τὰς παρ᾽ ἐκείνων δεήσεις ἀναμείνας. WOLF.

Τάλαντον ἔδωκεν αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος] Posteriora duo passim Græci uno verbo efferunt, αὐτεπάγγελτος, in quo αὐτὸς est *sponte,* uti Lat. *ipse.* Quanquam ipsum ἐπαγγέλλεσθαι interdum est *sua sponte aliquid offerre,* aut *præstandum suscipere.* Diligenter verbum tractavit Taylorus in Annotatt. ad Demosth. de fals. leg. Arg. post. In prioribus Reisk. pro ἔδωκεν dedit ἐπέδωκεν, in quo nollem unius codicis Par. 1. fidem secutus esset. Parum id defendere potuisset vel usu loquendi attico, ex quo ἐπιδιδόναι et ἐπίδοσις dixerunt de *pecunia in Reip. necessitatibus sponte collatæ,* vel etiam Ulpiani ad h. l. verbis his: ἰδὼν τὴν ὀλιγότητα τῆς ἐπιδόσεως. F. A. WOLF.

ἄνδρες Ἀθηναῖοι! πῶς ἂν ἄνθρωπος μᾶλλον φανερὸς γένοιτο εὔνους ὢν ὑμῖν, ἢ πῶς ἧττον ἄξιος ἀδικηθῆναι, ἢ πρῶτον μὲν εἰ, παρὼν τῷ τῆς πόλεως ἀτυχήματι, μᾶλλον ἕλοιτο τοὺς ἀτυχοῦντας καὶ τὴν παρὰ τούτων χάριν, ἥτις ποτ' ἔμελλεν ἔσεσθαι, ἢ τοὺς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ κεκρατηκότας, καὶ παρ' οἷς ἦν· δεύτερον δ', ἑτέραν χρείαν ἰδὼν, εἰ φαίνοιτο διδοὺς, καὶ μὴ, ὅπως ἰδίᾳ τὰ ὄντα [1] σώσει, προνοούμενος, ἀλλ' ὅπως τῶν ὑμετέρων μηδὲν ἐνδεῶς ἕξει, τὸ καθ' [2] αὑτόν; Τοῦτον μέντοι, τὸν τῷ μὲν ἔργῳ [3] παρὰ

[1] σώσοι T. [2] αὐτόν. R. [3] περὶ T.

Πῶς etc.] Vide, ne te fallat Constructio Comparativi per ἢ et εἰ, quæ est hujusmodi: Πῶς ἄνθρωπος γένοιτ' ἂν μᾶλλον φανερὸς (φανερώτερος) εὔνους ὢν ὑμῖν (ὅτι ὑμῖν εὐνοεῖ) ἢ εἰ παρὼν μᾶλλον ἕλοιτο (τοῦ μᾶλλον ἑλομένου) τοὺς ἀτυχοῦντας· et deinde: δεύτερον ἢ (ἀπὸ κοινοῦ) εἰ ἰδὼν χρείαν ἑτέραν φαίνοιτο διδοὺς (τοῦ φαινομένου διδόναι) etc. Nannius: *Quam si nec socius, nec particeps, in calamitosissimis Reip. temporibus, victos, eorumque gratiam, si modo ulla futura esset, quam victores, in quorum societate erat, colere demererique præoptet?* Videtur pro ἢ πρῶτον μὲν, εἰ παρὼν τῷ τῆς πόλεως ἀτυχήματι legisse, ἢ εἰ μήτε σύμμαχος ὢν, μήτε κοινωνὸς, ἐν τῷ τῆς πόλεως ἀτυχήματι etc. et μηδὲν ἐνδεῶς, ut et Obsopœus notavit. Wolf. Χάριν, ἥτις ποτ' ἔμελλεν ἔσεσθαι h. *gratiam, qualiscunque ea tandem erat futura*: alibi χάριν ἄδηλον. Talis tum status erat rerum, qui haud magnam spem remunerationis viro facere posset. Κεκρατηκότας καὶ παρ' οἷς ἦν, intellige Syracusanos: ut tum, quum clades illa fieret, Epicerdes Syracusis habitasse videatur. Illinc posthac hominem Cyrenen revertisse, veri simile est; filios autem ejus, non errabimus, si Athenis domicilium habuisse hujus quidem causæ tempore credamus. Ita etiam Ulpianus: Φασὶ δὲ τοὺς παῖδας μεταστῆναι τοῦ Ἐπικέρδους ἀπὸ Κυρήνης Ἀθήναζε. F. A. Wolf.

Ὅπως σώσοι] Sequitur ὅπως ἕξει. unde scribendum forte ὅπως σώσει. Apposite §. κ'. καὶ ὅπως — δόξετε· καὶ ὅπως — ἀφαιρήσεται· καὶ ὅπως ἕξετε. Markland. Ita Editt. optimæ. Taylor.

Ὅπως ἰδίᾳ τὰ ὄντα σώσει] Vulgo legunt σώσοι cum Ald. Herv. et Ben. In aliis est σώσῃ, sed in Felic. et Man. σώσει. Postremum rectum est unice, non ideo tamen, quod sequitur ἕξει; nam cur posterius verbum regulam faciat potius, quam prius? verum quod id exigit sermonis lex et ratio. Solœcismum facit ὅπως cum futuro optativi aut aoristo subjunctivi constructum, legitima Atticorum structura poscente indicativi futurum. Id poetarum usu accurate evicit Dawes. Miscell. crit. p. 227. et 276., quocum conf. exempla colligentem Fischerum ad Weller. p. 401. Reiskius autem quum hoc in loco vulgatum non male habere pronunciet, mirandum non est, quod et alios locos multos Oratorum reliquit eodem vitio inquinatos. Tamen vel ex sua ratione corrigere debebat verba Æschinis in Ctesiph. §. κγ'. med. Ἐπράττετο γὰρ οὐ πρὸς τοὺς ἄλλους πρέσβεις, ἀλλὰ πρὸς Φιλοκράτην καὶ Δημοσθένην· πρῶτον μὲν, ὅπως μη περιμενεῖτε (vulg. περιμείνητε) τοὺς πρέσβεις — δεύτερον δὲ, ὅπως μὴ μόνον τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ συμμαχίαν εἶναι ψηφιεῖσθε πρὸς Φίλιππον κ. τ. λ. Similiter in Demosth. Olynth. A. §. ά. scribendum, δεῖ τοῦτ' ἤδη σκοπεῖν, ὅπως μὴ χείρους περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εἶναι δόξομεν τῶν ὑπαρχόντων, ubi omnes edunt δόξωμεν. Recte contra vulgatur infra §. κ'. Πρόνοιάν τινα ἔχοντας — ὅπως δόξετε, ὅπως — ἀφαιρήσεται, καὶ ὅπως — ἕξουσι τὰ δοθέντα. Idem vitium sustuli ex Aristidis Declamat. §. θ'. F. A. Wolf.

Ὅπως τῶν ὑμετ.] Forte ὑμετέρων μηδεὶς ἐνδεῶς ἕξει. nam de *Personis* loquitur, et ultima syllaba in μηδὲν ortum habere potuit a subsequenti. Markland.

Ὅπως τῶν ὑμετέρων μηδὲν —] *Ne qua pars Reip. Vestræ seu rerum Vestrarum defectu quodam laboraret, quantum quidem in se esset, prospexit.* Clarus est sensus vocis μηδὲν, et jure Reiskio displicuit Marklandi conjectura, μηδείς. Neque eam, puto, protulisset vir magnus, si animum attendisset ad verba, τῶν ὑμετέρων. F. A. Wolf.

Περὶ] Lege παρὰ cum Ald. Lindenb. Bodl. Ven. Vindob. et Codd. Regg. α. ε. ζ. η. Ita §. ιβ'. οἱ παρὰ τὰς χρείας. Et similiter ιγ'. post med. Supra §. ιά. παρὰ τοιοῦτον καιρόν. Taylor. Inde ab Aldo

τοὺς μεγίστους καιροὺς οὑτωσὶ κοινὰ τὰ ὄντα τῷ Δήμῳ κεκτημένον, τῷ δὲ ῥήματι καὶ τῇ τιμῇ τὴν ἀτέλειαν ἔχοντα, οὐχὶ τὴν ἀτέλειαν ἀφαιρήσεσθε, — οὐδὲ γὰρ οὔσῃ χρώμενος φαίνεται —, ἀλλὰ τὸ πιστεύειν ὑμῖν· οὗ τί γένοιτ' ἂν αἴσχιον; Τὸ τοίνυν ψήφισμα ὑμῖν αὐτὸ ἀναγνώσεται, τὸ τότε ψηφισθὲν τῷ ἀνδρί. Καὶ θεωρεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! ὅσα ψηφίσματα ἄκυρα ποιεῖ ὁ νόμος, καὶ ὅσους ἀνθρώπους ἀδικεῖ, καὶ ἐν ὁποίοις καιροῖς χρησίμους ὑμῖν παρασχόντας ἑαυτούς! Εὑρήσετε γὰρ τούτους, οὓς ἥκιστα προσῆκεν, ἀδικοῦντα. Λέγε!

[1] ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.

ιβ'. Τὰς μὲν εὐεργεσίας, ἀνθ' ὧν εὕρετο τὴν ἀτέλειαν ὁ

[1] Ψήφισμα R.

plurimi editores dederunt περὶ τ. μ. κ. Perperam. Usum particula παρὰ, quam codices exhibent pæne omnes, declarabo ad §. λ'. Μέγιστοι καιροὶ sunt *tempora Reip. periculosa*, quæ a Latinis quoque nonnunquam dicuntur *tempora maxima, summa*. De his Latinis optime egit Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 28. F. A. Wolf.

Οὐδὲ οὔσῃ χρώμενος φαίνεται] *Nota et comperta res est, ipsum Epicerdem immunitatis tum, quum eam haberet, fructum non tulisse.* Verba, χρώμενος et οὔσῃ, ad *præteritum tempus actionis infectæ* pertinent, ita ut h. l. propria vis sua utrique participio constet. Suboluisse paullum hujus rei videtur Græculo, cetera veræ rationis temporum ignaro, qui adscripsit, χρώμενος esse pro χρησάμενος. Jam quum verba lucida sint, tamen sententiæ vis non ita est evidens. Etenim cur homo munificentia Populi uti noluerit, plures causas comminisci possumus. Mihi quidem si divinare licet, hoc unum videtur in causa fuisse, quod nec ipse Athenis habitaret, neque illuc merces adveheret. In eadem opinione versatur unus Intpp. Græcorum, quorum cinnum ad h. l. legimus. F. A. Wolf.

Τὸ πιστεύειν ὑμῖν] Scil. ἀφαιρήσεσθε, *tolletis, destruetis, fidem Vestram.* Reiskius contra adscripsit: Post ὑμῖν videtur excidisse ὑμᾶς. *Sed ipsimet Vobis detrahetis fidem erga Vos aliorum, fiduciam publicam, in fide et constantia Vestra nitentem.* Saltem hæc modestior est conjectura, quam Augerii sic proxima mutantis: Τὰ τοίνυν ψηφίσματα ὑμῖν αὐτὰ ἀναγνώσεται, τὰ τότε ψηφισθέντα τῷ ἀνδρί. Ubi quid torserit virum doctissimum, paullo post intelligetur. Idem.

Καὶ θεωρεῖτε, ὅσα ψηφίσματα —] Meruerit de h. l., qui nobis causam aperiet ardoris hujus, tam subito erumpentis in verbis, ὅσα ψηφίσματα — ὅσους ἀνθρώπους — ἐν ὁποίοις καιροῖς χρησίμους — Nam si totius loci nexum sententiarum excutias, vereor, ne jam Orator paullo ineptius atque præpropere sic exardescere videatur, qui hucusque solorum duorum, Leuconis et Epicerdis, mentionem fecerit. Eosne igitur homines, eaque psephismata innuit, de quibus ante eum Phormio egerat? An omnino alios innuit, quos cogitandos auditori relinquit, tales, qui, si ab Epicerde immunitas abjudicaretur, eodem judicio statim ipsi quoque suis præmiis excidere videri possent? An denique unum psephismatum de Epicerde, quæ nunc a scriba prælegunţur, aliorum plurium, qui una cum illo Populum demeruissent, mentionem habuit? Mihi, ut in dubia re, conjectura primo loco posita satisfacit, etiam propter §. ιγ'. Quamquam obscura significatio ea, quam altera ista ratio habet, locum haud sane dedeceat. Idem.

ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ] ΨΗΦΙΣΜΑ habet Cod. Lind. et e Regiis [α. ε. η. Aug. 1. et Bav.] Recte. Supra, v. 5. τὸ τοίνυν ψήφισμα ὑμῖν αὐτὸ ἀναγνώσεται. Exaravit Scriba ψηφίσματα propter sequentem vocem τὰς, quæ adhæsit priori. Mox tamen v. 1. p. seq. ἀκηκόατε ἐκ τῶν ψηφισμάτων. Taylor. Librarii eodem modo decepti sunt, quo editores, Taylorus et Reiskius, quorum posterior audacius etiam textui

Ἐπικέρδης, ἀκηκόατε ἐκ τῶν ψηφισμάτων, ὦ ἄνδρες δικασταί! Σκοπεῖτε δὲ μὴ τοῦτο, εἰ μνᾶς ἑκατὸν καὶ πάλιν τάλαντον ἔδωκεν, — οὐδὲ γὰρ τοὺς λαβόντας ἔγωγε ἡγοῦμαι τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων θαυμάσαι —, ἀλλὰ τὴν προθυμίαν, καὶ τὸ αὐτὸν ἐπαγγειλάμενον ποιεῖν, καὶ 471
τοὺς καιροὺς, ἐν οἷς. Πάντες μὲν γάρ εἰσιν ἴσως ἄξιοι χάριν ἀνταπολαμβάνειν, οἱ προϋπάρχοντες τῷ ποιεῖν [1] ὑμᾶς εὖ· μάλιστα δ' οἱ παρὰ τὰς χρείας· ὧν εἷς οὗτος ἀνὴρ ὢν φαίνεται. Εἶτ' οὐκ αἰσχυνόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας εἰ, μηδεμίαν ποιησάμενοι τούτων [2] μηδενὸς [3] μνεῖαν, ἀφῃρημένοι φανούμεθα τὴν δωρεὰν, μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι; Οὐ γὰρ, εἰ ἕτεροι μὲν ἦσαν οἱ τότε σωθέντες ὑπ' αὐτοῦ, καὶ δόντες τὴν ἀτέλειαν, ἕτεροι δ' ὑμεῖς, οἱ νῦν ἀφαιρούμενοι, ἀπολύει τοῦτο τὴν αἰσχύνην· ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ τὸ δεινόν ἐστιν. Εἰ γὰρ

[1] Deest ὑμᾶς. R. [2] Deest μηδενός. T. [3] μνείαν R.

singularem intulit. Quem errorem auctor ipse verbis, ἀκηκόατε ἐκ τῶν ψηφισμάτων, ita arguit et convincit, nihil ut contra dici possit. Nec in illis prioribus, τὸ ψήφισμα ὑμῖν αὐτὸ ἀναγνώσεται, τὸ τότε ψηφισθὲν τῷ ἀνδρὶ, mutationi quidquam præsidii est, quamvis ita sibi persuasisse videantur, qui primi mutarunt. Quæ verba etsi unum tantum psephisma designant illud, quod v. 2. p. 455. Orator monstravit, h. e. primarium, quo Epicerdi post primum ab eo in Pop. Athen. beneficium collatum immunitas decreta fuerat; at ea tamen nihil impediunt, quo minus nunc alia psephismata plura afferri potuerint. Atque huc ducunt plane verba, τὰς εὐεργεσίας. Quippe illud primarium decretum ad unum prius beneficium spectasse videri debet. Adeo nihil probabilius est, quam Epicerdi posterioris meriti causa novo decreto gratias actas, immunitatemque denuo ratam habitam, forsan novum præmium aliquod additum fuisse. F. A. Wolf.

ιβ'. Πάντες μὲν γὰρ etc.] Expressius hæc aliquanto, quam Wolfius, vertebat Interpres Alemannianus: *Digni enim sunt meriti vicissitudinem sentire, quicunque primi benefacere instituerunt, maxime in rebus arctis et afflictis*: Et, paucis interjectis: *Non enim inde, quod alii nunc sunt Athenienses, qui immunitatem auferunt, alii, quibus ille benignitatem suam impendit, dedecus hujus improbitatis exstinguitur: eo enim ipso gravius eum redditur.* Taylor.

Τῷ ποιεῖν ὑμᾶς εὖ] Pronomen ὑμᾶς Reiskius cum Par. 1. 5. et Aug. 1. omittit, sententiam melius ad omnes homines, quam ad solos Athenienses, pertinere putans. Speciem id habet, non veritatem; quod mecum sentiet, quisquis attenderit sequentia, ὧν εἷς οὗτος ἀνὴρ ὢν φαίνεται. In quibus ad sensus integritatem verbum unum alterumve deesset, si sententia prior omisso pronomine universe caperetur. Ceterum rarius vocabulum, ἀνταπολαμβάνειν, ex h. l. notavit Suidas. F. A. Wolf.

Τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας εἰ, μηδεμίαν —] Rationem construendi loci interpungendo adjuvi, quo citius pateret, τοὺς — παῖδας ad ἀφῃρημένοι referri, non ad αἰσχυνόμεθα. A loco suo paullum remotam particulam εἰ nemo mirabitur, qui cogitet vim verborum τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας, qua principem sibi in oratione locum poscebant. Simile illud §. κέ. καὶ τοὺς προγόνους, ὀργίζεσθε, ἐὰν κ. τ. λ. Et Latinorum eundem morem esse ponendarum conjunctionum, quis ignorat? Idem.

Μηδεμίαν ποιησάμενοι τούτων μνεῖαν] Auctius Edit. Paris. τούτων μηδενὸς μνεῖαν· et rectius, ut fere. sic §. ις'. med. μηδεμίαν ποιησαμένους τούτων μηδενὸς μνεῖαν. Markl. Verissime. F. A. Wolf. V. Var. Lect.

Τὸ δεινὸν] Verius puto τῶν δεινῶν ἐστίν· ut §. ιέ. ad fin. τῶν αἰσχίστων ἐστί. Plenius §. κθ'. ἕν τι τῶν αἰσχρῶν ἐστί. Markl.

Αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ τὸ δεινόν ἐστιν] *In hoc ipso atrocitas rei inest. Hoc vel ipsum est*

οἱ μὲν εἰδότες καὶ παθόντες ἄξια τούτων ἐνόμιζον εὖ πάσχειν, ἡμεῖς δ' οἱ λόγῳ ταῦτ' ἀκούοντες, ὡς [1] ἀναξίων ἀφαιρησόμεθα, πῶς οὐχ ὑπέρδεινον ποιήσομεν; [2] Ὁ αὐτὸς τοίνυν ἐστί μοι λόγος οὗτος καὶ περὶ τῶν τοὺς Τετρακοσίους καταλυσάντων, καὶ περὶ τῶν, ὅτ' ἔφευγεν ὁ Δῆμος, χρησί-

[1] ἀνάξιον R. [2] Deest articulus. R.

imprimis grave et atrox. Bene ita Reisk. vertit, rejecto commento Marklandi, qui temere maluerat, καὶ τῶν δεινῶν ἐστίν. F. A. Wolf.

Οἱ μὲν εἰδότες καὶ παθόντες] Legi vel intelligi potest εὖ ante παθόντες. Ulpianus legebat ἰδόντες, (uti etiam exhibet Codex s. in margine Edit. Paris.) et παρόντες. Putares tamen, Demosthenem scripsisse: εἰ γὰρ οἱ μὲν εἰδότες καὶ [ἔργῳ] μαθόντες, *facto experti*; quia statim respondet, οἱ λόγῳ ἀκούοντες, quemadmodum postulat Oppositio (ut §. ιά. ad fin. et §. ιθ'.) et mos scribendi; et quia λόγῳ hic superfluum est, nisi præcesserit ἔργῳ. Contra §. κζ'. pro τί παθὼν male legitur τί μαθών. Quæ sequuntur, ἄξια τούτων ἐνόμιζον εὖ πάσχειν, difficilia sunt, neque ex Demosthenis perspicuitate. Legi potest ἀξίους τούτους etc. *dignos hos* (Epicerdem scil. et filios ejus) *beneficio censebant*: ut §. κδ'. εἰ μηδεὶς — γέγονεν ἄξιος εὖ παθεῖν. Sed forte gravius mendum subest, ex defectu. Markland. παρόντες etiam legit Aug. Ital. Bodl. Cant. et forte MSS. Manut. Deinde τοῦτον (i. e. Epicerdem) ἐνόμιζον εὖ πάσχειν Bodl. et Cant. et pariter modo ὡς ἀνάξιον ἀφαιρησόμεθα iidem cum Italico. Taylor. Jam Marklandus ita facit, argutando, mutando, vix ut virum agnoscas. — Videamus de singulis. Principio necesse non est, ut propter λόγῳ infercias ἔργῳ. Hæc vocabula duo quamvis sæpe sibi diserte respondeant, tamen non raro admodum ipsius sententiæ vis facit, ut alterutrum omittatur. Et sic h. l. plane inest illud ἔργῳ in εἰδότες et παθόντες. Nam εἰδὼς proprie est, *qui adfuit rei aut interfuit*. Vid. ad §. ιγ'. med. Ac πάσχειν tum demum dicimur, *quum quid experimur ipsi*. Ita etiam πρόφασιν, cui verbo non minus sæpe opponi solet τὸ ἀληθὲς (vid. Markl. ad Maxim. Tyr. p. 702.) nude legitur in Philippi Epist. ap. Nostrum Or. de Cor. §. κγ'. Εἶτ' οἴεσθέ με λανθάνειν, ὅτι ἐξαπεστάλη ταῦτα τὰ πλοῖα, πρόφασιν μὲν ὡς τὸν σῖτον παραπέμψοντα ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου εἰς Λῆμνον, βοηθήσοντα δὲ Σηλυμβριανοῖς κ. τ. λ. Conf. Wesseling. similia monentem ad Diodor. Sic. XI. 39. Ipsum vero παθόντες vel propter sequens πάσχειν loco moveri non debebat, et οἱ παθόντες plane sunt, quos gallice dicas *les objets de sa bienfaisance.* Ulpiani verba, τῶν ὁρώντων καὶ παρόντων, ad meram explicationem referenda sunt. Sed inde tractum puto, quod a nonnullis libris in textum intruditur, οἱ μὲν ἰδόντες καὶ παρόντες. Deinde pro τούτων post ἄξια in Bodl. Cant. et Marg. Vin. est τοῦτον, et pro ἀναξίων in iisdem et Ital. ἀνάξιον, facili utrumque lapsu. Vulgatis hic quoque nihil verius. *Majores nostri ab Epicerde* εὖ πάσχειν ἄξια τούτων ἐνόμιζον, h. e. *credebant affectos se esse beneficio hac mercede digno.* In his clarum est, ταῦτα dici *donum, de quo nunc agitur, immunitatem.* Usus is pronominis occurrit etiam §. ιγ'. post med. Et infra §. κς'. post med. quod legimus, ἄξια τῆς ἀτελείας, id nihil aliud significat, quam nostrum ἄξια τούτων. Accusativus autem, ἄξια, junctus cum εὖ πάσχειν, non magis mirus esse potest, quam in forma, μεγάλα εὖ πάσχειν ac similibus aliis. Postremo ἀναξίων eodem neutro genere positum, quo ἄξια, eodem etiam refertur; casus vero secundus absolute capiendus, ut sit, ὡς ἀναξίων ὄντων, *quasi illa beneficia tali mercede digna non sint.* Hujus genitivi structuræ et potestatis exempla præbet Dorvill. ad Charit. p. 354. Criticus Lipsiensis reliquis quidem in textu pepercit, unum reposuit ἀνάξιον, nimirum ne otiosus nihil novi intulisse videretur. F. A. Wolf.

Ὁ αὐτὸς etc.] Deest in plurimis Exemplaribus, ut e. c. in Vindob. vox prima, in optimo Lindenbrogiano occupavit locum τοῦ οὗτος. Certe οὗτος tuto abesse potest. Taylor.

Ὁ αὐτὸς τοίνυν ἐστί μοι λόγος οὗτος —] *Idem plane mihi dicendum est* etc. Articulus ante αὐτὸς in libris quibusdam extritus est, sed eum Græca consuetudo exigit. Ait quidem Reiskius, libros illos temere imitatus, αὐτὸς ab Atticis poni pro ὁ αὐτὸς, id vero vellem exemplis demonstrasset. Tu credes potius Valckenaerio ad Euripid. Phœn. 927. F. A. Wolf.

Περὶ τῶν τοὺς Τετρακοσίους καταλυσάντων —] De præmiis eorum, qui CCCC virorum potestatem fregerant, dubito, an

μους αὐτοὺς παρασχόντων. Πάντας γὰρ αὐτοὺς δεινότατ' ἂν ἡγοῦμαι παθεῖν, εἴ τι τῶν τότε ψηφισθέντων αὐτοῖς λυθείη. Εἰ τοίνυν τις ὑμῶν ἐκεῖνο πέπεισται, πολὺ τοῦ δεηθῆναί τινος τοιούτου νῦν ἀπέχειν τὴν πόλιν, ταῦτα μὲν εὐχέσθω τοῖς θεοῖς, κἀγὼ συνεύχομαι· λογιζέσθω δὲ, πρῶτον μὲν, ὅτι περὶ νόμου μέλλει φέρειν τὴν ψῆφον, ᾧ μὴ λυθέντι δεήσει χρῆσθαι, δεύτερον δὲ, ὅτι βλάπτουσιν οἱ πονηροὶ νόμοι καὶ τὰς ἀσφαλῶς οἰκεῖν οἰομένας πόλεις. Οὐ γὰρ ἂν μετέπιπτε τὰ πράγματα ἐπ' ἀμφότερα, εἰ μὴ τοὺς μὲν ἐν κινδύνῳ καθεστηκότας καὶ πράξεις χρησταὶ, καὶ νόμοι, καὶ ἄνδρες χρηστοὶ καὶ πάντα ἐξητασμένα ἐπὶ τὸ βέλτιον προῆγε· τοὺς δὲ ἐν [1] πάσῃ καθεστάναι δοκοῦντας εὐδαιμονίᾳ πάντα ταῦτα ἀμελούμενα 472
ὑπέρρει κατὰ μικρόν. Τῶν γὰρ ἀνθρώπων οἱ πλεῖστοι

[1] ἀπάσῃ R.

ulla alibi memoria exstet. Οἱ Τετρακόσιοι sunt ii, qui, auctoribus maxime Pisandro et Antiphonte, sublata democratia, imperium acceperunt Olymp. 92, 1. anno exeunte. Quæ oligarchia præludebat graviori ac longiori dominatui XXX tyrannorum. Illis enim imperium quatuor mensium fuit, abolitum jam Olymp. 92, 2. Arch. Theopompo. Vid. Thucyd. VIII. 64. seqq. Diodor. XIII. 36. seqq. Aristot. ap. Harpocrat. v. Τετρακ. et cf. Taylori Vit. Lysiæ p. 114. Post id factum septem annis evenit, quæ mox memoratur, *fuga popularium*, ὅτ' ἔφευγεν ὁ Δῆμος, metu tyrannorum. Eo tempore qui Civitati opem tulerant, præmiis postea honestati sunt, etiam μέτοικοι, teste Lysia Or. XXXI. p. 887. Idem.

Ταῦτα μὲν εὐχέσθω τοῖς θεοῖς] Post εὐχέσθω Reiskio videbatur excidisse βέβαια μένειν. Non vidit igitur, ταῦτα nihil esse aliud, quam illud, τὴν πόλιν πολὺ ἀπέχειν τοῦ δεηθῆναί τινος τοιούτου. Nam id eum fugere non poterat, Græce dici εὔχεσθαί τι θεῷ τινί. Ceterum h. l. egregia conversio sententiæ notetur. Post τὴν πόλιν exspectamus, dum inferatur ἐκεῖνος ἁμαρτάνει, vel simile quid. Id vero mutatur boni ominis causa. Idem.

Τὰς ἀσφαλῶς οἰκεῖν οἰομένας πόλεις] Verbum neutrum h. l. est οἰκεῖν, ut sæpe apud Atticos. Isocrates in ejusdem tenoris sententia Areop. p. 205. Ὁρῶ γὰρ τῶν πόλεων τὰς ἄριστα πράττειν οἰομένας κ. τ. λ. Idem.

Τοὺς μὲν ἐν κινδύνῳ καθεστηκότας] In hoc, et in opposito, τοὺς δὲ ἐν πάσῃ καθεστάναι δοκοῦντας εὐδαιμονίᾳ, denuo πόλεις cogitabis, quod ante legebatur. Quippe masculina participia tantum variandæ orationi serviunt. Πάντα ἐξητασμένα, *summa omnium rerum diligentia et cura*: contra πάντα ταῦτα ἀμελούμενα. Ita *industria* et *incuria* inter se opposita sunt in simili loco Sallust. in princ. Epist. de Rep. ord. Idem.

Ὑπέρρει κατὰ μικρὸν] Tropi similes ejus, qui verbo ὑπέρρει inest, in quaque pæne lingua frequentantur. Simili item usus Noster Olynth. A. §. δ΄. de *fortuna dilabente* habet καταρρεῖν, ubi Scholion: διαφθείρεσθαι, ὡς ἀπὸ μεταφορᾶς τοίχου τινὸς παλαιοῦ, ὅταν ὑπὸ τῆς παλαιότητος καὶ τοῦ χρόνου αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ διαβιβρώσκηται καὶ ἀναλίσκηται. Notabilem autem nostrum locum facit activa vis verbi ὑπορρεῖν, propter quam etiam a Lexicographis inde a Budæo laudatus est, quum exemplum ejus videretur unicum esse. Recte. Sed quod superest, ut eum usum causis suis explicemus, possit fortasse ab aliquo huc illud trahi, quod simplex verbum ῥέω non prorsus insolenter occurrit sensu transitivo *effundendi*, de quo vid. Musgrav. ad Euripid. Hecub. 528. Brunck. ad Apollon. Rhod. III. 225. et Ruhnken. Epist. crit. II. p. 264. Possit adeo Latinum *ruo* comparari, quod ut ortum est ex Gr. ῥύω h. e. ῥέω, ita interdum originis suæ antiquam potestatem activam servat, in compositis maxime, ut in *diruo, obruo, proruo, corruo, subruo*, quorum postremum plane reddit nostrum ὑπορρεῖν. His tamen rationibus omissis potius hæc simpliciora sequenda censeo. Bene et ad

κτῶνται μὲν τἀγαθὰ τῷ καλῶς βουλεύεσθαι, καὶ μηδενὸς καταφρονεῖν· φυλάττειν δὲ οὐκ ἐθέλουσι τοῖς αὐτοῖς τούτοις. Ὃ μὴ πάθητε νῦν ὑμεῖς, μηδὲ οἴεσθε νόμον τοιοῦτον θέσθαι δεῖν, ὃς καλῶς τε πράττουσαν τὴν πόλιν ὑμῖν πονηρᾶς δόξης ἀναπλήσει, ἐάν τέ τι συμβῇ ποτὲ, ἔρημον τῶν ἐθελησόντων ἀγαθόν τι ποιεῖν αὐτὴν καταστήσει.

ιγ΄. Οὐ τοίνυν μόνον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοὺς ἰδίᾳ γνόντας εὖ ποιεῖν ὑμᾶς, καὶ παρασχόντας χρησίμους αὐτοὺς ἐπὶ τηλικούτων καὶ τοιούτων καιρῶν, οἵων μικρῷ πρότερον Φορμίων διεξελήλυθε, κἀγὼ νῦν εἴρηκα, ἄξιόν ἐστιν εὐλαβηθῆναι ἀδικῆσαι· ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἄλλους, οἳ πόλεις ὅλας, τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, συμμάχους ἡμῖν ἐπὶ τοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου παρέσχον, καὶ λέγοντες ἃ συμφέρει τῇ πόλει τῇ ὑμετέρᾳ, καὶ πράττοντες· ὧν ἔνιοι διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν στέρονται τῆς πατρίδος. Ὧν ἐπέρχεταί μοι πρώτους ἐξετάσαι τοὺς ἐκ Κορίνθου φυγόντας· ἀναγκάζομαι δὲ λέγειν πρὸς ὑμᾶς ταῦτα, ἃ παρ' ὑμῶν τῶν πρεσβυτέρων αὐτὸς ἀκήκοα. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα, ὅσα χρησίμους ἡμῖν ἑαυτοὺς ἐκεῖνοι παρέσχον, ἐάσω. Ἀλλ', ὅθ' ἡ μεγάλη μάχη πρὸς Λακεδαιμονίους ἐγένετο,

analogiam sermonis apte res dici potest ὑπορρεῖν τι, (h. e. ῥεῖν ὑπό τι,) quæ aliam rem *subterlabitur*, et ita facit, ut ea subsidat deque statu suo dejiciatur. De aqua proprie id usurpare licet: at quidni facili translatione idem liceat in aliis rebus omnibus, quibus quid labefactatur, subvertitur, aut corruit? Jam non in verbo ipso vis activa quæri debet, sed in verbi et præpositionis conjunctione, quo modo transitiva fiunt cognata, παραρρεῖν, διαρρεῖν et alia. Ita jam sententiam vertes: *Hæ autem res, quas dixi, neglectæ et contemtæ labefactant atque subruunt paullatim eas civitates, quæ optimo sibi videbantur loco stare, omnique genere felicitatis frui.* Aliter verbum accepit Valcken. ad Theocrit. VII. 121. prim. edit. Rectius, an secus, facile nunc erit judicare. Idem.

Τῷ μηδενὸς καταφρονεῖν] Hoc est, *nihil omnium negligendo, nihil existimando esse tam minutum, ut cura et animadversione sua indignum sit.* Idem.

Ὑμῖν] Forte cum Ald. Ven. Codd. Regg. ζ. η. Vindob. τὴν πόλιν ὑμῶν, vel cum α. et β. τὴν πόλιν ἡμῶν. Taylor.

Tertius casus recte habet, frequenter sic a Græcis pro secundo poni solitus, qui præsertim h. l. ad verbum ἀναπλήσει trahi possit. Vocabulis, καλῶς πράττουσαν τὴν πόλιν, respondent hæc, ἐάν τι συμβῇ ποτὲ, *si quid acciderit*, notus euphemismus. Conf. ad §. κγ΄. ad fin. F. A. Wolf.

ιγ΄. Συμμάχους ἡμῖν ἐπὶ τοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου] Quum antecesserit ὑμᾶς, statimque sequantur ὑμετέρᾳ et ὑμᾶς, mirum est, in nullo libro occurrere συμμάχους ὑμῖν. Similiter infra displicere potest πύλας ἡμῖν, quum et ibi ter repetatur secunda persona. Nihil tamen in neutro loco muto. Vid. quæ dixi §. ί. Ὁ πρὸς Λακεδαιμονίους πόλεμος bellum est, quod decem annis post Peloponnesiacum exarsit, ut statim notabimus. Idem.

Ἀναγκάζομαι δὲ] Ita Editt. vetustæ. Francofurtensis δή. abest a Vindob. Taylor.

Ἡ μεγάλη μάχη] Facta est ea pugna Diophanto Archonte, anno 2. Olymp. 96. Eam satis fuse narrat Xenopho lib. 4. Hellenicorum. Palmer.

Ἡ μεγάλη μάχη πρὸς Λακεδαιμονίους —

ἢ ἐν Κορίνθῳ· τῶν ἐν τῇ πόλει βουλευσαμένων μετὰ τὴν μάχην, μὴ δέχεσθαι τῷ τείχει τοὺς στρατιώτας, ἀλλὰ πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκεύεσθαι, ὁρῶντες ἠτυχηκυῖαν τὴν πόλιν, καὶ τῆς παρόδου κρατοῦντας Λακεδαιμονίους, οὐχὶ προὔδωκαν, οὐδ' ἐβουλεύσαντο ἰδίᾳ περὶ τῆς αὑτῶν 473 σωτηρίας· ἀλλὰ πλησίον ὄντων, μεθ' ὅπλων, ἁπάντων Πελοποννησίων, ἀνέῳξαν τὰς πύλας ἡμῖν βίᾳ τῶν πολλῶν, καὶ μᾶλλον εἵλοντο μεθ' ὑμῶν τῶν τότε [1] στρατευσαμένων, εἴ τι δέοι, πάσχειν, ἢ χωρὶς ὑμῶν ἀκινδύνως σεσῶσθαι, καὶ εἰσέφρουν τὸ στράτευμα, καὶ διέσωσαν καὶ ὑμᾶς καὶ

[1] στρατευομένων R.

ἢ ἐν Κορίνθῳ] h. e. *ad Corinthum, in agro Corinthio*, nominatim ἐν τῇ Νεμέᾳ, *in agro Nemeensi*, ut Xenophon scribit Hellen. IV. 2. 8., qui cum Diodoro XIV. 83. collatus nostro loco lucem dat, et ab eo vicissim accipit. Prœlium, cujus Demosthenes meminit, factum videtur Olymp. 96, 2., primo anno ejus belli, quod a Bœotis, Atheniensibus, Argivis, Corinthiis, aliisque fœderatis adversus Lacedæmonios gestum, auctores passim Corinthium vocant. Terminavit id bellum pax Antalcidæ, ut narratur mox, et apud Aristid. T. I. p. 460. Conf. Wesseling. ad Diod. l. c. De toto bello plura sciremus, si superessent hodie historici, quos Schol. laudat, Ephorus et Androtio. Optime tamen hic locus noster docet, duas tum Corinthi factiones fuisse, unam Spartanam, alteram Atticam. Ad illam spectant verba, τῶν ἐν τῇ πόλει, et τῶν πολλῶν, ad quæ conf. Xenoph. c. 4. §. 1., ubi pacis suasores ait fuisse Corinthiorum τοὺς πλείστους καὶ βελτίστους. Altera factio et milites Athenienses designantur verbis, τοὺς στρατιώτας. F. A. Wolf.

Ἀλλὰ πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκεύεσθαι] Ut qui legatos mittunt dicuntur πρεσβεύεσθαι καὶ διαπρεσβεύεσθαι, sic ἐπικηρυκεύεσθαι λέγονται αἱ πόλεις, ὅταν τοὺς κήρυκας ἐπὶ συμβάσεσι καὶ σπονδαῖς πέμπωσι. καὶ ἐπικηρυκεία dicitur, ὅταν κήρυκες πέμπωνται αἰτησόμενοι ἀνοχὰς ἢ εἰρήνην. *Ex edit.* Hervag. *Fecialem pro pace mittere.* Nannius.

Πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκεύεσθαι] *Legatos de pace aut induciis mittere Spartam*, ad Ephoros, quorum fuit talis consultatio. Harpocratio: ἐπικηρυκεία· τὸ περὶ διαλλαγῶν καὶ φιλίας κήρυκας πέμπειν. Verbum inde ductum, quod legationibus de pace fere caduceator, κῆρυξ, addi solebat. Vid. Æschin. in Ctesiph. §. κγ'. Paullo post, βίᾳ τῶν πολλῶν, *invita et reluctante multitudine.* F. A. Wolf.

Εἰσέφρουν] Hæc est lectio Codd. MStorum atque itidem Editt. plurimarum, ante Francofurtensem. Eam vero scripturam in ista editione non consilio, ut arbitror, sed imprudentia, immutatam arbitror in εἰσέφερον. Εἰσέφρουν est verbum Demosthenicum, ut notavit Harpocratio. Quem vide in Εἰσφρήσειν, Valesium ad locum, et Budæum Commentar. pag. 350. Aristoph. Vesp. 886.

Εἴ τις θύραισιν Ἡλιαστὴς, εἰσίτω,
Ὡς ἡνίκ' ἂν λέγωσιν, οὐκ εἰσφρήσομεν.

Εἰσφρήσειν, εἰσάξειν, εἰσδέξασθαι. πολὺ τοὔνομα παρὰ τοῖς ῥήτορσιν. Suid. Nec apud Oratores solum, verum etiam apud *priscam Comœdiam*, ut observavit Harpocratio. Taylor. Similem glossam v. apud Ulpian, ad or. Chersones. Εἰσφρῆσαι] πολὺ τοὔνομα παρὰ τοῖς ῥήτορσιν ἀντὶ τοῦ εἰσάξειν καὶ εἰσδέξασθαι. v. istam orationem n. 18. ed. Lutet. (in schedis.) Idem. Herv. et Wolfii omnes obsidet εἰσέφερον. Scilicet, si forte exercitum humeris gestarunt. Vulgatum Taylorus restituit e collatione meliorum librorum. Εἰσφρεῖν, ἐκφρεῖν, διαφρεῖν, ἐπεισφρεῖν Atticorum sunt, et idem sonat εἰσφρεῖν, quod alibi et §. ιδ'. est εἰσάγειν, *intromittere*, quo sensu nemo Græce unquam dixit εἰσφέρειν. Vid. Harpocrat. Suidam et Etymol. M., cujus Grammatici verba attulit Brunck. ad Aristoph. Aves 193. Conf. præterea Comici Vesp. 125. 156. 162., ubi item Brunck. recte ἐκφέρειν mutat in ἐκφρεῖν, et Euripid. Troad. 647. Alcest. 1059. et Demosth. de Cherson. §. δ'. F. A. Wolf.

Καὶ εἰσέφρουν τὸ στράτευμα] *Admiserunt*, εἰσεδέξαντο. φρῶ γὰρ καὶ φρημὶ τὸ προΐεμαι:

τοὺς συμμάχους. Ἐπειδὴ [1] δὲ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνη μετὰ ταῦτα ἐγένετο, ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου, ἀντὶ τῶν ἔργων τούτων ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐξέπεσον. Ὑποδεξάμενοι δ' ὑμεῖς αὐτοὺς, ἐποιήσατε ἔργον ἀνθρώπων καλῶν κἀγαθῶν. Ἐψηφίσασθε γὰρ αὐτοῖς ἅπανθ', ὧν ἐδέοντο. Εἶτα ταῦτα νῦν εἰ χρὴ κύρια εἶναι σκοποῦμεν; Ἀλλ' ὁ λόγος πρῶτον αἰσχρὸς τοῖς σκοπουμένοις, εἴ τις ἀκούσειεν, ὡς Ἀθηναῖοι σκοποῦσιν, εἰ χρὴ τοὺς εὐεργέτας ἐᾶν τὰ δοθέντα ἔχειν. Πάλαι γὰρ ἐσκέφθαι ταῦτα καὶ ἐγνῶσθαι προσῆκεν. Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτο τὸ ψήφισμα αὐτοῖς!

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ἃ μὲν ἐψηφίσασθε τοῖς φεύγουσι δι' ὑμᾶς Κορινθίων, ταῦτ'

[1] δ' ἡ πρὸς R.

tradunt enim hoc modo formari a προϊῶ πρῶ per syncopen, et versione π in φ φρῶ fieri, unde φρημὶ, καὶ φρὲς, ut θὲς, et εἴσφρες, ut ἄφες. Aristoph. εἴ τις θύραισιν ἡλιαστὴς, εἰσίτω, ὡς ἡνίκ' ἂν λέγωσιν, οὐκ εἰσφρήσομεν, *nam cum causæ orari cœptæ fuerint, jam neminem admittemus intro. Ex edit.* Hervag.

Ἐπειδὴ δὲ πρὸς] Ex Aug. 1. Reiskius scripsit ἐπειδὴ δ' ἡ πρὸς — non majore, puto, jure, quam quo antea ex eodem codice et Par. 2. arripuit τότε στρατευομένων. F. A. Wolf.

Εἰρήνη ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου] Non male vertit Wolfius ἐπὶ Ἀνταλκίδου, *duce* Antalcida. Vult Demosthenes, Antalcida *auctore*, et huic rei *præfecto*; qui *præcipuum locum* in ista pace componenda habuit: qua de re vide Xenophontem Ἑλλην. lib. IV. pag. 538. Ed. Leunclav. et lib. V. pag. 550. ubi Conditiones habes Pacis istius infamis, quæ vocabatur ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου εἰρήνη. Cæterum minus nota est vulgo hæc significatio præpositionis ἐπὶ, quæ *auctoritatem* denotat Illius, de quo sermo fit. Sic ἐπὶ σοῦ, *te auctore*, ut recte et erudite vertitur apud Lucianum Saturnal. pag. 632. Ed. Grævii. et ita forte intelligendum difficile istud Marci II. 26. ἐπὶ Ἀβιάθαρ, *auctore Abiatharo.* ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, *auctoribus* (non *coram*) *duobus vel tribus testibus*, 1 Tim. V. 19. quod alibi (2 Cor. XIII. 1. ex Deuteron. XIX. 15.) dicitur, ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν, *auctoritate oris duorum* etc. id est, auctoritate duorum vel trium testium *narrantium*, vel *deferentium.* Sed de isto Marci loco etc. alias (σὺν Θεῷ) plenius et accuratius. Markland.

Ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου] Ita ubique vocatur pax cujus pangendæ navarcho Antalcidæ a Lacedæmoniis auctoritas data est. Scilicet hunc sensum in hac locutione habet particula ἐπὶ, ut *auctoritatem* notet. Observatio hæc est Marklandi, quam præfero rationi Casaub. ad Polyb. I. 6. Sic sæpe ἐπὶ μάρτυρός τινος dicunt N. T. auctores, veteresque reliqui. F. A. Wolf.

Ἀλλ' ὁ λόγος πρῶτον αἰσχρὸς] Sic Cicero in Officiis: *In nonnullis rebus turpem ipsam dubitationem et deliberationem.* Mox ἀκοῦσαι τοῦ νόμου, v. 3. p. seq. penultima acuta, εὐκτικῆς γ. πρόσωπον. Wolf.

Ὁ λόγος πρῶτον αἰσχρὸς τοῖς σκοπουμένοις] *Statim hoc ipsum Vobis turpe erit, si rumor vulgaverit, Athenienses consultare* etc. Ὁ λόγος est *hoc*, seu *ea res, de qua loquimur.* Vid. Brunck. ad Sophocl. Ajac. 1268. Πρῶτον apponitur, ut alibi εὐθὺς, et pro ὑμῖν est τοῖς σκοπουμένοις. F. A. Wolf.

Πρῶτον] *Statim, ex primo aspectu.* Auger.

Τοῖς φεύγουσι] Congruentius forte τοῖς φυγοῦσι, propter ἐψηφίσασθε, et quia de re *præterita* loquitur. Markland.

Τοῖς φεύγουσι δι' ὑμᾶς Κορινθίων] Propter Marklandum, qui aoristo ἐψηφίσασθε inductus, τοῖς φυγοῦσι corrigebat, etsi ad φεύγουσιν et φεύγοντας in §. ιδ'. nihil monuit, notare debemus, vocem φεύγων, ubi

ἐστὶν, ὦ ἄνδρες δικασταί! Ὁρᾶτε δ', εἴ τις ἐκείνους τοὺς καιροὺς [1]ἰδὼν, ἢ παρὼν ἢ τινος εἰδότος [2]καὶ διεξιόντος ἀκούσας, [3]ἀκούσαι τοῦ νόμου τούτου, τὰς τότε δωρεὰς δοθείσας ἀφαιρουμένου, [4]ὅσην ἂν κακίαν τῶν θεμένων τὸν νόμον καταγνοίη! Οἱ παρὰ μὲν τὰς χρείας οὕτω φιλάνθρωποι καὶ πάντα ποιοῦντες, ἐπειδὴ δὲ ἐπράξαμεν πάντα ὅσ' ἂν εὐξαίμεθα, οὕτως ἀχάριστοι καὶ κακοὶ φανησόμεθα, ὥςτε τούς τε ἔχοντας ἀφῃρήμεθα, καὶ τὸ λοιπὸν μηδενὶ δοῦναι ταῦτ' ἐξεῖναι νόμον τεθείκαμεν. Νὴ Δία, ἀνάξιοι γάρ τινες τῶν εὑρημένων ταῦτ' ἦσαν· τουτὶ γὰρ παρὰ 474
πάντ' ἔσται τὸν λόγον αὐτοῖς. Ἔπειτ' ἐκεῖνο ἀγνοεῖν φήσομεν, ὅτι τὴν ἀξίαν, ὅταν διδῶμεν, δεῖ σκοπεῖν, οὐ μετὰ ταῦθ' ὕστερον χρόνῳ [5]παμπληθεῖ; Τὸ μὲν γὰρ [6]ἐξ

[1] εἰδὼς R. [2] Deest καί. R. [3] [ἀκοῦσαι] R. [4] πόσην R. [5] παμπληθεῖ. R. [6] ἐξαρχῆς T. R.

simpliciter *exulem* indicat, non minus quam ubi *reum*, per omnia tempora dici, quippe omnino pro substantivo acceptum. Exempla ejus usus occurrunt tanta copia, ut de eo dubitare non liceat. Sed est, ubi id ipsum dubitationem habeat, utra vis locis aptior sit, participii, an substantivi. Ita §. ιγ'. supra facile ferimus τοὺς ἐκ Κορίνθου φυγόντας. Contra apud Lycurg. in Leocr. p. 149. scribendum, οἳ τοῦτον ἴσασιν ἐν τῷ πολέμῳ φυγόντα καὶ ἐκπλεύσαντα Ἀθήνηθεν. Sed hæc confusa sunt sæpissime. F. A. Wolf.

Ἰδὼν, ἢ παρὼν ἢ τινος εἰδότος καὶ διεξιόντος ἀκούσας, ἀκούσαι τοῦ νόμου τούτου] Generale, ἰδὼν ἐκείνους τοὺς καιροὺς, *intuens, considerans, illa tempora*, singulatim explicatur per apposita ἢ παρὼν ἢ ἀκούσας τινὸς εἰδότος καὶ διεξιόντος. In quibus εἰδότος item exprimi poterat voce, παρόντος. Sed hujus potestatem interdum habet εἰδὼς, eximio quodam modo usurpatum. Ut loco appositissimo Nostri Philipp. I. §. ϛ'. Ἐνθυμητέον, καὶ παρ' ἄλλων ἀκούουσι, καὶ τοῖς εἰδόσιν αὐτοῖς ἀναμιμνησκομένοις κ.τ.λ. Jam audi, quid novissimo editori reponere placuerit. Dedit is, ἐκείνους τοὺς καιροὺς εἰδὼς, ἢ π. ἢ τ. εἰδότος διεξιόντος, deleta copula καί. Neque vero his contentus, jubet adeo ἀκούσας ad sequens membrum trahi, inciso post διεξιόντος posito, et omisso optativo ἀκούσαι, pro quo operarum culpa in nonnullis edd. comparet ἀκοῦσαι. Scilicet verbum omnino abesse narrat ab Aug. 1., nec admodum placere ejusdem vocis iterationem. Itaque placuit omnem structuram pervertere, ut jam non Demosthenem loquentem audiamus, sed tironem Græce balbutientem. Itane vero talem iterationem vir doctus hoc in loco primum sibi reperire videbatur? Qua nihil apud optimos scriptores utriusque linguæ frequentius, ut ejus exempla conquirere merus sit labor digitorum. Extremo denique arripuit idem πόσην ἂν κακίαν ex eodem caro Aug. Nos, quibus etiam carior est usus loquendi, vulgatum ὅσην reliquimus. Idem.

Νὴ Δία, ἀνάξιοι γάρ τινες τῶν εὑρημένων ταῦτ' ἦσαν] Supplendum ante hæc, quasi ab adversario aliquo dictum: *Recte ita a nobis decretum. Nam, profecto, indigni* etc. Subita conversio bene declaratur in Scholio, quod videat, qui sensum harum rerum ab Ulpiano exspectat. De seqq. τουτὶ παρὰ πάντ' ἔσται τὸν λόγον αὐτοῖς vid. ad §. ά. Idem.

Τουτὶ γὰρ] Utrum, *hoc per totam orationem inculcabunt*, an *præcipue hoc veluti firmamento nitentur?* Wolf.

Τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τι μὴ δοῦναι] Potuit eodem sensu dici, τὴν ἀρχήν τι μὴ δοῦναι, *aliquid omnino non dare*. Locus hic est ex iis, unde discitur, quomodo ἀρχὴν vel τὴν ἀρχὴν particulæ neganti junctum, servata proprietate sua, significare potuerit *plane, omnino*. Ubicunque enim dicitur ἀρχὴν μὴ, τὴν ἀρχὴν οὐ, ibi notio inest rei non modo non factæ, sed *ne inceptæ quidem*. Conf. Lennep. ad Phalarid. Epp. p. 82. Mox inverso ordine citat Aristid. Art. p. 483. ἐστὶν ἔργον ἀνθρώπων, et seq. versu ἀφελέσθαι. Memoriter hoc ille, ut pleraque alia. F. A. Wolf.

ἀρχῆς τι μὴ δοῦναι, γνώμῃ χρησαμένων. ἔργον ἀνθρώπων ἐστί· τὸ δὲ τοὺς ἔχοντας ἀφαιρεῖσθαι, φθονούντων. Τοῦτο δ' οὐχὶ δεῖ δοκεῖν ὑμᾶς πεπονθέναι. Καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο ὀκνήσω περὶ τῆς ἀξίας αὐτῆς πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. Ἐγὼ γὰρ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον νομίζω πόλει τὸν ἄξιον ἐξεταστέον εἶναι καὶ ἰδιώτῃ· οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν αὐτῶν ἡ σκέψις. Ἰδίᾳ μὲν γὰρ ἕκαστος ἡμῶν σκοπεῖ, τίς ἄξιός ἐστιν ἑκάστου κηδεστὴς ἢ τῶν τοιούτων τι [1]γίγνεσθαι· ταῦτα δὲ καὶ νόμοις τισὶ καὶ δόξαις διώρισται· κοινῇ δ' ἡ πόλις καὶ ὁ Δῆμος, ὅςτις ἂν αὐτὸν εὖ ποιῇ καὶ σώζῃ· τοῦτο δ' οὐ γένει καὶ δόξῃ [2]κρινόμενον ἴδοι τις ἂν, ἀλλ' ἔργῳ. Ὅταν μὲν οὖν εὖ πάσχειν δέῃ, τὸν βουλόμενον εὖ ποιεῖν ἡμᾶς ἐάσομεν· ἐπειδὰν δ' [3]εὖ πάθωμεν, τότε τὴν ἀξίαν τοῦ ποιήσαντος σκεψόμεθα; οὐκ ἄρ' ὀρθῶς βουλευσόμεθα!

ιδ'. Ἀλλὰ, νὴ Δία, οὗτοι μόνοι τοῦτο πείσονται, καὶ

[1] γίνεσθαι T. R. [2] [κρινόμενον] R. [3] Deest εὖ. R.

Ταῦτα δὲ καὶ νόμοις τισὶ καὶ δόξαις διώρισται] Νόμοι et *leges* et *consuetudines* sunt, δόξαι *opiniones* et *judicia* hominum. Quæ utræque res quomodo respiciantur in affinitatibus jungendis, per se patet. Causa nulla est, cur locum cum Markl. pro mutilo habeamus. Non male respondent quæ sequuntur, γένει καὶ δόξῃ, siquidem γένος ad νόμους pertinet. Sunt enim leges de nuptiis legitimis. Idem.

Κοινῇ δ' ἡ πόλις καὶ ὁ Δῆμος (scil. σκοπεῖ) ὅςτις ἂν αὐτὸν εὖ ποιῇ καὶ σώζῃ] *Civitas contra, a quocunque beneficiis affecta aut servata est, ejus publice rationem habet;* scilicet *in hominibus sibi adjungendis, in præmiis et honoribus tribuendis.* Verum hæc posteriora quum facile subaudiantur, non diserte poni opus erat. Proxima, τοῦτο δ' οὐ γένει καὶ δόξῃ κρινόμενον ἴδοι τις ἂν, ἀλλ' ἔργῳ, sic accipe: *tale autem judicium fieri videas non ex generis aut opinionum ratione, sed ex factis.* Videlicet in homine, qui nos demeruit, non quærimus publice, ante quam remuneremur, *cujas* sit, quam *frugi*, quam *numatus*, *albus an ater;* unice spectamus *facta*, spectamus magnitudinem eorum, quæ in nos ab eo profecta sunt. Satis dixi, ne quis Reiskio concedat, verba manca esse, tollendumque κρινόμενον, quod vitio abest Par. 1. et Aug. 1. Idem.

Γένει καὶ δόξῃ] Pro his paullo ante v. 9. posuerat νόμοις καὶ δόξαις, quæ non mutuo respondent. Wolfius vertit ita, quasi legisset supra: ταῦτα δὲ [καὶ γένει,] καὶ νόμοις τισὶ, καὶ δόξαις διώρισται. quo admisso, hic debuit esse, γένει, [καὶ νόμῳ,] καὶ δόξῃ. Mutila igitur hæc videntur. Vide Scholiasten Græcum. Markland. Wolfium ita legisse constat, cum in Annotationibus ita locum citet, et Nannium adducat verba ista καὶ γένει in Interpretatione sua omittentem. Taylor.

Ἐπειδὰν δ' εὖ πάθωμεν] Reisk. ex Par. 1. et Aug. 1. ἐπειδὰν δὲ πάθωμεν. Sane omitti potuit vocula, quæ jam ante bis posita esset; at potuit eadem adjici, idque propter ipsam vim sententiæ. Jam adjectam esse ab auctore, testes sunt libri omnes, præter istos, qui sæpe in vitiis conspirant. F. A. Wolf.

Οὐκ ἄρ' ὀρθῶς βουλευσόμεθα] Mallem: οὐκ· ἂν ὀρθῶς βουλευσώμεθα. *nequaquam; si rectum consilium capiamus.* Wolfius videtur legisse οὐκ ἆρ' ὀρθῶς βουλευσόμεθα; Interrogative, et Ironice: cui nullatenus assentior. Markland. Futurum βουλευσόμεθα structura sua bene sequitur priora, ἐάσομεν et σκεψόμεθα. Certe lusit conjectura Marklandus, qui mallet, οὐκ· ἂν ὀρθῶς βουλευσώμεθα, *nequaquam; si rectum consilium capiamus.* Est tamen οὐκ ἂν ὀρθῶς in Bav. codice. F. A. Wolf.

ιδ'. Ἀλλὰ, νὴ Δία, οὗτοι μόνοι—] *Leuco, Epicerdes et reliqui.* Saltem primo adspectu hos omnes animo repetimus. Nescio

περὶ τούτων μόνων ποιοῦμαι [1]τοσοῦτον λόγον; πολλοῦ γε καὶ δέω. Ἀλλὰ πάντας μὲν οὐδ᾽ ἂν ἐγχειρήσαιμι ἐξετάζειν, ὅσοι πεποιηκότες ὑμᾶς εὖ, διὰ τὸν νόμον, εἰ μὴ λυθήσεται, τὰ δοθέντα ἀφαιρεθήσονται· ἓν δὲ ἢ δύο δείξας ἔτι ψηφίσματα, ἀπαλλάττομαι τοῦ περὶ τούτων λέγειν. Τοῦτο μὲν τοίνυν, Θασίους, τοὺς μετ᾽ Ἐκφάντου, πῶς οὐκ ἀδικήσετε, ἐὰν ἀφέλησθε τὴν ἀτέλειαν; οἳ παραδόντες ὑμῖν Θάσον, καὶ τὴν Λακεδαιμονίων φρουρὰν μεθ᾽ ὅπλων ἐκβαλόντες, καὶ Θρασύβουλον εἰςαγαγόντες, καὶ παρασχόντες φίλην ὑμῖν τὴν ἑαυτῶν πατρίδα, αἴτιοι τοῦ γε- 475
νέσθαι σύμμαχον τὸν περὶ Θρᾴκην τόπον ὑμῖν ἐγένοντο· τοῦτο δ᾽, Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην; οἳ Βυζάντιον παραδόντες Θρασυβούλῳ, κυρίους ὑμᾶς ἐποίησαν τοῦ Ἑλληςπόντου, ὥςτε τὴν δεκάτην ἀποδόσθαι, καὶ, χρημάτων εὐπορήσαντας, Λακεδαιμονίους ἀναγκάσαι τοιαύτην, οἵαν ὑμῖν

[1] τὸν T.

tamen, an primaria notio sit οἱ ξένοι, ut et posthac περὶ τούτων sit περὶ ξένων. Conf. §. ις΄. Atque hoc video Augerio probari. Idem.

Οὗτοι] Hi de quibus modo mentio facta est, nempe, Corinthi exules. Auger.

Τὸν λόγον] Plenius MSS. τοσοῦτον τὸν λόγον, vel λόγον τοσοῦτον, Vindob. Ven. Ital. Regg. α. β. ποιήσομαι λόγον τοσοῦτον Lindenbr. μόνων item (pro μόνον Edit. 1604.) restitui ex superioribus Editionibus, et MSS. Taylor.

Τοῦτο μὲν τοίνυν Θασίους τοὺς μετ᾽ Ἐκφάντου] Τοῦτο μὲν etiam et τοῦτο δὲ, sicut τὸ μὲν et τὸ δὲ, *partim* significant, et *cum*, et *tum*, et *simul* geminatum. Sequitur enim τοῦτο δὲ Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην, &c. Id est, *simul enim Thasios, simul Archebion injuria afficietis. Ex edit.* Hervag.

Θασίους, τοὺς μετ᾽ Ἐκφάντου] Lucramur ex h. l. nomen Thasii, qui ducem se factioni præbuerat, quæ Thrasybulo, τῷ δημοτικῷ, Thasum insulam et urbes Thraciæ adjunxit. Rem ipsam narrant Xenoph. Hellen. in prioribus libri primi, ubi imprim. vid. c. I. §. 23. et c. IV. §. 4. et Diod. Sic. XIII. 72. Pertinet res ad Olymp. 92, 4., hoc est, ad annum belli Peloponn. 23., ut auctor noster cum Xenophonte collatus docere potest. Diodorus paullo serius ponit, ut docte ad eum auctorem monuit Wesseling. F. A. Wolf.

Οἳ παραδόντες ὑμῖν Θάσον] Exstat hæc Historia apud Diod. Sic. lib. 13. qui huic loco lucem dat, et ab eo vicissim accipit. Palmer.

Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην — ἀποδόσθαι] Hinc quoque notitiam quandam lucramur in historia, quam brevius tangit Xenoph. Hellen. IV. 8. 27. Haud diversam enim rem ab historico narrari, fidem faciunt, quæ apud eum leguntur de decimis Ponticarum navium venditis. Nam id ipsum vectigal quum jam prius Athenienses exegissent, eo spoliati videntur clade ad Ægospotamos. Vid. Xenoph. Hellen. I. 1. 14. Polyb. IV. 44. Heraclides an alibi occurrat, equidem nescio. Sed Archebius in studiosis Atheniensium numeratur a Nostro in Aristocrat. p. 683. ed. R. Ambo h. l. principes dicuntur Byzantiorum civium, qui, partibus Atheniensium faventes, urbem suam, Lacedæmoniis tum subjectam, in illorum societatem et ditionem redegerunt. Factum id circ. Olymp. 97, 1. Verbum ἀποδόσθαι proprium est in re vectigalium, sicut Lat. *vendere; verpachten:* ex eodemque genere est ὠνεῖσθαι τὰ τέλη, *publica redimere*, unde τελώνης, δεκατώνης, quem alias dicunt δεκατευτήν. Conf. Harpocrat. in h. v. Notanda est hæc notio emtionis et venditionis vectigalium, ut quæ vim suam in ipsum jus antiquum habuit. F. A. Wolf.

Λακεδαιμονίους ἀναγκάσαι τοιαύτην, οἵαν

ἐδόκει, ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην. Ὧν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! μετὰ ταῦτα ἐκπεσόντων, ἐψηφίσασθε, ἅπερ, οἶμαι, φεύγουσιν εὐεργέταις δι᾽ ὑμᾶς προςῆκε, προξενίαν, εὐεργεσίαν, ἀτέλειαν ἁπάντων. Εἶτα τοὺς δι᾽ ὑμᾶς φεύγοντας, καὶ δικαίως τι παρ᾽ ὑμῶν εὑρομένους, ἐάσομεν ἀφαιρεθῆναι τὰ δοθέντα, μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι; ἀλλ᾽ αἰσχρὸν ἂν εἴη.

ιέ. Μάθοιτε δὲ τοῦτο μάλιστ᾽ [1]ἂν, ἐκείνως εἰ λογί-

[1] ἂν ἐκείνως, T. R.

ὑμῖν ἐδόκει, ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην] Hic tandem silentium rumpere debuissent Intpp. Sed et bonus Ulpianus silet. Me vero locus diu male habuit, propterea quod vix accipi posse videbatur de pace Antalcidea, quam constat omnes Atticos ubique tam vehemerter detestari. Adeant, quibus hoc novum est, locos citatos a Moro ad Xenoph. Hellen. IV. 8. 12. Verum tamen quæ alia pax in h. l. memorari potuerit, non invenias, præsertim si Xenoph. Hellen. V. 1. 32. compares. Statuendum ergo, tres insulas, Lemnum, Imbrum et Scyrum, ex conditionibus istius pacis Atheniensibus relictas, Demostheni satis visum esse, ut dicere non dubitaret, eam pacem populo suo utilem et ex animi sententia factam. Magis hoc mihi persuasit locus Andocidis de Pace p. 95. quæ tota Oratio insigne specimen est rhetoricæ fidei. Omnino quum res publice gestæ a Nostro narrantur plerumque Oratorem narrantem audimus, non historicum. Idem.

Εὐεργεσίαν] Marg. edit. Benenati ἐπιγαμίαν. Omnino recte, unde unde arripuerit, nam in Codd. non videtur talem lectionem reperisse. Ita in Decreto Byzantinorum Perinthiorumque apud Demosth. de Corona: Δεδόχθω τῷ δάμῳ τῷ Βυζαντίων καὶ Περινθίων Ἀθηναίοις δόμεν ἐπιγαμίαν, πολιτείαν, κτᾶσιν γᾶς etc. §. κζ΄. Mox v. 5. idem margo submonet εὑραμένους, ἢ εὑρημένους. Taylor. Nullius auctoritatis lectio est in Marg. Ben. ἐπιγαμίαν, quæ tantopere arridet Tayloro et Auger. Recte contra est monitum, ἐπιγαμίαν, h. e. *jus mutui connubii*, non privatis, sed civitatibus et populis dari moris fuisse. Occurrit res v. c. in Xenoph. Hellen. V. 2. 12. Psephism. Byz. et Perinth. in Orat. de Cor. §. κζ. et in disertissimo decretorum omnium ibid. §. νέ. Εὐεργεσία vero, h. e. *nomen et jura* εὐεργέτου, ornamentum est perhonorificum, quod civitates Græcæ privatis impertiri solebant, et fere etiam apud posteros mansit, ut Inscriptt. docent. Conf. Xenoph. Hellen. I. 1. 17. Demosth. in Aristocrat. p. 668. ed. R. et Inscript. ap. Reines. Cl. VII. N. 23. Is autem honos, præsertim a Pop. Athen. profectus, non raro a principibus aliarum civitatum viris impense expetebatur Xenoph. de Vectig. Athen. III. 11. Utebantur in hac re verbis, ἀναγράφειν, ἀνακηρύττειν, εὐεργέτην τινὰ τῆς πόλεως. Conf. Hemsterhus. ad Lucian. D. M. p. 367. Ceterum quum passim reges in historiis occurrant nomine *Evergetarum*, non dubito, quin ab eodem more ea appellatio ducta sit. Idem.

Εἶτα τοὺς δι᾽ κ. τ. λ.] Vid. supra p. 247. vol. II. h. edit.

Φεύγοντας] Iterum forte φυγόντας, ut εὑρομένους. et versu 2. φυγοῦσιν accuratius videretur. Markland.

ιέ. Ἐκείνως] Punge potius mecum: μάθοιτε δὲ τοῦτο μάλιστ᾽ ἂν, ἐκείνως εἰ λογίσαισθε etc. Verte autem: *Idque potissimum perspicietis, si hoc nimirum pacto rationem apud vos instituetis.* Atque ita corrigendum arbitror v. 1. p. 447. φέρε δὴ κἀκείνως ἐξετάσωμεν, non κἀκεῖνο. Instituit enim Orator in utroque loco comparationem inter res Thasiorum et Pydnensium. Hujus Populi mentionem injicit non ad rerum gestarum memoriam, sed ad argumenti colorem. *Thasios*, inquit ille, *in loco Pydnensium* etc. *ponite.* Multum utique interest, hoc, an illo modo legamus. Taylor. *Si rem reputaritis hoc modo*, aut ut vulgus loqui solet, *modo sequenti.* Vulgatam rationem omnium, qua ἐκείνως ad prius membrum rejicitur, mutavi monitu Taylori. Ita Isocrat. Paneg. §. 48. Ἐκείνως εἰπών. Aristid. supra c. 53. Σκοπεῖτε κἀκείνως, eodemque modo alii sæpissime. Sic et οὕτως, τόδε, τοῦτο, ἐκεῖνο, ἐκεῖθεν, solenniter ad ea, quæ in oratione proxima sunt, pertinent. Sic paullo mox, φέρε δὴ, κἀκεῖνο ἐξετάσωμεν. Ubi item Taylorus corrigit κἀκείνως, sed frustra ibi quidem haud dubie. F. A. Wolf.

σαισθε πρὸς ὑμᾶς [1] αὐτούς. Εἴ τινες τῶν νυνὶ ἐχόντων Πύδναν, ἢ Ποτίδαιαν, ἤ τι τῶν ἄλλων χωρίων, ἃ Φιλίππῳ μέν ἐστιν ὑπήκοα, ὑμῖν δ᾽ ἐχθρὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἡ Θάσος ἦν τότε καὶ τὸ Βυζάντιον, Λακεδαιμονίοις μὲν οἰκεῖα, ὑμῖν δὲ ἀλλότρια, παραδώσειν ταῦτ᾽ ἐπαγγείλαιντο, ἂν αὐτοῖς τὰς αὐτὰς δῶτε δωρεὰς, ἅσπερ Ἐκφάντῳ τῷ Θασίῳ, καὶ Ἀρχεβίῳ τῷ Βυζαντίῳ· καί τινες τούτων ἀντιλέγοιεν αὐτοῖς, ταῦτα λέγοντες· ὡς δεινὸν, εἴ τινες μόνοι τῶν ἄλλων μετοίκων μὴ χορηγοῖεν· πῶς ποτ᾽ ἂν ἔχοιτε πρὸς τοὺς ταῦτα λέγοντας; [2] Ἦ [3] δῆλον, ὅτι φωνὴν οὐκ ἂν ἀνάσχοισθε, ὡς συκοφαντούντων. Οὐκοῦν αἰσχρὸν, εἰ, μέλλοντες μὲν εὖ πάσχειν, συκοφάντην ἂν τὸν ταῦτα λέγοντα [4] ἡγοῖσθε· ἐπὶ τῷ δ᾽ ἀφελέσθαι τὰς τῶν προτέρων

[1] αὐτοὺς, εἴ T. R. [2] ἢ T. [3] δηλονότι R. [4] ἡγεῖσθε T.

Παραδώσειν ταῦτ᾽] Nannius: *Idque ea spe faciat,* [Pydnam vel Potidæam tradat] *ut eadem acciperet munera, quæ tum Thasio Ecphanto — concessa fuere.* Recte etiam Wolfius ipse. Nam Francofurtenses, præterquam quod nihil de Demosthene meriti essent, etiam aliquando ejus Interpretem, quasi dedita opera, mutilarunt nobis et conciderunt. Pro se itaque loquatur Wolfius: *se tradituros pollicerentur, si eadem dona ipsis daretis, quæ Ecphanto Thasio, et Archebio Byzantio dedistis.* Edit. Interpretationis Wolfianæ. Basil. apud Oporinum, Fol. Sed uterque Interpres initium hujus commatis indistincte vertit, εἴ τινες τῶν νυνὶ ἐχόντων Πύδναν κ. τ. λ. Recte omnia Italus: *Se alcuni di quelli, che hora tengono Pidna, o Potidea — promettessero di darui queste terre, se voi deste loro que' doni, i quali ad Effante Tasso et ad Archebio da Costantinopoli alhora deste.* Taylor.

Ἀρχεβίῳ τῷ Βυζαντίῳ· καί τινες etc.] Restituendum puto: τῷ Βυζαντίῳ, [καὶ Ἡρακλείδῃ·] καί τινες etc. Hos enim tres, Ecphantum, Archebium, et Heraclidem, paulo ante conjunxerat; neque ratio erat, quare unus ex iis jam omitteretur. Sic v. 2. p. seq. προδόντες τὴν Πύδναν, καὶ τὰ ἄλλα etc. Codices et Edit. Paris. recte habent: τὴν Πύδναν, [καὶ Ποτίδαιαν,] καὶ τὰ ἄλλα etc. quemadmodum hæ urbes conjunctim nominabantur v. 2. Nimirum Scriba (vel Typotheta forte, in Editione, quæ Wolfii vocatur) conjecit oculos in καὶ Secundo loco: unde voces interjacentes, ut fit, omisit. Markland. Marklando ante καί τινες elapsum videbatur καὶ Ἡρακλείδῃ. Oblitus est addere, quæ causa cogat scriptorem, nomina ante posita hic omnia repetere. Satis poterat habere, ut arbitror, h. l. principem beneficii nominare. In seqq., τινὲς τούτων, notanda venit versuta admodum conversio ad adversarios, quum suffecisset universe dicere τινὲς ὑμῶν, τινὲς Ἀθηναίων. Non dubito enim pronomen illud οὗτοι nunc ad adversarios referre, licet sit, ubi in Oratore *omnes auditores* designat. F. A. Wolf.

Μόνοι τῶν ἄλλων μετοίκων] Cur tandem μετοίκων? Scilicet loquitur de peregrinis, qui accepta immunitate domicilium Athenis collocarunt. Ita ibi sunt in numero τῶν μετοίκων. Idem.

Ἦ δῆλον, ὅτι φωνὴν οὐκ ἂν ἀνάσχοισθε] Exarant vulgo, ἢ δῆλον ὅτι, pars δηλονότι, et deinde, ἢ πᾶσι πρόδηλον. Utrobique ἦ circumflecti debere patet, et monuit Toupius ad Longin. III. 4. Vix ullum peccatum solennius est in libris. Ita quoque ἀνάσχοισθε particulam ἂν absorpsit in Wolf. et Tayl. F. A. Wolf. ἦ, *sane.* Auger.

Ἂν ἡγεῖσθε] Scribe ἂν ἡγοῖσθε, ut ἀκούσαισθε. Markland. Consentiunt in scriptura ἡγοῖσθε edd. vett. præter Ald. Herv. Wolf. Tayl., in quibus est ἡγεῖσθε, vitiose, ut jam vidit Markl. Sed mox omnes, et scripti et impressi, ἀκούσεσθε, non ἀκούσαισθε, ut de conjectura Marklandi Reisk. posuit. Non id erat imitatione dignum, uti nunc sero video. Particula εἰ jam sola est ad membrum consequens repetenda, ut hypothesis minus dubio modo proferatur. Conf. omnino §. η΄. ιϛ΄. med. ιζ΄. fin. κϛ΄. κθ΄. λζ΄. Post paullo ne quis forte corrigat, ταὐτὰ λεγόντων, *eadem qui dicunt,* vetat oppositio, quæ latet in his, μέλλοντες μὲν εὖ πάσχειν et ἐπὶ τῷ δ᾽ ἀφ. τ. τ. πρ. εὐ. δωρεάς. F. A. Wolf. Vid. Var. Lect.

εὐεργετῶν δωρεὰς, ταῦτα λεγόντων ἀκούσαισθε. Φέρε δὴ
476 κἀκεῖνο ἐξετάσωμεν. Οἱ προδόντες τὴν Πύδναν, [1] καὶ Ποτίδαιαν, καὶ [2] τὰ ἄλλα χωρία τῷ Φιλίππῳ, [3] τῷ ποτ᾽ ἐπαρθέντες ἡμᾶς ἠδίκουν; [4] Ἦ πᾶσι πρόδηλον τοῦτο, ὅτι ταῖς παρ᾽ ἐκείνου δωρεαῖς, ἃς διὰ ταῦτα ἔσεσθαι σφίσιν [5] ἡγοῦντο. Πότερον οὖν μᾶλλον ἔδει σὲ, ὦ Λεπτίνη, τοὺς ἐχθροὺς, εἰ δύνασαι, πεῖσαι, τοὺς ἐπὶ τοῖς πρὸς [6] ἡμᾶς ἀδικήμασι γιγνομένους ἐκείνων εὐεργέτας μὴ τιμᾶν, ἢ θεῖναι νόμον ἡμῖν, ὃς τῶν τοῖς ἡμετέροις εὐεργέταις ὑπαρχουσῶν δωρεῶν ἀφαιρεῖταί τι; ἐγὼ μὲν ἐκεῖνο [7] οἶμαι. Ἀλλ᾽, ἵνα μὴ πόῤῥω τοῦ παρόντος γένωμαι, λάβε τὰ ψηφίσματα, ἃ τοῖς Θασίοις καὶ Βυζαντίοις ἐγράφη. Λέγε!

ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.

Ἠκούσατε μὲν τῶν ψηφισμάτων, ὦ ἄνδρες δικασταί! Τούτων δὲ ἴσως ἔνιοι τῶν ἀνδρῶν οὐκ ἔτ᾽ εἰσίν· ἀλλὰ [8] τὰ ἔργα τὰ πραχθέντα ἐστὶν, ἐπειδήπερ ἅπαξ ἐπράχθη.

[1] Desunt καὶ Ποτίδαιαν. T. [2] τἄλλα R. [3] τῳ T. [4] ἢ T. R. [5] ἡγοῦντο: R. [6] ὑμᾶς T. [7] οἴομαι R. [8] τά γ᾽ ἔργα R.

Οἱ προδόντες τὴν Πύδναν] Καὶ Ποτίδαιαν Morelius addidit ex Codd. Regiis. Ita etiam Codd. Aug. v. 1. p. præc. εἴ τινες τῶν νυνὶ ἐχόντων Πύδναν, ἢ Ποτιδαίαν, ἤ τι τῶν ἄλλων χωρίων etc. locus plane germanus. Taylor. Abesse quidem et hic nomen Potidææ potuerat non male. Verum dandum erat libris, quod antea ingenio Marklandi dare dubitabam. Urbes ipsæ, quæ memorantur, Pydna et Potidæa, Populo Athen. a Philippo ereptæ Olymp. 105, 3., ne tironi quidem ignotæ sunt. Sic etiam de apta et plane egregia argumentatione totius loci nihil attinet monere. Istorum hoc est, qui quum antiquos scriptores enarrant, lectores sibi meros lapides fingunt. F. A. Wolf.

Ἡγοῦντο] Interpungunt hic signo interrogandi, nimirum decepti prava scriptura voculæ ἢ ante πᾶσι. Totum hoc membrum respondet ad interrogationem, quæ proxime præcedit. Idem.

Πότερον οὖν κ. τ. λ.] Verba sic ordina: Πότερον οὖν, ὦ Λεπτίνη, ἔδει σε, εἰ δύνασαι, πεῖσαι τοὺς ἐχθροὺς μὴ τιμᾶν [ὅπως ἂν οἱ ἐχθροὶ μὴ τιμῶσι] τοὺς γιγνομένους εὐεργέτας ἐκείνων [τῶν ἐχθρῶν] ἐπὶ τοῖς πρὸς ἡμᾶς ἀδικήμασι· [διὰ τὸ ἐκείνους ἀδικῆσαι ἡμᾶς τῷ προδιδόναι τὰ ἡμέτερα·] ἢ θεῖναι κ. τ. λ. Wolf.

Τοὺς ἐπὶ τοῖς πρὸς ἡμᾶς ἀδικήμασι γιγνομένους ἐκείνων εὐεργέτας] Eos, *qui hostes nostros demeruerunt cum injuria nostra,* h. e. *ita, ut nobis injuriam facerent.* Πρὸς ἡμᾶς cum Reisk. rescripsi e Par. 1. 6. Aug. 1. et Bav. pro vulg. πρὸς ὑμᾶς. Sequitur θεῖναι νόμον ἡμῖν. F. A. Wolf.

Ὃς τῶν etc.] In quibusdam Codd. legitur pari sensu, sed non simili elegantia: ὃς τῶν ἡμετέρων εὐεργετῶν ὑπαρχούσας δωρεὰς ἀφαιρήσεται. Taylor.

Οὐκ ἔτ᾽ εἰσίν· ἀλλὰ τὰ ἔργα] Solennis Atticorum locutio de defunctis, οὐκ ἔτ᾽ εἰσίν. Ælianus, venator ubique talium, V. H. XII. 46. Ἀπῄει, ὡς οὐκ ἔτι τὸν ἵππον ὄντα αὐτοῦ ἀπολιπών. Contra Andocid. de Myster. p. 60. Ἡ παῖς ἀπέθανεν, ἡ δ᾽ ἑτέρα ἐστὶν ἔτι. Post εἰσὶν unus Par. 5. habet ἀλλὰ τά γε ἔργα, arreptum a Reisk. pro temeritate sua. Procul dubio vulgatum fortius est. F. A. Wolf.

Προσήκει τοίνυν τὰς στήλας ταύτας κυρίας ἐᾶν τὸν πάντα χρόνον, ἵν', ἕως μὲν ἄν τινες ζῶσι, μηδὲν ὑφ' ὑμῶν ἀδικῶνται· ἐπειδὰν δὲ τελευτήσωσιν, ἐκεῖναι τοῦ τῆς πόλεως ἤθους μνημεῖον ὦσι, καὶ παραδείγματα ἑστῶσι τοῖς βουλομένοις τὶ ποιεῖν [1] ὑμᾶς ἀγαθὸν, ὅτι τοὺς εὖ ποιήσαντας ἡ πόλις ἀντευπεποίηκε. Καὶ μὴν μηδ' ἐκεῖνό γε ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! λανθανέτω, ὅτι τῶν αἰσχίστων ἐστὶ, πάντας ἀνθρώπους ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι τὰς μὲν συμφορὰς, αἷς δι' ὑμᾶς ἐχρήσαντο οἱ ἄνδρες οὗτοι, πάντα τὸν χρόνον κυρίας αὐτοῖς γεγενημένας, τὰς δὲ δωρεὰς, ἃς ἀντὶ τούτων ἔλαβον παρ' ὑμῶν, καὶ δὴ λελυμένας. Πολὺ γὰρ μᾶλλον ἥρμοττε, τὰ δοθέντα ἐῶντας τῶν ἀτυχημάτων ἀφαιρεῖν, ἢ, τούτων μενόντων, τὰς δωρεὰς ἀφαιρεῖσθαι. Φέρε γὰρ, 477
πρὸς Διὸς, τίς ἐστιν ὅστις εὖ ποιεῖν [2] ὑμᾶς βουλήσεται, μέλλων, ἂν μὲν ἀποτύχῃ, παραχρῆμα δίκην δώσειν τοῖς ἐχθροῖς· ἂν δὲ κατορθώσῃ, τὰς χάριτας παρ' ὑμῶν ἀπίστους ἕξειν;

ιϛ'. Πάνυ τοίνυν ἀχθοίμην ἂν, ὦ ἄνδρες δικασταί! εἰ

[1] ὑμᾶς τι ποιεῖν R.

[2] ὑμᾶς ἔτι βουλήσεται R.

Προσήκει τὰς στήλας ταύτας κυρίας ἐᾶν τὸν πάντα χρόνον] Extritum mihi quoque ante ἵνα aliquando videbatur verbum εἶναι. Sed conjecturæ nihil tribuo, et Aristidis lectio, κυρίας τηρεῖν τὸν πάντα χρόνον, citata in Art. p. 447., a lapsu memoriæ est. Et deinde habemus ἐᾶν τὰ δοθέντα, simplici accusativo ad verbum ἐᾶν. Ceterum columnis, quæ publicis et sacris in locis servabantur, publicas literas insculpere, Græcis imprimis morem fuisse, ipsa hæc Oratio passim docet. Etiam supersunt ex antiquitate ejus generis monumenta quædam, quærenda apud eos, qui de reliquiis Græcarum artium scripserunt. Idem.

Τὰς μὲν συμφορὰς — καὶ δὴ λελυμένας] Non sine quadam insolentia συμφοραὶ dicuntur κύριαι pro μένουσαι aut βέβαιαι, ut est in Epist. de Lycurg. libb. p. 198. E. Sic vero melius illucescit oppositio verborum, τὰς δωρεὰς λελυμένας. Quippe ex eodem genere sunt κύρια et λελυμένα. Particulas καὶ δὴ h. l. verte, *paullo post donationem*, alibi *statim*, *continuo*. Eas fortasse non intellexit, quisquis in Marg. Ben. scripsit, καὶ διαλελυμένας. In simili sententia Aristid. §. 27. supra a nobis editus adhibet voc. εὐθύς. Idem.

Δὴ λελυμένας] Marg. Edit. Paris. διαλελυμένας. Proinde quasi olim scriptum fuisset (cujus tamen lectionis vestigium non invenio): τὰς μὲν συμφορὰς — κυρίας αὐτοῖς γεγενημένας· τὰς δὲ δωρεὰς, ἃς ἀντὶ τούτων ἔλαβον παρ' ὑμῶν [ἀκύρους] καὶ διαλελυμένας. Taylor.

Καὶ δὴ λελυμένας] *Protinus revocatas et abrogatas.* Significat enim interdum καὶ δὴ *continuo* et *protinus*, h. e. *ideo*. Ex edit. Hervag.

Τῶν ἀτυχημάτων ἀφαιρεῖν] *Tollere ex infortuniis*, i. e. minuere infortunia. Auger.

Βουλήσεται] Plenius Cod. Obsop. εὖ ποιεῖν ὑμᾶς ἔτι βουλήσεται. et quodammodo Felician. Tayl. Felic. ὑμᾶς τι βουλήσεται. Utrumque videtur interpolationi tribuendum. Et addito ἔτι non magis hic opus, quam supra §. α΄. fin. ante πεισόμεθα, aut §. ζ΄. ante ἐθελήσει. Nisi rarissima quæque scirem Reiskio carissima esse solere, mirarer hoc quoque ab eo in textu inculcatum. Sed sæpe ita putant in Græcis et Latinis aliquid deesse, si qui eas particulas, quas, quum ipsi Latine scribunt, ubique e vernacula inferciunt, si suum *adhuc*, *jam*, *etiam*, et tot alia sua desiderant. F. A. Wolf.

ιϛ'. Πάνυ τοίνυν ἀχθοίμην ἂν —] De externis hominibus hactenus: jam de civibus

τοῦτο μόνον δόξαιμι δίκαιον κατηγορεῖν τοῦ νόμου, ὅτι πολλοὺς [1] ξένους εὐεργέτας ἀφαιρεῖται τὴν ἀτέλειαν· τῶν δὲ πολιτῶν μηδένα ἄξιον δοκείην ἔχειν δεῖξαι τῶν εὑρημένων ταύτην τὴν τιμήν. Καὶ γὰρ καὶ [2] τἄλλα ἀγαθὰ εὐξαίμην ἂν ἔγωγε παρ' ἡμῖν εἶναι πλεῖστα, καὶ ἄνδρας ἀρίστους, καὶ πλείστους εὐεργέτας τῆς πόλεως πολίτας εἶναι. Πρῶτον μὲν τοίνυν Κόνωνα σκοπεῖτε, εἰ ἄρα ἄξιον, καταμεμψαμένους ἢ τὸν ἄνδρα, ἢ τὰ πεπραγμένα αὐτῷ, ἄκυρόν τι ποιῆσαι τῶν ἐκείνῳ δοθέντων. Οὗτος γὰρ ἀνὴρ, ὡς

[1] Deest ξένους. T.

[2] τἄλλα T.

Atheniensibus. *Illud ægerrime ferrem, si hoc uno nomine lex a me juste accusari videretur, quod externos multos bene de Republ. meritos immunitate spoliaret, civium autem neminem proferre possem dignum* etc. Id vero Reiskius doctus non bene, quod δίκαιον in δικαίως mutat. Probat tamen Auger. F. A. Wolf.

Πολλοὺς εὐεργ.] Auspicatius omnino, πολλοὺς ξένους εὐεργ. Ald. Ven. Aug. Codd. Reg. α. β. ε. De his enim, ξένους intelligo, hactenus verba facta: sequitur jam Civium, Cononis sc. et Chabriæ fortuna, τῶν δὲ πολιτῶν μηδένα etc. v. 2. Italicus Interpres habuit: *Molto adunque io mi dorrei, giudici, se in questo solo mi paresse potere ragionevolmente accusar la legge, che a molti* forestieri *nostri benefattori toglie l' esentione; e di i cittadini, che* etc. et Nannius quoque. *Quod plurimos* externos *de Rep. optime meritos suis donis spoliaret.* Taylor.

Εὑρημένων] Active, ut sæpius Demosthenes, præsertim in hac Orat. Lept. Cf. Thom. Mag. 394. Reitz. ad Lucian. Ver. Hist. T. IV. p. 563. Bip. et Iens. ad ej. Tyrannicid. T. IV. p. 595. Budæum in Com. L. Gr. p. 301.

Εἰ ἄξιον] Felicius multo Nannius: *Num aliquid in ipso vel rebus ab ipso gestis culpa dignum, ut præmia illius diminuenda censeatis.* Taylor.

Οὗτος γὰρ ἀνὴρ —] Ipse longior spiritus, quo verborum comprehensio hic liberius se effert, indicium quoddam habet, hunc hominem ab Oratore studiosius ornari. Sed cujus tandem causa Cononem ornet, non dixit. Suspicioni igitur quum locus sit, rem factam opinor maxime propter illius ex Timotheo nepotem, cui et ipsi nomen Cononi fuit, de quo præter alios loquitur Nepos in Timoth. c. 4. Ad hunc per ætatem quidem hæc causa immunitatis pertinere potuit quam maxime. Jam quæ res gestæ h. l. attinguntur, eæ non sunt reconditioris doctrinæ, ut summatim percurrere sufficiat. Duo insigniora, quæ Cononem illustrarunt, sunt pugna navalis ad Cnidum, Olymp. 96, 3., novem annis ante Demosthenem natum facta, et eam mox secuta ἀνάστασις τῶν τειχῶν h. e. restitutio murorum Piræei et Athenarum, quos Lysander diruerat. Pugna illa nihil celebrius, quippe qua Atheniensibus principatus Græciæ, quem belli Peloponnesiaci infelix exitus ademerat, gloriose restitutus est. Vid. Andocid. de Pace p. 100. Dinarch. in Demosth. p. 11. Isocrat. Panegyr. c. 41. cum aliorum locis, quos ibi affert Morus p. 80. Cujus notæ occasione lubet notare, eandem pugnam, quæ ubique a Cnido, urbe Rhodo vicina, nomen habet, etiam a Schol. nostro ad §. ιϛ'. med. περὶ Ῥόδον factam dici, quam lectionem in Isocrate mirus consensus librorum firmat. Ac fortasse huc pertinet monitum Ernesti ad Xenoph. Mem. Socr. III. 5. 4. Porro, bellum illud quum unis copiis Persicis confectum sit a Conone, plane nihil adjuto a civibus suis, vere adjicitur παρ' ὑμῶν οὐδ' ἡντινοῦν ἀφορμὴν λαβών. In quo vox ἀφορμὴ ad pecuniam, naves, milites, omnem apparatum belli gerendi pretinet. Conf. de ea voce Pricæum in Ep. I. ad Timoth. V. 14. Sed ne quid omittamus, e verbis, ἐκ τοῦ Πειραιῶς, articulum eximit Dionysius περὶ λεκτ. Δημοσθ. δειν. T. VI. p. 997. et Aristid. Art. p. 456., a quo bene notatur loci virtus ex adjunctis περιστάσεσι. Etiam Aug. 1. μετὰ τὴν κάθοδον τὴν ἐκ Πειραιῶς, idque [illegible] allegit Reisk. Non nego, [illegible] formula hunc usum vulgatiorem esse; nec desunt tamen, nisi fallor, additi articuli exempla, quæ nos in quoque loco ad fidem codicum reducant. Mox de op-

ὑμῶν τινῶν ἐστὶν ἀκοῦσαι, τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ὄντων, μετὰ τὴν τοῦ Δήμου κάθοδον τὴν ἐκ ¹ τοῦ Πειραιῶς, ἀσθενοῦς ἡμῶν τῆς πόλεως οὔσης, καὶ ναῦν οὐδεμίαν κεκτημένης, στρατηγῶν βασιλεῖ, παρ' ὑμῶν οὐδ' ἡντινοῦν ἀφορμὴν λαβὼν, κατεναυμάχησε Λακεδαιμονίους, καὶ τοὺς πρότερον τοῖς ἄλλοις ἐπιτάττοντας εἴθισεν ἀκούειν ὑμῶν, καὶ τοὺς ἁρμοστὰς ἐξήλασεν ἐκ τῶν νήσων· καὶ μετὰ ταῦτα δεῦρ' ἐλθὼν ἀνέστησε τὰ τείχη· καὶ πρῶτος πάλιν περὶ τῆς ἡγεμονίας ἐποίησε τῇ πόλει τὸν λόγον πρὸς Λακεδαιμονίους εἶναι. Καὶ γάρ τοι μόνῳ τῶν πάντων αὐτῷ τοῦτ' ἐν τῇ στήλῃ γέγραπται· ἐπειδὴ Κόνων, φησὶν, ἠλευθέρωσε τοὺς Ἀθηναίων συμμάχους - - - Ἔστι δὲ τοῦτο τὸ γράμμα, ὦ ἄνδρες δικασταί! ἐκείνῳ μὲν φιλοτιμία πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς, ὑμῖν δὲ πρὸς ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας. Ὅτου γὰρ ἄν τις παρ' ἡμῶν ἀγαθοῦ τοῖς 478
ἄλλοις αἴτιος γένηται, τούτου τὴν δόξαν τὸ τῆς πόλεως

¹ Deest articulus. R.

Καὶ ὅπως, οὓς οὐδεὶς ἂν ἀντείποι μὴ οὐ δεῖν ἔχειν ἐξουσίαν τὰ δοθέντα] Μὴ οὐ δεῖν, (scilicet ἀφαιρεῖσθαι) ἔχειν ἐάσητε τὰ δοθέντα. WOLF. Subjungam Interpretationem Wolfii, ut videat Lector, quantum intersit inter eam et textum. *Tum, ut potestas immunitatis concedendæ vestra sit, quod æquum esse nemo negavit:* [*negabit* olim rectius legebatur] *tum, ut bene meriti suis præmiis secure fruantur.* Nescio, an Codd. inconstantia tantam interpretandi licentiam ei subjecerit. Nonnulli enim habent: ὅπως οὐδεὶς ἂν ἀντείποι, ut Man. Ven. Vindob. Ital. Reg. α. sine οὓς. Aldus deinde μὴ οὐ δεῖν ἔχειν ἐξουσίαν τὰ δοθέντα. et Ven. μὴ οὐ δεῖν ἔχειν τοὺς ἀξίους τὰ δοθεντα. Etiam Vind. dat μὴ οὐ δεῖν ἔχειν. Confer hunc locum cum simili, qui occurrit §. κά. med. Recte hæc, ut cætera fere omnia, Interpres Italicus: *E che a coloro, a' quali niuno potrà opporre che non meritino, siano loro lasciati* [*i premi*]. TAYLOR. Forte μὴ οὐχὶ δεῖν ἔχειν· ut §. δ΄. οὐδ᾽ αὐτὸς οὗτος ἀντείποι ἂν μὴ οὐχὶ καλῶς ἔχειν. Verius tamen mihi videtur μὴ οὐ δεῖν ἔχειν, ita ut syllaba δὲ in οὐδὲ nihil sit, nisi repetitio literarum sequentium in voce δεῖν, a Scriba. MARKLAND. Confudit hæc Wolfius interpretando: *Tum*, &c. Etsi edendo ille non recedit a lectione ea, quam nos, Reiskium secuti, e Ben. repetimus. Videndum tamen, ne ista talis varietas gravius aliquod mendum occulat, aut integra sententia desit, his vel similibus concepta verbis: καὶ ὅπως ὑμεῖς ἐξουσίαν ἕξετε δοῦναι τὰ ὑμῶν. Omissioni causam præbere potuit sæpe repetitum καὶ ὅπως, aut similitudo sonorum in ὅπως ὑμεῖς et ὅπως οὐδεὶς, apud librarios nimirum, oculis auribusve cogitantes, ut fere solebant. Ac sententia, quam modo posui, non solum alibi a Nostro diligenter inculcatur, uti §. ά. et κά. med. sed et talis est, quam hoc maxime loco prope necessariam dixeris. Neque ea satis exprimitur illis: ὅπως ὑμεῖς μηδὲν αἰσχρὸν ποιῆσαι δόξετε. F. A. WOLF.

Καὶ τ. ο. ἐ. κ. ο. ἡ.] Ita edendum curavi ex Editt. Felician. Manut. et Morel. Aliter legebatur: καὶ τούτων οὐδὲν ἔσθ᾽ ἡμέτερον καινὸν οὐδ᾽ εὕρημα, nulla fere vel gratia vel sensu. Aristides pag. 446. Vol. II. Edit. Jebb. καὶ τούτων οὐδὲν καινὸν οὐδὲ εὕρημα ἐμόν· ἀλλὰ et cætera, quæ hic sequuntur. Plerique etiam Codd. hic habent καὶ τούτων πάντων, ut Aug. Vindob. Ven. Lindenbrog. Codd. Regii Parisienses, et Editio Aldina. TAYLOR. Καὶ τούτων πάντων οὐδέν ἐστι καινὸν οὐδ᾽ ἡμέτερον εὕρημα. Habes scripturam Ben. et Reisk. Aliorum errores recensere non est tanti, nec etiam Aristidis Art. p. 446. Qui quum plerumque sola memoria fre-

οὐδέν ἐστι καινὸν, οὐδ᾽ ἡμέτερον εὕρημα· ἀλλ᾽ ὁ παλαιὸς, ὃν οὗτος παρέβη, νόμος οὕτω κελεύει νομοθετεῖν· γράφεσθαι μὲν, ἄν τίς τινα τῶν ὑπαρχόντων νόμων μὴ καλῶς ἔχειν ἡγῆται, παρειςφέρειν δὲ [1]αὐτὸν ἄλλον, ὃν ἂν τιθῇ, λύων ἐκεῖνον, ὑμᾶς δὲ ἀκούσαντας ἑλέσθαι τὸν κρείττω. Οὐ γὰρ ᾤετο δεῖν ὁ Σόλων, ὁ τοῦτον τὸν τρόπον προςτάξας νομοθετεῖν, τοὺς μὲν θεσμοθέτας, τοὺς ἐπὶ τοὺς νόμους κληρουμένους, δὶς δοκιμασθέντας ἄρχειν, ἔν τε τῇ Βουλῇ, καὶ παρ᾽ ὑμῖν ἐν τῷ δικαστηρίῳ· τοὺς δὲ νόμους αὐτοὺς, καθ᾽ οὓς καὶ τούτοις ἄρχειν, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις πολιτεύεσθαι [2]προςήκει, ἐπὶ καιροῦ τεθέντας ὅπως [3]ἔτυχον, μὴ δοκιμασθέντας

[1] *αὐτὸς R. [2] προσῆκον T [3] ἔτυχεν T.

tus scriptorum locos afferat, nec id singulorum verborum causa faciat, auctoritate fere cedere debet bonis codicibus. In hoc genere pluries nuper erravit Zeunius in libris Xenophonteis. F. A. Wolf.

Ἐκεῖνον] Substitui hanc vocem ex Editt. et MSS. ut e. c. Vind. Taylor.

Παρειςφέρειν δὲ αὐτὸν ἄλλον, ὃν ἂν τιθῇ, λύων ἐκεῖνον] Nihil video in hac constanti omnium scriptura reprehendendum. Infinitivi, γράφεσθαι et παρειςφέρειν, juncti accusativo subjecti αὐτὸν (h. e. *cui male habere lex quædam videatur*) pendent ab his, νόμος οὕτω κελεύει νομοθετεῖν. Vox ἐκεῖνον, male elapsa ex edit. Wolfii, pertinet ad νόμον, ὃν ἄν τις ἡγῆται μὴ καλῶς ἔχειν. Et nominandi casum λύων exigit regimen verbi τιθῇ, qui modus construendi admodum solennis. Pro lubitu hic quoque versatur Reiskius, scribens παρειςφέρειν δὲ αὐτὸς, pronomine relato ad participium λύων. An ita forte credidit, verba αὐτὸς παρειςφέρειν vi imperativi accipi posse? Id sane leges sermonis attici non melius ferunt, quam aliam viam structuræ quamcunque. Tantundem tribuendum ejusdem conjecturæ, ὃν ἀντιτιθῇ. Vix bene nunc ἂν abesset, et simplex τιθέναι ipsum quoque sensu τοῦ ἀντιτιθέναι occurrit §. κά. ad fin. F. A. Wolf.

Τοὺς μὲν θεσμοθέτας —] Totum locum sic cape: *Solon quum thesmothetas, qui legum causa creantur, post duplicem demum* δοκιμασίαν *voluerit inire magistratum,* (ἀρχὴν,) *Solon igitur multo minus ipsas leges, ad quarum præscriptum et illos suo munere fungi, et reliquos omnes Rempubl. administrare oportet, temere ac fortuito latas, sine ulla* δοκιμασίᾳ *recipiendas censere potuit.* Lycurgus ap. Harpocrat. v. δοκιμασθείς: Τρεῖς δοκιμασίαι κατὰ τὸν νόμον γίνονται· μία μὲν, ἣν οἱ ἐννέα ἄρχοντες δοκιμάζονται· ἑτέρα δὲ, ἣν οἱ ῥήτορες· τρίτη δὲ, ἣν οἱ στρατηγοί. Sed de hisce δοκιμασίαις e libris Antiquitatum nota omnia. Ἐπὶ καιροῦ, quod proprie est, *quando cuique commodum videtur*, definitur per adjecta, ὅπως ἔτυχον. Utrumque postea verbis commutatis sic effertur, ὅταν τις βούληται, καὶ ὃν ἂν τύχῃ τρόπον. Idem.

Ἔν τε τῇ Βουλῇ] *Nisi cujus virtus et in Curia senatorum, et in comitio populi judicii explorata probataque esset.* Nannius.

Προσῆκεν] Obsopœus melius: πολιτεύεσθαι προσήκει, ἐπὶ καιροῦ τεθέντας, ὅπως ἔτυχον. Verbum enim hoc per numeros et personas variatur, ὅπως ἐγὼ ἔτυχον, ὅπως σὺ ἔτυχες, ὅπως ἡμεῖς ἐτύχομεν, ὅπως ἐκεῖνοι ἔτυχον, etc. Wolf. Προσήκει MSS. Felician. Ven. Obsop. Aug. Reg. *a.* Vindob. προσῆκεν Editt. Ald. Felician. et Morel. cum Cod. Lindenbrog. Utraque præstabit lectioni receptæ. Modo fortasse rectius, ἐπὶ καιροῦ τεθέντας καὶ ὅπως ἔτυχε. Quo loco ἔτυχον legunt o. fere l. s. (præstantissimi certe) MSS. Felician. Obsop. Ven. Aug. Vindob. Ital. Bodl. Reg. *a.* Taylor. Pro lectione codd. meliorum, προςήκει, variant alii, προςῆκον et προςῆκεν. Posterius Wolfii est, idque contra Taylorum defendit Dorvill. ad Charit. p. 610. [L. VIII. ii. 131. 23.] Probabilius defendi ab eo poterat illud, non minus vulgatum, ὅπως ἔτυχε. Sed alteri, quod dedimus, et exquisitior usus favet et libri optimi. F. A. Wolf.

κυρίους εἶναι. Καὶ γάρ τοι τότε μὲν τέως τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν· τοῖς μὲν ὑπάρχουσι νόμοις ἐχρῶντο, καινοὺς δ᾽ οὐκ ἐτίθεσαν. Ἐπειδὴ δὲ τῶν πολιτευομένων τινὲς δυνηθέντες, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, κατεσκεύασαν αὑτοῖς ἐξεῖναι νομοθετεῖν, ὅταν τις βούληται, καὶ ὃν ἂν τύχῃ τρόπον· τοσοῦτοι μὲν οἱ ἐναντίοι σφίσιν αὐτοῖς εἰσὶ νόμοι, ὥςτε χειροτονεῖτε ὑμεῖς τοὺς διαλέξοντας τοὺς ἐναντίους
485 ἐπὶ πάμπολυν ἤδη χρόνον, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδὲν μᾶλλον δύναται πέρας σχεῖν· ψηφισμάτων δ᾽ οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι, ἀλλὰ νεώτεροι οἱ νόμοι, καθ᾽ οὓς τὰ ψηφίσματα

Καὶ γάρ τοι] Hic quoque scribendum videtur τοιγάρτοι, *itaque*, ut supra §. ις΄. med. Markland. Vid. ad l. c. F. A. Wolfius.

Τεως] Plenius Edit. Morel. καὶ γάρ τοι τότε μὲν τέως, ἕως τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν. Taylor. Interpolatum, ut opinor, structuræ adjuvandæ. Sed restat in ea aliud majus, quod junguntur particulæ, τότε et τέως. Quas ita junctas quibus exemplis tam patienter ferrent, debuissent nobis editores dicere. Et accedere potest nova dubitatio hæc, quo spectet illud, τὸν τρόπον τοῦτον, quod Wolfius videtur retulisse ad sequentia, Augerius ad antecedentia. Hic interpres simul τέως mutat in ἕως, conjectura bona et facili, modo difficultatem omnem tolleret. Mihi altera ratio placet, ut proxima, τοῖς μὲν — ἐτίθεσαν, contineant τὸν τρόπον τοῦτον. Delendum vero puto τότε, tanquam glossam vocis τέως, scribendumque, καὶ γάρ τοι τέως μὲν τὸν τρόπον τοῦτον. Hæc verto: *Ac sane antea (olim, ab initio, prioribus temporibus) in legislatione sic versabantur: legibus receptis contenti erant, novas vero nullas rogabant.* Juncturæ defectus neminem offendat. Plato Amatt. p. 135. E. in loco ejusdem figuræ: Τάχ᾽ ἂν ἴσως τοιοῦτόν τι λέγοις καὶ τὸ φιλοσοφεῖν ἀπεργάζεσθαι τοὺς ἐπιτηδεύοντας τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα· τῶν μὲν πρώτων εἰς ξύνεσιν περὶ τὰς τέχνας ἐλλείπεσθαι, τὰ δευτερεῖα δ᾽ ἔχοντας τῶν ἄλλων περιεῖναι, καὶ οὕτω γίγνεσθαι περὶ πάντα ὕπακρόν τινα ἄνδρα τὸν πεφιλοσοφηκότα. In vertendo loco eandem vim tribui verbo ἐνομοθέτουν, quæ occurrit Orat. in Timocrat. p. 743. ed. R. et alibi. Illa autem significatio vocis τέως nota est, et hac structura, qua antecedit τέως μὲν, sequitur ἐπειδὴ δὲ, nihil apud Atticos usitatius. Quare ejus exemplis ponendis supersedeo: alterius juncturæ, τότε τέως, an ullum exemplum sit in emendato scriptore, viderint, qui temere me dubitare putabunt. F. A. Wolf.

Τότε μὲν τέως] Hic lego: τότε μὲν, ἕως τὸν τρόπον . . . . *tunc quidem, quamdiu tali modo leges ferebantur.* Auger.

Νομοθετεῖν, ὅταν τις βούληται] Lego: κατεσκεύασαν αὐτοῖς ἐξουσίαν νομοθετεῖν, ὅ, τι ἂν τις βούληται, *pro lege statuere quicquid quis vellet.* Mox v. pen. distingue: πέρας σχεῖν· ψηφισμάτων δ᾽ οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι· ἀλλὰ νεώτεροι οἱ νόμοι etc. hæc enim sensu et serie orationis connectuntur. Recenset Orator incommoda et absurditatem, quæ sequebantur hanc promiscuam legum ferendarum licentiam, quam nonnulli Potentes in Republica nacti fuerant. Hinc, inquit, tot jam Leges inter se contrariæ: hinc nullum jam discrimen inter Leges et Psephismata: immo et nonnulla jam sunt apud vos Psephismata, quæ antiquiora sunt ipsis Legibus, ad quarum præscriptum Psephismata ista fieri debuerant. Quod est absurdum, et ἄνω ποταμῶν. Markland. Miror, quid virum sagacem in vulgata lectione torserit. Hoc scio, emendatione ejus male reddi formulam, ἐπὶ καιροῦ. F. A. Wolf.

Ὥςτε χειροτονεῖτε ὑμεῖς] Ubique editur χειροτονεῖτε, et ita plane vertunt Intpp. De tota re quamvis nihil uspiam alibi traditum sciam, nihilominus præsens tempus ita videtur ineptum, ut nihil supra. Sequitur enim in præsenti, τὸ πρᾶγμα οὐδὲν μᾶλλον δύναται πέρας σχεῖν. Scribendum fortasse, ὥςτ᾽ ἐχειροτονεῖτε ὑμεῖς. Idem.

Ἀλλὰ νεώτεροι etc.] Longe aliter hæc Nannius. *Immo recentiores leges, quæ modum rationemque faciendis decretis præscribunt*, et ipsæ quoque ex numero sunt decretorum. Hujus loci sensus mihi perspicuus et facilis esse videtur. *Ex tanta libidine et impunitate leges novas condendi, non solum id mali oritur, ut in*

δεῖ γράφεσθαι, τῶν ψηφισμάτων αὐτῶν ὑμῖν εἰσίν. Ἵν᾽ οὖν μὴ λόγον λέγω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν νόμον αὐτὸν, ὅν φημι, δείξω. Λάβε μοι τὸν νόμον, καθ᾽ ὃν [1]ἦσαν οἱ πρότερον νομοθέται. Λέγε!

ΝΟΜΟΣ.

κά Συνίετε, καθ᾽ ὃν τρόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! ὁ Σό-

[1] *ἐνομοθέτησαν R.

Tabulis publicis leges legibus contraria reperiantur: (τοσοῦτοι μὲν οἱ ἐναντίοι — πέρας σχεῖν) *verum etiam* leges, *ad quarum præscriptum* senatusconsulta *scribi debent, ipsis* senatusconsultis *sunt recentiores.* Quæ est altera et longe major absurditas. Interea homo curiosus nimis, qui hanc ultimam periodum eodem animo intellexit, quo nuper Petrum Nannium vidimus, ad oram Exemplaris sui allevit notabile istud lemma: ψηφισμάτων οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι. Quibus vocibus rursus deletis, ut fieri decet, quod reliquum est, apte et accommode cohærebit. Tu, dum meliorem crisin proferas, hac nostra utere. TAYLOR.

Ψηφισμάτων δ᾽ οὐδοτιοῦν — ὑμῖν εἰσὶν] De legum novarum super novas subinde acervatarum immensa multitudine Demosthenem queri, apparet. Jam quid sibi velint verba, ψηφισμάτων οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι, ipsa explicatio docet, quæ additur, hæc: νεώτεροι οἱ νόμοι τῶν ψηφισμάτων ὑμῖν εἰσίν. Scilicet quum Athenis sancitum esset, ut psephismata omnia fierent e præscripto legum receptarum, (τὰ ψηφίσματα γράφεσθαι κατὰ τοὺς νόμους,) unde etiam is obnoxius esset γραφῇ παρανόμων, quo auctore psephisma aliquod legibus contrarium esset factum; Resp. recte dici potuit turbari legibus nimis sæpe novis rogandis, eaque re tolli id ipsum, quod inter psephisma et legem maxime videretur differre (ἐν ᾧ ψηφισμάτων μάλιστα οἱ νόμοι διαφέρουσιν.). Atqui hoc illud est, quod, quum psephismata et propter subitas necessitates scriberentur, et essent temporaria, ut, ubi illæ desiissent, neque ipsa diutius valerent, leges in Republ. propter stabiles causas latæ vim et auctoritatem habebant perpetuam. Tum ergo οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι ψηφισμάτων, quando adeo frequenter leges novæ rogantur, veteres abrogantur, ut earum imperium non diuturnius sit, quam psephismatum. Hæccine, quæ non ita abdita sunt, nonnullos, in his Taylerum, videre non potuisse! Magis sobrium se h. l. præstat Reisk. Nec id tamen præcise verum est, populiscita in annum valuisse, nisi inter leges recepta. Vid. Or. in Aristocr. p. 649. ed. R. et Ulpian. ad p. 651. ed. R. Præterea omnia illa a voc. ὥςτε usque ad ἀλλὰ νεώτεροι a Vind. absunt, librario haud dubie in errorem abducto eadem duorum versuum clausula, νόμοι. F. A. WOLF.

Ἵν᾽ οὖν μὴ λόγον —] Post δείξω vulgo commate interpungunt, quo sequentia λάβε μοι — faciunt apodosin. Ego aliter distinxi, apodosin putans inchoari a particula ἀλλά. Reiskius veterem rationem retinet, ac statim ἦσαν mutat in ἐνομοθέτησαν, asterisco præfixo, quo notare solet suo, ut ait, periculo assumta. Emendatio ejusmodi est, ut, si ejus necessitas constaret, omnes profecto acumen mirarentur. At verbum εἶναι non raro cum quadam specie simplicitatis ponitur. Ut in Demosth. Prooem. XIII. p. 1427. ed. R. ad judices: νόμοι, ἐφ᾽ οἷς ὑμεῖς ἐστέ. Hinc nostra vertes: *Cape legem, qua olim tenebantur ii, qui leges rogare vellent.* Itaque nunc quoque asteriscum viri φιλοκινδυνοτάτου pro obelo accipio. Aliud ejusdem periculum, in Notis prolatum, Augerio potius placet: ἦσαν αἱ πρότερον νομοθεσίαι. IDEM.

κά. Συνίετε καθ᾽ ὃν τρόπον] Demosthenes ille famigeratus Orator, Romanæ eloquentiæ, id est, Ciceronianæ exemplar, ut judicare possunt, qui orationes utriusque non oscitanter legerunt, in ea Oratione quæ πρὸς Λεπτίνην inscribitur, Solonem commemorat inter alia cum legibus suis hoc quoque instituisse, cum lex aliqua rogatione ad populum ferretur, ut a legislatore primum recitaretur, deinde ut in loco maxime celebri conspicuoque proscriberetur ad tertiam concionem usque (non aliter atque Romæ leges trinundino die promulgari solitas esse Macrobio referente legimus) inde scribæ ut daretur pa-

λων τοὺς νόμους, ὡς καλῶς κελεύει [1]τιθέναι· πρῶτον μὲν παρ᾽ ὑμῖν, [2]τοῖς ὀμωμοκόσι, παρ᾽ οἷςπερ καὶ [3]τἄλλα κυροῦται, ἔπειτα λύοντα τοὺς ἐναντίους· ἵν᾽ εἷς ᾖ περὶ τῶν

[1] τιθέναι; R. [2] ἐν τοῖς T. R. [3] τὰ ἄλλα T.

lam pro concione legenda, ut si quid cuiquam non placeret, id in medium proferret, et si ea tum quoque populo placuisset, ita demum nomothetis daretur postremum exploranda, qui uti eam probassent improbassentve, ita proferretur antiquareturve. Hi autem nomothetæ ex judicum numero deligebantur, ut eam operam populo jurati ipsi navarent. Sed operæ pretium mihi visum est locum ex Oratione ejus Latine ut potero vertere, quo res tota melius intelligi possit. Cum igitur Demosthenes in illo judicio legem Solonis scribæ legendam dedisset (ut tum moris erat in judiciis factitari, et fuit postea in Romanis) et ille recitasset, ita tum ipse subjecit. *Intellexistisne igitur viri Athenienses, quam recte atque ordine leges promulgandas Solon instituerit? Jam primum apud vos et quidem juratos, utpote apud quos alia quoque et constitui, et rata haberi solent, deinde qui legem tulisset antiquæ legi contrariam, hunc abrogandæ antiquæ legis causas expromere prius voluit, tum demum suam novamque rogationem proferre in medium hanc cum illa componentem. Hoc ideo, ut una tantum, unoque de negotio lex esset, ne quando vulgus indoctum legum contrariarum dissidentia conturbaretur. Ita enim demum legum peritissimis spem præcidi posse ratus est negotium facessendi populari simplicitati, cum æquabilis facultas omnibus esset et legendi et perdiscendi plana et dilucida jura.* ἵν᾽ εἷς ᾖ περὶ τῶν ἑκάστων νόμος, καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας αὐτὸ τοῦτο ταράττῃ καὶ ποιῇ τῶν ἅπαντας εἰδότων νόμους ἔλαττον ἔχειν, ἀλλὰ πᾶσιν ᾖ ταῦτ᾽ ἀναγνῶναι καὶ μαθεῖν ἁπλᾶ καὶ σαφῆ τὰ δίκαια. His Demosthenis verbis satis illa Cicer. congruunt de facilitate perdiscendi juris. Plura vide in Annot. in Pand. *Ex edit.* HERVAG.

Συνίετε — τιθέναι] Signum interrogandi a Reisk. positum rejeci. Recitatas literas publicas sequitur ubique ἀκούετε, ὁρᾶτε, aut simile quidpiam, nulla interrogatione. Sed ante ὡς καλῶς incisum feci, ut sit, καθ᾽ ὃν τρόπον καὶ ὡς καλῶς. Notum est enim, in tali conversione sententiæ Græcos ἀσυνδέτως loqui solere. Non audiendus Berglerus ad Alciphr. Ep. 30., cui ὡς videtur abundare, ut quum dicitur ὡς ἀληθῶς et similiter. Æschin. in Timarch. §. έ. med. Λέγε τοῦτον τὸν νόμον, ἵνα εἰδῆτε, οἵων ὑμῖν κειμένων νόμων, ὡς καλῶν καὶ σωφρόνων τετόλμηκε Τίμαρχος δημηγορεῖν. Eadem structura Latini utuntur sæpissime. Ex. gr. *Intelligitis, quot locos Demosthenis nuperus editor, qui priorum editionum vitia se correcturum promiserat, quam fœde primus vitiaverit!* F. A. WOLF. "Sæpissime, apud Demosthenem præcipue, ὡς tanquam abundans est ante ἀληθῶς. Abundare autem vel hinc apparet: ille in Oratione contra Aristocratem dixit, τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐεργέταις, Isocrates autem de Pace ὡς omisso, τοὺς ἀληθῶς συμμάχους καὶ φίλους. Cum aliis etiam adverbiis quandoque. Isæus pro Apollodori hered. καὶ (ὅπως) μὴ ὡς ἄλλως ποιήσωσι, *et ne aliter faciant*, quod Plato dixit sine ὡς, in fine Lachetis: ἀφίκου οἴκαδε, καὶ μὴ ἄλλως ποιήσῃς. Demosthenes adversus Leptinem: συνίετε κ. τ. λ. *intelligitis, quemadmodum Solon leges recte condere jubeat*, ubi male Hieron. Wolfius: *quo pacto, et quam præclare*, cum nulla intercedat copula inter καθ᾽ ὃν τρόπον et ὡς καλῶς, debeatque illud quidem ad κελεύει referri, ὡς καλῶς autem ad τιθέναι." Berglerus ad Alciphr. Epist. l. 1. ep. 30. p. 175.

Παρ᾽ ὑμῖν ἐν τοῖς] Vel παρ᾽ ὑμῖν, τοῖς ὀμωμοκόσι, abjecta præpositione, et ita video censere Wolfium. Quæ præcedunt, ita distinguas: ὁ Σόλων τοὺς νόμους, ὡς καλῶς, κελεύει τιθέναι· πρῶτον μὲν, παρ᾽ ὑμῖν, etc. MARKLAND.

Παρ᾽ ὑμῖν, τοῖς ὀμωμοκόσι] Omnes, ἐν τοῖς ὀμωμοκόσι. Præpositionem, Wolfio jam suspectam, omisi de sententia Marklandi et Auger. Offendit hoc maxime, quod statim sequitur παρ᾽ οἷςπερ. Abest etiam ἐν a Bav. Structura autem loci hæc est: πρῶτον μὲν τιθέναι τοὺς νόμους παρ᾽ ὑμῖν—ἔπειτα λύειν. Sed posterius verbum scriptor mutavit in participium, cui locum dabat tota sententia suspensa ab illis, κελεύει τιθέναι, ubi τινὰ subauditur. Conf. ad §. ά. et §. κς΄. De verbis, πρῶτον et ἔπειτα, non de tempore h. l. positis, bene Schol. F. A. WOLF.

Ἵν᾽ εἷς ᾖ περὶ τῶν ὄντων ἑκάστου νόμος, καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας αὐτὸ τοῦτο ταράττῃ] Ne sit hoc in causa, ut imperiti et populares homines deteriore conditione vivant, quam Oratores qui legum omnium peritiam habuerunt. τῷ ἔλαττον ἔχειν opponitur πλέον φέρεσθαι, quod et πλέον ποιεῖν dicitur, *promovere, proficere. Ex edit.* HERVAG.

ὄντων ἑκάστου νόμος, καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας αὐτὸ τοῦτο ταράττῃ, [1] καὶ ποιῇ τῶν ἅπαντας εἰδότων τοὺς νόμους ἔλαττον ἔχειν· ἀλλὰ πᾶσιν ᾖ [2] ταῦτ' ἀναγνῶναι, καὶ μαθεῖν ἁπλᾶ καὶ σαφῆ τὰ δίκαια. Καὶ πρὸ τούτων γε ἐπέταξεν ἐκθεῖναι πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων, καὶ τῷ γραμματεῖ παραδοῦναι· τοῦτον δὲ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναγινώσκειν, ἵνα ἕκαστος ὑμῶν ἀκούσας πολλάκις, καὶ κατὰ σχολὴν σκεψάμενος, ἃ ἂν ᾖ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα, ταῦτα νομοθετῇ. Τούτων τοίνυν τοσούτων δικαίων [3] ὄντων τὸ πλῆθος, οὑτοσὶ μὲν οὐδοτιοῦν ἐποίησε Λεπτίνης· οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτὲ ἐπείσθητε, ὡς ἐγὼ νομίζω, θέσθαι τὸν νόμον· ἡμεῖς δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! πάντα, καὶ παρεισφέρομεν [4] πολλῷ κρείττω, καὶ δικαιότερον τούτου νόμον. Γνώσεσθε δὲ

[1] καὶ ποιῇ καὶ τῶν T. [2] ταὐτὰ R. [3] ὄντων δικαίων R. [4] πολλῷ καὶ κρ. κ. δικ. *τοῦ τούτου R.

Καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας αὐτὸ τοῦτο] Scilicet *plures de una re leges adesse.* Ἰδιῶται qui sint, declarat oppositio verborum, τῶν ἅπαντας εἰδότων τοὺς νόμους. In quibus quum legeretur post ποιῇ repetitum καὶ, ejeci id cum Reiskio, auctoritate Par. 1. 5. Vind. Ven. Aug. 1. Bav. Certe si ab Oratore vocula esset, aptiorem locum haberet ante ἅπαντας: *vel omnes leges.* Mox retinui vulgatum, ταῦτ' ἀναγνῶναι, spreto Reiskiano, ταὐτὰ h. *eadem, easdem leges;* quanquam mutatio specie sua non caret, et mihi ipsi Orationem primum legenti in mentem venerat. Referri possunt hæc, ἵνα πᾶσιν ᾖ (h. e. ἐξῇ) ταῦτ' ἀναγνῶναι, ad partem legis modo prælectæ, in qua inesse debuit, *leges novas oportere publice ac palam omnibus rogari:* ut nunc acuenda sint verba, πᾶσιν ᾖ, non ea, quæ sequuntur. F. A. Wolf.

Καὶ] Deest καὶ post ποιῇ Ald. Ven. Regg. α. ε. et recte. Taylor.

Τοσούτων δικαίων ὄντων τὸ πλῆθος—] Aug. 1. et Bav. inverso ordine, ὄντων δικαίων, ac deinde πολλῷ καὶ κρείττω. Utrumque arripuit Reiskius, etiam ἀτελῆ τούτων v. 8. p. 470. ex eodem Aug. Suo vero periculo refinxit δικαιότερον τοῦ τούτου, quod explicat τοῦ νόμου τούτου Λεπτίνου. Inepte. Rectius vulgata: *Substituimus legem æquiorem hac, quam statim audietis, de qua nunc agitur.* Æque male idem v. 5. p. seq. corrupit textum scribendo, ταῦτα μέν ἐστιν, ἃ τοῦ τούτου νόμου, hoc quoque ex aureo Aug. 1. Vid. ad §. Θ'. et §. ιή. fin. F. A. Wolf.

Οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτὲ] Nannius: *alioquin ista lex nunquam a vobis recepta fuisset.* Hinc colligi videatur, legem a populo fuisse sancitam, sic tamen, ut ejus abrogandæ potestas reliqua esset, ut est in argumento annotatum. Etsi fateor hic τοὺς λόγους καταπαλαίειν τοὺς λόγους, si quis accuratius inquirat. Wolf.

Οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτὲ ἐπείσθητε] Scribitur in aliquot editt. Ulpiani ὑμεῖς τότε ἐπείσθητε, quod, licet bonum, vulgato non prætulerim. Tanto magis Par. 5. scriptura, ὑμεῖς πώποτε ἐπείσθητε, placere debebit iis, si qui animum induxerunt, οὐδέποτε nonnisi cum futuro, et οὐδεπώποτε nonnisi cum præterito jungi, quod præceptum est Brunckii ad Aristoph. Lysistr. 301. Thesm. 32. Eccles. 384., et a multis subinde repetitum. Sed cautius veriusque loquitur Pierson. ad Herodianum p. 461., e quo Grammatico animadversio fluxit. Cf. Schol. Venet. ad Iliad. Α. 154. Ut verissimum est, οὐδεπώποτε nulli tempori nisi præterito apponi solere, id quod rationem habet in ipsa vi voculæ πω, ita loca oratorum et poetarum sunt multa, et quæ, vereor, ut mutata unquam optimi codices convocati exhibeant, quæ alterum οὐδέποτε clare defendant non tantum cum futuris, sed et cum præteritis constructum, doceantque, pro diverso habitu et colore sententiæ utrumvis bene dici, et οὐδέποτε εἶδον αὐτὸν, et οὐδεπώποτε εἶδον αὐτόν. Neque id aliter esse potest per particulam πω, quæ negativis vocibus juncta nihil aliud est quam *adhuc.* Οὐδέποτε est *nunquam,* οὐδεπώποτε *nondum unquam.* Egenus sit sermo, in quo nonnisi alterutrum exprimi possit. F. A. Wolf.

486 ἀκούσαντες. Λάβε καὶ λέγε, πρῶτον μὲν, ἃ τούτου τοῦ νόμου γεγράμμεθα, εἶτα, ἅ φαμεν δεῖν ἀντὶ τούτων [1] τεθῆναι. Λέγε!

[2] ΚΑΤΗΓΟΡΗΜΑΤΑ ΝΟΜΟΥ.

Ταῦτα μέν ἐστιν, [3] ἃ τούτου τοῦ νόμου διώκομεν, ὡς οὐκ ἐπιτήδεια. Τὰ δ' ἐφεξῆς λέγε, ἃ τούτων εἶναι βελτίω φαμέν. Προσέχετε, ὦ ἄνδρες δικασταί! τούτοις [4] ἀναγιγνωσκομένοις τὸν νοῦν! Λέγε!

[5] ΝΟΜΟΣ ΑΝΤΕΙΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ.

Ἐπίσχες! Τοῦτο μέν ἐστιν ἐν τοῖς οὖσι νόμοις κυρίοις ὑπάρχον καλὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! καὶ σαφὲς, τὰς δωρεὰς, [6] ἃς ὁ Δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι· δίκαιον, ὦ Γῆ καὶ Θεοί! Χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτοῦ νόμον, πρὶν [7] τὸν παλαιὸν τοῦτον ἔλυσε γραψάμενος· νῦν δὲ μαρτυρίαν καθ' ἑαυτοῦ [8] καταλείπων, ὅτι

[1] τεθεῖναι T. [2] ΝΟΜΟΣ. T. R. [3] ἃ *τοῦ τούτου νόμου R. [4] ἀναγινωσκομένοις T. R. [5] ΝΟΜΟΣ. T. R. [6] ὅσας R. [7] [τὸν παλαιὸν] R. [8] καταλιπὼν R.

Τεθεῖναι] Rectius omnino τεθῆναι cum Regg. α. β. quibus assentiuntur fere Bodl. et Ital. Taylor.

ΚΑΤΗΓΟΡΗΜΑΤΑ ΝΟΜΟΥ] Titulum mutavi, in his lemmatibus editori plus licere ratus, quam alibi. Vulgatum, ΝΟΜΟΣ, fallit legentem, dum facit, ut lex quædam a scriba statim recitari videatur. Recitare autem ille jubetur primum ea, quæ ad *accusationem legis Leptineæ, tanquam vitiose latæ,* pertinent, deinde *Demosthenis legem.* Sed interpellatur homo, ne alteram partem uno tenore legat, interjectis verbis: ταῦτα μέν ἐστιν—Mox pergere jubetur ad legem Leptineæ contrariam. Ad quam audiendam Orator excitatione judicum opus putans, clamat, προσέχετε τούτοις ἀναγιγνωσκομένοις τὸν νοῦν! Jam legitur ΝΟΜΟΣ ΑΝΤΕΙΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ, ut ex usu Græco inscriptionem feci. Verum hic quoque, ubi ad eum locum ventum est, qui fuit de donis Populi ratis habendis, Demosthenes interpellat, quo gravius eum locum auditoribus commendet. Atque hoc ipso consilio ducitur ad aliam quandam legem, a Leptine non minus violatam, κατ' αὐτὸ τοῦτο ἔνοχον—Postremo rursus post hanc legem recitatam Demosthenes se immiscet, præludens alteri parti legis contrariæ. Nunc de h. l. nonnulla addamus singulatim. F. A. Wolf.

Ἃς ὁ Δῆμος ἔδωκε] Ex Par. 1. 5. et Aug. 1. Reiskius novavit ὅσας. Causam adhuc quæro, præsertim quum in verbis iisdem p. seq. reliquerit ἃς, quanquam et ibi in duobus codd. esset ὅσας. Et tres erunt, si Aristidem addas Art. p. 456. Idem.

Πρὶν τὸν παλαιὸν τοῦτον ἔλυσε γραψάμενος] Verba τὸν παλαιὸν, quum abessent ab Aug. 1., surripuit nobis vir doctus hac causa allata, *posse ea e scholio superesse.* At possumus etiam falli, possumus bonis verbis eximendis veteres auctores enervare, et quid non? Sic eundem librarium et virum doctum fefellit ratio, quum versu seq. darent καταλιπών. Sententia flagitat, ut actio τοῦ καταλείπειν cogitetur nondum perfecta eo tempore, quo tempore Leptines ἐνομοθέτει. Scilicet perfectæ actionis est aoristus, infectæ seu imperfectæ ὁ παρατατικός. Idem.

παρανομεῖ, τουτονὶ τὸν νόμον, ὅμως ἐνομοθέτει· καὶ ταῦτα, ἑτέρου κελεύοντος νόμου, καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἔνοχον εἶναι τῇ γραφῇ, ἐὰν ἐναντίος ᾖ τοῖς πρότερον κειμένοις νόμοις. Λάβε δ' αὐτὸν τὸν νόμον!

ΝΟΜΟΣ.

Οὐκοῦν ἐναντίον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τῷ κυρίας εἶναι τὰς δωρεάς, ἃς ὁ Δῆμος ἔδωκε, τὸ μηδένα εἶναι τούτων [1]ἀτελῆ, οἷς ὁ Δῆμος [2]ἔδωκε; σαφῶς γε οὑτωσί. Ἀλλ' οὐκ ἐν ᾧ νῦν ὅδε ἀντεισφέρει νόμῳ· ἀλλ' ἅ τε δεδώκατε, κύρια, καὶ πρόφασις δικαία κατὰ τῶν ἢ παρακρουσαμένων, ἢ μετὰ ταῦτα ἀδικούντων, ἢ ὅλως ἀναξίων, δι' ἥν, ὃν ἂν ὑμῖν δοκῇ, κωλύσετε ἔχειν τὴν δωρεάν. Λέγε τὸν νόμον!

[3]ΝΟΜΟΣ ΑΝΤΕΙΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ. 487

Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! καὶ καταμανθάνετε, ὅτι ἐνταῦθα ἔνι καὶ τοὺς ἀξίους ἔχειν τὰ δοθέντα, καὶ τοὺς

[1] ἀτελῆ τούτων R. [2] ἔδωκε, T. [3] ΝΟΜΟΣ. T. R.

Καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἔνοχον] Statim hic, et mox ad vocabulum ἐναντίος, subaudi νόμον. *Vel propter hanc unam causam lex obnoxia est accusationi etc.* Idem.

Οἷς ὁ Δῆμος ἔδωκε] Ex voce ἀτελῆ intell. τὸ ἀτελῆ εἶναι h. e. τὴν ἀτέλειαν. Conf. §. κζʹ. post med. λέ. Nihil est hoc genere sermonis tritius. Idem.

Ἀλλ' οὐκ ἐν ᾧ νῦν ὅδε ἀντεισφέρει νόμῳ] *Non sic autem in ea lege quam hic contra leges jam latas tulit.* est enim ἀντεισφέρειν, *legi latæ legem contrariam ferre*, et ut Festus inquit, *legem legi abrogare.* quod etiam παρεισφέρειν dicitur, hoc est, παράλληλον νόμον φέρειν, quasi *legem cum lege*, et *rogationem cum rogatione componere*, ut παρεικάζειν, παρεκτείνειν, et alia, de quibus alibi. Idem in eadem supra, ἀναγνώσεται τὸν νόμον ὑμῖν ὃν παρεισφέρομεν γράψαντες ἀντὶ τοῦδε. Proinde quod Cicero ad Atticum scribens libro tertio ita inquit, "Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non liceat," Græce sic dici potest, ὃ δὴ διὰ τὸν νόμον τὸν Κλώδιον εἰσφέρειν, ἀναιρεῖν, ἀφαιρεῖν, ἀντεισφέρειν ἀδεῶς μὴ ἐξείη. *Ex edit.* Hervag.

Ὅδε] Sc. ὁ Κτήσιππος, ᾧ συνηγόρει Δημοσθένης. Wolf.

Ὅδε] Nempe Ctesippus, præcipuus hujus causæ actor, nisi forte referatur ad Demosthenem qui se ipsum digito demonstrat. Auger.

Ἀλλ' οὐκ ἐν ᾧ νῦν ὅδε ἀντεισφέρει νόμῳ] H. e. ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ νόμῳ, ὃν νῦν ὅδε ἀντεισφέρει. Ad quem pertineat ὅδε, nemo mortalium sciret, si vera esset fabula, quam Reiskius narrat. Fallitur etiam Augerius, pronomen ad Demosthenem trahens, in quo temere Oratori tribuit, quod est poetarum scenicorum. Melius vulgo referunt ad Ctesippum; optime, ut puto, Ulpianus ad Aphepsionem. Post ad verba, ἅ τε δεδώκατε, κύρια, supple ἐν τῷ τούτου νόμῳ ἐστίν. *Quæ dedistis, fixa et integra manent per hanc legem.* Ita dicunt ἐν νόμῳ pro ἐκ νόμου. Deinde quoque ἐνταῦθα ἔνι, *per hanc quidem legem licet.* Παρακρουσάμενοι omnino sunt, qui dolo sibi immunitatem pararunt: μετὰ ταῦτα ἀδικοῦντες, qui post acceptum donum in Remp. peccant. F. A. Wolf.

μὴ τοιούτους κριθέντας, ἐὰν ἀδίκως τι λάβωσιν, ἀφαιρεθῆναι, καὶ [1]τὸ λοιπὸν ἐφ' ὑμῖν εἶναι, πάνθ', ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον, [2]δοῦναι καὶ μή. Ὡς μὲν τοίνυν οὐχὶ καλῶς οὗτος ἔχει καὶ δικαίως ὁ νόμος, οὔτ' ἐρεῖν [3]οἶμαι Λεπτίνην, οὔτ', ἐὰν λέγῃ, δεῖξαι δυνήσεσθαι· ἃ δὲ πρὸς τοῖς θεσμοθέταις ἔλεγε, ταῦτ' ἴσως λέγων παράγειν ὑμᾶς ζητήσει. Ἔφη γὰρ ἐξαπάτης εἵνεκα παραγεγράφθαι τοῦτον τὸν νόμον· ἐὰν δ', ὃν αὐτὸς ἔθηκε, λυθῇ, τοῦτον οὐ τεθήσεσθαι. Ἐγὼ δ', ὅτι μὲν τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ τούτου τοῦ νόμου λυθέντος, τὸν παρεισενεχθέντα κύριον εἶναι, σαφῶς ὁ παλαιὸς κελεύει νόμος, καθ' ὃν οἱ θεσμοθέται τοῦτον ὑμῖν παρέγραψαν,

[1] τολοιπὸν T. [2] καὶ δοῦναι καὶ R. [3] οἴομαι R.

Δοῦναι καὶ μή] Apud Reiskium ne mireris legi, καὶ δοῦναι καὶ μή, dedit ita librarius Aug. 1. Supra §. ιή. ubi est ᾤετο δεῖν ἀποθνήσκειν ἢ νικᾶν, neuter illorum mutavit quidquam, aut addidit. Potuerant et illic, ἢ ἀποθνήσκειν ἢ νικᾶν. Idem.

Ἃ δὲ πρὸς τοῖς θεσμοθέταις—ζητήσει] Vir doctus e Bav. affert lectionem, πρὸς τοῖς νομοθέταις, suo autem periculo emendat παράγειν καὶ ὑμᾶς. Minore periculo conjicere potuisset scribendum, πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, quo modo Schol. videtur legisse. Tamen ne hoc quidem verum putarim. Quod vero huc nomothetæ invehuntur, falsissimum est. Vid. Prolegomm. Idem.

Ἔφη γὰρ ἐξαπάτης εἵνεκα παραγεγράφθαι τοῦτον τὸν νόμον] *Dixit enim fallendi vestri gratia hanc obrogatam esse legem: et cum sua lex illa antiquata fuerit, hanc minime prolatum iri.* Nam ut γράφειν νόμον dicunt *legem et rogationem ferre et promulgare*, hoc est, εἰσφέρειν, sic παραγράφειν τὸ παρεισφέρειν, hoc est, *legi jam latæ et rogatæ alium legem obrogare et opponere*, quam dico esse præstantiorem, ut scilicet ejus contentione illa prius lata et rogata abrogetur. Sic enim dicitur παραγράφω, ut παραγινώσκω, de quo alibi. Subdit ergo, ἐγὼ δ' ὅτι μὲν τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ τούτου τοῦ νόμου λυθέντος, τὸν παρεισενεχθέντα κύριον εἶναι, σαφῶς ὁ παλαιὸς κελεύει νόμος, καθ' ὃν θεσμοθέται τοῦτον ὑμῖν παρέγραψαν, ἐάσω, ἵνα μὴ περὶ τούτου τις ἀντιλέγῃ μοι. παρεισενεχθέντα νόμον et παραγεγραμμένον, eundem esse his verbis liquet. Idem ἐν τῷ πρὸς Βοιωτόν, παραγράφειν pro ἐγγράφειν posuit his verbis, ἀξιῶ σε ἢ πατρὸς ἄλλου σαυτὸν παραγράφειν, ἢ τοὔνομ' ἔχειν ὃ ἐκεῖνος ἔδωκέ σοι. *Ex edit.* Hervag.

Ἔφη γὰρ ἐξαπάτης εἵνεκα παραγεγράφθαι τοῦτον τὸν νόμον] H. e. *legem nostram, Leptineæ contrariam.* Licet continuo τούτου τοῦ νόμου ad legem Leptinis redeat. Sed ut interiorem sensum loci declarem, si potero, ejus mihi hæc videtur ratio esse. Leptini facile suspicio oriri poterat, omni hac controversia mota adversarios suos id unum agere, ut legem de tollendis immunitatibus abrogarent. Illud ab iis pulcre provisum iri, ne, qui indigni viderentur, in judicium unquam adducti, e nova Demosthenis formula, donis exciderent. Esse hanc ipsam formulam fraudis causa et ad antiquum morem obtinendum oppositam. Credibile esse, adversarios, quum Leptineam sublatam vidissent, nihil fore sollicitos, ut nova lex sua perlata vigeret, satis habituros, istam aut sibi aut amicis quibusdam suis incommodam perfregisse. Tribus verbis hæc omnia Demosthenes innuit, ut rem auditorio suo perspectu facillimam. Similiter supra §. κʹ. καὶ οὐδέν ἐσθ' ὅ τι τοῦ παρακρούσασθαι καὶ φενακίσαι λέγεται παρ' ἡμῶν εἵνεκα. F. A. Wolf.

Καθ' ὃν οἱ] *Secundum quam Thesmothetæ hanc vobis surrogarunt*, nempe, mihi permittendo surrogare. Auger.

Καθ' ὃν οἱ θεσμοθέται τοῦτον ὑμῖν παρέγραψαν] In Par. 1. et Aug. 1. est ἡμῖν. Præstat alterum ὑμῖν, h. e. *in gratiam Vestram*, seu, *ut verba legis ab omnibus, qui vellent, legi et judicari possent.* Quæ proxime sequuntur, ἵνα μὴ περὶ τούτου τις ἀντιλέγῃ μοι, talia sunt, quæ vix puto hodie plene intelligi posse. Nam paullo ante legimus, perspicue sancitum esse, νόμου τινὸς λυθέντος τὸν παρεισενεχθέντα κύριον εἶναι. Nunc Oratorem dubitantem videmus et timentem, ne quis secum ea de re contendat. Qui, malum, in perspicua lege vir

ἐάσω· ἵνα μὴ περὶ τούτου τις ἀντιλέγῃ μοι· ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἐκεῖνο εἶμι. Ὅταν ταῦτα λέγῃ δήπου, ὁμολογεῖ μὲν εἶναι βελτίω καὶ δικαιότερον τόνδε τὸν νόμον, οὗ τέθεικεν αὐτός· ὑπὲρ δὲ τοῦ, πῶς τεθήσεται, ποιεῖται τὸν λόγον. Πρῶτον μὲν τοίνυν εἰσὶν αὐτῷ κατὰ τοῦ παρεισφέροντος πολλοὶ τρόποι, δι᾽ ὧν, ἂν μὴ βούληται θεῖναι τὸν νόμον, αὐτὸν ἀναγκάσει· ἔπειτ᾽ ἐγγυώμεθα ἡμεῖς. ἐγώ, Φορμίων, [1] ἄλλον εἴ τινα βούλεται, θήσειν τὸν νόμον. Ἔστι δὲ δήπου νόμος ὑμῖν· ἐάν τις, ὑποσχόμενός τι, τὸν Δῆμον [2] ἢ Βουλὴν

[1] ἄλλων T. [2] ἢ τὴν Βουλὴν R.

alias minime timidus subito frangi et cedere potest! An fortasse vetus ista lex in desuetudinem abierat? Omnino aut hoc ipsum, aut simile quid, ponere debebimus. F. A. Wolf.

Ὅταν ταῦτα λέγῃ δήπου —] Hic quoque locus nobis obscuratur ignoratione momenti alicujus, quod sententiæ olim lucem dare potuit. Simul dura primo adspectu sunt ista, πῶς τεθήσεται. Ubi Reisk. non male ait postulari εἰ vel πότερον τεθήσεται. Sed et hic primo adspectu fallimur. Particula πῶς pertinet ad *modum*, quo lex nova auctoritatem accipere possit. Potuit autem id fieri, ut vidimus, aut sola abrogatione veteris legis, aut sic, ut qui tulisset νόμον ἀντεισφερόμενον, idem etiam legitime perferret. Jam nihil refert, inquit, dum lex mea recipiatur, utro id modo fiat, et de hac re Leptines frustra loquitur. Nempe si Demosthenes cum suis eo judicio, quod nunc agitur, illud vicerint, ut Leptinis lex tollatur, non solum hæc inutilis aut Reip. perniciosa, sed contraria simul illa Demosthenis videri debebit melior ac justior judicata. Sic ad novæ legis præstantiam demonstrandam non videtur necesse esse, ut ab eo, qui scripsit, solennibus modis perferatur. Hac via quodammodo videor mihi auctoris mentem perspicere. Idem.

Ἀναγκάσει] Sensus est: *possit cogere.* proinde scribendum forte ἀναγκάσαι, Modo Potentiali. Markland.

Ἂν μὴ βούληται —] Post βούληται comma sustuli, ut indivise legantur hæc, ἂν μὴ βούληται θεῖναι τὸν νόμον, non, θεῖναι τὸν νόμον αὐτὸν ἀναγκάσει. Res, pertenuis quidem, pertinet tamen ad rationem sermonis Græci. In βούληται cogitandum ὁ παρεισφέρων. Librarius Aug. 1. cogitavit ὁ Λεπτίνης, ideoque consulto omisit μὴ, ut θεῖναι τὸν νόμον αὐτὸν ἀναγκάσει conjungendum esset. Etiam Marklandi conjecturam, ἀναγκάσαι, non probo, quamvis sensus sit, *possit cogere.* Satis usitata hac ipsa potestate sunt in Atticis futura post verba εἰ, ὡς, et alia quædam. F. A. Wolf.

Ἄλλον, εἴ τινα βούλεται] Observa diversam constructionem, ἡμεῖς ἐγγυώμεθα θήσειν, ἐγγυώμεθα ἄλλον θήσειν. [Nam ita olim legebatur ante Wolfium, atque ita hunc locum laudat Aristides.] Obsopœus μᾶλλον εἴ τινα [uti et Lindenbrog. pariter Vindob. et Ven.] Wolf.

Ἐγὼ, Φορμίων, ἄλλον εἴ τινα βούλεται] Conjunctionum defectus est ab affectu dicentis. Quis sit ἐγὼ, nemo sane quærat præter virum doctum, qui ubique nodos in scirpo quærit. Sed tricantur in sequentibus quoque, ubi mala lectio affertur e Pan. Lind. Vind. Ven., Φορμίων, μᾶλλον εἴ τινα βούλεται. Vulgatam sic accipe, εἴ τινα ἄλλον βούλεται. Taylorus e Erfurt. traxit ἄλλων, consultone an incuria, incertum. In genuina Wolfii est ἄλλον. F. A. Wolf. Legitur in vulgata ἄλλον quod malim. Auger.

Ἐάν τις ὑποσχόμενός τι —] Legem ubi inferius repetit §. κθ΄., Orator ipse τὰ ἔσχατα πάσχειν explicat verbis, θανάτῳ ζημιοῦν. Et sic Aristid. Declam. §. 86. Lex pertinet ad majestatem Populi Atheniensis, et est apud Petitum in Collectione legum Att. p. 5?7. seq. Vocem Βουλὴν is ibi Senatum Quingentorum interpretatur. Quod si rectum esset, Reiskium sequerer, ex Aug. 1. scribentem, ἢ τὴν Βουλήν. In ista quidem vocis potestate consuetudo attica articulum poscit, nec alia causa, credo, fuit illi, ut mutaret. At duo Athenis fuerunt consilia publica, ἡ Βουλὴ quæ eximie dicebatur, et ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. Liban. Argum. Or. in Androt. Δύο ἦσαν ἐν Ἀθήναις βουλαί, ἡ μὲν διηνεκὴς, ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ — ἑτέρα δὲ ἡ τὰ πολιτικὰ πράττουσα. Utrumque consilium auctori hujus legis in animo fuisse, probabile est. Lex est antiqua:

ἢ Δικαστήριον ἐξαπατήσῃ, τὰ ἔσχατα πάσχειν. Ἐγγυώμεθα, ὑπισχνούμεθα· οἱ θεσμοθέται ταῦτα γραφόντων· ἐπὶ τούτοις τὸ πρᾶγμα γιγνέσθω! Μήθ᾽ ὑμεῖς ποιήσητε μηδὲν ἀνάξιον ὑμῶν αὐτῶν· μήτ᾽, εἴ
488 τις φαῦλός ἐστι τῶν εὑρημένων τὴν δωρεὰν, ἐχέτω· ἀλλ᾽ ἰδίᾳ κατὰ τόνδε κριθήτω τὸν νόμον! Εἰ δὲ ταῦτα λόγους καὶ φλυαρίας εἶναι φήσει, ἐκεῖνό γε οὐ λόγος· αὐτὸς θέτω, καὶ μὴ λεγέτω τοῦτο, ὡς οὐ θήσομεν ἡμεῖς. Κάλλιον δὲ δήπου, τὸν ὑφ᾽ ὑμῶν κριθέντα καλῶς ἔχειν νόμον εἰσφέρειν, ἢ ὃν νῦν [1] ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τίθησιν.

κβ΄. Ἐμοὶ δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! δοκεῖ Λεπτίνης— καί μοι, πρὸς Διὸς, μηδὲν ὀργισθῇς· οὐδὲν γὰρ φλαῦρον ἐρῶ σε — ἢ οὐκ ἀνεγνωκέναι τοὺς Σόλωνος νόμους, ἢ οὐ συνιέναι. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Σόλων ἔθηκε νόμον, ἐξεῖναι

[1] ἀφ᾽ T.

antiquiore autem tempore Areopagus rarius potuit simplici nomine δικαστηρίου appellari. F. A. Wolf.

Γραφόντων] Ἀντὶ τοῦ, γραφέτωσαν. Wolf.

Εἰ δὲ ταῦτα λόγους καὶ φλυαρίας —] Absurde ad οὐ λόγος in Schol. adjectum, οὐδὲ φροντίς. Plane ut Græci λόγους et φλυαρίας, sic Latini dicunt *verba* et *ineptias*. Cicero in Pison. c. 27. *Existimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba sunt atque ineptiæ.* Etiam solum λόγον in singulari numero opponunt τῷ ἔργῳ, τῇ ἀληθείᾳ. Exemplorum abunde est ubique. Quibus accedere debet Xenoph. Hellen. IV. 8. 15. sic corrigendus: Τῷ μὲν δὴ Τιριβάζῳ ἀκούοντι ἰσχυρῶς ἤρεσκον οἱ τοῦ Ἀνταλκίδου λόγοι· τοῖς δ᾽ ἐναντίοις λόγος ταῦτ᾽ ἦν, ubi vulgo, λόγοις ταῦτ᾽ ἦν. F. A. Wolf.

Ἐκεῖνό γε] Legere mavult Lambinus: ἐκεῖνο δὲ οὐ λόγος. αὐτὸς θέτω. Taylor.

Ἢ ὃν νῦν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τίθησιν] Aug. 1. Bav. Felic. Wolf. Tayl. ἀφ᾽ ἑαυτοῦ. Nostrum ἐφ᾽ ἑαυτοῦ est in Ald. Herv. Ben. Reisk. Prius est *sua sponte*: posterius dicitur in iis rebus, quas quis facit *per se solum, sua solius auctoritate, sine alius consilio vel auxilio.* Igitur hoc prætuli, idemque sæpe faciendum alibi, ubi pariter librarii peccarunt. Aristides T. II. p. 316., ubi se dicit, in scribenda Declamatione Leptinea ita versatum, ut, Demosthene de manibus posito, quid dici posset, ipse dispiceret: Εἶχον ἐν χερσὶ τὸν λόγον τὸν τοῦ Δημοσθένους, καὶ ὡς ἐγενόμην ἐπὶ τῶν κεφαλαίων, ἃ τοῦ Λεπτίνου μέλλοντος ἐρεῖν ὑπετέμνετο, ἀποστήσας ἐμαυτὸν τοῦ Δημοσθένους, ἐπ᾽ ἐμαυτοῦ τι συνεώρων. F. A. Wolf.

κβ΄. Καί μοι μηδὲν ὀργισθῇς] Repente oratio ad ipsum Leptinem convertitur: οὐδὲν φλαῦρον ἐρῶ σε — σὺ δὲ εἰσενήνοχας — πῶς σέ τις φήσει κ. τ. λ. Dicam de hoc genere ad §. λά. Jam lex h. l. commemorata ipsis verbis, quibus concepta ferebatur, exstat apud Nostrum adv. Steph. II. p. 1133. ed. R. Ὅσοι μὴ ἐπεποίηντο, ὥστε μήτε ἀπειπεῖν, μήτ᾽ ἐπιδικάσασθαι, ὅτε Σόλων εἰσῄει τὴν ἀρχὴν, τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι εἶναι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ, ἂν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄῤῥενες, ἂν μὴ μανιῶν, ἢ γήρως, ἢ φαρμάκων, ἢ νόσου ἕνεκεν, ἢ γυναικὶ πειθόμενος, ὑπὸ τούτων του παρανοῶν, ἢ ὑπ᾽ ἀνάγκης, ἢ ὑπὸ δεσμοῦ καταληφθείς. Verba legis dedi ad verissimam correctionem Wesselingii in Petit. LL. AA. p. 580., unde etiam explicatio eorum petenda. Nam his quoque manum suam Reiskius impressit corruptricem. Legem præterea affert Plutarch. in Solone p. 90. A. verbis nostro loco appositissimis: Ὁ δ᾽ ᾧ βούλεταί τις ἐπιτρέψας, εἰ μὴ παῖδες εἶεν αὐτῷ, δοῦναι τὰ αὐτοῦ, φιλίαν τε συγγενείας ἐτίμησε μᾶλλον, καὶ χάριν ἀνάγκης. Ceterum structura sociari debent hæc, οὐχ ἵνα τοὺς ἐγγύτατα τῷ γένει ἀποστερήσῃ τῆς ἀγχιστείας. Ἀγχιστεία in jure Attico est *jus legitimæ successionis.* h. e. succedendi in bona et jura defuncti civis vi cognationis. Idem. Vid. Valckenaer. ad Ammon. p. 6. sqq.

δοῦναι τὰ ἑαυτοῦ, ὅτῳ ἂν τις βούληται, ἐὰν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι· οὐχ ἵν᾽ ἀποστερήσῃ τοὺς ἐγγύτατα τῷ γένει τῆς ἀγχιστείας, ἀλλ᾽ ἵνα εἰς τὸ μέσον καταθεὶς τὴν ὠφέλειαν, ἐφάμιλλον ποιήσῃ τὸ ποιεῖν [1] ἀλλήλους εὖ· σὺ δὲ τοὐναντίον εἰςενήνοχας, μὴ ἐξεῖναι τῷ Δήμῳ τῶν αὑτοῦ δοῦναι μηδενὶ μηδέν· πῶς σέ τις φήσει τοὺς Σόλωνος ἀνεγνωκέναι νόμους, ἢ συνιέναι; Ὃς ἔρημον ποιεῖς τὸν Δῆμον τῶν φιλοτιμησομένων, προλέγων καὶ δεικνὺς, ὅτι τοῖς ἀγαθόν τι ποιοῦσιν οὐδοτιοῦν ἔσται πλέον. Καὶ μὴν κἀκεῖνος τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν νόμων Σόλωνός ἐστι, μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνεῶτα, μηδ᾽ ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων αὐτός· σὺ δὲ ποιεῖς, οὐ λέγεις, κακῶς τοὺς τετελευτηκότας τῶν εὐεργετῶν, τῷ δεῖνι μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων, ὧν οὐδὲν ἐκείνοις προςῆκεν· ἆρ᾽ οὐ πολὺ τοῦ Σόλωνος ἀποστατεῖς τῇ γνώμῃ;

κγ΄. Πάνυ τοίνυν σπουδῇ τις ἀπήγγειλέ μοι περὶ τοῦ

[1] ἄλλους T.

Ἄλλους] Ἀλλήλους Reg. β. Vindob. et Aug. Recte hoc procul dubio. *Metta a gara il servire l'uno l'altro.* ut Italus Interpres. TAYLOR.

Τοῖς ἀγαθόν τι ποιοῦσιν] Excidisse Reiskio et Auger. videtur αὐτόν. Sero sapiunt viri. Occurrit eadem ellipsis §. δ΄. med. ut inferius §. κς΄. ante med. et alibi. F. A. WOLF.

Κἀκεῖνος] Sub. νόμος. AUGER.

Αὐτός.] Ita lege cum optimis exemplaribus. Vulgo: τίς ἀκούῃ παίδων. Αὐτὸς σὺ δὲ ποιεῖς etc. TAYLOR.

Μηδ᾽ ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων αὐτὸς] *Ne tum quidem, si conviciis aut maledictis fuerit ipse a liberis defuncti provocatus.* Nempe κακῶς repetendum ad verbum ἀκούῃ, quod perfacile est. Monuit etiam Dorvill. ad Charit. p. 385. [L. III. c. III. 45. 15.] Nota structura, καλῶς ἢ κακῶς ἀκούειν ὑπό τινος seu πρός τινος, quam Latinus sermo ad amussim exprimit. Aliter, et male quidem, locum olim ceperunt, pronomine αὐτὸς ad seqq. tracto. De ipsa lege, hic allata, tum alibi a Demosthene mentio fit, tum a Plutarch. l. c. p. 89. E., quæ loca occupavit Petit. LL. AA. p. 604. Ibi simul notari poterat, vetustum hoc præceptum esse, τὸν τετελευτηκότα μὴ κακολόγει. Legitur sic Chiloni illi tributum apud Stobæum Serm. CXXIV. p. 620. F. A. WOLF.

Τῷ δεῖνι μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων] *Huic succensens, illum indignum esse dictitans.* de ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα pro *hic* et *ille*, περὶ Παραπρεσβ. et in pri. contra Philippum, dictum est. *Ex edit.* HERVAG.

Ὧν οὐδὲν] *Quorum nihil, vel quarum rerum nulla ad illos pertinet.* AUGER.

Ὧν οὐδὲν ἐκείνοις προςῆκε:] Desiderat vir doctus participium aliquod, quo illud ὧν referatur, v. c. κατηγορῶν ὧν, h. e. κατηγορῶν ταῦτα, ὧν. Quin omnia absque hoc fulcro optime habent. Sensus est: *Tu vero male non* d i c i s, *sed* f a c i s *defunctis evergetis nostris, dum oratione Tua passim homines, qui immunitate fruuntur, ita exagitas, ut nunc hic tibi videatur nescio qua culpa notabilis, nunc ille omnino sine merito suo donum consecutus: verum nihil hujusmodi, nihil harum rerum, in illos magnos viros convenit.* Patet, relativum ὧν pertinere ad verba, μέμφεσθαι et ἀνάξιον εἶναι φάσκειν. F. A. WOLF.

κγ΄. Πάνυ τοίνυν σπουδῇ τις ἀπήγγειλέ μοι] Sic sæpe Oratores produnt, ex aliis se cognovisse, quid adversarii pro se dicturi sint: unde illud φήσει et φήσουσι in futuro, quod Interpretibus interdum molestum fuit. Conf. Demosth. in Midiam

μηδενὶ δεῖν μηδὲν διδόναι, μηδ᾽ ἂν ὁτιοῦν πράξῃ, τοιοῦτόν τι λέγειν αὐτοὺς παρεσκευάσθαι· ὡς ἄρα οἱ
489 Λακεδαιμόνιοι, καλῶς πολιτευόμενοι, [1] καὶ Θηβαῖοι οὐδενὶ τῶν παρ᾽ ἑαυτοῖς διδόασι τοιαύτην οὐδεμίαν τιμήν· καίτοι καὶ παρ᾽ ἐκείνοις τινές εἰσιν ἴσως ἀγαθοί. Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! πάντες οἱ τοιοῦτοι λόγοι παροξυντικοὶ μὲν εἶναι πρὸς τὸ τὰς ἀτελείας ὑμᾶς ἀφελέσθαι πεῖσαι, οὐ μέντοι δίκαιοί γε οὐδαμῇ. Οὐ γὰρ ἀγνοῶ τοῦθ᾽, ὅτι Θηβαῖοι, καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἡμεῖς οὔτε νόμοις, οὔτε ἔθεσι χρώμεθα τοῖς αὐτοῖς, οὔτε πολιτείᾳ. Αὐτὸ γὰρ τοῦτο πρῶτον, ὃ νῦν οὗτοι ποιήσουσιν, ἐὰν ταῦτα λέγωσιν, οὐκ ἔξεστι ποιεῖν παρὰ τοῖς [2] Λακεδαιμονίοις,

[1] καὶ οἱ Θηβαῖοι

[2] Λακεδαιμονίοις· τὰ τῶν Ἀθηναίων, ἢ (deest ἢ. R.) ἐπαινεῖν νόμιμα, οὐδὲ τὰ τῶν δείνων. πολλοῦ T. R.

p. 525. ed. R. *Quidam nuntiavit, mihi serio,* h. e. *vultu qui magnum aliquod firmamentum causæ suæ promitteret.* Ceterum verba sic juncta, πάνυ σπουδῇ, ad Atticismum pertinent, eaque frequentat imprimis Thucydides. Vid. Valcken. ad Phalarid. Epp. p. XVII. IDEM.

Καὶ Θηβαῖοι οὐδενὶ τῶν παρ᾽ ἑαυτοῖς διδόασι τοιαύτην οὐδεμίαν τιμὴν] Reisk. scripsit καὶ οἱ Θηβαῖοι, nimirum ex Aug. 1. et propter verba, οἱ Λακεδαιμόνιοι. E certa tamen lege judicari hoc non posse puto propter miram inconstantiam, quam in hoc usu articuli obtinere video. Porro hæc, τοιαύτην οὐδεμίαν τιμὴν, ad immunitates spectant, ut et postbac verba, τῶν τοιούτων ἐθῶν. Ita autem hunc morem suos donandi abjudicari Lacedæmoniis, mirari potest, qui locum Aristot. de Rep. II. 7. p. 109. ed. Conr. aut Ælian. V. H. VI. 6. meminerit, ubi illis ἀτέλεια diserte tribuitur. Suspicor, satis id Nostro visum fuisse, quod Lacedæmonii propriam et ab Attica diversam rationem in donatione sequerentur. IDEM.

Οὐ γὰρ ἀγνοῶ—] Prima persona verbi Reiskio displicet. Nec immerito: in hoc quidem nexu sententiarum. Utique omnis offensio absit, si scribatur, οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, vel οὐδεὶς γὰρ ἀγνοεῖ, vel τίς γὰρ ἀγνοεῖ; Sed hoc est calamo ludere. Forsitan paullo minus prima persona displiceat, si licuerit sic exponere: *Neque enim, ne quis tali argumento me redargui putet, illud mihi incognitum est, quod Thebani* etc. IDEM.

Τὰ τῶν Ἀθηναίων ἢ ἐπαινεῖν] Τὸ ἢ aut redundat, aut transpositum est, aut aliquid deest. Quid si sic? οὐκ ἔξεστι ποιεῖν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις· ἢ (malim οὐδὲ) τὰ τῶν Ἀθηναίων ἐπαινεῖν νόμιμα, οὐδὲ τὰ τῶν δείνων· sc. τῶν Θηβαίων, quos per contemptum non nominat. Aut, τὰ τῶν Ἀθηναίων λ έ γ ε ι ν ἢ ἐπαινεῖν νόμιμα. WOLF. Locum, cum sit impedito simillimus, ita ex conjectura voluit restituere Lambinus: τὰ τῶν Ἀθηναίων π ο ι ε ῖ ν ἢ ἐπαινεῖν νόμιμα. Virum perquam eruditum ad hoc impellebant ea, quæ statim sequuntur: ἃ τῇ παρ᾽ ἐκείνοις πολιτείᾳ συμφέρει, ταῦτ᾽ ἐπαινεῖν ἀνάγκη καὶ π ο ι ε ῖ ν. Præter rem. Submonuit nescio quis ad oram Exemplaris Academici: τὰ τῶν Ἀθηναίων ἢ Θ η β α ί ω ν ἐπαινεῖν νόμιμα. Omnino recte. Elusit nimirum scriptoris aciem Vox Θηβαίων propter vicinitatem Ἀθηναίων, cui, si demas literam initialem, perquam est similis. Atque hinc emendabis mecum Suidam in Αὐτόχθονες. Αὐτόχθονες, inquit ille, οἱ Ἀθηναῖοι, et, paucis interjectis, Αὐτόχθονες δὲ καὶ Ἀρκάδες ἦσαν καὶ Αἰγινῆται καὶ Ἀ θ η ν α ῖ ο ι. Id est, præter Athenienses erant Arcades, Æginenses et Athenienses. Legendum est: Αὐτόχθονες δὲ καὶ Ἀρκάδες ἦσαν καὶ Αἰγινῆται καὶ Θ η β α ῖ ο ι. Ita enim idem Auctor sine litura in voce Ἀθηναίων δυσβουλία, et Harpocratio quoque in Αὐτόχθονες, quem articulum totum exscripsit Suidas. Hoc errore bis tenentur scholia ad Thucyd. II. 3. οἱ Ἀθηναῖοι, cum οἱ Θηβαῖοι intelliguntur. Proclive esse ab ea voce in hanc labi et vicissim, confirmat exemplis magnus Scaliger ad Eusebii Chronicon, XC. et eruditissimus Valesius ad Harpocrat. in v. Ἰσμηνίας. Ob-

πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἀλλ' ἃ τῇ παρ' ἐκείνοις πολιτείᾳ συμφέρει, ταῦτ' ἐπαινεῖν ἀνάγκη καὶ ποιεῖν. Εἶτα καὶ Λακεδαιμόνιοι τῶν μὲν τοιούτων ἐθῶν ἀφεστᾶσιν· ἄλλαι δέ τινες παρ' ἐκείνοις εἰσὶ τιμαὶ, ἃς ἀπεύξαιτ' ἂν ἅπαξ ὁ Δῆμος ἐνταυθοῖ γενέσθαι. Τίνες οὖν εἰσὶν αὗται; Τὰς μὲν καθ' ἕκαστον ἐάσω· μίαν δ', ἣ συλλαβοῦσα τὰς ἄλλας ἔχει, δίειμι. Ἐπειδάν τις εἰς τὴν καλουμένην Γερουσίαν ἐγκριθῇ,

sopœus hic conjicit ψέγειν, ἢ ἐπαινεῖν. TAYLOR. Θηβαῖοι pro Ἀθηναῖοι. Not. ad argum. or. Æschinis c. Ctesiph. Vales. ad Harpocr. p. n. 98. Notæ ineditæ ad Suidam. *In schedis* IDEM. Τὰ τῶν Ἀθηναίων — τῶν δείνων] Suspicor, has undecim voces esse emblema Glossatoris Græculi. nihil enim sensui addunt, sed sunt mere exegeticæ. Dubito quoque an Græce dicatur τὰ νόμιμα ποιεῖν eo sensu, quem hic locus postulat. nam de *Exsequiis mortuorum*, aut de *Sacrificiis*, nisi fallor, fere usurpatur hæc phrasis. Utcunque hoc sit, Textum ita connectendum esse existimo: οὐκ ἔξεστι ποιεῖν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις· πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἀλλ' ἃ τῇ etc. MARKLAND. Bene hoc, [sc. conject. Lambin.] et apte clausulæ periodi, nec minus Græce. Nam frustra dubitat Marklandus, an alio sensu, quam de exsequiis mortuorum et sacrificiis, dici possit τὰ νόμιμα ποιεῖν. Vid. vel Xenoph. Cyrop. I. 2. 15. Taylorus autem e margine exemplaris cujusdam sui commendat, τὰ τῶν Ἀθηναίων ἢ Θηβαίων ἐπαινεῖν νόμιμα, scilicet manus doctæ emendationem. Denique Reiskius quum literam molestam ἢ ab aureo Aug. 1. abesse vidisset, ut natam ex proxima ν expunxit, id quod sane erat facillimum. Atqui omnibus his modis pannum curatum dico, e margine nobis illatum, non contextum auctoris. Expressam enim speciem et certa vestigia alienæ annotationis habent decem ista vocabula, quæ sententiæ non tantum nihil addunt, sed officiunt etiam, rectamque verborum structuram impediunt. Αὐτὸ τοῦτο, ὃ νῦν οὗτοι ποιήσουσιν, quæ verba glossator sibi explicanda putavit, id ipsum fere sonant, quod voluit: *instituta aliorum populorum laudare, suisque civibus in exemplum proponere.* Ita sæpius pronomina ista ansam dederunt glossematum. Ut Xenophon. Anab. Cyr. I. 1. Τότε ἀπέστησαν πρὸς Κῦρον πᾶσαι πόλεις πλὴν Μιλήτου. Ἐν Μιλήτῳ δ' ὁ Τισσαφέρνης προαισθόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους, [ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον,] τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἐξέβαλεν. Non difficile foret glossemata odorari, si ita sua se specie ubique proderent. Nemo tamen ante Marklandum de fraude nostri loci monuit. F. A. WOLF.

Ἀλλ' ἃ τῇ παρ' ἐκείνοις πολιτείᾳ συμφέρει, ταῦτ' ἐπαινεῖν ἀνάγκη καὶ ποιεῖν] Vir doctus, qui modo nihil vidit, repente nunc oculatissimus factus, sic ab auctore scriptum conjicit, ἀλλὰ τῇ παρ' ἐκείνοις πολιτείᾳ συμφέρει ταῦτ' ἐπαινεῖν, ἃ ἀνάγκη καὶ ποιεῖν. *Sed receptæ apud eos formæ gubernationis civilis convenit, ut ea laudentur, quæ ut fiant prorsus necesse est atque inevitabile.* Viderint acutiores; ego correctionis præstantiam non assequor. IDEM.

Τοιούτων] *Talibus*, nempe, qualibus nos utimur. AUGER.

Ἅπαξ] Forte cum MSS. melioris notæ, Ven. Vindob. Obsop. Aug. Ital. Bodl. ἅπας. TAYLOR.

Ἅπαξ] Forte ἅπας, nisi ἅπαξ significet *prorsus, omnino.* AUGER.

Ἅπαξ ὁ Δῆμος ἐνταυθοῖ γενέσθαι] Codd. magno numero, ἅπας ὁ Δῆμος, probante Tayloro. At cur *universus* Populus? Misere friget illud ἅπας. Contra sensum adjuvat ἅπαξ h. *plane, omnino.* Ἐνταυθοῖ pro ἐνταῦθα et alibi occurrit in Atticis. F. A. WOLF.

Μίαν δ', ἣ συλλαβοῦσα τὰς ἄλλας ἔχει, δίειμι] *Unam autem, quæ alias complectitur, commemorabo.* Ubi ἔχει ornatus magis causa quam significationis ponitur. Sunt enim ejusdem generis μαθὼν ἔχω pro ἔμαθον, et συλλαβὼν ἔχω, pro συνέλαβον, *complector.* Sic Aristid. ἡ μετὰ τῶν θεῶν αὐτὸν καταστήσασα ἔχει, id est, κατέστησεν, *in deorum cœtum adoptavit.* Neque dissimile est illud Sallustianum, *Bonorum præmia ereptum eunt*, pro *eripiunt*. Curtius: *Meleagri temeritatem armis ultum ire decreverat*, id est, *ulcisci*, &c. *Ex edit.* HERVAG.

Ἐπειδάν τις εἰς τὴν καλουμένην Γερουσίαν ἐγκριθῇ] *Ut enim aliquis in eam, quæ Gerusia dicitur, cooptatus est, si modo eum se quem decet præstiterit, ita dominus est multitudinis. Siquidem apud eos virtutis præmium est reipublicæ gubernacula cum similibus sui pro potestate tenere.* Γερουσία, ut Demosthenis Interpres inquit, magistratus apud Lacedæmonios, ad quem ii de-

παρασχὼν ἑαυτὸν οἷον χρὴ, δεσπότης ἐστὶ τῶν πολλῶν. Ἐκεῖ μὲν γάρ ἐστι τῆς ἀρετῆς ἆθλον, τῆς πολιτείας κυρίῳ γενέσθαι μετὰ τῶν ὁμοίων. Παρὰ δ' ὑμῖν ταύτης μὲν ὁ Δῆμος κύριος, καὶ [1] ἀρχαὶ καὶ [2] νόμοι φυλακαὶ, ὅπως

[1] ἀραὶ R. [2] νόμοι καὶ φυλακαὶ T. R.

mum evadunt, qui integritate vitæ et veneranda senectute cæteris præstare videntur. apud hos enim qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam appellantur senes. Nam quod Senatus Romæ, hoc ferme fuit Γερουσία Spartæ, id est, Lacedæmone, ipsa quoque a senibus dicta, qui Græce γέροντες dicuntur. De qua Cicero in Catone: "Consilium," inquit, "ratio, et sententia nisi essent in senibus, non summum consilium majores nostri Senatum appellassent." Aristoteles lib. 2. Politicωn, Gerusiam apud Lacedæmonios virtutis præmium esse ait. Vide plura in Annotationibus Bud. in Pandect. IDEM.

Εἰς τὴν καλουμένην Γερουσίαν] Et appositum καλουμένην docet, et aliunde scimus, hoc proprium nomen Senatus Lacedæmoniorum fuisse. Inflectitur tantum ab Atticis ad aures suas, quum e Spartana dialecto fuerit Γερωνία, aut potius Γερωσία. Athenis autem Senatus nunquam aliter dictus, quam Βουλή. De summa auctoritate Lacedæmonii Senatus quod legimus, confirmant alii: Isocrates Panathen. p. 389. qui Lycurgum ait instituisse, τὴν τῶν γερόντων αἵρεσιν τῶν ἐπιστατούντων ἅπασι τοῖς πράγμασι μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ποιεῖσθαι, μεθ' ὅσηςπέρ φασι καὶ τοὺς ἡμετέρους περὶ τῶν εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβήσεσθαι μελλόντων· ἔτι δὲ τὴν δύναμιν αὐτοῖς περιθέντος τὴν αὐτὴν, ἥνπερ ᾔδει καὶ τὴν Βουλὴν ἔχουσαν τὴν παρ' ἡμῖν. Plutarchus Lycurg. p. 43. C. et p. 55. E. ubi Senatori Spartano tributum dicit τὸ σύμπαν κράτος ἐν τῇ πολιτείᾳ, κύριον ὄντα καὶ θανάτου καὶ ἀτιμίας καὶ ὅλως τῶν μεγίστων. Pausan. III. 11. p. 231. Ἡ Γερουσία συνέδριον Λακεδαιμονίοις κυριώτατον τῆς πολιτείας. Cicero Cat. Maj. c. 6 *Apud Lacedæmonios ii, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes.* Quem locum comparans cum nostro, Budæus Annott. pr. ad Pandect. p. 269. affert simul Aristot. de Rep. II. 7. p. 110., ubi ἡ ἀρχὴ αὕτη dicitur ἆθλον τῆς ἀρετῆς, plane ut a Nostro. F. A. WOLF.

Ἐγκριθῇ] Verbum est proprium. Κρίσις dicebatur illa Senatorum electio, cujus modum describit Plutarch. l. c., qui modus non immerito παιδαριώδης visus est Aristoteli, alia quoque in Senatu Spartano improbanti. IDEM.

Μετὰ τῶν ὁμοίων] Ὅμοιοι apud Lacedæmonios aliud significabat, quam apud alios Græcos. Sic enim vocabant nobiles suos, ex quibus Senatus, ἡ Γερουσία, constituebatur. Sic apud Xenophontem, lib. 3. Hellenic. de Cinadonis conjuratione: οὗτος δὲ ἦν καὶ τὸ εἶδος νεανίσκος, καὶ τὴν ψυχὴν εὔρωστος, οὐ μέντοι τῶν ὁμοίων. PALMER.

Τῆς πολιτείας κυρίῳ γενέσθαι μετὰ τῶν ὁμοίων] Tertius casus κυρίῳ est a suppresso τινὶ ad ἐστὶ, structura jam alibi explicata. Conf. not. §. κά. Mox qui fuerint οἱ ὅμοιοι, valde dubito an ex veteribus satis sit compertum. Cives in Rep. Laced. eminentiores fuisse, docent quidem omnia, eoque redeunt, quæ notavit Morus ad Xenoph. Hellen. III. 3. 5. Sed eorum dignitatem magis definitam si quæras, nusquam invenias. Ac non omnino assentior Palmerio Exercitt. in opt. auctt. gr. p. 629., putanti hoc nomine eos dici, e quibus Senatus constitutus sit; minus etiam Augerio, qui Ephoros intelligit. Adeo is mirabatur fortasse, magistratum tam potentem ab Oratore plane omissum. Enimvero cogitare debebat, ne regum quidem Spartanorum ullam mentionem fieri, et potestatem Ephororum, quamvis jam tum satis magnam et insolentem, magis in bellicis, quam domesticis rebus valuisse, tum horum mentionem auctori a consilio loci alienam videri potuisse. F. A. WOLF.

Ἀρχαὶ] Codd. nonnulli, ut Cant. Bodl. Regg. ε. η. Aug. et Ital. ἀραί. Inscite. Locus quidem est insanus, sed non ibi dolet. Lege enim omnino: ἀρχαὶ καὶ νόμοι φυλακαὶ, ὅπως—sine καί. Mox v. 1. p. seq. cum Lindenbr. Ven. et Ital. pro στέφανοί τε lege στέφανοι δέ. ut est in Vindob. Respondet enim hic locus superioribus, ταύτης μὲν ὁ δῆμος κύριος. Jam periodum impense restitutam mecum contempleris. ταύτης μὲν [i. e. πολιτείας] ὁ δῆμος κύριος, καὶ ἀρχαὶ καὶ νόμοι φυλακαὶ, ὅπως μηδεὶς ἄλλος κύριος γενήσεται· στέφανοι δὲ καὶ ἀτέλειαι—καὶ τοιαῦτά ἐστιν, ὧν ἄν τις ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν τύχοι. *Apud vos quidem Reip. dominus est Populus, et Magistratus et Leges* Cautiones sunt, ne quis *alius dominus sit: præstantibus* autem *viris præmia sunt proposita, coronæ — et ejus generis alia.* TAYLOR. F. leg. καὶ νόμοι εἰσὶ φυλακαὶ, ὅπως... AUGER. Præclare Taylorus vidit, superfluum et delen-

μηδεὶς ἄλλος κύριος γενήσεται· [1]στέφανοι δὲ καὶ ἀτέλειαι
καὶ σιτήσεις καὶ τοιαῦτά ἐστιν, ὧν ἄν τις, ἀνὴρ ἀγαθὸς
ὢν, τύχοι. Καὶ ταῦτα ἀμφότερα ὀρθῶς ἔχει, καὶ [2]τὰ
ἐκεῖ, καὶ τὰ παρ' [3]ἡμῖν. Διὰ τί; Ὅτι τὰς μὲν διὰ τῶν
ὀλίγων πολιτείας τὸ πάντας ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις, τοὺς
τῶν κοινῶν κυρίους, ὁμονοεῖν ποιεῖ· τὴν δὲ τῶν Δήμων ἐλευ- 490
θερίαν ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἅμιλλα, ἣν ἐπὶ ταῖς παρὰ

[1] στέφανοί τε καὶ T. [2] τἀκεῖ R. [3] ὑμῖν. διατί; T.

dum esse postremum καὶ, vulgo ante φυλακαὶ lectum: idque judicium ita verum est, ut nihil amplius ad sanitatem loci requiratur. Liquido simul apparet, quid scribas in errorem deduxerit. Nempe nomen φυλακαὶ, scil. εἰσὶ, non viderunt esse pro φυλάττουσιν, ab eoque sequentia pendere, ὅπως μηδεὶς ἄλλος κύριος γενήσεται. At φυλακὴ Græce dicitur, ut Latine *custodia*, pro *custode*, sive pro *eo, quo quid custoditur*. De Latinis succurrit nunc unus locus Livii VI. 1., de Græcis v. Wesseling. ad Diodor. I. 2. Hinc sensus scripturæ nostræ oritur hic: *Apud Vos omnium rerum arbiter* (κύριος ταύτης h. τῆς πολιτείας) *est Populus, et cavent magistratus legesque, ne quis alius imperio potiatur.* De *legibus* quidem nihil dubium, quippe quas constat plurimum valere ad liberæ civitatis statum firmandum. Ne vero ἀρχαὶ legibus non bene junctæ videantur, cogitandum, *annuos magistratus*, et obnoxios rationibus apud Populum reddendis, præclarum in tali Republica munimentum esse libertatis, adeo ut et ipsa vocabula ἀρχῶν, *magistratuum*, antiquus loquendi usus non temere de alio quam libero populo frequentarit. Ita Cicero in Bruto c. 14. dicit Civitatem per Brutum regia dominatione liberatam, et *magistratibus annuis, legibus, judiciisque, devinctam*. Hæc si Reiskius advertisset, lectionem ἀρχαὶ non dixisset tardis grammaticastris deberi, prælata alia paucorum codd. in Marg. Ben., quam prope ominosam dixeris, ἀραί. Ea autem viro audaci ita placuit, ut nihil territus diris, quibus eam alii certatim devovissent, suum *bene veneris* succlamans, in textum invexerit. Hæ ἀραὶ, *exsecrationes*, videntur ei capiendæ de præconio, quo singulis ecclesiis insidiatores popularis libertatis damnari solebant. Nota res ex Aristophane, et egit de ea Petitus LL. AA. p. 289. Commentum sane lepidum! Nam si ista vox præconis, si vanus iste ritus pro fulcro libertatis haberi potest, quidni eodem jure τοξόται possint, quorum manibus improbi a suggestu arcebantur? Sed quod etiam magis mireris, proxima verba, καὶ φυλακαὶ, ab eodem editore explicantur de *magistratibus*. Itane vero? Magistratus a loco non alienos censet, modo exsecrationes accedant? Talia refellere non placet: adeo sunt putida. F. A. Wolf.

Καὶ ταῦτα ἀμφότερα ὀρθῶς ἔχει—] Cur h. l. tam belle tractentur Lacedæmonii, cur tam acerbe Thebani, dixi in Prolegomm. Alio tempore si Orator de his populis dixisset, longe dixisset aliter. Sic et Isocrates et alii variant stilum pro tempore, quum de Thebanis scribunt. Idem.

Ὅτι τὰς μὲν διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας τὸ πάντας ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις, τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους, ὁμονοεῖν ποιεῖ] Constructionem mutata leviter distinctione adjuvi. Jam junges: ὅτι τὸ πάντας τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις ποιεῖ ὁμονοεῖν τὰς διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας. Ubi notabis, maximum bonum oligarchiis tribui concordiam inter optimates, cum servitute ceterorum omnium fere conjunctam, et huic splendide opponi Atheniensium libertatem. De forma Spartanæ Reip. protrita omnia. Atheniensibus quum ea videretur vulgo esse ὀλιγαρχία, ipsi Lacedæmonii, gratiore vocabulo, ἀριστοκρατίαν dicere malebant. Vere mixta erat, et antiquiori Romanæ similis, ut bene Menander scribit de Encom. III. 1. Ceterum conf. cum hoc loco nostro Thucydideum II. 37. Idem.

Τοὺς τῶν κοινῶν] Wolfius hunc locum interpretatur, perinde ac si Textus ita punctis ordinaretur: τὰς διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας, τὸ πάντας ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους, ὁμονοεῖν ποιεῖ. Et omnino recte. Ita explicat Ulpianus: ἡ εὔνοια ἐκεῖ, ἐκ τοῦ εἶναι πάντας τοὺς ἄρχοντας ἴσους· ἐνταῦθα δὲ, ἐκ τοῦ λαμβάνειν τὰς ἀξίας (lege τοὺς ἀξίους) τιμάς. Longe aliter Versio Italica: *Percioche ne' governi de' pochi, l' havere tutti egual parte, tiene d' accordo i Signori.* et Batava: *Quia in paucorum principatu dominos Reip. concordes facit, si pari potestate omnes fruantur.* Taylor.

τοῦ Δήμου δωρεαῖς πρὸς ἑαυτοὺς ποιοῦνται, φυλάττει. Καὶ μὴν περί γε τοῦ μηδὲ Θηβαίους μηδένα τιμᾶν, ἐκεῖνο ἂν ἔχειν εἰπεῖν ἀληθὲς [1]οἶμαι. Μεῖζον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! Θηβαῖοι φρονοῦσιν ἐπ' ὠμότητι καὶ πονηρίᾳ, ἢ ὑμεῖς ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τῷ τὰ δίκαια βούλεσθαι. Μήτ' οὖν ἐκεῖνοί ποτε παύσαιντο, εἰ ἄρα εὔξασθαι δεῖ, τοὺς μὲν ἑαυτοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας μήτε τιμῶντες, μήτε θαυμάζοντες, τοὺς δὲ συγγενεῖς — ἴστε γὰρ, ὃν τρόπον Ὀρχομενίους διέθηκαν — οὕτω μεταχειριζόμενοι· μήθ' ὑμεῖς, τἀναντία τούτοις, τοὺς μὲν εὐεργέτας τιμῶντες, παρὰ δὲ τῶν πολιτῶν λόγῳ μετὰ τῶν νόμων τὰ δίκαια λαμβάνοντες. Ὅλως δ' [1]οἶμαι τότε δεῖν τοὺς ἑτέρων ἐπαινεῖν νόμους καὶ ἔθη, τοῖς ὑμετέροις ἐπιτιμῶντας, ὅταν ᾖ δεῖξαι βέλτιον ἐκείνους πράττοντας ὑμῶν· ὅτε δ' ὑμεῖς, καλῶς ποιοῦντες, καὶ κατὰ τὰς κοινὰς πράξεις, καὶ κατὰ τὴν ὁμόνοιαν, καὶ κατὰ [2]τἄλλα πάντα ἄμεινον ἐκείνων πράτ-

[1] οἴομαι R. [2] τὰ ἄλλα T.

Μεῖζον Θηβαῖοι φρονοῦσιν ἐπ' ὠμότητι—] Hinc Aristides ad Athenienses de iisdem: Ὑμῖν φιλανθρωπίας, ἐκείνοις δ' ὠμότητος περίεστιν. T. I. p. 450. Et conf. totam Plataicam Isocratis. Probrum ὠμότητος *truculentiam* reddas sensu eo, quo veteres Latini dixerunt. Ἀπήνειαν interpretatur Apsines p. 702., ubi hujus loci sententiam profert, verbis mutatis. Nam ita solent Rhetores, idemque facit Syrian. Comment. ad Hermog. p. 28., ubi respicit Orat. nostræ §. ϛ'. et κγ'. Notum est de Thebanis *Bœotorum in crasso aere natis*, quam parum ingenii acumini et artibus tribuerint. Satis docet Nepos Alcib. c. 11. Hinc passim ἀναισθησία et ἀναλγησία eorum traducta, et ferox asperumque ingenium. Adjectum crimen πονηρίας debebatur illis propter mala, quæ a Persico inde bello Atheniensibus et reliquæ Græciæ intulerant. Res sunt notissimæ. F. A. Wolf.

Μήτ' οὖν ἐκεῖνοί ποτε παύσαιντο—] Votum est δημοτικόν. Ex Euripidis Hecub. 329. expressum esse, Musgravius ad hunc versum monuit. Locus is sane per est nostri similis, at sententia ejusmodi, ut cuique bono civi, Reip. suæ amanti, sponte in animum venire debuerit. Simplices sunt homines illorum temporum, qui id clare eloquantur, quod principes hodie in animo taciti cogitant. Idem.

Ὃν τρόπον Ὀρχομενίους διέθηκαν] Orchomenum Thebani everterunt, in incolas crudeliter sævientes, Olymp. circ. 104, 1., uti prius fecerant in Platæenses et Thespienses. Sed illud unum facinus h. l. memoratur, cujus adhuc memoria esset recentior. Vid. Demosth. pro Megalop. §. β'. §. η'. Diodor. XV. 57. et 79. et ibi Wesseling. Obscurius est, quid illud sibi velit συγγενεῖς. Alias συγγένεια necessitudo est inter metropolin et ejus colonias. Potuit tamen eadem continere ἐπιγαμίαν, de qua supra §. ιδ'. fin. aliudve simile vinculum, vel antiquissima ætate populorum ortum. Pertinet huc locus Or. de Cor. §. νε'. fin. ubi Thebani Atheniensibus juncti dicuntur τῇ συγγενείᾳ καὶ τῷ ὁμοφύλῳ. Idem.

Λόγῳ μετὰ τῶν νόμων] Verbo λόγῳ continetur *ratio* et *oratio*, quibus res et causas nostras parium judicio subjicimus. Opponitur *vis*, aliena a libera civitate. Μετὰ τῶν νόμων, quod alibi effertur σὺν τοῖς νόμοις, *ducentibus, præeuntibus legibus.* Vulgare est, κατὰ τοὺς νόμους. Idem.

Βέλτιον ἐκείνους πράττοντας ὑμῶν] *Meliore illos fortuna rerum uti, quam Vos.* Frequentissima sunt πράττειν εὖ, καλῶς, εὐτυχῶς, εὐδαιμόνως, πράττειν κακῶς, ἀθλίως, ταπεινῶς, similia. Verum aliud sonat, quod sequitur, καλῶς ποιοῦντες. Quæ formula, participio ad aliquod nomen relato, orationi injicitur, ubi nos injicimus *Dei beneficio*, significantes, nihil nos invidere, gaudere potius et congratulari. Demosth. Philipp. IV. §. ι. med. Ἡ τύχη, καλῶς

τετε, [1]τοῦ χάριν ἂν τῶν ὑμετέρων αὐτῶν ἐθῶν ὀλιγωροῦντες, ἐκεῖνα διώκοιτε; Εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν λογισμὸν ἐκεῖνα φανείη βελτίω, τῆς γε τύχης ἕνεκα, ᾗ παρὰ ταῦτα ἀγαθῇ κέχρησθε, ἐπὶ τούτων ἄξιον μεῖναι. Εἰ δὲ δεῖ παρὰ πάντα ταῦτ' εἰπεῖν, ὃ δίκαιον ἡγοῦμαι, ἐκεῖνο ἔγωγ' ἂν εἴποιμι. Οὐκ ἔστι δίκαιον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους, οὐδὲ τοὺς Θηβαίων λέγειν ἐπὶ τῷ τοὺς ἐνθάδε λυμαίνεσθαι· οὐδὲ, δι' ὧν μὲν ἐκεῖνοι [2]μεγάλοι εἰσὶ, κἂν ἀποκτεῖναι βούλεσθαι τὸν παρ' [3]ἡμῖν τούτων τι κατασκευάσαντα· διὰ δ' ὧν ὁ παρ' ἡμῖν Δῆμος εὐδαίμων, ταῦθ' ὡς ἀνελεῖν δεῖ, λεγόντων τινῶν ἐθέλειν ἀκούειν.

κδ'. Ἔστι τοίνυν [4]τις πρόχειρος λόγος, ὡς ἄρα καὶ 491

[1] του T. [2] μεγάλοι τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δεσποτείας εἰσὶ T. R. [3] ὑμῖν T. [4] τίς T.

ποιοῦσα, πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά. Æschin. in Ctesiph. §. πε'. Φατὲ μὲν εὐτυχεῖς εἶναι, ὡς καὶ ἐστὲ, καλῶς ποιοῦντες etc. Idem.

Τὸν λογισμὸν] Ὁ λογισμὸς, *ratiocinatio, le raisonnement*. Contra ponitur *experientia, fortuna, qua Populus adhuc bona usus sit.* Idem.

Τῆς γε τύχης ἕνεκα] Sumta videtur hæc ἔννοια ex Lysiæ Orat. Nicomach. pag. 854. 9. ubi *antiqua Majorum sacrificia* ait *servari oportere*, εἰ μηδὲν δι' ἄλλο, τῆς τύχης ἕνεκα, τῆς ἐξ ἐκείνων τῶν ἱερῶν γεγενημένης, *si ob nihil aliud*, saltem ob fortunam, *quæ ista sacrificia est secuta.* Markland.

Εἰ δὲ δεῖ παρὰ πάντα ταῦτ' εἰπεῖν] Ἢ παραλιπόντα ταῦτα πάντα, ἢ πρὸς τούτοις ἅπασι. Wolf.

Παρὰ πάντα ταῦτα] H. e. χωρὶς πάντων τούτων, *omissis his omnibus*, ut recte Wolfius interpres. In notulis vero idem adscripsit verba: ἢ παραλιπόντα ταῦτα πάντα, ἢ πρὸς τούτοις ἅπασι. Hinc facili nisu nascitur conjectura Reiskio, pro παρὰ πάντα legenti παραλιπόντα. Sed conf., ne longius abeas, infra §. λε'. et Aristid. Declam. §. 62. F. A. Wolf.

Μεγάλοι τῆς ὀλιγαρχίας etc.] Deleri jubet has voces Lambinus, τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δεσποτείας. Nimirum vir ille doctissimus putavit, eas fuisse exegeticas τοῦ ὧν. Cui lubentissime assentior. Taylor.

Οὐδὲ δι' ὧν μὲν—] *Neque velle etiam occidere eum qui aggrederetur apud vos introducere aliquid eorum propter quæ illi* [N. Lacedæmonii et Thebani] *magni sunt oligarchiæ et monarchiæ causa*, i. e. oligarchiæ et monarchiæ instituta et usus approbando et assumendo. Auger.

Οὐδὲ, δι' ὧν μὲν ἐκεῖνοι μεγάλοι εἰσὶ—] Adjicitur hic in omnibus editt., etiam postrema, τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δεσποτείας. Ita tempus erat, optime monentibus Lambino et Tayloro morem gerere. Et pluribus quidem de causis verba hæc mihi suspecta sunt. Primum insolentior est hic usus vocis δεσποτείας de civitate, qualis erat Thebana. Tum, quod caput est, verba cum reliquis plane nulla sana structura coeunt, ut ratio loquendi emendata, et Attico scriptore digna, exeat. Nihili est ars, qua in illis defendendis editor postremus abutitur. Utinam nos uno aliquo loco docuisset, vocem μέγας usitate cum genitivo construi, sicut alia adjectiva passim solent. Scribit quidem, Latine pariter dici *magnus dominationis.* Neque ego ignoro, a Latinis, qui Græcam syntaxin imitantur, similia adjectiva, *præcipuus, egregius, præclarus*, etiam *ingens* a *Sallustio* et *Tacito*, cum secundo casu poni. Illud tamen ignoro, et Reiskianam Latinitatem puto esse, non Romanam. Adscripta h. l. verba videntur explicandi causa ad ὧν μὲν aut ad τούτων, deinde intrusa ab eo, qui hæc pronomina, vaga et minus perspicua putaret. Neque pannum habuit Schol. in codice suo, quod facile ex ejus interpretatione eruent, qui nasum habent. Ceterum periodi hujus partes eleganti circuitu posita sunt, quum hic sit ordo structuræ: Οὐδὲ, κἂν βούλεσθαι ἀποκτεῖναι τὸν παρ' ἡμῖν κατασκευάσαντα (*introducere tentantem, molientem*) τὶ τούτων, δι' ὧν μὲν ἐκεῖνοι μεγάλοι εἰσίν· ἐθέλειν δὲ ἀκούειν τινῶν λεγόντων, ὡς δεῖ ἀνελεῖν ταῦτα, δι' ὧν ὁ παρ' ἡμῖν Δῆμος εὐδαίμων ἐστίν. F. A. Wolf.

κδ'. Ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος λόγος—] Commentarios h. l. habemus locos eos, quos

παρ' [1]ἡμῖν ἐπὶ τῶν προγόνων πολλὰ ἀγαθὰ εἰργασμένοι τινὲς οὐδενὸς ἠξιοῦντο τοιούτου, ἀλλ' ἀγαπητῶς ἐπιγράμματος ἐν τοῖς ἑρμαῖς ἐτύγχανον· καὶ ἴσως [2]τοιοῦτον ὑμῖν ἀναγνώσεται [3]τὶ ἐπίγραμμα. Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι τοῦτον τὸν λόγον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! κατὰ πολλὰ ἀσύμφορον εἶναι τῇ πόλει λέγεσθαι, πρὸς δὲ καὶ οὐ δίκαιον. Εἰ μὲν

[1] ὑμῖν T. [2] τοῦθ' T. R. [3] τὸ T. R.

laudavi §. ις'. imprimis Æschinis in Ctesiph. §. ιθ'. inde a verbis, ἐπεὶ δὲ στεφάνων ἀνεμνήσθην, ubi præmiorum et titulorum florente Republ. tenuitas cum posterioris ætatis profusione comparatur. Maxime huc pertinet, quod ibi paullo inferius legitur, iis, qui, Persis ad Strymonem devictis, Eïonem in ditionem Atheniensium redegissent, (v. Herodot. VII. 107. et ibi Intpp.) nihil honorum publice decretum fuisse præter tres hermas, et ne hos quidem ducum nominibus inscriptos, sed epigrammatis in honorem Reipubl., quæ carmina exstant apud Æschinem, et ex eo apud Plutarch. in Cimone p. 482. E. Inde lux verbis, ἀγαπητῶς ἐπιγράμματος ἐν τοῖς ἑρμαῖς ἐτύγχανον, ubi ἀγαπητῶς est *ægre*, aut *ita, ut præclare secum actum putarent, tantulam rem consecuti.* Οἱ ἑρμαῖ spectant ad *Stoam hermarum*, locum Athenis, cujus notitiam vid. in Meursii Athen. Att. I. 3., ubi cum aliis locis hic quoque Demosthenis citatur. Idem.

Τοῦθ' ὑμῖν ἀναγνώσεται τὸ ἐπίγραμμα. ἐγὼ δὲ etc.] Lego: τὸ ἐπίγραμμα. ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ. Ἐγὼ δὲ etc. nam voces istæ emphaticæ τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα, HOC *epigramma*, satis indicant, secutum et citatum fuisse hoc loco epigramma aliquod: ut §. ιγ'. med. ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτο τὸ ψήφισμα αὐτοῖς. ΨΗΦΙΣΜΑ. et alioquin dixisset αὐτὸ (non τοῦτο) τὸ ἐπίγραμμα, *epigramma ipsum.* De paribus omissionibus, et ab eadem causa, in vocibus ΝΟΜΟΣ, ΨΗΦΙΣΜΑ, ΟΝΟΜΑΤΑ, et similibus, quæ non sunt ex corpore Orationis, vide passim notata ad Lysiam. Porro, hoc Epigramma, quod innuit Demosthenes, exstare puto apud Plutarchum, in Anthologia, et alibi, nisi fallor; has enim Notulas raptim scribo, et libris destitutus. Markland.

Ἀναγνώσεται] Nempe, Leptines. Hic mihi locus ita legendus vid. καὶ ἴσως τούτων ὑμῖν ἀναγνώσεται τὶ ἐπιγραμμάτων. Auger.

Ἴσως τοιοῦτον ὑμῖν ἀναγνώσεται τὶ ἐπίγραμμα] Vulgatur ab omnibus, ἴσως τοῦθ' ὑμῖν ἀναγνώσεται τὸ ἐπίγραμμα. Sed verba τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα, molestissima esse et prorsus inepta, nemo non sentiet. Nisi forte credere volumus, aut *unicum* aliquem titulum exstitisse, et auditoribus bene notum, aut Oratorem, quum hæc pronunciaret, tituli alicujus apographum manu tenuisse, quo gestu supra dixit τὸ ψήφισμα τοῦτο. Atque haud scio an huc delatus sit Marklandus, conjectura per se quidem probabili, et quæ aliis locis Oratorum aliquando feliciter adhibebitur, suspicatus ad extremum h. l. excidisse vocem ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ, olim bis ab auctore positam, ut jam nunc recitatio epigrammatis facta videri debeat. Quo commento difficultatem tolli, persuadeat sibi, qui poterit. Equidem aut omnino Demosthenis ingenium et artem scribendi ignoro, aut hic talis locus illi, qui nihil inepte, nihil alieno tempore molitur, minime idoneus potuit videri, ubi ipsos epigrammatis versiculos decantaret. Simul illud in eadem ratione miror, unde Noster divinare potuisset, quodnam tandem epigramma ex multis, quæ suppeterent, adversarius ad recitationem esset electurus. Abundabat Porticus hermarum tanta copia titulorum, quæ optionem difficillimam facere deberet. Vides jam, in quas salebras ista nos conjectura deducat. Vidit fortasse et Reiskius, vulgatæ scripturæ præter morem suum defensor: sed vellemus ipse aliter se expedisset. Nam quum remittit nos ad modo laudatum Æschinis locum, ubi τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα quæramus, profecto nos deridet vir facetus. Æschinea oratio illa XXV. annis post hanc nostram habita est, et, ut hoc nihil putes, tres inscriptiones ibi leguntur, non una. Quare missis hisce nugis omnibus posui, quod ab auctore profectum arbitror, ἴσως τοιοῦτον ὑμῖν ἀναγνώσεται τὶ ἐπίγραμμα, *aliquam talem inscriptionem ex hermis.* Hujusmodi mendis nihil in libris facilius. Et forsan satius fuisset reponere τοιοῦθ' ὑμῖν, quod propius sonaret vulgatæ, τοῦθ' ὑμῖν. F. A. Wolf.

Πρὸς δὲ καὶ οὐ δίκαιον] Ἀντὶ τοῦ, πρὸς δὲ τούτου καὶ ἄδικον. πρὸς enim et πρὸς δὲ etiam adverbialiter ponuntur, pro *præterea*

γὰρ ἀναξίους εἶναί τις φήσει κἀκείνους τιμᾶσθαι, τίς ἄξιος, εἰπάτω· [1][εἰ μήτε τῶν πρότερον μηδεὶς, μήτε τῶν ὕστερον·] εἰ δὲ μηδένα φήσει, συναχθεσθείην ἂν ἔγωγε τῇ πόλει, εἰ μηδεὶς ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ γέγονεν ἄξιος εὖ παθεῖν. Καὶ μὴν εἴγε ὁμολογῶν, ἐκείνους εἶναι σπουδαίους, μὴ τετυχηκότας δείξει μηδενὸς, τῆς πόλεως ὡς ἀχαρίστου δήπου κατηγορεῖ. Ἔστι δ' οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχοντα, οὐδὲ ὀλίγου [2]δεῖ· ἀλλ' ἐπειδάν τις, οἶμαι, κακουργῶν ἐπὶ μὴ

[1] Absunt unci. T. R.

[2] δεῖν R.

et προσέτι. Plato lib. 5. de Republ. ὅτι κοινῇ στρατεύσονται, καὶ πρόσγε ἄξουσι τῶν παίδων εἰς τὸν πόλεμον ὅσοι ἁδροὶ, etc. *Ex edit.* Hervag.

Εἰ μήτε — τῶν ὕστερον] Neque hoc videtur esse Demosthenis, sed scriptum fuisse in Margine ad ista: τίς ἄξιος εἰπάτω] Εἰ μήτε τῶν πρότερον οὐδεὶς, μήτε τῶν ὕστερον. inde in Contextum admissum. Markland.

Εἰ μήτε τῶν πρότερον μηδεὶς, μήτε τῶν ὕστερον] Nusquam decessor meus longior est, quam ad h. l. Quod ipsum facit, ut et nobis explicate dicendum sit, quamvis nihil aliud quam capitalem sententiam Marklandi sequamur. Locus igitur, qualem vulgo editores exhibent, primum, quid offensionis habeat, ipse Latine versus ostendat: *Si quis etiam illos,* h. e. qui majorum nostrorum memoria bene de Republ. meruerunt, *indignos honore fuisse putabit, dicat nobis, quisnam dignus sit : [si neque quisquam eorum, qui priore tempore vixerunt, nec qui posteriore :] si vero neminem putabit, Reipublicæ nostræ vicem doleam, quod nemo per tot sæcula in ea honore ac præmiis dignus exstiterit.* Jam in istis verbis uncinatis experiatur, quisquis volet, fortunam suam; trahat ea retrahatque ad utramcunque partem periodi velit: si quid inde sani coloris extuderit, eum Fortunæ filium unicum perhibebo. Mihi quidem, quo sæpius ad ea verba redii, propensius ad veritatem visum est, irrepsisse post illud, τίς ἄξιος εἰπάτω, notam marginis, εἰ μήτε τῶν πρότερον μηδεὶς, μήτε τῶν ὕστερον. Quod judicium Marklandi est, et tale, quod viro veniam aliorum, quæ passim ab eo festinatius scripta notavi, impetrare possit: adeo illud rectum, acutum, verum est. Sed eorum causa, qui tardiore harum rerum sensu utuntur, age, ad eundem modulum, quem hæc periodus habet, novam fingamus, et membratim fere parem, si forte ita illi facilius verum assequi possint. Fingamus, esse quendam adeo superbi judicii, ut in historia scribenda nec veteres, neque recentiores satis probet, neutrosque dignos censeat, quos imitetur ipse, historiam scripturus, eumque hominem ab aliquo culpatum his verbis: *Si tu etiam illos,* h. e. Græcos et Latinos, *rejicies, nec satis dignos imitatione esse censebis, dicas velim nobis, quis tandem dignus sit : si nec antiquorum quisquam, neque recentiorum: si vero neminem dices, fastidium tuum mirer, cui nemo inter tot præstantissimos in hoc genere auctores vel laude tua vel imitatione dignus videatur.* Vix quisquam erit in arte scribendi adeo rudis, quin colo illo, diductis literis a nobis expresso, omnem sanitatem structuræ disperdi primo statim adspectu intelligat, et emblema tam inconcinne illatum furca expellendum judicet. F. A. Wolf.

Καὶ μὴν εἴγε ὁμολογῶν —] Dilemmate adversarius ab utraque parte sic constringitur, ut effugium vix pateat. Aut nullos unquam cives præmiis dignos vixisse, dicendum erit, aut Rempubl. erga suos ingratam esse. Δείξει nunc poni de solo conatu, apertum est. Δήπου, arctius jungendum illud cum ἀχαρίστου, ironiæ cuidam inservit: *Civitatis ingratæ, si Diis placet.* Idem.

Δείξει] Non *monstrabit*, (neque enim hoc monstrare potuit Leptines, ut mox dicitur) sed *monstrare volet*, aut *conabitur*. Nisi ita sumatur, legendum erit λέξει, *dicet*, ut φήσει paullo ante. Markland.

Οὐδὲ ὀλίγου δεῖ] Legitur δεῖν in Ben., unde id transiit in Reiskianam. Minus recte, in hac quidem locutione. Conf. notata §. ζ'. post med. ac Ruhnken. et Toup. ad Longin. c. 33., quanquam hi non satis inter se consentiunt. F. A. Wolf.

Κακουργῶν] Lege cum marg. Morel. πανουργῶν. atque etiam infra, §. κζ'. πανουργότατον pro κακουργότατον ex eadem auctoritate. Taylor.

Ἐπειδάν τις, οἶμαι, κακουργῶν —] *Si quis, insidiosis argumentis usus, ad res non consentaneas, aut quæ male inter se congruunt, orationem subdole traducit, necesse est eam subabsurdam fieri,* h. e. *ita disputando conclusiunculas ineptas et absonas exire.* Subjicit hoc auctor, irretitum satis dilemmate suo Leptinem tenens. Verbum κακουργεῖν, ut et κακοῦργος, cum aliis hujus familiæ, solenne puto de disputatore captiosis rationibus agente, aut verum malitiose occultante. Plato Gorg. p. 483. A. et 489. B. Κακουργεῖν ἐν τοῖς λόγοις. De Rep. I. p. 341. B. Πρὸς ταῦτα κακούργει καὶ συκοφάντει. Et paullo superius ibidem: Οἴει μ' ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τοῖς λόγοις κακουργοῦντα σε ἐρέσθαι, ὡς ἤρόμην; Hinc Aristid. Declam. Leptin. §. 17. jungit κακουργίαν et συκοφαντίαν. Frustra ergo Taylorus laudat lectiones Marg. Ben. πανουργῶν, et §. κζ'. πανουργότατον. Mox λόγοι δυσχερεῖς tales sunt, in quos incurrere solet disputator, res dissimiles fallendi gratia componens, *repugnantia inter se et absurda.* Passim eo sensu in Metaphysicis Aristotelis legimus τὰ δυσχερῆ, αἱ δυσχέρειαι, ut XI. 8. p. 962. Duvall. F. A. Wolf.

Τιμαὶ καὶ τἄλλα πάντα] Non male, καὶ τἆθλα πάντα, *honores et præmia omnia:* ut pag. 477. v. 2. τῆς ἀρετῆς ἆθλον. Scholiastes tamen agnoscit τὰ ἄλλα, et explicat per πράγματα. Markland.

Αἱ μέντοι τιμαὶ καὶ τἄλλα πάντα] Scil. πράγματα, ut bene Schol. Nam auctori suo relinquimus conjecturam, τιμαὶ καὶ τἆθλα πάντα. Nihil huc facit comparatum, τῆς ἀρετῆς ἆθλον §. κγ'. F. A. Wolf.

Ἠβουλήθησαν] Scripsit Reisk. ex Par. 7. et Aug. 1., tacitus, ut solet in talibus. Ac poterat non male rejici vulgatum ἐβουλήθησαν, quum plurimis in locis Demosthenis id verbum jam dudum omnes cum augmento Attico ediderint. Quanquam codices in ea re pæne solos sequendos putem; quod ipsum statuo de simili varietate, quæ est v. 5. p. seq. ηὐπόρει. Certe hoc alterum non constanti usu dixerunt Attici. Conf. inter se Etymol. M. p. 400. l. 28. et Eustath. ad Il. A. p. 135. Rom. F. A. Wolf.

Λυσιμάχῳ] Λυσίμαχος. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν. ἦν δὲ Ἀριστείδου υἱὸς τοῦ Δικαίου ἐπικληθέντος. Harpocr. Vide, quæ habet Valesius. Hæc adduxi, ut cognoscat Lector, quis fuerit hic Lysimachus. Plura fortasse alibi de dono, quod a Populo consecutus est. Taylor.

Ὅτι Λυσιμάχῳ δωρεὰν—] Est hic Lysimachus filius magni Aristidis, in summa paupertate defuncti, ipse quidem, quod Ulpiano facile credamus, nulla admodum re de civibus suis meritus; ut id præmii non sua, sed patris causa, ipsi datum videatur. Nec fortasse verba, ἑνὶ τῶν τότε χρησίμων, aliter olim acceperunt, quam pro perfunctoria laude. Conjicio hoc ex iis, quæ de neglecta educatione et moribus hominis apud veteres legimus, velut Plat. Menon. p. 94. A. Lach. p. 179. C. et Æschin. Dial. I. §. 6. De donatione eadem fere Nostro narrat Plutarch. in Aristid. p. 335. C. Λυσιμάχῳ τῷ υἱῷ ἱστοροῦσι μνᾶς μὲν ἑκατὸν ἀργυρίου, καὶ γῆς τοσαῦτα πλέθρα πεφυτευμένης ἔδωκεν ὁ Δῆμος, ἄλλας δὲ δραχμὰς τέσσαρας εἰς ἡμέραν ἑκάστην ἀπέταξεν, Ἀλκιβιάδου τὸ ψήφισμα γράψαντος. Aliter multo Suidas v. πλέθρον, quem locum Valesius comparavit ad Harpocrat. p. 50. Sed de quatuor drachmis diurnis Wolfius quærit, utrum διὰ βίου, an μέχρι του? Prius quin verum sit, nullus dubito, præsertim quum rem ex ratione temporum videam Lysimacho obtigisse ætate provectiori; qua ipsa re magnitudo doni aliquanto minuitur. Nempe non potuit Alcibiadis psephisma fieri ante Olymp. 87. neque etiam post 92. Paruit Eubœa

προσήκοντα πράγματα τοὺς λόγους μεταφέρῃ, δυσχερεῖς ἀνάγκη φαίνεσθαι. Ὡς δὲ τἀληθές τ' ἔχει, καὶ δίκαιόν ἐστι λέγειν, ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ. Ἦσαν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! πολλοὶ τῶν πρότερον σπουδαῖοι, καὶ ἡ πόλις [1]ἡμῶν ἐτίμα καὶ τότε τοὺς ἀγαθούς· αἱ μέντοι τιμαὶ καὶ [2]τἄλλα πάντα, τὰ μὲν τότε, ἦν ἐπὶ τοῖς τότε ἔθεσι, τὰ δὲ νῦν, ἐπὶ τοῖς νῦν. Πρὸς οὖν τί τοῦτο λέγω; Ὅτι φήσαιμ' ἂν ἔγωγε ἐκείνους οὐκ ἔστιν ὅτου παρὰ τῆς πόλεως οὐ τυχεῖν, ὧν [3]ἠβουλήθησαν. Τίνι χρώμενος τεκμηρίῳ; Ὅτι Λυσιμάχῳ δωρεὰν, ἑνὶ τῶν τότε χρησίμων, ἑκατὸν μὲν ἐν Εὐ-

[1] ὑμῶν T.

[2] τἆλλα T. R.

[3] ἐβουλήθησαν T.

βοίᾳ πλέθρα γῆς πεφυτευμένης ἔδοσαν, ἑκατὸν δὲ ψιλῆς, ἔτι δὲ ἀργυρίου μνᾶς ἑκατὸν, καὶ τέτταρας τῆς ἡμέρας
δραχμάς. Καὶ τούτων ψήφισμά ἐστιν Ἀλκιβιάδου, ἐν ᾧ 492
ταῦτα γέγραπται. Τότε μὲν γὰρ ἡ πόλις ἡμῶν καὶ γῆς [1] εὐπόρει, καὶ χρημάτων· νῦν δὲ εὐπορήσει· δεῖ γὰρ οὕτω λέγειν, καὶ μὴ βλασφημεῖν. Καίτοι, τίν' οὐκ ἂν οἴεσθε νῦν τὸ τρίτον μέρος τούτων ἀντὶ τῆς ἀτελείας ἑλέσθαι; Ὅτι τοίνυν ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, λάβε μοι τὸ ψήφισμα τουτί! Λέγε!

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ὅτι μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! καὶ τοῖς προγόνοις ὑμῶν ἔθος ἦν τοὺς χρηστοὺς τιμᾶν, δηλοῖ τὸ ψήφισμα τουτί· εἰ δὲ μὴ τοῖς αὐτοῖς, οἷσπερ ἡμεῖς νῦν, ἕτερόν τι τοῦτ' ἂν εἴη. Εἰ τοίνυν μήτε Λυσίμαχον, μήτ' ἄλλον μηδένα, μηδὲν εὑρῆσθαι παρὰ τῶν προγόνων [2] ἡμῶν συγχωρήσαιμεν, τί μᾶλλον, οἷς ἔδομεν νῦν ἡμεῖς, διὰ τοῦτο δικαίως ἂν ἀφαιρεθεῖεν; Οὐ γὰρ οἱ μὴ δόντες, ἃ μὴ δοκεῖ, δεινόν

[1] ηὐπόρει T.

[2] ὑμῶν T.

Atheniensium ditioni ab Olymp. 68, 2. ad 92, 1. Vid. Herodot. V. 77. Thucyd. VIII. 95. seqq. et Dukeri ad hunc not. p. 73. Ante Olymp. 87. autem Alcibiades vix potuit forum attingere, natus, mea quidem sententia, Olymp. 82. non, ut vulgo putatur, 84. Isto vero tempore quomodo insulæ illius bonis Resp. sit usa, bene hic locus monstrat. Quocum confer Isocrat. Paneg. c. 31. Denique γῆ πεφυτευμένη est *terra arboribus consita*, opposita τῇ ψιλῇ h. ἀδένδρῳ, ἀροσίμῳ. Hom. Iliad. I. 576. Τέμενος, τὸ μὲν ἥμισυ, οἰνοπέδοιο, ἥμισυ δὲ ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο. F. A. Wolf.

Πλέθρα γῆς πεφυτευμένης] Ubi inter segetes etiam Arbores fructiferæ et vitiferæ sunt. Huic opponitur, ut opinor, ἡ ψιλὴ, ager frumentarius. Nannius: *Centum jugera agri consiti, centum item sationalis contributa fuisse.* Wolf.

Καὶ τέτταρας τῆς ἡμέρας δραχμὰς] Καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Utrum vero διὰ βίου, an μέχρι του? Idem.

Καὶ τούτων] Forte καὶ περὶ τούτων. Idem.

Εὐπορήσει] Εὐπορεῖ Cant. Taylor. Est παρὰ προσδοκίαν. exspectabant enim Auditores, et dixisse debuit, ἀπορεῖ, *indiget*, ut bene notat Ulpianus: sed verbo male ominato abstinuit, et pro eo *Precatione* utebatur, ἐπηύξατο εὐπορεῖν τὴν πόλιν. unde scribendum videtur, νῦν δὲ εὐπορῆσαι, in Optativo. Markland. Exspectatur post priora simplex et præfractum ἀπορεῖ. At euphemismus prætulit ἀπορήσει h. e. *speramus tempus omnibus rebus abundans aliquando esse rediturum.* Sic acceptum futurum, si rem cogites, ad votum redit, ut hactenus Schol. scribere potuerit, ἐπηύξατο εὐπορεῖν τὴν πόλιν. F. A. Wolf.

Ἕτερόν τι τοῦτ' ἂν εἴη] *Id nihil huc pertinet, nihil valet ad propositum nostrum.* Alias hoc ita effertur, ἄλλος ἂν εἴη λόγος, aut λόγος ἕτερος οὗτος. Idem.

Παρὰ τῶν προγόνων ἡμῶν] Ex Wolfianis Taylorus traxit ὑμῶν, ortum fortasse ex eo, quod præcedit, καὶ τοῖς προγόνοις ὑμῶν. Attendi autem nunc debebat primæ personæ verbum, συγχωρήσαιμεν. Idem.

Τί μᾶλλον, οἷς ἔδομεν νῦν ἡμεῖς, διὰ τοῦτο δικαίως ἂν ἀφαιρεθεῖεν] Augerium, qui mallet ἀφαιρεθείημεν, *auferremus*, fefellit constructionis ratio, quæ est talis: τί; μᾶλλον δικαίως ἂν ἀφαιρεθεῖεν (i. e. ἀφαιρεθείησαν) διὰ τοῦτο ἐκεῖνοι, οἷς ἔδομεν νῦν ἡμεῖς; *Quid? num minus esset injustum, eos, quibus hoc tempore aliquid dedimus, spoliare?* Scribendum autem τί cum signo interrogandi. Idem.

εἰσιν οὐδὲν εἰργασμένοι· ἀλλ' οἱ δόντες μὲν, πάλιν δ' ὕστερον, μηδὲν ἐγκαλοῦντες, ἀφαιρούμενοι. Εἰ μὲν γάρ τις ἔχει δεῖξαι, κἀκείνους ὧν ἔδοσάν τῳ τι τοῦτ' ἀφῃρημένους, συγχωρῶ καὶ ὑμᾶς ταὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι· καίτοι τόγε αἰσχρὸν ὁμοίως· εἰ δὲ μηδεὶς ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τοῦτ' ἔχει δεῖξαι γεγονὸς, τίνος εἵνεκα ἐφ' ἡμῶν [1] πρῶτον καταδειχθείη τοιοῦτον ἔργον;

κέ. Χρὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι καὶ ὁρᾶν, ὅτι νῦν ὀμωμοκότες κατὰ τοὺς νόμους δι-

[1] πρώτων R.

Ἀλλ' οἱ δόντες] Fortasse: ἀλλ' οἱ δόντες μὲν πάλαι, ὕστερον δὲ etc. Quanquam receptam lectionem non improbem: οἱ δόντες μὲν, πάλιν δ' ὕστερον — ἀφαιρούμενοι. Sed quid hoc: οὐ γὰρ οἱ μὴ δόντες — δεινόν εἰσιν οὐδὲν εἰργασμένοι? Quare οὐδέν? Cum loci sententia sit, ut Interpretes recte expresserunt. *Nec enim, qui non dederunt,* sunt accusandi. Wolfius. *Non enim, qui nihil dant,*—gravia faciunt. Nannius. Delebis profecto istud οὐδὲν, quod fortasse olim notavit varietatem lectionis, cum, quod scribitur οὐ γὰρ οἱ μὴ δόντες in aliquibus Codd. exarari potuit: οὐδὲ γὰρ οἱ μὴ δόντες etc. Mox v. 6. melius cum Augustano: τίνος εἵνεκα ἐφ' ὑμῶν πρώτων. Taylor.

Οὐ γὰρ οἱ μὴ δόντες—ἀφαιρούμενοι] Miris intemperiis agitatus in h. l. Taylorus laborat, ut sanum vitiet. Nihil dicam de altera ejus conjectura, quam ipse non nimiopere probat. Altera vero, qua post εἰσὶν sedulo jubet expungi οὐδὲν, quod sententiæ repugnare ait, hæc ergo conjectura non tantum omnium librorum fidei, sed, quod caput est, omni rationi sermonis adversatur. Dicit Demosthenes: *Neque enim, qui non dederunt, quæ omnino non placuit dare, quidquam mali fecerunt; at faciunt ii, qui, quod antea dederunt, postea rursus adimunt, idque nulla de causa.* Satis constat, post voces negativas pro τὶ poni οὐδὲν et μηδὲν, et a Latinis *quidquam*, etsi hodie ibi plures, et tales quoque, quos sæpe summos viros salutant, pessime scribunt *aliquid*. In Græcis quot locos Taylorus ita debuerat nobis corrumpere! Quoties etiam falce critica duo simul verba recidere! Ut in illo Eurip. Cycl. 120. Ἀκούει οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενὸς etc. etc. F. A. Wolf.

Καίτοι τό γε] Forte καίτοι τοῦτό γε αἰσχρὸν ὁμοίως, aut τόγε αἰσχρὸν ὁμοίως ὑπάρχει. Wolf. F. τοῦτό γε αἰσχρόν. Auger.

Κἀκείνους ὧν ἔδοσάν τῳ τι τοῦτ' ἀφῃρημένους] Id est ἀφῃρῆσθαί τι τοῦτο ἐκείνων, ἃ ἔδοσάν τινι. Post paullo ad ὁμοίως suppl. ὑπάρχει vel μένει, *turpitudo par est et eadem*, seu res fiat exemplo, sive nullo fiat. Ὁμοίως idem valet, quod in hoc genere alias, οὐχ ἧττον τούτου ἕνεκα. Wolfius cur malit, καίτοι τοῦτό γε αἰσχρὸν ὁμοίως, aut τόγε αἰσχρὸν ὁμοίως ὑπάρχει, equidem non video. Neque magis illud, cur Reiskius luculentiorem putet orationem fore sic mutatam, τόγε αἰσχρὸν αἰσχρὸν ὁμοίως. *Quod natura sua turpe est, id ubique locorum pariter turpe est.* Luculentum sane hoc, sed majus quiddam est, quam auctor voluit. F. A. Wolf.

Τίνος εἵνεκα ἐφ' ἡμῶν πρῶτον καταδειχθείη τοιοῦτον ἔργον] *Cur nostra demum ætate talis rei exemplum edatur?* Recte habet πρῶτον, nec opus scriptura Aug. 1. nuper inducta, πρώτων. Non cogitavit vir doctus, qui id fecit, Latinam consuetudinem Græcis obtrudendam non esse, peccans in eadem re in Dionys. Halic. V. 17. VII. 21. aliisque locis. Supra tamen §. ιϛ'. med. nihil mutavit in verbis, ὑφ' ὑμῶν μόνον, licet ibi fecisset excusatius. Confer, quæ de simili genere contra Ernestium scripsit I. F. Heusinger ad Cic. Offic. I. 7. 5. Jam aliquoties nobis obvium εἵνεκα ne quis ab Attico scriptore alienum credat, hæc forma in libris et Platonis et Demosthenis tam crebro occurrit, vix ut scribis imputari possit. Tuetur etiam Thomas: Καὶ ἕνεκα καὶ εἵνεκα Πλάτων, Δημοσθένης καὶ οἱ ἄλλοι· Θουκυδίδης δὲ ἀεὶ ἕνεκα. Et ita semper poetæ quoque Atticorum ἕνεκα, eademque vi οὕνεκα habent, nusquam tamen εἵνεκα. Vid. Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 74. et alibi. Idem.

κέ. Κατὰ τοὺς νόμους δικάσειν] Pollux VIII. 10. hoc jusjurandum judicum Atheniensium memoriæ prodidit: ὁ δὲ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν, περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσὶ, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ὧν μή εἰσι, σὺν γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ. Hunc vero ritum

κάσειν ἥκετε, οὐχὶ τοὺς Λακεδαιμονίων, οὐδὲ τοὺς Θη-
βαίων, οὐδ' οἷς ποτὲ ἐχρήσαντο οἱ πρῶτοι τῶν προγόνων,
ἀλλὰ καθ' οὓς ἔλαβον τὰς ἀτελείας, οὓς ἀφαιρεῖται νῦν
οὗτος τῷ νόμῳ· καὶ περὶ ὧν ἂν νόμοι μὴ ὦσι, γνώμῃ τῇ
δικαιοτάτῃ [1]κρινεῖν. Καλῶς! Τὸ τοίνυν τῆς γνώμης πρὸς 493
ἅπαντα ἀνενέγκατε τὸν νόμον! Ἆρ' οὖν δίκαιον, ὦ ἄνδρες
Ἀθηναῖοι! τοὺς εὐεργέτας τιμᾷν; Δίκαιον! Τί [2]δαί; ὅσ'
ἂν δῷ τις ἅπαξ, δίκαιον ἔχειν ἐᾷν; Δίκαιον! Ταῦτα τοί-
νυν αὐτοί τε ποιεῖτε, ἵνα εὐορκῆτε· καὶ τοὺς προγόνους,
ὀργίζεσθε, ἐὰν μή τις φῇ ποιεῖν· καὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα λέ-

[1] κρίνειν. T. κρινεῖν καλῶς. R. [2] δαὶ, T. R.

seu solennitatem non satis expressit Wolfius in sua Interpretatione. Alii melius: *Illud quoque in animo et oculis esse debet, quod huc venistis, eo juramento* [jurejurando] *adstricti: primum* ut secundum leges judicaretis, *non Lacedæmoniorum, aut Thebanorum, aut priscorum nostrorum progenitorum, sed secundum nostri temporis jura, ex quorum edictis hæ immunitates datæ, quas iste sua rogatione tollit: deinde, ut, ubi leges nihil exprimunt, ibi judicaretis ex sincera æquitate animi, quæ singulis quibusque legibus a vobis adhibenda est.* Nannius. *Dovete ancor questo, Atheniesi, considerare et havere dinanzi agli occhi, che hora sete quà venuti havendo giurato* di giudicare secondo le leggi, *non de' Lacedemonii* etc. Italus. TAYLOR.

Κρίνειν] Cum Bodl. et Ital. κρινεῖν in Futuro: ut δικάσειν ἥκετε supra, v. 1. a quibus hoc etiam pendet. Ita sensit Wolfius. TAYLOR.

Ὀμωμοκότες κατὰ τοὺς νόμους δικάσειν—κρινεῖν] Verba, οὐχὶ τοὺς Λακεδαιμονίων — — τῷ νόμῳ, legi postulant sic, ut audiatur, duobus primariis membris ea interjecta esse; infinita autem, δικάσειν et κρινεῖν, pendere a participio, ὀμωμοκότες. Sic causa in promtu est, cur editores mutarint olim male scriptum, κρίνειν. Non minus vero cavendum erat alterum vitium, quo indivise scribunt, κρίνειν καλῶς. Orationi interpositum hoc καλῶς, approbationis vox. Conf. §. κζ'. med. et §. λέ. Ceterum ad οὓς ἀφαιρεῖται e verbo ἔλαβον sumendum est ἐκεῖνοι, ne quis tentet, τὰς ἀτελείας, ἃς ἀφαιρεῖται. Rem ipsam quod attinet, judicum Atheniensium jusjurandum iisdem pæne verbis refert Pollux VIII. 10. 122. Ὁ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν, περὶ μὲν ἂν νόμοι εἰσὶ, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ὧν μή εἰσι, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ, i. e. *ex æquo et bono, nullòque cujusquam amore aut odio.* Reliquos locos, ubi hoc occurrit, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ κρίνειν, v. apud P. Fabrum de Magg. Rom. in Thes. Salleng. T. III. p. 1163. Non id tamen inest in Heliastarum jurejurando, cujus formulam legimus in Demosth. adv. Timocrat. p. 746. ed. R. Nostri jurisjurandi adactionem Athenis singula judicia præcessisse, credibile est, ut et apud Romanos, quorum eadem fuit consuetudo. Vid. Justinian. L. XIV. C. de Judic. F. A. WOLF.

Τὸ τοίνυν τῆς γνώμης πρὸς ἅπαντα ἀνενέγκατε τὸν νόμον] Id est, ταύτην τὴν γνώμην. *Hanc sententiam, tanquam regulam, transferte, admovete ad universam legem Leptinis!* IDEM.

Καὶ τοὺς προγόνους, ὀργίζεσθε, ἐὰν μή τις φῇ ποιεῖν] *Et irascimini, si quis majores vestros ita fecisse neget.* Inde οὔ φημι, pro *dico non*, hoc est, *nego*. Sic Cicero *nego*, pro *dico non*, solitus est dicere, ut pro Cluentio, " Nego rem esse ullam in quenquam illorum objectam, quæ Fidiculanio objecta non sit." Ita autem implicite orationem construere solet Demosthenes ad venustatem sermonis conciliandam, ut in eadem mox infra, [κζ'. med.] καί τοι εἰ ἦν ἱερῶν ἀτέλειαν ἔχειν ταὐτὸ καὶ λειτουργιῶν, τί τοῦτο μαθὼν προσέγραψε; ubi implicitum est μαθὼν, cum duabus dictionibus quæ natura cohærent hoc modo, τί μαθὼν τοῦτο προσέγραψε. Idem, ἄν τις ἀμύνων τὶ πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ, &c. *si quis tuendi populorum status causa, mortem obierit.* Et rursus in eadem, [§. ιβ'.] εἶτ' οὐκ αἰσχυνόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας, εἰ μηδεμίαν ποιησάμενοι τούτων μηδενὸς μνείαν, ἀφαιρούμενοι φανούμεθα τὴν δωρεὰν, μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι; recta enim structura erat, οὐκ αἰσχυνόμεθα εἰ τοὺς παῖδας τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς ἀφῃρημένοι φανούμεθα τὴν δωρεάν. *Ex edit.* HERVAG.

γοντας παραδείγματα, ὡς ἄρα ἐκεῖνοι, μεγάλα εὖ παθόντες, οὐδένα ἐτίμησαν, καὶ πονηροὺς καὶ ἀπαιδεύτους ἡγεῖσθε εἶναι· πονηροὺς μὲν, διότι καταψεύδονται τῶν προγόνων ὑμῶν, ὡς ἀχαρίστων· ἀμαθεῖς δὲ, διότι ἐκεῖνο ἀγνοοῦσιν, ὅτι, εἰ τὰ μάλιστα ταῦθ' οὕτως εἶχεν, ἀρνεῖσθαι μᾶλλον ἢ λέγειν αὐτοῖς προσῆκεν.

κϛ'. [1]Οἶμαι τοίνυν καὶ τοῦτον τὸν λόγον Λεπτίνην ἐρεῖν, ὡς τὰς εἰκόνας καὶ τὴν σίτησιν οὐκ ἀφαιρεῖται τῶν εἰληφότων ὁ νόμος, οὐδὲ τῆς πόλεως τὸ τιμᾷν τοὺς ὄντας ἀξίους· ἀλλ' ἐξέσται καὶ χαλκοῦς ἱστάναι, καὶ σίτησιν διδόναι, καὶ ἄλλ' ὅ τι ἂν βούλησθε, πλὴν τούτου. Ἐγὼ δ', ὑπὲρ ὧν μὲν τῇ πόλει καταλιπεῖν φήσει, τοσοῦτον λέγω· ὅτι, ἂν ὧν ἐδώκατέ τῳ [2]πρότερόν τι τοῦτ' ἀφέλησθε, καὶ τὰς ὑπολοίπους ἀπίστους ποιήσετε πάσας δωρεάς. Τί γὰρ ἔσται πιστότερον, τὸ τῆς εἰκόνος, ἢ [3]τὸ τῆς σιτήσεως, ἢ τὸ τῆς ἀτελείας, [4]ἣν πρότερόν τισι δόντες ἀφῃρημένοι φανεῖσθε; Ἔτι δ', εἰ μηδὲν ἔμελλε τοῦτ' ἔσεσθαι δυσχερὲς,

[1] οἴομαι R. [2] πρότερον, τι T. πρότερόν τι, R. [3] Deest τό. R. [4] * ἣν R.

Ἀπαιδεύτους—ἀμαθεῖς] *Inurbanos* Wolfius. *Inscitos* Nannius. *Ignoranti* Italus. TAYLOR. Ἀμαθεῖς nihil aliud est, quam ἀπαίδευτοι h. *illiberales, elegantiæ morum expertes.* Quippe ἀμαθίαν Attici dicunt leniter suo more, pro ἀγροικίᾳ. Paullo ante ad αὐτοί τε delirat Ulpian. Luce clarius est, αὐτοὶ opponi τοῖς προγόνοις. F. A. WOLF.

κϛ'. Χαλκοῦς ἱστάναι—πλὴν τούτου] Est apud Nostrum sæpe, χαλκοῦν τινὰ ἱστάναι, *æneam statuam alicui ponere.* Conf. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 165. Πλὴν τούτου, *excepta immunitate*, ad verbum, *excepto eo, de quo nobis agitur.* Sic locum adde iis, quæ explicui §. ιβ'. De infinito, τὸ τιμᾷν, itidem egi superius §. ά. IDEM. In proverbium cessit. Vid. Erasmi Adag. p. 472. Virg. Ecl. VII. 36. *aureus esto*, et Horat. 2 Sat. III. 183. *æneus ut stes.*

Ὑπὲρ ὧν μὲν τῇ πόλει καταλιπεῖν φήσει] Aug. 1. et hic et v. pen. p. 488. exhibet φησὶ, quod et Wolfius conjecit. Frustra. Tempus futurum spectat ad Orationem, qua Leptines respondere debuit. Ac sic fere judicari potest varietas hæc, quam multi habent alii loci Oratorum. Conf. quæ scripsi ad §. κγ'. F. A. WOLF.

Ἂν ὧν ἐδώκατέ τῳ πρότερόν τι τοῦτ' ἀφέλησθε] Ex Ald. et Herv. excidit ἂν, culpa typothetæ haud dubie. Nullo pacto id pronomen abesse potest, aut mutari. Sic in Marg. Vin. pro eo adscriptum ὃ, ex ignorantia fluxit veræ structuræ. At eandem habuimus antea §. κδ'. fin. IDEM.

Τί γὰρ ἔσται — — φανεῖσθε] Reiskius ad normam Aug. 1. delet articulum ante τῆς σιτήσεως, et idem deinde prodit se malle ἢν πρότερον, *si antea*, simul posterius ἢ non *aut*, sed *quam*, reddendum docet, ita vertens locum: *Statuæ honos, aut ille honos, qui jus epulandi in Prytaneo impertit, videturne is Vobis certior futurus, quam honos immunitatis? Existimatisne, Vos illis præmiis magis, quam huic confidere posse, si constiterit, Vos immunitatem, quam antea dedissetis, deinde rursus eripuisse?* In his ut non dicam, ἢν pro ἐὰν cum indicativo solœce jungi, ipsa versio ostendit errorem viri docti in particula ἤ. Nam cur primarium illud τί neglexit, quod ad tria, quæ sequuntur, simul pertinet? Sensus hic est: *Quid horum, dico statuæ honorem, vel jus epulandi, vel immunitatem, quid horum certius et stabilius manebit, si unum ex iis, immunitatem, adimere placuerit?* Hanc autem ademtionem, tanquam certam rem fortius exprimens, relativum ἣν ponit pro εἰ ταύτην. Sic et Græci solent, et Latini. IDEM.

Τοῦτ' ἔσεσθαι] Forte εἰ μηδὲν ἔμελλε

οὐδ᾽ ἐκεῖνο καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι, εἰς τοιαύτην ἄγειν ἀνάγκην τὴν πόλιν, δι᾽ ἧς ἢ ἅπαντας ἐξίσου τῶν αὐτῶν ἀξιώσει τοῖς τὰ μέγιστα εὐεργετοῦσιν, ἢ, μὴ τοῦτο ποιοῦσα, χάριν τισὶν οὐκ ἀποδώσει. Μεγάλων μὲν οὖν εὐεργεσιῶν οὔθ᾽ ἡμῖν συμφέρει συμβαίνειν πολλάκις καιρὸν, οὔτ᾽ ἴσως 494
Ἢ θέντων ἡμῶν — ἢ θέντας αὐτοὺς] In editis libris, quotquot vidi, legitur ἢ θέντων αὐτῶν, quod si auctoritatem haberet, nemo reprehenderet. Verum optimi codd. dant aliud, θέντας αὐτούς. Cui consensui librorum addendus Schol., qui, diligentius ab editoribus inspectus, nonnihil interdum profuisset ad veram lectionem detegendam. Jam nemini dubium esse debet, quin vulgata lectio hoc quoque loco a sciolo ad similitudinem prioris membri reficta sit. Quod idem in simili fecit Reiskius, de Cor. §. νέ., prorsus sine libris ἐνθυμηθέντας edens, pro ἐνθυμηθεῖσι. Conf. Markl. ad Lysiam p. 364. Sed ne nunc quidem opus est, ad antiptosin quandam confugere. Θέντας αὐτοὺς refer ad verba, quæ totius periodi primaria sunt: κελεύετε τούτους τοὺς ἐροῦντας — γράφεσθαι. Nihil certius. F. A. WOLF.

Ὅταν πρῶτον γένωνται νομοθέται] Sc. αὐτοί. An vero, *cum creati fuerint legumlatores alii?* Nannius: *ubi primum legislatores creati fuerint.* WOLF.

Ὅταν πρῶτον γένωνται νομοθέται] In Ben. est ὅταν τὸ πρῶτον, quod unde sit, nescimus. Certe articulo carent Aug. 1. et Bav. cum editt. princc., neque eo opus. Proxima sententia de privatis inimicitiis Leptineæ factionis egregie facit ad persuadendum. F. A. WOLF.

Ἔστι δ' ἑκάστῳ —] *Habet quisque, ut arbitror, privatas inimicitias cum beneficiariis.* NANNIUS.

Τῷ μὲν Διόφαντος, τῷ δ' Εὔβουλος] Plures a Demosthene memorantur Diophanti, plures Eubuli. Et de Eubulis quidem erudite egit Ruhnken. Histor. Oratt. gr. p. LXV. seqq., qui docet, ubicunque Eubulus simplici nomine occurrat, intelligendum esse Anaphlystium, summæ auctoritatis demagogum, qui per plures annos cum Oratore nostro Remp. administravit. Hoc tamen loco qui viri intelligendi sint, conjectura satis certa non assequor. F. A. WOLF.

Ταῦθ' ὑμᾶς τοὺς εὐεργέτας ἀφῃρημένους φαίνεσθαι] Ὑμᾶς φαίνεσθαι ἀφῃρημένους (ὅτι ἀφῄρησθε φανερὸν εἶναι) τοὺς εὐεργέτας ταῦτα. ἀφαιροῦμαί σε τοῦτο, vel, ἀφαιροῦμαί σου τοῦτο. Videant rudiores, ne turbentur trajectione verborum, et ambiguitate infinitivorum cum accusativis. WOLF.

Ἀθρόα] Quis non videt, hic esse rescribendum ἀθρόους? Si silerent Codd. ita lubens et otiosus refingerem. Non enim referri debet hæc vox ad τὰ δοθέντα, sed ad τοὺς πεποιηκότας: Atque in ea relatione tota vis argumenti nititur. Vide sodes: σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ὑμῖν ἔχει — τοὺς εὖ τι πεποιηκότας — τὰ δοθέντα ἀπολωλεκέναι δι' ὑμῶν ἀθρόους· παρὸν, εἴ τις ἄρα ἐστὶν ἀνάξιος εἷς, ἢ δύο, ἢ πλείους, γραφῇ διὰ τούτων ταὐτὸ τοῦτο παθεῖν, κατ' ἄνδρα κριθέντας. Atque hæc est lectio Edit. Morel. Codd. autem Ven. Obsop. Ital. Aug. Vindob. Bodl. Cant. et Parisiensium, duobus exceptis. Ita etiam Versio Interpretis Italici. Ecce ut creber Noster sit sententiis! En αὔξησιν vere mirificam! Non hoc cum illo simpliciter, sed plura cum pluribus confertim et coacervatim comparat: εὖ πεποιηκότας, οἷς οὐδεὶς ἂν ἐγκαλέσαι, cum εἴ τις ἐστὶν ἀνάξιος: deinde νόμῳ et γραφῇ: mox ἀπολωλεκέναι διὰ ὑμῶν

ἀνάξιος, εἷς ἢ δύο, ἢ πλείους, γραφῇ διὰ τούτων ταὐτὸ τοῦτο παθεῖν, κατ' ἄνδρα κριθέντας. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐχ ὑπολαμβάνω ταῦτα καλῶς ἔχειν, οὐδέ γε ἀξίως ὑμῶν. [1][Σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο.]

λ'. Καὶ μὴν οὐδ' ἐκείνου γε ἀποστατέον τοῦ λόγου, ὅτι τῆς μὲν ἀξίας τότε, ὅτε ἐδώκαμεν, τὴν ἐξέτασιν ἦν δίκαιον λαμβάνειν, ὅτε τούτων οὐδεὶς ἀντεῖπε· μετὰ ταῦτα δ' ἐᾶν, εἴ τι μὴ πεπόνθατε ὑπ' αὐτῶν ὕστερον κακόν. Εἰ δὲ οὗτοι τοῦτο φήσουσι· δεῖξαι μὲν γὰρ οὐχ ἕξουσι· δεῖ κεκολασμένους αὐτοὺς παρ' αὐτὰ τἀδικήματα φαίνεσθαι. εἰ

[1] Absunt unci. T.

et τοῦτο διὰ τούτων παθεῖν: et ad postremum denique ἀπολωλεκέναι ἀθρόους et κατ' ἄνδρα κριθέντας. Anne hæc sit Densitas, quam in Nostro tantopere admirati sunt Magistri? Ego profecto ita sentio. Vid. Quintilian. X. 1. TAYLOR. Sinceram scripturam, ἀθρόους, nuper tandem Reiskius reduxit e Ben. Qua scriptura, recte judicant, qui omnem vim argumentationis niti dicunt. Ἀθρόοι sunt *universi, cuncti*; κατ' ἄνδρα κριθέντες, *singulatim, viritim in jus vocati*: oppositi utrique inter se, ut solent ἀθρόοι et οἱ καθ' ἕνα, aut ἀθρόοι et διεσκεδασμένοι. F. A. WOLF.

Διὰ τούτων] Τοῦ Λεπτίνου, καὶ τῶν συνηγόρων αὐτοῦ. WOLF.

Ὑμῶν] Post ὑμῶν pro puncto infra pono punctum supra, ita ut hæc phrasiuncula σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο referatur ad id quod ultimum est οὐδέ γε . . . . *quod imprimis considerandum puto.* AUGER.

Σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο] Sc. τὸ καλῶς ἢ μὴ ἔχειν τι. *Cujus ego rei etiam rationem habeo.* Nisi forte quis censeat τὸ τοῦτο ad ea, quæ sequuntur, referendum. WOLF.

Σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο] Hæc quam nihil huc faciant, quum cæcus sit, qui non videat, piget id pluribus verbis demonstrare. Tamen ea, quantum scimus, hærent in libris omnibus, atque adeo a nonnullis defenduntur. Sed Wolfii defensiones parum placent. Nullo pacto verba ad seqq. trahi sinunt particulæ, periodi novæ indices, καὶ μὴν, neque ea melius cum superioribus coeunt. Nam καὶ sic positum est, ut τοῦτο spectet ea, quæ sequuntur. Reiskii autem rationes, sive quas molles vocat, seu quæ duræ sunt et frigidæ, apud ipsum legantur jucundius. Quarum una hæc est jucundissima, quum Oratorem putat oblitum fortasse, post vocem τοῦτο aliquid addere, relicto loco vacuo, quem per otium expleret, ad reliqua perrexisse, sicut soleamus commentantes cum festinatione. Adeo persuasit sibi vir præclarus, eadem festinatione Demosthenem egisse in Oratione scribenda, qua ipsum in ea commentanda. Mihi quidem verba illa plane videntur ex emblemate marginis esse, et adscripta ad explicandam rariorem locutionem, οὐδ' ἐκείνου γε ἀποστατέον τοῦ λόγου. Parum promoveas, si scripseris, σκοπεῖτε καὶ τοῦτο. Ita aliquando mihi in mentem venit. F. A. WOLF.

λ'. Εἴ τι μὴ] Ἀντὶ τοῦ, εἰ μή τι. WOLF.

Εἰ δὲ οὗτοι τοῦτο —] Scil. Vos ab istis jam donatis injuria esse affectos. *Hoc si adversarii dicent, eorum erit demonstrare, illos eo tempore, quo peccaverint, judicium subiisse.* Vertimus hæc ideo, ut declaremus verba, παρ' αὐτὰ τἀδικήματα, quæ eadem potestate occurrunt et alibi, et apud Demosth. de Cor. §. ϛ'., ubi probe argutatur Tayl., et eodem fere modo Schol. posterior ad h. l. Certa multis exemplis est hæc vis illius præpositionis de *tempore* positæ, quod vulgo *præsens* aut *durans* dicunt, unde Lat. verti potest *in* vel *sub.* Ut in loco Xenoph. M. S. II. 1., malis nimium conjecturis vexato, παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχὴν, *sub illius imperio, illo imperante.* Particulæ παρὰ in Atticis nunquam propria notio est *propter*, neque id ἀργία est, si quis γαστρὶ χαρίζεται. Conf. Or. nostræ §. ή. med. ιγ'. med. ιθ'. med. κγ'. fin. λ'. fin. F. A. WOLF.

Τοῦτο] *Hoc*, i. e. passos esse aliquid mali ab his qui immunitates obtinuerunt. AUGER.

Δεῖ κεκολασμένους αὐτοὺς παρ' αὐτὰ τἀδικήματα φαίνεσθαι] *Eos quoque docere oportet recenti adhuc secus admissorum memoria, pœna affectos esse.* Siquidem illa locutio, παρ' αὐτὰ τἀδικήματα, hoc est, *protinus admissis delictis*, inde est quod

δὲ, μηδενὸς ὄντος τοιούτου, τὸν νόμον ποιήσετε κύριον, δόξετε φθονήσαντες, οὐχὶ πονηροὺς λαβόντες, ἀφῃρῆσθαι. Ἔστι δὲ πάντα μὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὅσα ἐστὶ, τὰ ὀνείδη φευκτέον· τοῦτο δὲ πάντων μάλιστα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! [1] Διὰ τί; Ὅτι παντάπασι [2] φύσεως κακίας σημεῖόν ἐστιν ὁ φθόνος, καὶ οὐκ ἔχει πρόφασιν, δι' ἣν ἂν τύχοι συγγνώμης ὁ τοῦτο πεπονθώς. Εἶτα καὶ οὐδέν ἐστιν ὄνειδος, ὅτου πορρωτέρω ἐστὶν ἡ πόλις ἡμῶν, ἢ τοῦ φθονερὰ δοκεῖν εἶναι, πάντων ἀπέχουσα τῶν αἰσχρῶν. Τεκμήρια δὲ ἡλίκα τούτου, θεωρήσατε! Πρῶτον μὲν γὰρ μόνοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῖς τελευτήσασι δημοσίᾳ [3] τὰς ταφὰς

[1] διατί; T. [2] πονηρᾶς φύσεως καὶ κακίας R. [3] Deest articulus. R.

παρὰ τὸ δεῖπνον etiam dicunt, *super cœnam*, et *cœnæ tempore*. Isocrat. οἴκοι γὰρ ὀλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον βασιλευομένους, *belli tempore et militiæ*. Interpres tamen Demosth. hoc loco παρ' αὐτὰ τἀδικήματα κολάζειν significare existimavit προσφόρως καὶ ἐγγὺς τῶν ἀδικημάτων φύσεως, hoc est, *pro modo delictorum, et pœna admisso adæquata*: quod mihi non placuit. Jurisperiti dicunt, *adhuc fragrantibus delictis*. Dicitur et παραχρῆμα eadem ratione pro *confestim*, et παραυτίκα, et παραυτὰ, et παραυτόθεν, quasi *jam inde ex illa hora*. Dicitur et παρ' αὐτὸν τὸν καιρόν. Idem in eadem, [§. ιβ'.] πάντες μὲν γάρ εἰσιν ἴσως ἄξιοι χάριν ἀνταπολαμβάνειν οἱ προϋπάρχοντες τῷ ποιεῖν ὑμᾶς εὖ, μάλιστα δ' οἱ παρὰ τὰς χρείας: *nam cum omnes ultro de vobis bene merentes, digni sunt utique, quibuscum paria faciatis, tum vero ii maxime, qui in ipsis temporibus vestris difficultatibusque fecerunt*. Synes. αὐτὰς οὖν ταύτας παρὰ τοὺς καιροὺς ἑκάστους οἷου σοι παρεστᾶναι συνηγόρους, *unoquoque tempore*. Idem, ἀλλ' ἔστιν εὐτυχία παρὰ τὸν καιρὸν εὐτυχεστέρα. *Refert autem quo quicque in loco feliciter cedat.* vel sic, *at vero locus ipse refert ad felicitatis cumulum. Ex edit.* HERVAG.

Δεῖ αὐτοὺς φαίνεσθαι κεκολασμένους] *Constare oportet, eos esse punitos.* Hoc est, si dicent eos peccasse, non fides eis habebitur, nisi pœnam e vestigio consecutam esse demonstrarint. WOLF.

Ὡς εἰπεῖν] Forte ἔπος εἰπεῖν. et sic habet Ulpianus. Nannius: *Ut semel dicam.* IDEM. Aberat ea vox ab Editt. ante Parisiensem. Habent Codd. Lindenbrog. et Aug. TAYLOR. Perperam Nannius. Formulam h. l. reddes, *ut uno verbo dicam.* F. A. WOLF.

Φύσεως καὶ κακίας] M. φύσεως κακίας' ἀντὶ τοῦ, κακῆς φύσεως. WOLF. *Pravitas est Naturæ.* Ita Editio Francofurt. secundum Felician. Manut. et MSS. Ald. Variatur in cæteris: φύσεως καὶ κακίας Edit. Ald. Unde scriptum olim fuisse arbitror, juxta ac Morelius edidit: ὅτι παντάπασι πονηρᾶς φύσεως καὶ κακίας σημεῖόν ἐστιν ὁ φθόνος. In marg. Benenati, in Obsop. Lindenbrog. Ven. Ital. et Schol. φύσει κακίας. TAYLOR. Hæc omnia Reiskius duplici divinatione auget. Nos plane non videmus, cur a vulgata recedendum sit. Κακία φύσεως est *vitiositas indolis, pravitas animi.* F. A. WOLF.

Ἐπὶ τοῖς τελευτήσασι δημοσίᾳ] Bene supplet Lambinus, τελευτήσασιν ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ etc. Sed elegantior vocum positio, ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ τελευτήσασι, δημοσίᾳ etc. et ita Lysias Orat. Funebr. ad fin. ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας —τιμᾶσθαι. Eudocia MS. (penes humanissimum et eruditissimum Virum Ricardum Ellysium, Baronettum) in Voce Αἴας: Μενεσθεὺς ἐπ' αὐτῷ λόγον ἠγόρευσεν, ᾧ νομίζουσιν Ἀθήνησι τιμᾶν τοὺς ἐκ τῶν πολέμων τελευτῶντας. de funere Ajacis, Telamonis filii, loquitur Auctor, ex quo hæc sumsit Eudocia. MARKLAND. Nec alienum ab hac opinione se ostendit Reisk. Defendit tamen is vulgatam scripturam ita, ut δημοσίᾳ, quasi in bivio positum, non minus ad τελευτήσασι, quam ad τὰς ταφὰς ποιεῖσθε, trahatur. Id quod mirum commentum est. Quamvis enim apud Græcos sæpe occurrant δημοσίᾳ θαπτόμενοι, non magis leguntur τελευτήσαντες δημοσίᾳ, quam τελευτήσαντες ἰδίᾳ, neque aliter quam *privatim*, quenquam nec Græce, nec Latine, scimus mortuum, si eos excipias, *qui ad publicum*

500 ποιεῖσθε, καὶ λόγους ἐπιταφίους, ἐν οἷς κοσμεῖτε τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα. Καίτοι τοῦτ' ἔστι τὸ ἐπιτήδευμα ζηλούντων ἀρετὴν, οὐ τοῖς ἐπὶ ταύτῃ τιμωμένοις φθονούντων. Εἶτα μεγίστας δίδοτε ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου δωρεὰς τοῖς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας νικῶσι, τοὺς στεφανίτας· καὶ οὐχ, ὅτι τῇ φύσει τούτων ὀλίγοις μέτεστιν, ἐφθονήσατε τοῖς ἔχουσιν, οὐδ' ἐλάττους ἐνείματε τὰς τιμὰς διὰ ταῦτα. Πρὸς δὲ τούτοις τοιούτοις οὖσιν, οὐδεὶς πώποτε τὴν πόλιν ἡμῶν εὖ ποιῶν δοκεῖ νικῆσαι· τοσαύτας ὑπερβολὰς τῶν

supplicium ducuntur, ut δημοσίᾳ τελευτᾶν est apud Æschin. de fals. leg. [illegible]. Jam equidem etsi locos novi bene multos, qui in ista locutione habent verba, ἐν τῷ πολέμῳ, tamen ab Lambini emblemate alienior sum, istisque verbis aut nihil nunc opus fuisse, aut, si id putes, eorum sententiam ab auditoribus tacite adjectam arbitror. Nam nullas publicas sepulturas Athenienses norant, nisi eorum, qui in bellis pro patria cecidissent. Postremum hoc si Wesselingius cogitasset ad Petiti LL. AA. p. 603., cavisset sibi ab errore, nuper repetito a Gottlebero ad Thucyd. II. 35. Etenim ut gnarus fuisset Noster rerum Romanarum, eadem ratione scribere ista potuit, μόνοι τῶν πάντων ἀνθρώπων. Quippe laudationes funebres memorat haud privatas, quales Roma norat, sed publicas, et Populi jussu celebratas. Quem talem morem Atheniensibus solis h. l. recte vindicari, colligas partim ex eo, quod nusquam simile quidquam de alia natione Græciæ narratur, partim etiam ex verbis Aristidis T. I. p. 190., licet ab hoc rhetore nostrum locum respici dixeris. Ipsius autem hujus moris vera origo et institutio a tempore Persici belli repetenda, auctoribus Diodor. Sic. XI. 33. et Dionys. Halic. A. R. V. 17. Oratores, λόγους ἐπιταφίους habituri, legebantur a Senatu, solennitas in Ceramico extra urbem facta. Conf. Meursii Ceramic. gem. c. 22. Restant etiam nunc tales conciones ex antiquitate quatuor, Periclis Thucydidei l. c., Platonis in Menexeno, Lysiæque et Demosthenis. At hujus postremi quæ hodie prostat Oratio, ea jam olim obelis Criticorum confossa est, ut præter alios docet Taylor. Lectt. Lys. c. 3. Lysiacam adhuc tolerarunt patientius. Neque hæc tamen ipsa eo stilo scripta, qui senem Lysiam decebat, sed ex Isocratis Panegyrico, aliisque Orationibus veterum ac veri Lysiæ locis eodem pæne modo, quo Aristidis declamatio ista, a quodam Sophista composita videbatur mihi olim in Censura Menexeni, a Gottlebero editi, quæ inserta est Ephemm. Erfurt. literariis A. 1782. p. 34. Cujus opinionis nondum me pœnitet, quum præsertim nuper Valckenaerium viderim in eandem incidisse. Vid. Hemsterhus. et Valcken. Orationes etc. p. 218. F. A. WOLF.

Τὰς ταφὰς ποιεῖσθε] Articulum ex fide Par. 1. et Aug. 1. abjecit Reisk. Ac potuisset hoc probare exemplis quibusdam neglecti in hac locutione articuli. Sed vereor, ut satis ea omnibus faciant: certe nulla ratio rei est in eo, quod vocabulum λόγους articulo caret. Mox ποιεῖτε pro ποιεῖσθε quidam non bene. Non est plane similis locus Platon. Menex. p. 17. ubi v. notas. IDEM.

Τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας νικῶσι τοὺς στεφανίτας] Annotandum hic, quod Pollux lib. 3. de vocab. rerum ad Commodum Cæsarem scripsit, "Agonum quosdam Stephanitas et Phyllinas, qui sacri dicuntur, appellatos, quorum præmia in corona et frondibus erant. quosdam Thematicos dictos, quasi posititios, qui etiam argyritæ dicebantur, ab argenteo. pecuniarioque præmio." Vide Annot. Bud. in Pandect. *Ex edit.* HERVAG.

Εἶτα μεγίστας δίδοτε — τοὺς στεφανίτας] Nempe duplicis generis fuerunt οἱ ἀγῶνες, alii στεφανῖται, alii θεματικοί. Conf. Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 260. Sed apud Græcos, *nullius rei præter laudem avaros*, priorum certaminum dignitas habita longe major. Ceterum notissimi sunt honores victoribus ludorum sacrorum a civitatibus suis decreti, sæpe amplissimi ac prope divini, præcipue apud Athenienses, de quibus vide locc. cc. in Petit. LL. AA. p. 131. In proximo, τούτων, denuo cogitandum τῶν δωρεῶν. F. A. WOLF.

Τοσαύτας ὑπερβολὰς—παρέσχηται] Scil. ἡ πόλις. Atque ὑπερβολαὶ τῶν δωρεῶν sunt δωρεαὶ ὑπερβάλλουσαι τὰς τῶν ἄλλων εὐεργεσίας, *dona et præmia, acceptis beneficiis longe majora.* IDEM.

δωρεῶν, αἷς ἀντευποιεῖ, παρέσχηται. Ἔστι τοίνυν
ἅπαντα ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! δικαιοσύνης, ἀρετῆς,
μεγαλοψυχίας ἐπιδείγματα. Μὴ τοίνυν, δι' ἃ πάλαι
παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἡ πόλις εὐδοξεῖ, ταῦτ' ἀνέλητε νῦν·
μηδ', ἵνα Λεπτίνης ἰδίᾳ τισὶν, οἷς ἀηδῶς ἔχει, ἐπηρεάσῃ,
τῆς πόλεως ἀφέλησθε καὶ ὑμῶν αὐτῶν, ἣν διὰ παντὸς ἀεὶ
τοῦ χρόνου δόξαν κέκτησθε καλήν! Μηδ' ὑπολαμβάνετε
εἶναι τὸν ἀγῶνα τόνδε ὑπὲρ ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ τῆς πόλεως
ἀξιώματος, πότερον αὐτὸ δεῖ [1] σῶν εἶναι, καὶ ὅμοιον τῷ
προτέρῳ, ἢ [2] μεθεστᾶναι καὶ λελυμάνθαι!

λά. Πολλὰ δὲ θαυμάζων Λεπτίνου κατὰ τὸν νόμον, ἓν
μάλιστα τεθαύμακα πάντων· εἰ ἐκεῖνο ἠγνόηκεν, ὅτι,
ὥςπερ ἂν εἴ τις μεγάλας τὰς τιμωρίας τῶν ἀδικημάτων
τάττοι, οὐκ ἂν αὐτός γε ἀδικεῖν παρεσκευάσθαι δόξαι,
οὕτως, ἄν τις ἀναιρῇ τὰς τιμὰς τῶν [3] εὐεργεσιῶν, [4] οὐδὲν
αὐτὸς ποιεῖν ἀγαθὸν παρεσκευάσθαι δόξει. Εἰ μὲν τοί-
νυν ἠγνόησε ταῦτα, — γένοιτο γὰρ ἂν καὶ τοῦτο —,
αὐτίκα δηλώσει· συγχωρήσεται γὰρ ὑμῖν λῦσαι, περὶ ὧν 501
αὐτὸς ἥμαρτεν· εἰ δὲ φανήσεται σπουδάζων, καὶ ὑπερδια-
τεινόμενος κύριον ποιῆσαι τὸν νόμον, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω πῶς

[1] σῷν T. R. [2] μεθιστᾶναι T. [3] εὐεργετῶν T. R. [4] οὐδὲν ἂν αὐτὸς R.

Μεθιστᾶναι] Forte μεταστῆναι, ἢ μεθεστᾶναι, ἀντὶ τοῦ, μεθεστηκέναι. Wolf.

λά. Πολλὰ δὲ θαυμάζων Λεπτίνου κατὰ τὸν νόμον, ἓν μάλιστα τεθαύμακα πάντων —] Jam novum telum a Demosthene expromitur, sane quam callidum. Sed id verbo monuisse satis erit. Laborandum nobis in verbis. Primum in voc. τεθαύμακα, juncto cum θαυμάζων, discant tirones, pravis notionibus temporum imbuti, quæ vis sit hujus temporis, quod rei perfectæ præsens est, non, ut vulgo vocant, præteritum. Conf. Harrisii Hermen I. 7. librum iis omnibus, qui in utraque lingua ultra plebem sapere volunt, utilissimum. Porro ambigunt editores in extrema periodo, utrum ea, quam nos tenuimus, amplectenda sit lectio, an alia hæc, οὐδὲν ἂν αὐτὸς ποιεῖν ἀγαθὸν παρεσκευάσθαι δόξαι. Mihi prior longe videtur præstare, ut verba, ὅτι οὐδὲν — δόξει, certo modo proponantur, ceteris hypothetice interjectis. Conf. omnino notam ult. ad §. ιέ. F. A. Wolf.

Εὐεργετῶν] Rescribe cum Ven. Obsop. Aug. Vindob. Ital. Regg. α. ζ. η. εὐεργεσιῶν: ut pariter fiat. τὰς τιμωρίας τῶν ἀδικημάτων v. 13. τὰς τιμὰς τῶν εὐεργεσιῶν v. 15. Ita §. λγ'. p. 512. v. 5. τὰς ἐπι ταῖς εὐεργεσίαις δωρεὰς ζηλώσαντες, atque etiam ibid. v. 10. cum dicitur, τὰς τιμὰς ἀναιρῶν τῶν εὐεργετῶν, jubent Codd. Ven. Obsop. et ex Regiis tres reponere εὐεργεσιῶν. Modo fortasse cum Aug. ἂν, et cum marg. Benenati, δόξαι. οὐδὲν ἂν αὐτὸς ποιεῖν παρεσκευάσθαι δόξαι. Vid. v. 14. Taylor. M. εὐεργεσιῶν. Auger. Obsecutus sum Tayloro et Auger., itidemque §. λγ'., ubi codices iidem, satis constantes, eandem lectionem præferunt. F. A. Wolf.

Καὶ ὑπερδιατεινόμενος —] Simplex διατεινόμενος ex Par. 1. 7. Aug. 1. et quodammodo Bav. fortiori scripturæ nostræ nemo anteponat. Mox post τὸν νόμον nihil lenius exspectatur, quam hoc, ἐκεῖνος ὡς ἀληθῶς οὐδὲν δόξει ποιεῖν ἀγαθὸν παρεσκευάσθαι. Quod, elegantiæ studiosi videant, quam urbane ab Oratore emollitum sit. Similia sunt, quæ sequuntur, μήτ' αὐτὸς δόξεις εἶναι βελτίων, μήθ' οἱ πεισθέντες σοι. Idem.

ἐπαινέσω, ψέγειν δὲ οὐ βούλομαι. Μηδὲν οὖν φιλονείκει,
Λεπτίνη! μηδὲ βιάζου τοιοῦτον μηδὲν, δι' οὗ μήτ' αὐτὸς δό-
ξεις εἶναι βελτίων, μήθ' οἱ πεισθέντες σοι· ἄλλως τε καὶ
γεγενημένου σοι τοῦ ἀγῶνος ἀκινδύνου. Διὰ γὰρ τὸ τε-
λευτῆσαι Βάθιππον, τὸν τουτουῒ πατέρα Ἀφεψίωνος, ὃς
[1] αὐτὸν ἔτ' ὄντα ὑπεύθυνον ἐγράψατο, ἐξῆλθον οἱ [2] τῆς κρί-
σεως χρόνοι· καὶ [3] νῦν περὶ αὐτοῦ τοῦ νόμου πᾶς ἐστὶν ὁ
λόγος, τούτῳ δ' οὐδείς ἐστι κίνδυνος. Καίτοι καὶ τοῦτο
ἀκούω σε λέγειν, ὡς ἄρα τρεῖς σέ τινες, γραψάμενοι πρό-
τεροι τοῦδε, οὐκ ἐπεξῆλθον. Εἰ μὲν οὖν ἐγκαλῶν αὐτοῖς
λέγεις, ὅτι σε οὐ κατέστησαν εἰς κίνδυνον, φιλοκινδυνότα-
τος εἶ πάντων ἀνθρώπων· εἰ δὲ τεκμήριον ποιῇ τοῦ τὰ δί-

[1] *σαυτὸν R. [2] [τῆς κρίσεως] R. [3] νυνὶ R.

Διὰ γὰρ τὸ τελευτῆσαι Βάθιππον —] Præcedenti periodo ad Leptinem ipsum directa erat oratio, nunc ad judices conversa narrat de Leptine. Sejunxi igitur hæc a prioribus spatiolo vacuo relicto, eoque ipso mihi videor oculis certe lectorum rem quodammodo mollivisse, quæ pluribus interdum fraudi fuit. Frequentes autem in Oratoribus nostris sunt ejusmodi subitæ a secunda persona ad tertiam transitiones. Vide præter ea, quæ ad §. κβ'. κζ'. fin. a me notata sunt; infra §. λέ. atque adv. Lacrit. p. 939. ed. R. adv. Spud. p. 1033. et audacius exemplum ap. Æschin. in Ctesiph. §. πή. fin. Σὺ πλουτεῖς καὶ ταῖς ἡδοναῖς ταῖς σαυτοῦ χορηγεῖς (hactenus ad Demosthenem conversus loquitur) καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸ βασιλικὸν χρυσίον, παρὰ τούτῳ, οἱ δὲ κίνδυνοι παρ' ὑμῖν (hæc ad judices.) Nimirum cogitandus est in his Orator, non statarius, aut velut in corbe inclusus, quales hodie videas, sed quocunque eum animi impetus rapui., procedens, atque ab altera parte spatiosi suggestus ad alteram pergens, cum oratione vario corporis motu gestuque animata, quæ nobis nunc emortua ante oculos jacet. Tali in oratione oculus, manus, digitus, vice interpretis funguntur, qui, quæ dura legentibus videri possunt, ea auditoribus facillima præstat ac plena nativæ elegantiæ. Non mirum ergo, quod proxima statim Leptinem rursus ipsum alloquuntur: καίτοι καὶ τοῦτο ἀκούω σε λέγειν κ. τ. λ. Breviter hac de re monuit Schol. in ed. Ben., cujus in h. l. legitur hæc nota: Ὅς αὐτὸν τὸν Λεπτίνην. Μεταβαίνει εἰς δεύτερον πρόςωπον ἀπὸ πρώτου. Ubi quisque videt scribendum, εἰς τρίτον πρόςωπον ἀπὸ δευτέρου. Sed hæc omnia nihil curans is, quem nescio quæ fortuna nostra nobis ubique adversarium objicit, asterisco præfixo scripsit σαυτὸν, quodque magis mirere, non offendit in sequenti pronomine tertiæ personæ, τούτῳ. Ut ingenuum hominem videas, qui, dum fraudem facit, vestigia fraudis tegere negligit. Ceterum pronomen ὃς redit ad Bathippum, non ad secundariam personam, Aphepsionem. Idem.

Ἐξῆλθον οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι] Duo verba, τῆς κρίσεως, uncis ille suspecta fecit, quippe quæ abessent a Par. 1. et Aug. 1. Sed hos libros, satis nunc constare debet, ad scioli correctiones esse mutatos. Reperi quidem exempla, ubi *tempora in aliquo negotio præfinita* dicuntur simpliciter οἱ χρόνοι. Talibus autem non abutendum. Æschines in Ctesiph. §. κγ'. Ἧκον οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι. Noster adv. Polycl. p. 1218. ed. R. Ὁ χρόνος ἐξήκει μοι τῆς τριηραρχίας. Ubi Reisk. nihil, homo inconstantissimus. Idem.

Πρότεροι τοῦδε] Τοῦ Βαθίππου, ἢ Ἀφεψίωνος. Forte: τῶνδε, τοῦ τε Ἀφεψίωνος καὶ τοῦ Κτησίππου. Wolf. Nempe Ctesippi præcipui accusatoris. Auger. Vix dubium puto esse, quin et nunc ὅδε signet Aphepsionem, primas agentem in hoc judicio. Conf. §. κά. med. F. A. Wolf.

Οὐκ ἐπεξῆλθον] De legislatore περὶ Στεφ. dixit: μάλιστα μὲν μὴ θεῖναι τὸν νόμον· εἰ δὲ μὴ, καταβαλόντα ἐν ὑπωμοσίᾳ ἐᾶν. Wolf.

Τοῦ τὰ δίκαια εἰρηκέναι —] H. e. τοῦ σὲ τὰ δίκαια γεγραφέναι, quod verbum vulgatior usus fori adhibet. In seqq. notari meretur ratio, qua adversario crimen gravissimum objicitur. Nam accusator παρεσκευασμένος τινὶ est talis, qui *subornatus est ab ipso reo, cum eoque in judicio collu-*

καια εἰρηκέναι, λίαν εὔηθες ποιεῖς. Τί γὰρ εἵνεκα τούτου βελτίων ἔσθ' ὁ νόμος, εἴ τις ἢ τετελεύτηκε τῶν γραψαμένων, πρὶν εἰσελθεῖν, ἢ πεισθεὶς ὑπὸ σοῦ διεγράψατο, ἢ καὶ ὅλως ὑπὸ σοῦ παρεσκευάσθη; ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐδὲ λέγειν καλόν.

λβ'. Ἥρηνται δὲ τῷ νόμῳ σύνδικοι, καὶ μάλισθ' οἱ δεινοὶ λέγειν ἄνδρες, Λεωδάμας Ἀχαρνεὺς, καὶ Ἀριστοφῶν Ἀζηνιεὺς, καὶ Κηφισόδοτος ἐκ Κεραμέων, καὶ Δεινίας Ἐρ-

dit; Romani dixerunt *prævaricatorem*, magnum crimen. Διαγράψασθαι Latine proprie effertur *absistere accusatione*, scil. quæ apud judicem jam instructa est. De reliquo patet, opinor, tribus his membris, εἴ τις—ἢ πεισθεὶς—ἢ καὶ ὅλως, ipsos accusatores tres, quos prius Leptini fuisse legimus, indicari. Οὐδὲ λέγειν καλόν. Conf. ad §. κή. fin. F. A. Wolf.

Διεγράψατο] Τῆς κατηγορίας ἀπέστη. Nannius: *Libellos, quos contra te dederat, expunxit.* Wolf.

λβ'. Ἥρηνται δὲ τῷ νόμῳ σύνδικοι] *Syndici* dicuntur, qui in eandem causam incumbunt, vel, qui eandem causam defendunt, hoc est, civitatum advocati et defensores juris publici, quasi in causam publicam communiter incumbentes. Unde Demosthenes lege sancitum Athenis refert, ne cui iterum syndicum fieri liceret, creari-que a populo, idque ideo, ne *syndicia*, id est, syndici munus ob publicam utilitatem inventum, verteretur in quæstum, compendiumque privatum. Hoc nomine vocari possunt, quos hodie *Deputatos* nostri appellant. συνδικεῖν est *ab eadem causa dicere, et patrocinium suum in causam communem afferre*. Idem in eadem, [§. λβ'. *fin.*] γελοῖον νόμῳ μὲν συνδικεῖν, νόμον δὲ αὐτοὺς παραβαίνειν ἕτερον, i. e. *hanc rogationem istos communi tueri patrocinio, legem autem contrariam et antiquiorem ob eam abrogare. Ex edit.* Hervag.

Οἱ δεινοὶ] Τὸ οἱ malim abesse. καὶ μάλιστα δεινοὶ λέγειν. Wolf.

Ἀζηνιεὺς] Recte, non ut Editiones vulgatæ, Ἀξηνιεύς. Consentiunt Codd. optimi, ut Vindob. Lexicographi et Marmora, quibus in tam levi scribendi discrimine fides habenda est maxima.

ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΙ ΚΑΘΩΣ ΕΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝ
ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΑ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΣ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΠΥΑΝΕΨΙΩΝΑ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΥ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝΑ ΣΥΜΦΕΡΩΝ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
Spon. Itin. T. 2. p. 375.

. . . .

ΤΟΥ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΠΑΛΛΗ-
ΝΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΖΗ-
ΝΙΕΥΣ ΦΙΛΟ . . . . Id. ibid. pag. 443.

Aristopho hic idem falso etiam vocatur Ἀξηνιεὺς apud Æschinem c. Timarch. pag. 86. 1. ed. R. refragantibus tamen Scaligero et Codd. Vid. Palmer. ad loc. et Meurs. Reliqu. Attic. c. 1. Alibi, in eadem oratione recte effertur, sc. pag. 159. 4. ᾧ παρήδρευεν Ἀριστοφῶν ὁ Ἀζηνιεύς. Et c. Ctesiph. §. μδ'. δημαγωγὸς Ἀριστοφῶν ὁ Ἀζηνιεὺς, πλεῖστον χρόνον τὴν τοῦ Βοιωτιάζειν ὑπομείνας αἰτίαν. et §. ξε'. ἐτόλμα δ' ἐν ὑμῖν ποτὲ σεμνύνεσθαι Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀζηνιεύς. Quæ loca plurimum conferent ad hominis istius notitiam et historiam: atque etiam ad reliquorum, qui hic nominantur. Λεωδάμας ὁ Ἀχαρνεὺς οὐχ ἧττον Δημοσθένους λέγειν δυνάμενος. Æsch. in Orat. citata §. μδ'. Taylor.

Λεωδάμας Ἀχαρνεὺς, καὶ Ἀριστοφῶν Ἀζηνιεὺς, καὶ Κηφισόδοτος ἐκ Κεραμέων, καὶ Δεινίας Ἐρχιεὺς] Leodamas auditor fuit Isocratis, οὐχ ἧττον Δημοσθένους λέγειν δυνάμενος, si fides Æschini in Ctesiph. §. μδ'. Conf. Ruhnken. Hist. crit. Oratt. gr. p. LXIII. Aristophon ex Ἀζηνίᾳ, δήμῳ φυλῆς τῆς Ἱπποθοωντίδος, perperam ubique Ἀξηνιεὺς scriptus ante Taylorum, qui, mendam corrigens, laudat Æschin. in Timarch. p. 86. 1. p. 159. 4. ed. R. in Ctesiph. §. μδ'. et §. ξέ., quibus omnibus in locis hujus Aristophontis mentio fit. Sed ex uno loco nostro discimus, vitam produxisse virum usque ad Olymp. 106, 2. Jam si

χιεύς. Ἃ δὴ πρὸς τούτους ὑπολαμβάνοιτ' ἂν εἰκότως, ἀκούσατε, καὶ σκοπεῖτε, ἂν ὑμῖν δίκαια φαίνηται. Πρῶτον μὲν πρὸς Λεωδάμαντα· οὗτος ἐγράψατο τὴν Χαβρίου
502 δωρεὰν, ἐν ᾗ τοῦτ' ἔνεστι, τὸ τῆς [1] ἀτελείας, καὶ πρὸς ὑμᾶς εἰσελθὼν ἡττήθη. Οἱ νόμοι δὲ οὐκ ἐῶσι δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ τῶν αὐτῶν οὔτε δίκας, οὔτε εὐθύνας, οὔτε

[1] ἀτελείας τῶν ἐκείνῳ τι δοθέντων, καὶ πρὸς T. R.

is est idem, qui Olymp. 94, 2. legem tulit de natis peregrina matre ex numero civium expungendis, tum, quum hoc judicium ageretur, extrema senectute esse debuit. Quod ut credamus, cogit etiam res, quæ deinde narratur v. pen. p. 508. præsertim si statim post exactos XXX tyrannos facta videatur. Reliqua vide apud Ruhnken. l. c. p. XLV., qui docet, quomodo discernendus hic Aristophon sit ab aliis duobus, uno Colyttense, altero Archonte eponymo anni Olymp. 112, 3., in quem annum celebris contentio incidit Demosthenis et Æschinis de corona. Ceterum quod Ulpianus scribit ad v. 8. p. 508. immunitatem Aristophonti hoc tempore non fuisse, id verum sit, an temere ab homine positum, quis divinet? Tertius syndicorum, Cephisodotus, Ceramensis, tribu Acamantide, mox a Nostro imprimis propter eloquentiam laudatur, rarius ab aliis. Hic quoque conf. Ruhnken. l. c. p. LX. Denique Dinias, Erchiensis, (Ἔρχεια δῆμος φυλῆς τῆς Αἰγηΐδος) obscurior jam olim videtur fuisse, certe est hodie, quippe alibi, quod sciam, non commemoratus. F. A. Wolf.

Οὗτος ἐγράψατο τὴν Χαβρίου δωρεὰν] H. e. *universam donationem; præmia omnia, Chabriæ ob res bene gestas decreta*. Conf. sup. §. ιθ'. Accusationem autem hanc conjicio Chabria adhuc vivo factam, eandemque esse, cujus meminit Aristot. Rhet. I. 7., forsan etiam pertinuisse ad hanc causam Orationem Lycoleontis, Chabriam defendentis, de qua vide eundem Aristot. l. c. III. 10. extr. Idem.

Ἐν ᾗ τοῦτ' ἔνεστι etc.] Τὸ τῆς ἀτελείας (ἡ ἀτέλεια) τὶ (sc. μέρος οὖσα) τῶν δοθέντων ἐκείνῳ. Wolf. Lego simpliciter: δωρεὰν, ἐν ᾗ τοῦτ' ἔνεστι, omissis septem vocibus, quæ sequuntur. Ut infra scribitur, sc. pag. 508. v. 8. οὗτος εὕρετο τὴν δωρεὰν παρ' ὑμῖν, ἐν ᾗ τοῦτο ἐνῆν. Cætera hic sunt a manu glossatoris, adjecta nimirum explicationis gratia, hoc pacto: Σημείωσαι, Τὸ τῆς ἀτελείας, τὶ τῶν ἐκείνῳ δοθέντων. *Inter dona, quæ Chabriæ conferebantur, erat Immunitas*. Taylor. Distingue post ἀτελείας. Deinde sic: τῶν ἐκείνῳ τι δοθέντων· καὶ πρὸς etc. Sed omnino assentior Cl. Editori, censenti, septem istas voces, τὸ τῆς — δοθέντων, non fuisse a Demosthene. Markland. Auctiora hæc leguntur in omnibus editionibus: τὸ τῆς ἀτελείας, τῶν ἐκείνῳ τι δοθέντων, καὶ πρὸς ὑμᾶς κ. τ. λ. Ex quibus rejeci quatuor illas voces, de interpolatione præcipue suspectas; et fortasse etiam hoc, τὸ τῆς ἀτελείας, omittere debui. Sic plane visum Tayloro et Marklando, vulgata lectione meritissimo offensis. Displicet admodum Wolfii ratio, quam tamen unam nobis relictam video. Ipsum hoc ἐκείνῳ, nescio quo modo, fraudem prodit. Τὶ autem in hacce sententia ab Oratore isto sensu poni potuisse, nemo unquam mihi persuadebit. Alia prorsus ratio est §. ις'. et §. κή. fin. Simulque accedit insignis species glossematis, adscripti ad τοῦτο, h. e. *id, de quo nunc agitur, immunitas*. Vid. infra v. 8. p. 508. et §. ις'. med. ibique notam. Itaque Demosthenem etiam hic ab importuna manu auctum ut putemus, non levis causa est, quanquam ne umbram quidem causæ sibi visam narrat Reisk. Mox πρὸς ὑμᾶς εἰσελθὼν dicitur is, cujus actio jam in judicium adducta est. Alias verbum εἰσέρχεσθαι etiam de *reo* et *materia litis* usurpatur. Unde δίκη εἰσαγώγιμος. Ἡττᾶσθαι, *causa cadere*, ut alibi ἁλῶναι. F. A. Wolf.

Ἡττήθη] *Causa cecidit*. Nannius.

Ὑπὲρ τῶν αὐτῶν] Ita Editt. At MSS. Codd. constanter fere περί. MSS. Ald. Felician. et Manut. Ven. Ital. Lindenbrog. Vindob. et Regg. α. β. ε. ζ. η. Taylor.

Οὔτε δίκας etc.] Hæc generaliter verti, ad vitandas verborum ambages: *Num Tibi liceat Athenis bis eadem de re judicium adipiscier?* Wolf. Recte Wolfius, atque intra spem veniæ. Neque enim Fori Attici ratio semper et ubique literis Latinis explicari velit. In eo autem erratum est ab Interprete Italico: *Ne per causa di stato, ne per causa di conti di amministrationi publiche, ne per causa di servigi fatti alla republica*. Eodem judicio,

διαδικασίαν, οὔτ' ἄλλο τοιοῦτον οὐδὲν εἶναι. Χωρὶς δὲ τούτων, ἀτοπώτατον ἂν πάντων συμβαίη, εἰ τότε μὲν τὰ Χαβρίου παρ' ὑμῖν ἔργα μεῖζον ἴσχυε τῶν Λεωδάμαντος λόγων· ἐπειδὴ δὲ ταῦτά τε ὑπάρχει, καὶ τὰ τῶν ἄλλων εὐεργετῶν προςγέγονε, τηνικαῦτα σύμπαντα ταῦτα ἀσθενέστερα τῶν τούτου λόγων γίγνοιτο. Καὶ μὴν πρός γε Ἀριστοφῶντα, πολλὰ καὶ δίκαια ἂν ἔχειν εἰπεῖν [1] οἶμαι. Οὗτος εὕρετο τὴν δωρεὰν παρ' ὑμῖν, ἐν ᾗ τοῦτο ἐνῆν· — καὶ οὐ τοῦτ' ἐπιτιμῶ· δεῖ γὰρ ἐφ' ὑμῖν εἶναι διδόναι τὰ ὑμέτερα αὐτῶν, οἷς ἂν βούλησθε —· ἀλλ' ἐκεῖνό γε οὐχὶ δίκαιον εἶναί φημι, τὸ ὅτε [2] μὲν τούτῳ ταῦτ' ἔμελλεν ὑπάρξειν λαβόντι, μηδὲν ἡγεῖσθαι δεινόν· ἐπειδὴ δὲ ἑτέροις δέδοται, τηνικαῦτ' ἀγανακτεῖν, καὶ πείθειν ὑμᾶς ἀφελέσθαι. Καὶ μὴν [3] καὶ Γελάρχῳ πέντε τάλαντα ἀποδοῦναι γέγραφεν οὗτος, ὡς παρασχόντι τοῖς ἐν Πειραιεῖ τοῦ Δήμου· καὶ

[1] οἴομαι R. [2] μὲν τοῦτ' ἔμελλεν T. [3] Deest καί. T.

ac Wolfius, usus est Interpres alter. Taylor. Res nota esse potest vel e Terent. Phorm. III. 2. 58., quem cum loco nostro dudum comparavit Muret. Var. Lectt. XIX. 8., quod opus, Muretinorum omnium doctissimum et elegantissimum, gaudeo, nova editione propediem in manus studiosorum venturum. De discrimine causarum, δίκης, εὐθύνης, διαδικασίας, explicare longum est. Adeundi sunt ii, qui jus Atticum proprie illustrarunt. Ponam tamen ex Or. in Timocr. p. 717. ed. R. legis verba: "Οσων δίκη πρότερον ἐγένετο ἢ εὐθύνη ἢ διαδικασία περί του ἐν δικαστηρίῳ, ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, ἢ τὸ δημόσιον ἀπέδοτο, μὴ εἰςάγειν περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον, μηδ' ἐπιψηφίζειν τῶν ἀρχόντων μηδένα, μηδὲ κατηγορεῖν ἐώντων, ἃ οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι. Ad hæc conf. Petiti LL. AA. p. 451. Ceterum pro ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, quod plerasque editt. occupat, dedi περὶ τῶν αὐτῶν, tum propter auctoritatem a codd. optimis, tum quod ita loquuntur omnes, qui legis meminerunt. F. A. Wolf. Verba Terentii sunt: "At tu, qui sapiens es, magistratus adi, Judicium de eadem causa iterum ut reddant tibi: Quandoquidem solus regnas, et soli licet Hic de eadem causa bis judicium adipiscier." Phorm. II. 3. 56. Cf. H. Valesius ad Harpocr. p. 9. Taylor. ad Lysiam p. 312. et Ulpian. ad Dem. in Timocr. ad p. 704. ed. R.

Ἐπειδὴ δὲ ταῦτά τε ὑπάρχει —] *Quum etiam nunc maneant viri merita, novaque aliorum accesserint.* Acuendum pronunciando verbum ὑπάρχει. Ne quis putet scribendum, ταὐτά τε ὑπάρχει, *eadem sint, quæ fuerunt prius.* F. A. Wolf.

Τοῦτ' ἔμελλεν] Plenius Editt. Ald. et Morel. cum MSS. Ven. Vindob. et Aug. ὅτε μὲν τούτῳ ταῦτ' ἔμελλεν. Iidem MSS. ὑπάρχειν. ταῦτ' et ὑπάρχειν Lindenbrog. Taylor.

Καὶ μὴν καὶ Γελάρχῳ πέντε τάλαντα ἀποδοῦναι γέγραφεν οὗτος —] Mirificam h. l. vim habet contrapositum, quo oblique simul Populus in memoriam revocatur rei, ab Aristophonte olim, fortasse non sine offensione, factæ. Sed dicendum de singulis. Et principio quidem qui occurrit Gelarchus, ex uno hoc loco nobis innotuit. Ergo cur Reisk. mutare velit Telarchum aut Agelarchum, id vero nescio: nisi forte sibi visus est homo Lipsiensis omnia Atheniensium nomina tenere. Ac poterat quoque afferre Clearchum, Zelarchum, etc. Mox γέγραφεν proprium verbum de eo, in cujus sententiam decretum factum. F. A. Wolf.

Τοῖς ἐν Πειραιεῖ τοῦ δήμου] Τοῖς ἀπὸ τοῦ δήμου, ἐν Πειραιεῖ γεγενημένοις ἐπὶ τῶν τριάκοντα. Wolf. τοῦ δήμου est inutile. οἱ δημοτικοὶ satis describuntur per οἱ ἐν Πειραιεῖ. Distinctione ista, sc. οἱ ἐν ἄστει et οἱ ἐν Πειραιεῖ sexcenties, credo, utitur Lysias noster. Si quid ego judicem, repetuntur hæ voces τοῦ δήμου a v. 2. p. seq.

καλῶς ἐποίει. Μὴ τοίνυν, ἃ μὲν ἦν ἀμάρτυρα, ταῦτ' ἐπὶ τῇ τοῦ Δήμου προφάσει διὰ σοῦ δεδόσθω· ὧν δ' αὐτὸς ὁ Δῆμος μαρτυρίας ἔστησεν, ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγράψας, καὶ πάντες συνίσασι, ταῦτ' ἀφελέσθαι παραίνει· μηδ' ὁ αὐτὸς φαίνου, τά τε ὀφειλόμενα ὡς ἀποδοῦναι δεῖ, γράφων, καὶ ἅ τις παρὰ τοῦ Δήμου κεκόμισται, ταῦτ' ἀφελέσθαι παραινῶν. Καὶ μὴν πρός γε Κηφισόδοτον, τοσοῦτ' ἂν εἴποιμι. Οὗτός ἐστιν οὐδενὸς ἧττον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τῶν λεγόντων δεινὸς εἰπεῖν. Πολὺ τοίνυν κάλλιον τῇ δεινότητι ταύτῃ
503 χρῆσθαι ἐπὶ τὸ τοὺς ἀδικοῦντας ὑμᾶς κολάζειν, ἢ τοὺς ἀγαθοῦ τινὸς αἰτίους ἀδικεῖν. Εἰ γὰρ ἀπεχθάνεσθαί τισι δεῖ, τοῖς ἀδικοῦσι τὸν Δῆμον, [1] οὐ τοῖς ἀγαθόν τι ποιοῦσιν, ἔγωγε νομίζω δεῖν. Πρὸς τοίνυν Δεινίαν· οὗτος ἴσως ἐρεῖ τριηραρχίας [2] αὑτοῦ, καὶ λειτουργίας. Ἐγὼ δ', εἰ πολλοῦ τῇ πόλει Δεινίας ἄξιον αὐτὸν παρέσχηκεν, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, νὴ τοὺς θεούς, μᾶλλον ἂν παραινέσαιμι

[1] οὐχὶ R. [2] αὐτοῦ T.

vel saltem adjiciebantur ad marginem, explicandi causa. Horum alterutrum erit tam verum, quam quod maxime est verum. Taylor. Quæ suspicio prudentissima est. Ubicunque factio illa democratica memoratur, dici solet οἱ ἐν Πειραιεῖ. Vid. sup. ad §. έ. Itaque receptam lectionem parum defendas talibus locis, qualis est Æschinis [Demosthenis] hic de fals. leg. p. 431. ed. R. Ὑπομενεῖτε τὸν μὲν εὐεργέτην τοῦ Δήμου καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς κ. τ. λ., multo minus artificio eo, quo Reiskius utitur. Id enim sequaris, Lysias atque alii sæpissime male scripsisse dicendi erunt. Forsitan tamen hactenus verba tuearis, si Oratorem putes a solenni locutione recessisse eo, quo melius eluceret vis illorum, ἐπὶ τῇ τοῦ Δήμου προφάσει. Sin contra vanum hoc videatur, illico verba hinc abeant oportet; et quis requirat? Postremo hanc structuram, μὴ τοίνυν δεδόσθω, ὧν δὲ — παραίνει, negatione ad utrumque imperativum relata, sic accipe: *Non igitur illa, quæ nullo teste data sunt, per causam Populi Gelarcho reddere debebas; quorum autem Populus ipse testimonia publice fixit, ea revocanda censere.* F. A. Wolf.

Παραίνει] Ita certe cum Editt. superioribus, et MSS. non παραινεῖ cum Francofurtana. Verum ea Editio sæpissime ex Typothetæ incuria, non auctoritate Codd. a vera lectione recedit, ut id aliquando notare, et lectorem admonere pene tædeat. Ita v. ult. νὴ τοὺς θεοὺς, non μή. et pag. prox. v. 3. ἀξιοῦν τιμᾶσθαι, non ἄξιον. Atque ita in locis fere sexcentis. Exemplum sumas ex pag. 463. Wolfius: οὐδέν ἐσθ', ὅτι τοῦ παρακρούσασθαι καὶ φενακῆσαι λέγεται παρ' ὑμῶν ἕνεκα. Nos: οὐδέν ἐσθ', ὅ, τι τοῦ παρακρούσασθαι καὶ φενακίσαι λέγεται παρ' ἡμῶν εἵνεκα. Modo lubens delerem ὁ ante αὐτὸς cum Ven. Lindenbrog. et Ital. Taylor. Perperam opinatur Taylorus, delendum esse articulum ante αὐτός. Structuram explicui ad §. θ'. fin. F. A. Wolf.

Οὗτός ἐστιν οὐδενὸς ἧττον τῶν λεγόντων δεινὸς εἰπεῖν] Notatu dignam duco formulam, δεινὸς εἰπεῖν, pro qua ubique legere me memini δεινὸς λέγειν. Fuit, puto, causa mutationis in proximo λεγόντων. Idem.

Οὗτος ἴσως ἐρεῖ τριηραρχίας αὑτοῦ καὶ λειτουργίας] *Enarrabit fortasse munera pro Republ. a se obita.* Ut pro Phorm. p. 957. ed. R. Ἀλαζονεύσεται, καὶ τριηραρχίας ἐρεῖ καὶ χορηγίας. Latine pari elegantia verbum pro verbo reddas: *Trierarchias loquetur et choragias.* Nam sic Latini verbo *loquendi* utuntur de homine, qui rem frequenter in ore habet, præsertim cum jactatione. Notus Tigellius poetæ, *reges atque tetrarchas loquens.* Paullo post in verbis, μᾶλλον ἂν παραινέσαιμι αὐτῷ, melius, ut nunc quidem textus est, cum Markl. videbatur scribi αὑτῷ. Dispi-

[1] αὐτῷ τινὰ τιμὴν ὑμᾶς ἀξιοῦν δοῦναι, ἢ τὰς ἑτέροις πρότερον δοθείσας ἀφελέσθαι κελεύειν. Πολὺ γὰρ βελτίονος ἀνδρός ἐστιν, ἐφ' οἷς αὐτὸς εὖ πεποίηκεν, ἀξιοῦν τιμᾶσθαι, ἢ ἐφ' οἷς ἕτεροι ποιήσαντες ἐτιμήθησαν, φθονεῖν. Ὃ δὲ δὴ μέγιστον ἁπάντων, καὶ κοινὸν ὑπάρχει κατὰ πάντων τῶν [2] συνδίκων· τούτων πολλάκις εἷς ἕκαστος πρότερόν τισι πράγμασι σύνδικος γέγονεν. Ἔστι δὲ καὶ μάλα ἔχων νόμος ὑμῖν καλῶς, οὐκ ἐπὶ τούτοις τεθεὶς, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ πρᾶγμα ὥσπερ ἐργασία τισὶν ᾖ, καὶ συκοφαντία· μὴ ἐξεῖναι χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ Δήμου πλέον

[1] αὐτῷ T.

[2] συνδίκων τούτων· T.

ciendum vero, quum *παραινέσαιμι* ita nudum insolentia quadam laboret, an verius legatur, *παραινέσαιμι αὐτῷ, αὐτῷ τινὰ τιμὴν ὑμᾶς ἀξιοῦν δοῦναι.* Quod genus vitii solenne est in libris. IDEM.

Αὐτῷ τινὰ τιμὴν] Scribe *αὑτῷ*, *sibi*. Præcedentia ita forte distinguenda: *ἄξιον αὐτὸν παρέσχηκεν, (ὥς ἔμοιγε δοκεῖ, νὴ τοὺς θεοὺς) μᾶλλον ἂν παραινέσαιμι, αὑτῷ τινὰ τιμὴν* etc. Mox v. 5. ita: *κατὰ πάντων τῶν συνδίκων· τούτων πολλάκις εἷς ἕκαστος* etc. non, *τῶν συνδίκων τούτων· πολλάκις* etc. MARKLAND.

Κατὰ πάντων τῶν συνδίκων τούτων· πολλάκις —] Sic omnes edd. interpungunt, præterquam postrema, rationem sequens Marklandi, qui *τούτων* ad sequentia trahit. Id ego imitatus sum, etsi non omnino persuasus de necessitate rei. Quippe ad illud, *εἷς ἕκαστος*, nihil vetat in animo repeti *αὐτῶν*. Sed placet, fateor, vis major, quæ pronomini accedit a loco, quem nunc occupavit. Pro *τισὶ πράγμασι* proxime in quibusdam libris legitur, *τισὶ παραδείγμασι*, alibi *τὶ πράγμασι*, meri errores scribarum. Eos augere non debebat vir doctus conjectura nova, *τισὶ παρανομοῦσι*. Dictum est *πράγμασι* propterea, quod syndici non tantum ad leges defendendas creari solebant, sed ad alia quoque, quæ ad Rempubl. pertinerent. Porro restat in h. l. quiddam, quod Græci sermonis diligentiorem possit morari. Nam alias quum Attici dicunt, *ὃ μέγιστον ἁπάντων ὑπάρχει, ὃ δεινότατον πάντων ἐστὶν, ὃ πονηρότατον*, aut similiter, tum in consequenti membro inferunt fere *ὅτι* aut *γάρ*. Quo in genere particulæ *γὰρ* usus est inchoativus, quem tractavit Hoogev. Doctr. Particc. gr. T. I. p. 187., quanquam neglecta re, quam quærimus. Post prius autem membrum subaudiuntur verba, *τοῦτό ἐστιν*. Atque hic quidem usus loquendi tot exempla habet in Oratoribus et alibi, ut omissio particulæ videri possit insolentior. Sunt tamen loca, quamvis rariora, quæ hanc breviloquentiam ab omni suspicione defendant. Æschin. in Ctesiph. §. ιζ'. Ὃ δ' ἦν ἐπιφθονώτατον· προξενίας τινὲς εἰρημένοι ἐν ταῖς ἔξω πόλεσι διεπράττοντο ἀναγορεύεσθαι, ὅτι στεφανοῖ αὐτοὺς ὁ Δῆμος κ. τ. λ. Demosth. in Midiam §. κγ'. Ὃ δ' οὖν δεινότατον, καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἤδη· τὰς δίκας, ὡς αὐτῶν οὔσας, ἠφίεσαν τοῖς ἐπιτρόποις. Contra Idem de fals. leg. p. 406. ed. R. Ὃ τοίνυν μέγιστον ἁπάντων, καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἤδη· βουλομένου γὰρ κ. τ. λ. F. A. WOLF.

Ἔστι δὲ καὶ μάλα ἔχων νόμος ὑμῖν καλῶς] Structuram vides esse, *ἔστι δὲ νόμος ὑμῖν, καὶ μάλα καλῶς ἔχων*. Ubi *καὶ* intendit, non copulat. Æschines in Ctesiph. §. ιδ'. Οὗτος ὁ νόμος καὶ μάλα καλῶς ἔχει. Etiam hoc monere debui propter emendatorem, qui politissimi scriptoris opus, tanquam tirunculi pensum, tractavit. IDEM.

Μὴ ἐξεῖναι χειροτονηθέντα] Forte *μὴ χειροτονηθέντα*. Alioqui Populo jus suum videbitur eripi. WOLF. Lambinus *μὴ ἐξεῖναι οὐ χειροτονηθέντα* etc. quemadmodum fere et legere et interpretari vides Wolfium. Sed uterque decipitur. Non hoc dicit Demosthenes: *Syndicum agere plus, quam semel*, nisi *a populi suffragiis ad id muneris deligatur, nefas esto*: Verum: *Syndicum* publicum *bis agere*, (i. e. defensionem Reip. amplius, quam semel, suscipere, novæque legis condendæ patrocinium) *omnino nefas esto*. Et rationem optimam reddit in præcedentibus, v. 8. *ἵνα μὴ τὸ πρᾶγμα ὥσπερ ἐργασία τισὶν* (non *τις* cum Edit. Morel. sed *τισὶν*, hominibus sc. certis et perpetuis) *ᾖ καὶ συκοφαντία*. Et conformiter Scholiastes: *οὗτος ὁ νόμος ἐκέλευε, μὴ δεύτερον συνδικεῖν. καὶ γὰρ ἅπαξ τοῦτο ποιήσας, κωλύεται, ἵνα μὴ*

ἢ ἅπαξ συνδικῆσαι. Τοὺς δὲ συνεροῦντας νόμῳ, καὶ διδάξοντας ὑμᾶς, ὡς ἐπιτήδειός ἐστιν, αὐτοὺς τοῖς ὑπάρχουσι νόμοις δεῖ πειθομένους φαίνεσθαι· εἰ δὲ μὴ, γελοῖον, νόμῳ μὲν συνδικεῖν, νόμον δ' αὐτοὺς παραβαίνειν ἕτερον. Ἀνάγνωθι λαβὼν τὸν νόμον αὐτοῖς, ὃν λέγω!

ΝΟΜΟΣ.

Οὗτος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! καὶ παλαιὸς ἔσθ' ὁ νόμος, καὶ καλῶς ἔχων· ὃν, ἐὰν σωφρονῶσι, φυλάξονται παραβαίνειν οὗτοι.

λγ'. Ἐγὼ δ' ἔτι μικρὰ πρὸς ὑμᾶς εἰπὼν καταβήσομαι. Ἔστι γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! πάντας μὲν τοὺς νόμους
504 ὑμῖν, ὡς ἐγὼ νομίζω, σπουδαστέον ὡς κάλλιστα ἔχειν, μάλιστα δὲ τούτους, δι' ὧν [1] ἢ μικρὰν ἢ μεγάλην ἔστ'

[1] Deest ἤ. T.

διὰ τὸ κέρδος ψεύδεσθαι ἐπιχειρῶσιν. Dicat autem aliquis, monere istas voces *χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου*, hunc locum non esse simpliciter intelligendum, ita ut Ego, et Tu, amice lector, jam intelligimus: verum, cum de *populi suffragiis* aliquid dici videatur, nimirum plausibiliter egisse Lambinum et Wolfium, qui Syndicatum nemini iterum deferri voluere, *nisi id muneris populi suffragiis demandetur*. Istud autem a nobis accipe. Syndici erant vel *privati*, vel *publici*: Illi Collegii alicujus, Municipii aut Universitatis causas agebant, *οἱ παρὰ τῶν φυλετῶν ᾑρημένοι*, ut loquitur Demosth. c. Aristocr. de quibus nihil præcipit Lex. Hi erant Civitatis Advocati, jurisque publici defensores, *οἱ συνήγοροι, οὓς ὁ δῆμος χειροτονεῖ*, ut loquitur idem c. Timocrat. Ita *τοῦ δήμου ποτὲ χειροτονήσαντος Αἰσχίνην σύνδικον*. Idem de Corona. Ergo *χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου* designat Syndicum *publicum*, qui *hac lege* id muneris semel tantum geret. Nesciverunt boni viri, quos jam refello, istud *χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου* disertim opponi privato Procuratori, a suo Collegio, Tribu aut Fraternitate, ut ita loquar, designato. Porro. Syndicos publicos memorare videtur Arcad. Charisius lib. sing. de muneribus civilibus. *Defensores quoque, quos Græci Syndicos appellant, et qui ad certam causam agendam vel defendendam eliguntur, laborem personalis muneris aggrediuntur.* l. 18. §. 13. D. de Muneribus et Honoribus. Quos quum id muneris semel tantum præstitisse vidit Petitus, (nam, ut ait Paulus, *Defensionem Reip. amplius, quam* semel, *suscipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas postulet.* l. 16. §. 3. D. eod.) ideo arripuit ad hunc Demosthenis locum illustrandum. Quod sane nollem, quoniam non est eadem utrobique ratio. Syndici enim in Attico jure *excluduntur*, in Romano, *excusantur*, et recte: quoniam *tenendum est, personale munus esse, quod corporibus, labore cum sollicitudine animi ac vigilantia exstitit.* l. 1. §. 3. D. eod. Unde recte Paulus: *Suscipere nemo* cogitur. TAYLOR.

Μὴ ἐξεῖναι χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ Δήμου πλέον ἢ ἅπαξ συνδικῆσαι] Legem ipsis his verbis exhibet Petitus LL. AA. p. 336., ibique ita vertit: *Nemo plus quam semel syndicus a Populo creator.* Quæ versio recte exprimit vim participii, sensumque habet unice verum. Contra Ind. Lamb., *μὴ ἐξεῖναι οὐ χειροτονηθέντα*, sensu plane alieno, qui tamen etiam Wolfio placuit. Nec Reiskius bene cepit locum. Optime in eo versatus est Taylorus, docens, *χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ Δήμου* appositum esse ad distinguendum syndicum publicum a privato. Conf. Prolegomm. F. A. WOLF.

λγ'. Ἐγὼ δὲ — καταβήσομαι] *Dicendi finem faciam, de suggestu descendam.* Ita Lysias in Eratosth. p. 441. *Βούλομαι δὲ ὀλίγα ἑκατέρους ἀναμνήσας καταβαίνειν.* Sæpissime *ἀναβαίνειν* et *καταβαίνειν* legimus in hoc genere, et rarius additur *ἐπὶ τὸ βῆμα*, et *ἀπὸ τοῦ βήματος*, ut *ἀναβιβάζειν* quoque, *in suggestum adscendere jubere.* IDEM.

Μικρὰν] *Δι' ὧν ἢ μικρὰν ἢ μεγάλην ἔστ' εἶναι τὴν πόλιν.* Ita enim Edit. Felician.

εἶναι τὴν πόλιν. Εἰσὶ δὲ οὗτοι τίνες; Οἵ τε τοῖς ἀγαθόν τι ποιοῦσι τὰς τιμὰς διδόντες, καὶ οἱ τοῖς τἀναντία πράττουσι τὰς τιμωρίας. Εἰ γὰρ ἅπαντες ὡς ἀληθῶς τὰς ἐν τοῖς νόμοις ζημίας φοβούμενοι, τοῦ κακόν τι ποιεῖν ἀποσταῖεν, καὶ πάντες, τὰς ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις δωρεὰς ζηλώσαντες, ἃ χρὴ πράττειν προέλοιντο· τί κωλύει μεγίστην εἶναι τὴν πόλιν, καὶ πάντας χρηστοὺς, καὶ μηδένα εἶναι [1] τὸν πονηρόν; Ὁ τοίνυν νόμος οὗτος ὁ Λεπτίνου οὐ μόνον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοῦτ' ἀδικεῖ, ὅτι τὰς τιμὰς ἀναιρῶν τῶν [2] εὐεργεσιῶν, ἀχρεῖον τὴν ἐπιείκειαν τοῖς φιλοτιμεῖσθαι βουλομένοις καθίστησιν, ἀλλ' ὅτι καὶ παρανομίας δόξαν αἰσχίστην τῇ πόλει καταλείπει. Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι τῶν τὰ δεινότατα [3] ὑμᾶς ἀδικούντων, ἐν ἑκάστῳ τίμημα ὑπάρχει διὰ τὸν νόμον, ὃς διαῤῥήδην λέγει· μηδὲν [4] ὡς χρὴ τίμημα ὑπάρχειν ἐπὶ κρίσει πλέον

[1] Deest articulus. R. [2] εὐεργετῶν T. R. [3] ἡμᾶς R. [4] ὡς χρὴ μηδὲν R.

Codd. Aug. Vindob. Obsop. Ital. et Lindenbrog. Restitui similiter §. κϛ'. TAYLOR. Prius ἢ plures negligunt: at firmant libri meliores, sententiæ vis, et locus in Timocr. p. 766. ed. R., ubi hæc sententia eodem modo omnium codicum consensu repetitur. F. A. WOLF.

Τὸν πονηρὸν] Cur tam emphatice, quæso? Dele articulum cum Vindob. Bodl. Ital. et Reg. *a*. TAYLOR. Τὸν del. vid. AUGER. Quod minime improbo. Partim omnino in prædicato, quod Grammatici vocant, nullus est articulo locus; partim, nisi quid arguteris, nulla ejus hic potestas esse potest. F. A. WOLF.

Εὐεργετῶν] Εὐεργεσιῶν Vindob. Vid. supra ad pag. 504. v. 15. TAYLOR.

Παρανοίας] Lego *παρανομίας*. WOLF.

Ἀλλ' ὅτι καὶ παρανομίας—] Hæc lectio, in Marg. Ben. annotata, a libris quidem nullam videtur auctoritatem habere, et ingenio potius Lambini deberi. Habet eam tamen et Wolfius in altera editione sua, qua uti soleo. Verum ea lectio, undecunque est, ab omni consequentia loci adeo commendatur, ut morosissimi judicis calumnias statim conspecta repellat. Itaque et Tayl. et Reisk. receperunt. Stulte rusticeque Oratorem loqui fecerunt librarii, qui dederunt *παρανοίας*. Mox omnes vulgo, *ἡμᾶς ἀδικούντων*, præter Aristidem Art. p. 468. et Wolfium in versione. F. A. WOLF.

Μηδὲν ὡς χρὴ—ἐξέστω] Locus est classicus de lege, qua cautum est, ne a judicibus cuiquam unius delicti plures pœnæ irrogarentur. Παθεῖν *pœnam corporis* spectat, *ἀποτίσαι pecuniariam*. Conf. Herald. Animadv. ad I. A. et. R. III. 1. Lectio vero nostra, *μηδὲν ὡς χρὴ*, est ex Felic. Man. Wolf., eandemque videntur dare voluisse editt. principes et codices ii, qui habent, *μηδ' ὡς χρή*. Ben. autem dedit, *ὡς χρὴ μηδέν*. Quæ talis variatio movit textus corrupti suspicionem. Ita Wolfius conjecit, *μηδενὶ ὡς χρὴ*, Marklandus, *μηδενὸς χρὴ*, Reiskius, ut est audaciore ingenio, *ὡς ἄρ' ἦ, τίμημα ὑπάρχειν*, scil. δεῖ, *judex ne pœnam irroget, quæcunque natura est rei, de qua pronunciandum sit*. Idemque Aristarchus deinde quoque sollicitat *ὁπότερον*, casu accusativo offensus, quum alibi solenne sit *τιμᾶν τινί τινος*. Corrigit ergo *ὁποτέρου*, casu gignendi. Sed fallitur vir doctus, ut solet. Ὁπότερον, ut et *ἀμφότερα*, quod ab eo intactum relinquitur, ad infinitivos pertinet, non ad *τιμήσῃ*, et vertendum, *utramcunque pœnam judices injungant*. Illuc ut redeamus, in verbis, *μηδὲν ὡς χρὴ τίμημα ὑπάρχειν*, septima ratio superest, ut illud, *ὡς χρὴ*, dicamus infinitivo explicando olim in margine adscriptum. Vid. not. ad §. δ'. Unde intelligi liceat, cur ita varietur in libris. At post infinitum, *ὑπάρχειν*, utique dici debuisset *ἐξεῖναι*. Sed commutata ratio nostra sane nec insolens est, neque ullo modo dura. Similiter posthac *εἶναι* legitur imperativis interjectum. IDEM.

ἢ ἓν, ὁπότερον ἂν τὸ δικαστήριον τιμήσῃ, παθεῖν ἢ ἀποτίσαι· ἀμφότερα δὲ μὴ ἐξέστω. Ἀλλ' οὐχ οὗτος ἐχρήσατο τούτῳ τῷ μέτρῳ· ἀλλ' ἐάν τις ἀπαιτήσῃ χάριν ὑμᾶς, ἄτιμος ἔστω, φησὶ, καὶ ἡ οὐσία δημοσία ἔστω· δύο τιμήματα ταῦτα! εἶναι δὲ καὶ ἐνδείξεις καὶ ἀπαγωγάς· ἐὰν δὲ ἁλῷ, ἔνοχος ἔστω τῷ νόμῳ, ὃς κεῖται, ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ [1] τῷ δημοσίῳ. Θάνατον λέγει· τοῦτο γὰρ ἔστ' ἐπ' ἐκείνῳ τὸ ἐπιτίμιον· οὐκοῦν τρία τιμήματα ταῦτα! Πῶς οὖν οὐ σχέτλιον, καὶ δεινὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! εἰ χαλεπώτερον εἶναι δόξει παρ' ὑμῖν, χάριν εὖ ποιήσαν-
505 τα ἀπαιτεῖν, ἢ τὰ δεινότατα ἐργαζόμενον ληφθῆναι;

λδ'. Αἰσχρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! καὶ κακῶς ἔχων ὁ νόμος, καὶ ὅμοιος φθόνῳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ, καὶ τὸ λοιπὸν ἐῶ. Τοιούτοις δέ τισι προσέοικεν ὁ γράφων χρῆσθαι· ὑμῖν δ' οὐχὶ πρέπει τὰ τοιαῦτα μιμεῖσθαι, οὐδ' ἀνάξια φαίνεσθαι φρονοῦντας ὑμῶν αὐτῶν. Φέρε γὰρ, πρὸς Διὸς, τί μάλιστα ἂν ἀπευξαίμεθα πάντες, καὶ τί μάλιστα ἐν ἅπασι διεσπούδασται τοῖς νόμοις; Ὅπως μὴ

[1] τῷ δημοσίῳ ἄρχῃ R.

Καὶ ἡ οὐσία δημοσία ἔστω] Ulpiani observationem, idem esse *καὶ* quod *ἢ*, falsam Orator ipse arguit, nec ego ita intelligam virum præclarum, qui Scholion hoc laudat ad Petitum LL. AA. p. 610., quasi illud in hoc ipso loco comprobet. In seqq. *ἐνδείξεις* et *ἀπαγωγαὶ* formæ sunt accusationum, de quibus vid. Salmas. de M. U. p. 773. seqq. et Herald. ad I. A. et R. p. 320. IDEM.

Ἄρχῃ] Lambinus structuram complanavit emendando *ἐάν τις ἄρχῃ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ*. Recte. *Si quis munus publicum gesserit, cum Civitati obæratus esset.* Ita Demosth. c. Timocrat. *καὶ ἔνδειξις αὐτῶν ἔστω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, καθάπερ ἐάν τις ἄρχῃ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ*. Auctor Argumenti hujus Orationis: *οἵπερ οἱ δικάζοντες ὅταν ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ δικάζωσι*. TAYLOR. Vind. et Aug. 1. *ἐάν τις δ' ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἄρχῃ*. Medentur scilicet sic trajectioni, quæ non egebat medela, ut supra docui. Conf. simile exemplum §. λδ'. fin. Ἄν τις ἀμύνων τι πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ. Rem ipsam quod attinet, Athenis magistratu fungi, aut judicem fieri, aut omnino Rempublicam attingere, h. e. cum Populo agere, non licebat eis, qui essent *ἐγγεγραμμένοι ἐν ἀκροπόλει*, h. e. *debitores ærario Reip.*, quod in arce fuit *ἐν ὀπισθοδόμῳ*. Ibi etiam, qui publico debebant, tabulis aut columnis inscribebantur, quippe *ἀτιμίᾳ* quadam notati et ipsi, et eorum defunctorum filii. Res nota est, etiam de capitali supplicio. Conf. Or. in Midiam §. ν'. F. A. WOLF.

λδ'. Καὶ τὸ λοιπὸν ἐῶ] Notavit hoc genus loquendi Aristid. p. 468. et 470. Nam novum nomen unum aut alterum exspectes addi prioribus, *φθόνῳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ*. Subita igitur præteritio, qua pejus quiddam cogitandum auditori relinquitur, a lectore intervallo post copulam facto indicanda est. IDEM.

Ὅπως μὴ γενήσωνται] Rarioris usus esse puto Subjunctivum Futuri, *γενήσωμαι*, apud probos et vetustos Græcos scriptores. Scribendum videtur *γενήσονται*, ut §. κγ'. med. *ὅπως μηδεὶς ἄλλος κύριος γενήσεται*. et v. pen. p. seq. *ὅπως μηδεὶς φόνος γενήσεται*. et ita passim. MARKLAND. Γενήσονται Felician. Manut. Bodl. et Lindenbrog. TAYLOR. Dicere debuisset [Marklandus] *nullius*, et pro *futuro* voluit *aoristum*. Vid. notata a nobis ad §. ιά. F. A. WOLF.

[1]γενήσονται οἱ περὶ ἀλλήλους φόνοι· περὶ ὧν ἐξαίρετος ἡ βουλὴ φύλαξ ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τέτακται. Ἐν τοίνυν τοῖς περὶ τούτων νόμοις ὁ Δράκων φοβερὸν κατασκευάζων καὶ δεινὸν, τό τινα αὐτόχειρα [2]ἄλλον ἄλλου γίγνεσθαι, καὶ γράφων χερνίβων εἴργεσθαι τὸν ἀνδροφόνον, σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς, πάντα [3]τἄλλα διελθὼν, οἷς μάλιστα ἄν τινας ᾤετο ἐπισχεῖν τοῦ τοιοῦτόν τι ποιεῖν, ὅμως οὐκ ἀφείλετο τὴν τοῦ δικαίου τάξιν, ἀλλ᾽ ἔθηκεν, ἐφ᾽ οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι· κἂν οὕτω τις δράσῃ, καθαρὸν διώρισεν εἶναι. Εἶτ᾽ ἀποκτεῖναι μὲν δικαίως, ἔν γε τοῖς παρ᾽ ὑμῖν νόμοις ἐξέσται· χάριν δ᾽ ἀπαιτεῖν, οὔτε δικαίως, οὔθ᾽ ὁπωσοῦν, διὰ τὸν τούτου νόμον; Μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! μὴ βούλεσθε δοκεῖν πλείω πεποιῆσθαι σπουδὴν, ὅπως μηδενὶ τῶν εὖ τι ποιούντων ὑμᾶς χάριν ἐξέσται κομίσασθαι, ἢ ὅπως μηδεὶς φόνος ἐν τῇ πόλει γενήσεται. Ἀλλ᾽ ἀναμνησθέντες τῶν καιρῶν, παρ᾽ οὓς εὖ πεπονθότες

[1] γενήσωνται T. R. [2] Deest ἄλλον. T. [3] τἆλλα T.

Ἐν τοίνυν τοῖς περὶ τούτων νόμοις ὁ Δράκων —] Commemorat Draconem, quia leges illius reliquæ quidem, at non hæ, quæ essent de cæde, Solonis legislatione sublatæ erant. In *αὐτόχειρα ἄλλον ἄλλου* media vox ab editt. omnibus abest. Habent autem eam Par. 1. Vind. Aug. 1. Bav., et hinc jure in ordinem reduxit Reisk. De ipsa voce *αὐτόχειρ*, ab Atticis hujus ætatis usurpata pro antiquiore *αὐθέντης*, h. e. *aut sui aut aliorum interfector*, vid. Arnald. Lectt. Gr. p. 25. et Valcken. Diatr. Euripid. p. 189. Jam quæ sequuntur verba, *χερνίβων εἴργεσθαι τὸν ἀνδροφόνον, σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς*, petita videntur e veteri lege, quæ integra hodie non exstat. Mala autem fertur lectio, *χέρνιβος*, quam Schol. explicat de vase. Sic quidem Andocides jungit *χερνίβοις καὶ θυμιατηρίοις* Or. IV. p. 127. Verum ibi necessario scribendum *χερνιβίοις*. Nam omnino formæ *χέρνιβον* vix alia auctoritas adest, quam quæ ducitur ex Iliad. Ω. 304., versu ne ab omnibus quidem olim genuino habito. Vulgata nostra scriptura, *χερνίβων*, significat *aquam lustralem*, ut optime docet Athenæus, laudatus nuper a Sophoclis sospitatore ad Œdip. T. 236. seqq., qui versus ad h. l. comparati docebunt, quam apte ritibus Atticis apud poetam Œdipus percussorem Laii exsecretur:

Τὸν ἄνδρ᾽ ἀπαυδῶ τοῦτον, ὅστις ἐστὶ, γῆς
τῆσδ᾽, ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω,
μήτ᾽ εἰσδέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινὰ,
μήτ᾽ ἐν θεῶν εὐχαῖσι, μήτε θύμασι,
κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χέρνιβας νέμειν,
ὠθεῖν δ᾽ ἀπ᾽ οἴκων πάντας, ὡς μιάσματος
τοῦδ᾽ ἡμὶν ὄντος — — —

Jam lustrationes, a quibus homicidæ arcebantur, fieri solebant et sacris in locis, et in foro. Vid Æschin. in Timarch. §. ε. fin. et in Ctesiph. §. νη. Mox et *σπονδῶν* et *κρατήρων* pertinet ad sacrificia. Nam *κρατῆρες*, libationibus adhiberi soliti, solenniter componuntur cum *σπονδαῖς*. Ut Or. Nostri de fals. leg. p. 431. ed. R. *Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα — ἐν ἅπασι τοῖς ἱεροῖς, ἐπὶ ταῖς θυσίαις, σπονδῶν καὶ κρατήρων κοινωνοὺς πεποίησθε*. Ceterum inest vocabulis nostri loci conjunctis notio ademti *universi juris civitatis, τῆς πατρίδος καὶ τῶν ἐν ταύτῃ πάντων, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν*, ut Demosth. loquitur in Aristocr. p. 633. Similiter Antiphon Or. XV. p. 762. *Εἴργεσθαι πόλεως, ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγώνων*. Conf. Herald. ad I. A. et R. VII. 23. Idem.

Ἐξεῖναι] Sub. *ἐβούλετο*, v. g. Auger.

Ἐφ᾽ οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι] Exempli causa, si cui vis illata esset, seu mœchum apud uxorem, matrem etc. deprehendisset. His modis qui cædem pa-

εὖ πεποιήκατε τοὺς εὑρομένους, καὶ τῆς [1]Δημοφάντου
στήλης, περὶ ἧς εἶπε Φορμίων, ἐν ᾗ γέγραπται καὶ ὀμώ-
506 μοσται· ἄν τις ἀμύνων τι πάθῃ τῇ δημοκρα-
τίᾳ, τὰς αὐτὰς δώσειν δωρεὰς, ἅσπερ Ἁρμο-
δίῳ καὶ Ἀριστογείτονι· καταψηφίσασθε τοῦ νόμου!
Οὐ γὰρ ἔνεστ᾽ εὐορκεῖν, εἰ μὴ τοῦτο ποιήσετε.

λέ. Παρὰ πάντα δὲ ταῦτα, ἐκεῖνο ἔτι ἀκούσατέ μου.

[1] Διοφάντου T.

trasset, cum Draco voluit esse *culpæ insontem, καθαρὸν, ὅσιον, εὐαγῆ, ἀθῷον*. Conf. Petiti librum sæpe nobis laudatum p. 619. F. A. Wolf.

Εὖ πεποιήκατε τοὺς εὑρομένους, καὶ τῆς Δημοφάντου στήλης] Participio tacite addi debet *χάριν* aut *τιμήν τινα*, e prioribus, *χάριν κομίσασθαι*. *Columnam* autem *Demophanti* h. e. populiscitum statim post exactos tyrannos auctore illo (*Δημοφάντου εἰπόντος*) factum, et columnæ de more insculptum, præter Nostrum laudant duo Oratores, Andocides de Myst. p. 48. et Lycurgus in Leocr. p. 223. seqq. et in priore horum etiam servatur formula jurisjurandi tum perscripta, e qua ea apponam, quæ Nostro consona sunt maxime. *Ἐάν τις κτείνων τινὰ ἀποθάνῃ ἢ ἐπιχειρῶν, εὖ ποιήσω αὐτόν τε καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐκείνου, καθάπερ Ἁρμόδιόν τε καὶ Ἀριστογείτονα, καὶ τοὺς ἀπογόνους αὐτῶν*. Ubi verba tantum habes alia, rem eandem. Sic *ἄν τίς τι πάθῃ* est pro illo, *ἐάν τις ἀποθάνῃ*, euphemismus notissimus. At legitur in loco Demosthenis vulgo, *τῆς Διοφάντου στήλης*. Quod mendum plures in fraudem deduxit, ut Fabricium Bibl. Gr. IV. 22. p. 16., qui male rem refert ad Diophantum Archontem Olymp. 96, 2. Occurrit quidem psephisma Diophanti apud Nostrum de fals. leg. p. 368. ed. R., sed id longe alius generis et ætate posterius. Veram scripturam nominis, *Δημοφάντου*, clare servant Par. 2. 5. 7. Aug. 1. et Bav. Quibus accedit Ulpianus, non correctus ille ad textus depravationem, sed qualem habent editt. principes, quæ etsi ipsæ quoque in contextu tenent *Διοφάντου*, tamen in Schol. verum sequuntur. Vitium loci primus detexit Valcken. ad Herodotum V. 55., eique recte paruit Reiskius, ceterum peccans statim in hoc, quod post *Ἀριστογείτονι* putat excidisse *δεδώκατε*. Cui demum vel Latini sermonis perito hæc ellipsis insolens videatur? Idem.

λέ. Παρὰ πάντα etc.] *Μελλόντων οὐ ταὐτὰ λέγει*. Mox v. 5. p. 517. *ᾔδεις, ἀντὶ τοῦ, προῄδεις*. Sed quid si legas addita negatione: *εἰ τὰ πρὸ τοῦ μὴ κατεμέμφου*, sc. *πραχθέντα Ἀριστογείτονι καὶ Ἁρμοδίῳ τοῖν τυραννοκτόνοιν*. *Si ea, quæ olim facta sunt*, (sc. liberata rep. cæsisque Tyrannis) [*non reprehendis*] *cur non illud quoque providisti, si quid ejusmodi in posterum accideret?* Wolf. Jam fere ad Metam Orationis ventum est, cum singulare hoc comma, quod argumentationem non levem aut vulgarem continet, mihi molestias magnas excitaverit. Nam, si quid ego judicem, Wolfius uno in loco contra fidem *plurimorum* et præstantiorum Codd. in altero, *omnium*, aliud nobis commendaverit, ac voluit ipse Demosthenes. Primo enim v. 4. p. 517. omnes Editt. omnes scripti Codices, negativam istam particulam respuunt, et uno ore legunt *εἰ τὰ πρὸ τοῦ κατεμέμφου*: deinde Editt. Ald. et Paris. cum Codd. Regg. et Ven. v. ult. p. 516. negationem etiam excludunt, et legunt *περὶ τῶν παρεληλυθότων καὶ μελλόντων* (vel *καὶ περὶ τῶν μελλόντων*, ut Vindob.) *ταὐτὰ λέγει*. Si ergo hæc lectio, quæ tantam auctoritatem secum ferat, (tantam nimirum, ut omnium Codd. consensum habeat) non deteriorem sensum, immo si longe præstantiorem repræsentet, Tu non dubitabis, quid sequare. Hoc videtur velle Orator: Si priorum temporum liberalitatem reprehendas, cur ista tua lege, quæ sancit *μηδὲ τολοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι*, liberalitatem futurorum etiam claudis? cur non rationem habuisti Posteritatis? Sint Chabriæ, sint Cononis res gestæ, et opinione omnium, et præmiis, quæ consecuti sunt, minores: Esto, ut Resp. honorum fuerit liberalis nimio. At unde scis, ea tempora non olim reditura, ubi bonis Civibus, ubi Harmodiis iterum fuerit opus, ubi Resp. suorum Civium merita liberalitate vincere non poterit? *εἰ τὰ πρὸ τοῦ κατεμέμφου, τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις*. *Se biasimi le cose passate, che sai Tu di quelle, che hanno a venire?* ergo omnino fieri nequit, ut ea lex commode lata sit, quæ *eadem* de præteritis statuit, *eadem* de futuris, quorum eventus incerti et variæ in utramque par-

Οὐκ ἔνι τοῦτον ἔχειν καλῶς τὸν νόμον, ὃς περὶ τῶν παρεληλυθότων καὶ μελλόντων [1]οὐ ταὐτὰ λέγει· μηδένα

[1] Deest οὐ. R.

tem inclinationes a nullo Legislatore rite comprehendi possunt, οὐκ ἔνι τοῦτον ἔχειν καλῶς τὸν νόμον, ὃς περὶ τῶν παρεληλυθότων καὶ μελλόντων ταὐτὰ λέγει. *Non si debbe par buona tenere una legge, che delle cose passate e delle future parimente determina.* Ut recte Versio Italica. Lambinus etiam in hoc loco particulam negativam reduxit. Tu in utroque delebis. TAYLOR. Clare legendum: τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα εἶδες; *cur non futura considerasti*, in futurum prospexisti? quod v. 10. p. 519. vocat τὸ μέλλον προορᾶσθαι. sic τοὺς καιροὺς ἰδὼν, *tempora intuens*, §. ιγʹ. med. Dicit: Si honores Harmodio et Aristogitoni *olim* habitos non reprehendis, quare *in futurum* a similibus honoribus excludis eos, qui Harmodio et Aristogitoni similes esse possunt. MARKLAND.

Οὐκ ἔνι τοῦτον ἔχειν καλῶς τὸν νόμον — — τὰ μέλλοντα ᾔδεις;] Locum hunc utri vexarint pejus, editores, an librarii, difficile est dictu. Nam primum negatio et ante ταὐτὰ, et ante κατεμέμφου, in plerisque exemplaribus, scriptis, editis, adest nulla, nisi quod priore loco οὐ dedit Felic., unde id transiit in textum Man. et Wolfii, et in Ind. Lambini; posteriore autem loco unus Wolfius, prorsus de suo, invexit voculam μή. Indignatur id Taylorus, quod is in altero loco ita contra fidem *plurimorum* et præstantiorum codicum, in altero contra *omnium*, aliud inculcarit, ac voluerit ipse Demosthenes. Jam de codicibus cum optimo quoque hanc tenemus sententiam, earum quidem fidem editori esse religiose sequendam, modo ne in literas et apices sic juret, ut sensum communem ejuret. Quod vero Taylorus se jactat scire, quid Demosthenes voluerit; aut Taylorus, aut ego turpiter fallimur. Multo enim aliud in Oratore video, atque ille. Sed sententiam quomodo sine negationibus expediat vir doctus, ipsis verbis ejus docendum est, præsertim quum omnino desperem, fore unquam, ut vim eorum satis assequar. Hoc ergo, inquit, videtur Orator velle: Si priorum temporum - - - - Italica. [vid. supra.] Hactenus ille. Atque hæc vocat *sensum*, eumque longe præstantiorem altero, ex appositis negativis manante, nec amplius dubitaturos nos dicit, quid sequamur. Et placuit hæc crisis postremo editori ita, ut utramque negativam fidenter expunxerit, posteaque scripserit, τί; μὴ καὶ τὰ μέλλοντ᾽ ᾔδεις; In notis tamen idem triplicem proponit modum emendandi: primum, ut omittatur τί ante μὴ, uti facit Aug. 1. et Bav.; secundum, ut legamus, εἰ τὰν προτοῦ κατεμέμφου τι, μὴ καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις; tertium, ut, rejecto τὶ post μὴ, scribamus, εἰ τὰ προτοῦ κατεμέμφου, μή τι καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις; *Priorum si te pœnitebit, num quid etiam futura prævidebas?* Ad has tantas divitias accedit Marklandus, clare legendum pronuncians, τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα εἶδες: *Cur non futura considerasti?*

Credo equidem, uti leviter nunc locus a me mutatus est, in eo neminem Græce doctum quidquam inventurum, quod culpæ speciem habeat. Τὰ παρεληλυθότα, quod paullo post dicitur τὰ προτοῦ, patet, referri ad *Harmodii et Aristogitonis honores et præmia.* Τοιοῦτοι sunt *tales, quales sese præsturunt illi duo.* Μὴ καταμέμφεται τὰ προτοῦ Leptines, *quum præmia duobus illis decreta lege sua probat et firmat, quum illos lege plane vult exceptos.* Jam se sponte sententia loci offert hæc: *Nullo pacto lex ista probari potest, quippe quæ aliud de rebus actisque præteritis statuat, aliud de futuris, neque ex æquo utraque judicet. In uno quidem capite legis Leptines scripsit: ne quis immunis esto, exceptis Harmodii et A. posteris. Præclare! Laudo, quod hactenus illis viris suos honores reliquit, sua præmia ac Populi decreta rata habet. At idem cavit in altero capite, ne omnino porro liceret immunitatem in quenquam conferre. Hic vide mihi, vir optime, quam Tecum ipse discordes. Hic posteris Harmodii et A. immunitatem olim tributam ratam habes, illic ne cuiquam ea in posterum unquam tribuatur, vetas. An tribuere eam ne tum quidem licebit per Te, o bone, quum in civitate forte erunt Harmodio et Aristogitoni similes? Talesne quoque hocce præmio ornandos negas? At qui in civitate nostra olim facta reprehendere non es ausus, qui tyrannicidarum posteros lege Tua solvis, quid? num Tu etiam futura noras, quum legem scriberes? Num certum Tibi erat, nunquam talia tempora Reip. reditura esse, in quibus ad statum popularem a dominatu defendendum Harmodiis opus sit; ut summe nos pœnitere debeat præmia sustulisse* etc. Sed hæc verecundius expressa sunt, et sine ullo verbo male ominato. Particula ὅτι alienum responsum annunciat, ut §. ιʹ. med. *Dices quidem Tu, aut alius, procul nos abesse a tali exspectatione* etc.

Sufficiant hæc ad totius loci tenorem

εἶναι, φησὶν, ἀτελῆ, πλὴν τῶν ἀφ᾽ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος· καλῶς! μηδὲ [1]τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι. Μηδ᾽, ἂν τοιοῦτοί τινες γένωνται, Λεπτίνη; Εἰ τὰ [2]προτοῦ οὐ κατεμέμφου, τί; μὴ καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις; Ὅτι, νὴ Δία, πόῤῥω τοῦ τι τοιοῦτον ἐλπίζειν νῦν ἐσμέν. Καὶ εἴημέν γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! Ἀλλὰ χρή γε [3]ἀνθρώπους ὄντας τοιαῦτα καὶ λέγειν καὶ νομοθετεῖν, οἷς μηδεὶς ἂν νεμεσήσαι· καὶ τἀγαθὰ μὲν προς-

[1] τολοιπὸν T. [2] πρὸ τοῦ μὴ κατ., τί μὴ T. πρὸ τοῦ κατ., τί; μὴ R. [3] ἀνθρώπους γε T.

declarandum, nec lubet Taylori commentum illud exagitare, quo bonam legem negat esse, quæ de præteritis et futuris eadem statuat. Neque id commentum iis defenditur, quæ dixit de eventibus temporum incertis, a nullo legislatore provisis, qui ad leges variis modis immutandas valeant. Quippe id h. l. Demostheni invito obtruditur, qui rem eloquitur nude et simpliciter, et, pro more suo, multo dixisset accuratius, et ad communem hominum sensum aptius, si cum Tayloro voluisset sophistam agere. Quam sæpe veteres Oratores dicunt, leges vultum omnibus eundem exhibere, et *omnibus una eademque voce oportere loqui*, ut Ammianus Marcellinus ait XXVII. 6. Vere ergo scriberetur, οὐ ταὐτὰ λέγει, etsi nullus liber addiceret. Atque ita etiam ante κατεμέμφου negativam requiri, superiora clamant. Ac nihil est hoc vitio solennius, ut οὐ post τοῦ extritum sit. Nam Wolfii conjecturam μὴ abjeci, quia in mea ratione ad majorem facilitatem corruptelæ illud quoque accedit, quod alteram particulam haud paullo melius usus loquendi fert. Scilicet verba, εἰ τὰ προτοῦ οὐ κατεμέμφου, suppleri possunt addendo, ἀλλὰ ἐπαινεῖς. In hoc autem genere dicendi negativa οὐ optime locum habet, rarius et minus bene μή.

Denique ne ultimo quidem membro inoffensum pedem editores referre potuerunt. Nam male vulgo conjunctim legitur, τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις; Quod Wolfius vertit, *cur non futurorum etiam rationem habuisti?* Nullus vero locus est particulæ μὴ, quum sic interrogamus, *cur non?* Tum et lex sermonis et usus postulat οὐ, respuit μή. Sic solœce dicas, τί μὴ ἐποίησας τοῦτο; *Cur hoc non fecisti?* Quod ratio hæc ipsum Marklandum fugit, qui tamen in reliquis loci plus, quam ceteri, intellexit, id ego mirarer, nisi aliunde constaret, has in Demosthenem notas a viro summo effusas potius esse, quam scriptas. At enim exempla sunt, ubi in interrogationibus junctim ponitur τί μή. Hæc ne quem aliquando deludant, neu dissimilia pro similibus habeantur, rem quasi prætereundo explicabo. Legimus quidem in Aristid. Declam. Leptin. §. 94. Οὐ μὴν ἀλλ᾽ εἰ μὲν καλόν τι καὶ δίκαιον, ὦ οὗτος! τὸ τῶν δωρεῶν οἴει, καὶ τῇ πόλει συμφέρον· τί μὴ πᾶσιν ἁπλῶς αὐτῶν μεταδίδως, ἀλλὰ τοῖς μὲν, τοῖς δ᾽ οὔ; εἰ δ᾽ ἀλυσιτελεῖς εἶναί σοι δοκοῦσι, καὶ κατέγνως αὐτῶν, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς εἶναι νομίζεις, τί μὴ καὶ πάντας τούτων ἀποστερεῖς; Hic vero μὴ copulandum non est cum pronomine τί, sed in priore loco cum πᾶσιν, in posteriore cum πάντας, ibique verba, τί μὴ καὶ πάντας, idem valent, quod τί καὶ μὴ πάντας, ἀλλ᾽ ἔνιοι, quod verbum, ἔνιοι, latet in τοῖς μὲν, τοῖς δ᾽ οὔ. Itaque μὴ in utroque loco positum est plane, uti supra apud Nostrum §. άʹ. μή τινες, ἀλλὰ πάντες, et ultima Latine verti possunt: *Sin donationes prorsus tibi inutiles videntur, cur quosdam tantum præmiis suis spolias, cur non omnes?* Jam quod ex aliquot editt. sumsi, τί; μὴ, hæc vim habent et acrimoniam quandam interrogantis, quæ potestas sæpe in solo μὴ interrogativo inest. Longior in h. l. factus sum subtilitatis studio. Nec usquam in tota Oratione majores fluctus et inutilius ab Intpp. excitatos vidi. F. A. WOLF.

Ἐλπίζειν] Sicut *sperare* Latine, in bonam et malam partem accipitur: hic in malam. AUGER.

Εἴημεν] Ita, non cum editorum nonnullis et Wolfio, qui et similiter quoque interpretatur, εἴη μέν. TAYLOR.

Οἷς μηδεὶς ἂν νεμεσήσαι] Ex veteri superstitione bonorum invidiosa prædicatio homini credebatur fortunam, quæ adesset, parum tutam, atque adeo deorum iram concitare. Quid? quod πᾶν θεῖον φθονερὸν putarunt, ut ex Herodoto constat. Eam sententiam aliquis nuper ex instituto mi-

δοκᾶν, καὶ τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι διδόναι, πάντα δ' ἀνθρώπινα ἡγεῖσθαι. Οὐδὲ γὰρ ἂν Λακεδαιμόνιοί ποτε ἤλπισαν εἰς τοιαῦτα πράγματα ἀφίξεσθαι· οὐδέ γε ἴσως Συρακούσιοι, [1] τὸ πάλαι δημοκρατούμενοι, καὶ φόρους Καρχη-

[1] τοπάλαι T. R.

sere vexavit singulari scriptione, Solonem et reliquos priscos sapientes ex nostris ingeniis judicans. F. A. Wolf.

Οὐδὲ γὰρ ἂν Λακεδαιμόνιοί ποτε ἤλπισαν εἰς τοιαῦτα πράγματα ἀφίξεσθαι] Omnino ἐλπίζειν est *exspectare*, unde interdum occurrit sensu *timendi*, quæ tamen propria vis verbi non est. In hunc modum accipies, quæ traduntur ab Intpp. ad Thomam M. p. 299. Εἰς τοιαῦτα, *in talem fortunam*, scil. *quacum nunc conflictantur*. Similiter alibi ἐκεῖνα. Conf. ad §. ιά. Idem.

Οὐδέ γε ἴσως Συρακούσιοι] Sc. ἤλπισαν τυραννηθήσεσθαι. De Dionysiis vid. Diodorum lib. XIII. et XIV. Wolf.

Οὐδέ γε ἴσως Συρακούσιοι, τὸ πάλαι δημοκρατούμενοι] Nempe per 60 fere annos, inde ab Olymp. 78, 3., quo anno antiquiorum tyrannorum ultimus, Thrasybulus, regno privatus est. Nam prior Dionysius, qui statim memoratur, potitus regno est Olymp. 93, 4. Vid. Diodor. XI. 68. et XIII. 96. Reliqua, de imperio Syracusanorum latissime patente, in vulgus nota sunt. Carthaginienses illis subjecti post cladem ad Himeram Olymp. 75, 1. Vid. Diodor. XI. 20. seqq. Justin. IV. 2. et de clade Atheniensium superius notata ad §. ιά. Sed ultimis periodi longius immorari cogimur. Primum quidem hoc alii quoque scriptores testantur, Dionysium, patrem, extremo loco natum fuisse, et, priusquam tyrannidem occuparit, nullius apud suos auctoritatis. Diodorus, haudquaquam spernendus auctor in rebus Siculis, XIII. 96. eum γραμματέα καὶ τὸν τυχόντα ἰδιώτην vocat, et qui Wesselingio ad h. l. citatur, Polyænus V. 2. 2. ὑπηρετοῦντα καὶ γραμματεύοντα τοῖς στρατηγοῖς. Jam id munus γραμματέως, ex multis locis Oratorum patet, Athenis parum honorificum fuisse. Non fuit illud quidem in Græcia per se inhonestum aut contemtum, ὑπηρεσία tamen, non ἀρχὴ, plane ut apud Romanos *scribæ* interdum etiam cum lictoribus numerantur inter *apparitores magistratuum*, iisque *ministerium* tribuitur, nunquam *magistratus*. Quanquam in Græcis civitatibus paullo honorificentior ea provincia habita, quippe et ingenuorum hominum, et non mercenaria, ut puto. Conf. Nepotis Eumen. c. 1. At verbum tamen, ὑπηρετεῖν, solenne ubique de scribis, passimque conjunctum cum γραμματεύειν et ὑπογραμματεύειν, uti ap. Demosth. de Cor. §. 79. med. et alibi. Atque hoc non aliter fuisse Syracusis, eundemque ibi scribas locum tenuisse, pro certo poni potest, quidquid obloquatur Ulpianus, quem recte refutant Spanhem. de U. et P. N. Diss. IX. p. 705. et Wesselingius l. c. Jam plane non dubium est, Dionysium propter hoc ipsum munus γραμματέως a Nostro vocari potuisse ὑπηρέτην. Nescio tamen quid in hoc loco me offendit, quoties lego verba, ὃς ὑπηρέτης ἦν, ὥς φασι. Quid enim? Hæccine, ὃς ὑπηρέτης ἦν, ad declarandum locum scribæ credamus adjecta? At quis auditorum olim ignorare potuit, γραμματέως esse ὑπηρεσίαν, non ἀρχήν? Id scilicet Populus Atheniensis docendus fuit. Verum ut ejusmodi declarationem huic loco, quum de Siculis rebus agatur, minus alienam putes, jam edoceri cupiam, cur eam Orator fecerit verbis tam ineptis? Talia sunt sane, ὃς ὑπηρέτης ἦν. Unde enim hoc tempus præteritum? Ferri id utique posset, si scripsisset, ἥπερ ὑπηρεσία ἐστὶ, certe ita ratio dicendi constaret. Non minus tamen offendit illud, ὥς φασι. Est enim absonum, si ad totam sententiam referas; nec magis ferendum, etiam per leges sermonis, si ad unum nomen γραμματέως. Nam sic deberet esse, γραμματέως ὄντος, ὥς φασι. At ratio quædam videatur adesse, salebras has omnes complanans, ut post illud, ὑφ' ἑνὸς γραμματέως, novam quandam conditionem hominis inesse dicas appositis verbis, ὃς ὑπηρέτης ἦν. Nimirum ad hoc aliquis abuti possit Polyæni loco, quem ante laudavi. At si nova et diversa a priore conditio nunc accederet, ista molestia præteriti temporis eadem nos premeret. Nec video, in hac ratione, cur non potius Orator dixisset, γραμματέως καὶ ὑπηρέτου, quanquam vel sic abruptius, nec pro solita perspicuitate sua locutus esset. Post hæc omnia, quæ dixi, primum facere non possum, quin illud, ὥς φασι, absurdum judicem et alienum. Haud dubie Dionysii, principis tam potentis, prior conditio satis tum nota fuit; atque ut minus nota fuerit, *rumor vulgi et fama* locum *in tali argumentatione* non

δονίους πραττόμενοι, καὶ πάντων τῶν περὶ αὐτοὺς ἄρχοντες, καὶ ναυμαχίᾳ νενικηκότες ἡμᾶς, ὑφ' ἑνὸς γραμματέως, [1][ὃς ὑπηρέτης ἦν, ὥς φασι,] τυραννηθήσεσθαι. Οὐδέ γε ὁ νῦν ὢν Διονύσιος ἤλπισεν ἄν ποτ' ἴσως, πλοίῳ στρογγύλῳ καὶ στρατιώταις ὀλίγοις Δίωνα ἐλθόντα ἐπ' αὐτὸν ἐκβαλεῖν τὸν τριήρεις πολλὰς καὶ ξένους καὶ πόλεις κεκτημένον. Ἀλλ', οἶμαι, τὸ μέλλον ἄδηλον πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ μικροὶ καιροὶ μεγάλων πραγμάτων αἴτιοι [2] γίγνονται. Διὸ δεῖ μετριάζειν ἐν ταῖς εὐπραξίαις, καὶ προορωμένους τὸ μέλλον φαίνεσθαι.

507 λϛ'. Πολλὰ δ' ἂν τις ἔχοι λέγειν [3] ἔτι καὶ διεξιέναι, περὶ τοῦ μηδαμῇ, μηδὲ καθ' ἓν, τοῦτον ἔχειν καλῶς τὸν νόμον, μηδὲ συμφέρειν ὑμῖν· ἀλλ', ἵν' ἐν κεφαλαίῳ τοῦτο μάθητε, κἀγὼ παύσωμαι λέγων, ὡδὶ ποιήσατε! Σκέψασθε παράλληλα, καὶ λογίσασθε πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς, τί τε συμβήσεται κατεψηφισμένοις ὑμῖν τοῦ νόμου, καὶ τί μή· εἶτα φυλάττετε καὶ μέμνησθε, ἃ ἂν ὑμῖν ἐξ ἑκατέρου φανῇ, ἵνα ἕλησθε τὰ κρείττω. Ἂν μὲν τοίνυν καταψηφίσησθε,

[1] Absunt unci. T. [ὃς - - - ἦν], R. [2] γίνονται T. R. [3] Deest ἔτι. T.

habebat. Concinit quidem vulgato textui Scholiastes, sed hujus cantilenam non ita curo, ut propter eam verba, quæ inclusi, minus mihi videantur suspecta, minusque glossatorem oleant. Quin surreptis illis etiam gravitas orationi accedit. Hujus vero reperti laudem, si qua est, ex parte præcepit Reiskius, in Notis monens: *Verba, ὃς ὑπηρέτης ἦν, videntur e scholio superesse, eoque delenda esse. Voluerat lector aliquis significare, quam contemti olim scribæ fuissent; ideoque adscripserat, scribas in numero servorum publicorum fuisse.* Non dubito, in postremis virum scribere voluisse *ministrorum*, etsi scio, *servos publicos* et *scribas* conjungi a Capitolino Gord. tr. c. 12. Hoc unum miror, quod Reisk. parcere potuit verbis, ὥς φασι. Ea ipsa sunt, quæ mihi præ ceteris corruptelæ suspicionem injecerunt. F. A. Wolf.

Ὁ νῦν ὢν Διονύσιος] Ὁ νεώτερος. De hoc vide vitam Dionis et Timoleontis apud Plutarchum. Wolf.

Οὐδέ γε ὁ νῦν ὢν Διονύσιος—] Dionysii minoris ejectio ex insula incidit in Olymp. 106, 1. De tota re gesta constat ex Diodoro XVI. 6., Nepotis Dione, et ex Plutarcho, quem imprimis confer in Dione p. 968. D. Tetigisse hæc vulgata satis habeo. Sic et sententia, τὸ μέλλον ἄδηλον κ. τ. λ. sine comparatione locorum similium bene intelligitur. Iisdem verbis ea repetitur in Or. de Rhod. libert. §. θ'. et Latine a Livio XXVII. 9. F. A. Wolf.

λϛ'. Παράλληλα] Rescribe παρ' ἄλληλα, *in utramque partem*, sc. τί τε συμβήσεται κατεψηφισμένοις ὑμῖν τοῦ νόμου, καὶ τί μή. Forte καταψηφισαμένοις, ut habent Ital. et Regg. α. β. η. Taylor. Sat frequens hoc in Atticis pro παραλλήλως, et inutile est, cum Tayl. disjungere, παρ' ἄλληλα. Nec minus recte servamus vulgatum, κατεψηφισμένοις, pro quo idem ille commendat καταψηφισαμένοις. Feras hoc hactenus, ut sit pro ἐὰν καταψηφίσησθε. Prius tamen verius, quod resolvi potest, εἰ κατεψηφισμένοι ἔσεσθε. Verius, inquam, quia sententiæ h. l. magis convenit εἰ, quam ἐὰν, propter hujus particulæ vim ἀοριστολογικήν. Ac plane sic est in Lycurg. adv. Leocr. p. 143. In seqq. ellipsis facilis in τί μὴ, h. e. τί συμβήσεται μὴ κατεψηφισμένοις. Ceterum tota hæc peroratio est ex optimis partibus Orationis, et causæ aptissima. F. A. Wolf.

Ἵνα ἕλησθε τὰ κρείττω] Alludit ad verba Legis Solonis, citatæ supra §. κ'. med. ὑμᾶς δὲ ἀκούσαντας, ἑλέσθαι τὸν κρείττω,

ὥσπερ ἡμεῖς κελεύομεν, οἱ μὲν ἄξιοι τὰ δίκαια παρ' ὑμῶν ἕξουσιν· εἰ δέ τις ἔστ' ἀνάξιος, ὡς ἔστω, πρὸς τῷ τὴν δωρεὰν ἀφαιρεθῆναι, δίκην, ἣν ἂν ὑμῖν δοκῇ, δώσει κατὰ τὸν παρεισενηνεγμένον νόμον· ἡ δὲ πόλις πιστὴ, δικαία, πρὸς ἅπαντας ἀψευδὴς φανήσεται. Ἐὰν δὲ ἀποψηφίσησθε, ὃ μὴ ποιήσαιτε, οἱ μὲν χρηστοὶ διὰ τοὺς φαύλους ἀδικηθήσονται, οἱ δὲ ἀνάξιοι συμφορᾶς ἑτέροις αἴτιοι γενήσονται, δίκην δ' οὐδ' ἡντινοῦν αὐτοὶ δώσουσιν· ἡ δὲ πόλις, τἀναντία ὧν εἶπον ἀρτίως, δόξει ἄπιστος, φθονερὰ, φαύλη [1] παρὰ πᾶσιν εἶναι.

λζ'. Οὔκουν ἄξιον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοσαύτην βλασφημίαν ἀντὶ καλῶν καὶ προσηκόντων ὑμῖν ἀγαθῶν ἑλέσθαι. Καὶ γὰρ ἕκαστος ὑμῶν ἰδίᾳ μεθέξει τῆς δόξης τῶν κοινῇ γνωσθέντων. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖ γε τοῦτο οὐδεὶς, οὔτε τῶν περιεστηκότων, οὔτε τῶν ἄλλων, ὅτι ἐν μὲν τῷ δικαστηρίῳ Λεπτίνης πρὸς [2] ἡμᾶς ἀγωνίζεται, ἐν δὲ τῇ τῶν καθημένων ὑμῶν ἑνὸς ἑκάστου γνώμῃ φιλανθρωπία πρὸς φθόνον, καὶ δικαιοσύνη πρὸς κακίαν, καὶ πάντα τὰ χρηστὰ πρὸς τὰ [3] πονηρὰ ἀντιτάττεται. Ὧν τοῖς βελτίοσι πειθόμενοι,
καὶ κατὰ [4] ταυτὰ ἡμῖν θέμενοι τὴν ψῆφον, αὐτοί τε ἃ 508
προσήκει δόξετ' ἐγνωκέναι, καὶ τῇ πόλει τὰ κάλλιστα

[1] παρ' ἅπασιν R. [2] ὑμᾶς T. R. [3] πονηρότατα R. [4] ταῦτα T.

scil. νόμον. MARKLAND.

Παρὰ πᾶσιν] Refertur ad δόξει. AUGER.

λζ'. Οὔτε τῶν περιεστηκότων, οὔτε τῶν ἄλλων—] Οἱ περιεστηκότες sunt, qui aliis locis vocantur, οἳ ἐπακούουσι τῆς κρίσεως, οἳ ἔξωθεν περιέστασι, ut ap. Æschin. in Ctesiph. §. ϑ'. κά. post med. οά. Lat. *qui circumstant* audiendi gratia, et coronam faciunt, qui in gravioribus causis, præsertim oratore claro aut gratioso orante, solebant multi esse et Athenis et Romæ. Mox omnes edd. occupat πρὸς ὑμᾶς, incuria editorum, quod vel Wolfii rectior versio ostendit. Accusatorum et reorum in foro semper est ἀγὼν πρὸς ἀλλήλους, non πρὸς τοὺς δικαστὰς, minime in h. l. Quisque hoc videt attentior, etsi nemo Intpp. advertit ante Reiskium. Οἱ καθημένοι denique sunt *judices*, qui solenniter Græce dicuntur καθῆσθαι, Latine *sedere*. F. A. WOLF.

Ἐν μὲν τῷ δικαστηρίῳ Λεπτίνης etc.] Sic Cicero 2 Catilinaria. *Denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus. Postremo copiæ cum egestate, bona ratio cum perdita, mens cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit.* WOLF.

Πρὸς τὰ πονηρὰ] Intelligere hoc licet, verbo πάντα repetito, πάντα τὰ πονηρά. Ergo nihil opus, cum Par. 1. Aug. 1. et Reisk. poni πονηρότατα. Paullo magis ferrem, si cui v. 10. p. seq. superlativus aptior videretur, κατὰ τῶν τὰ πονηρότατα συμβουλευόντων. Quanquam ibi nihil muto. F. A. WOLF.

Ἡμῖν θέμενοι τὴν ψῆφον] Συμφωνήσαντες ἡμῖν, καὶ καταψηφισάμενοι τοῦ νόμου. WOLF.

Κατὰ ταῦτα] Omnino κατὰ ταὐτὰ ἡμῖν, ut excudit Morel. et interpretatur Wolfius. Vulgo legitur ὑμῖν. Italus ita: *Delle quali se migliori seguirete, e secondo esse darete la vostra sentenza.* TAYLOR.

Τῇ πόλει τὰ κάλλιστα] H. e. *quæ Rempubl. nostram maxime decet decrevisse.* Mirum est, membranas magno consensu dare, τῇ πόλει τὰ κράτιστα. Quod nemo præfe-

ἔσεσθε ἐψηφισμένοι· κἂν τις ἄρ' ἔλθῃ ποτὲ καιρὸς, οὐκ ἀπορήσετε τῶν ἐθελησόντων ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύειν. Ὑπὲρ οὖν τούτων ἁπάντων [1] οἶμαι δεῖν ὑμᾶς σπουδάζειν, καὶ προσέχειν τὸν νοῦν, ὅπως μὴ βιασθῆτε ἁμαρτεῖν. Πολλὰ γὰρ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! πολλάκις οὐκ ἐδιδάχθητε, ὡς ἔστι δίκαια, ἀλλ' ἀφῃρέθητε ὑπὸ τῆς τῶν λεγόντω κραυγῆς, καὶ βίας, καὶ ἀναισχυντίας· ὃ μὴ πάθοιτε νῦν· οὐ γὰρ ἄξιον· ἀλλ' ἃ δίκαια ἐγνώκατε, ταῦτα φυλάττετε! καὶ μνημονεύετε, ἕως ἂν ψηφίσησθε, ἵν' εὔορκον θῆσθε τὴν ψῆφον κατὰ τῶν τὰ πονηρὰ συμβουλευόντων. Θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι θάνατος παρ' ὑμῖν ἐστὶν ἡ ζημία, τοῖς δ' ὅλην τὴν πόλιν κίβδηλον καὶ ἄπιστον ποιοῦσι λόγον δώσετε. Οὐ [2] δήπουγε, ὦ Ζεῦ καὶ [3] Θεοί!

[1] οἴομαι R. [2] δή που γ' R. [3] Θεοὶ, οὐκ T.

rat, qui Orationem cum cura perlegit. F. A. WOLF.

Ἀφῃρέθητε ὑπὸ τῆς τῶν λεγόντων κραυγῆς καὶ βίας καὶ ἀναισχυντίας] *Extortum est Vobis id, quod decrevistis, clamoribus et impudenti convicio.* Conf. instar omnium Æschin. Or. in Ctesiph. non longe ab initio, quo in loco pristinum judiciorum ordinem et gravitatem requirit. IDEM.

Ψηφίσησθε] Ita Editt. et MSS. Vulgo ψηφίσεσθε. TAYLOR.

Τοῖς μὲν τὸ νόμισμα] Aristophanes Ranis. [v. 730.]

Πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν ἡ πόλις πεπονθέναι
Ταὐτὸν, ἔστε τῶν πολιτῶν τοὺς καλούς τε κἀγαθοὺς,
Ἔστι τἀρχαῖον νόμισμα καὶ τὸ καινὸν χρυσίον.
WOLF.

Lubens hoc ἀπροσδιόνυσον scholion Wolfii admisi, nulla alia de causa, nisi ut hoc exemplo intelligat bonus Lector meus, sibi nullam factam esse fraudem, si aliquando hujus hominis πονηροῖς καὶ κεκιβδηλευμένοις νομίσμασιν (ut loquitur ibidem suus Aristophanes) χρώμεθ' οὐδέν. TAYLOR.

Θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι —] Sententia hæc imprimis accommodata est ad communem intelligentiam, olim adhibita explicatius a Solone. Demosthenes in Timocrat. p. 765. ed. R. Βούλομαι ὑμῖν κἀκεῖνο διηγήσασθαι, ὅ φασί ποτ' εἰπεῖν Σόλωνα, κατηγοροῦντα νόμον τινὸς οὐκ ἐπιτήδειον θέντος. Λέγεται γὰρ τοῖς δικασταῖς αὐτὸν εἰπεῖν, ἐπειδὴ τἄλλα κατηγόρησεν, ὅτι νόμος ἐστὶν ἁπάσαις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ταῖς πόλεσιν, ἐάν τις τὸ νόμισμα διαφθείρῃ, θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι· ἐπερωτήσας δὲ, εἰ δίκαιος αὐτοῖς καὶ καλῶς ἔχων ὁ νόμος φαίνεται, ἐπειδὴ φῆσαι πάντας τοὺς δικαστὰς, εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸς ἡγεῖται ἀργύριον μὲν νόμισμα εἶναι τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων ἕνεκα τοῖς ἰδιώταις εὑρημένον, τοὺς δὲ νόμους ἡγεῖται τῆς πόλεως νόμισμα εἶναι. Δεῖ δὴ τοὺς δικαστὰς πολλῷ μᾶλλον, εἴ τις, ὃ τῆς πόλεώς ἐστι νόμισμα, τοῦτο διαφθείρει, καὶ παράσημον εἰσφέρει, μισεῖν καὶ κολάζειν, ἢ εἴ τις ἐκεῖνο, ὃ τῶν ἰδιωτῶν ἐστί. Προσθεῖναι δὲ τεκμήριον τοῦ καὶ μεῖζον εἶναι τὸ ἀδίκημα, τὸ τοὺς νόμους διαφθείρειν, ἢ τὸ ἀργύριον· ὅτι ἀργυρίῳ μὲν πολλαὶ τῶν πόλεων καὶ φανερῶς πρὸς χαλκὸν καὶ μόλυβδον κεκραμένῳ χρώμεναι σώζονται, καὶ οὐδοτιοῦν παρὰ τοῦτο πάσχουσιν, ὁμοίως δὲ νόμοις πονηροῖς χρώμενοι, καὶ διαφθείρεσθαι τοὺς ὄντας ἐῶντες, οὐδένες πώποτ' ἐσώθησαν. F. A. WOLF.

Καὶ Θεοὶ, οὐκ οἶδ' ὅτι etc.] Hæc ista distingui debent: λόγον δώσετε. οὐ δήπου γε, ὦ Ζεῦ, καὶ Θεοί. Οὐκ οἶδ', ὅτι δεῖ πλείω λέγειν· οἶμαι γὰρ etc. *ne utique hoc fiat, o Jupiter, et cæteri Dii! Scio, non opus esse, ut ego plura dicam: opinor enim* etc. Frequens hæc Oratoribus Formula: Οὐκ οἶδ' ὅτι etc. in conclusionibus orationum. Lysias contra Frumentar. ad fin. Οὐκ οἶδ', ὅτι δεῖ πλείω λέγειν· περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων etc. et ita sæpe Ille, et cæteri. Intelligendum est, quasi scriptum fuisset hoc modo: Οὐκ (οἶδ', ὅτι) δεῖ πλείω λέγειν· vel hoc: Οἶδ', ὅτι οὐ δεῖ πλείω λέγειν. MARK-

ὥσπερ ἡμεῖς κελεύομεν, οἱ μὲν ἄξιοι τὰ δίκαια παρ' ὑμῶν ἕξουσιν· εἰ δέ τις ἔστ' ἀνάξιος, ὡς ἔστω, πρὸς τῷ τὴν δωρεὰν ἀφαιρεθῆναι, δίκην, ἣν ἂν ὑμῖν δοκῇ, δώσει κατὰ τὸν παρεισενηνεγμένον νόμον· ἡ δὲ πόλις πιστή, δικαία, πρὸς ἅπαντας ἀψευδὴς φανήσεται. Ἐὰν δὲ ἀποψηφίσησθε, ὃ μὴ ποιήσαιτε, οἱ μὲν χρηστοὶ διὰ τοὺς φαύλους ἀδικηθήσονται, οἱ δὲ ἀνάξιοι συμφορᾶς ἑτέροις αἴτιοι γενήσονται, δίκην δ' οὐδ' ἡντινοῦν αὐτοὶ δώσουσιν· ἡ δὲ πόλις, τἀναντία ὧν εἶπον ἀρτίως, δόξει ἄπιστος, φθονερά, φαύλη [1] παρὰ πᾶσιν εἶναι.

λζ'. Οὔκουν ἄξιον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοσαύτην βλασφημίαν ἀντὶ καλῶν καὶ προσηκόντων ὑμῖν ἀγαθῶν ἑλέσθαι. Καὶ γὰρ ἕκαστος ὑμῶν ἰδίᾳ μεθέξει τῆς δόξης τῶν κοινῇ γνωσθέντων. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖ γε τοῦτο οὐδείς, οὔτε τῶν περιεστηκότων, οὔτε τῶν ἄλλων, ὅτι ἐν μὲν τῷ δικαστηρίῳ Λεπτίνης πρὸς [2] ἡμᾶς ἀγωνίζεται, ἐν δὲ τῇ τῶν καθημένων ὑμῶν ἑνὸς ἑκάστου γνώμῃ φιλανθρωπία πρὸς φθόνον, καὶ δικαιοσύνη πρὸς κακίαν, καὶ πάντα τὰ χρηστὰ πρὸς τὰ [3] πονηρὰ ἀντιτάττεται. Ὧν τοῖς βελτίοσι πειθόμενοι, καὶ κατὰ [4] ταῦτα ἡμῖν θέμενοι τὴν ψῆφον, αὐτοί τε ἃ 508
προσήκει δόξετ' ἐγνωκέναι, καὶ τῇ πόλει τὰ κάλλιστα

[1] παρ' ἅπασιν R. [2] ὑμᾶς T. R. [3] πονηρότατα R. [4] ταῦτα T.

scil. νόμον. Markland.

Παρὰ πᾶσιν] Refertur ad δόξει. Auger.

λζ'. Οὔτε τῶν περιεστηκότων, οὔτε τῶν ἄλλων—] Οἱ περιεστηκότες sunt, qui aliis locis vocantur, οἳ ἐπακούουσι τῆς κρίσεως, οἳ ἔξωθεν περιέστασι, ut ap. Æschin. in Ctesiph. §. γ'. κά. post med. οά. Lat. *qui circumstant* audiendi gratia, et coronam faciunt, qui in gravioribus causis, præsertim oratore claro aut gratioso orante, solebant multi esse et Athenis et Romæ. Mox omnes edd. occupat πρὸς ὑμᾶς, incuria editorum, quod vel Wolfii rectior versio ostendit. Accusatorum et reorum in foro semper est ἀγὼν πρὸς ἀλλήλους, non πρὸς τοὺς δικαστάς, minime in h. l. Quisque hoc videt attentior, etsi nemo Intpp. advertit ante Reiskium. Οἱ καθημένοι denique sunt *judices*, qui solenniter Græce dicuntur καθῆσθαι, Latine *sedere*. F. A. Wolf.

Ἐν μὲν τῷ δικαστηρίῳ Λεπτίνης etc.] Sic Cicero 2 Catilinaria. *Denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus. Postremo copiæ cum egestate, bona ratio cum perdita, mens cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit.* Wolf.

Πρὸς τὰ πονηρὰ] Intelligere hoc licet, verbo πάντα repetito, πάντα τὰ πονηρά. Ergo nihil opus, cum Par. 1. Aug. 1. et Reisk. poni πονηρότατα. Paullo magis ferrem, si cui v. 10. p. seq. superlativus aptior videretur, κατὰ τῶν τὰ πονηρότατα συμβουλευόντων. Quanquam ibi nihil muto. F. A. Wolf.

Ἡμῖν θέμενοι τὴν ψῆφον] Συμφωνήσαντες ἡμῖν, καὶ καταψηφισάμενοι τοῦ νόμου. Wolf.

Κατὰ ταῦτα] Omnino κατὰ ταὐτὰ ἡμῖν, ut excudit Morel. et interpretatur Wolfius. Vulgo legitur ὑμῖν. Italus ita: *Delle quali se migliori seguirete, e secondo esse darete la vostra sentenza.* Taylor.

Τῇ πόλει τὰ κάλλιστα] H. e. *quæ Rempubl. nostram maxime decet decrevisse.* Mirum est, membranas magno consensu dare, τῇ πόλει τὰ κράτιστα. Quod nemo præferat, qui Orationem cum cura perlegit. F. A. Wolf.

ἔσεσθε ἐψηφισμένοι· κἂν τις ἄρ' ἔλθῃ ποτὲ καιρός, οὐκ ἀπορήσετε τῶν ἐθελησόντων ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύειν. Ὑπὲρ οὖν τούτων ἁπάντων [1] οἶμαι δεῖν ὑμᾶς σπουδάζειν, καὶ προσέχειν τὸν νοῦν, ὅπως μὴ βιασθῆτε ἁμαρτεῖν. Πολλὰ γὰρ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! πολλάκις οὐκ ἐδιδάχθητε, ὡς ἔστι δίκαια, ἀλλ' ἀφῃρέθητε ὑπὸ τῆς τῶν λεγόντω, κραυγῆς, καὶ βίας, καὶ ἀναισχυντίας· ὃ μὴ πάθοιτε νῦν· οὐ γὰρ ἄξιον· ἀλλ' ἃ δίκαια ἐγνώκατε, ταῦτα φυλάττετε! καὶ μνημονεύετε, ἕως ἂν ψηφίσησθε, ἵν' εὔορκον θῆσθε τὴν ψῆφον κατὰ τῶν τὰ πονηρὰ συμβουλευόντων. Θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι θάνατος παρ' ὑμῖν ἐστὶν ἡ ζημία, τοῖς δ' ὅλην τὴν πόλιν κίβδηλον καὶ ἄπιστον ποιοῦσι λόγον δώσετε. Οὐ [2] δήπουγε, ὦ Ζεῦ καὶ [3] Θεοί!

[1] οἴομαι R. [2] δή που γ' R. [3] θεοί, οὐκ T.

Ἀφῃρέθητε ὑπὸ τῆς τῶν λεγόντων κραυγῆς καὶ βίας καὶ ἀναισχυντίας] *Extortum est Vobis id, quod decrevistis, clamoribus et impudenti convicio.* Conf. instar omnium Æschin. Or. in Ctesiph. non longe ab initio, quo in loco pristinum judiciorum ordinem et gravitatem requirit. Idem.

Ψηφίσησθε] Ita Editt. et MSS. Vulgo ψηφίσεσθε. Taylor.

Τοῖς μὲν τὸ νόμισμα] Aristophanes Ranis. [v. 730.]

Πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν ἡ πόλις πεπονθέναι
Ταὐτόν, ἔστε τῶν πολιτῶν τοὺς καλούς τε κἀγαθούς,
Ἔστε τἀρχαῖον νόμισμα καὶ τὸ καινὸν χρυσίον.
Wolf.

Lubens hoc ἀπροσδιόνυσον scholion Wolfii admisi, nulla alia de causa, nisi ut hoc exemplo intelligat bonus Lector meus, sibi nullam factam esse fraudem, si aliquando hujus hominis πονηροῖς καὶ κεκιβδηλευμένοις νομίσμασιν (ut loquitur ibidem suus Aristophanes) χρώμεθ' οὐδέν. Taylor.

Θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι —] Sententia hæc imprimis accommodata est ad communem intelligentiam, olim adhibita explicatius a Solone. Demosthenes in Timocrat. p. 765. ed. R. Βούλομαι ὑμῖν κἀκεῖνο διηγήσασθαι, ὅ φασί ποτ' εἰπεῖν Σόλωνα, κατηγοροῦντα νόμον τινὸς οὐκ ἐπιτήδειον θέντος. Λέγεται γὰρ τοῖς δικασταῖς αὐτὸν εἰπεῖν, ἐπειδὴ τἆλλα κατηγόρησεν, ὅτι νόμος ἐστὶν ἁπάσαις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ταῖς πόλεσιν, ἐάν τις τὸ νόμισμα διαφθείρῃ, θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι· ἐπερωτήσας δέ, εἰ δίκαιος αὐτοῖς καὶ καλῶς ἔχων ὁ νόμος φαίνεται, ἐπειδὴ φῆσαι πάντας τοὺς δικαστάς, εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸς ἡγεῖται ἀργύριον μὲν νόμισμα εἶναι τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων ἕνεκα τοῖς ἰδιώταις εὑρημένον, τοὺς δὲ νόμους ἡγεῖται τῆς πόλεως νόμισμα εἶναι. Δεῖ δὴ τοὺς δικαστὰς πολλῷ μᾶλλον, εἴ τις, ὃ τῆς πόλεώς ἐστι νόμισμα, τοῦτο διαφθείρει, καὶ παράσημον εἰσφέρει, μισεῖν καὶ κολάζειν, ἢ εἴ τις ἐκεῖνο, ὃ τῶν ἰδιωτῶν ἐστί. Προσθεῖναι δὲ τεκμήριον τοῦ καὶ μεῖζον εἶναι τὸ ἀδίκημα, τὸ τοὺς νόμους διαφθείρειν, ἢ τὸ ἀργύριον· ὅτι ἀργυρίῳ μὲν πολλαὶ τῶν πόλεων καὶ φανερῶς πρὸς χαλκὸν καὶ μόλυβδον κεκραμένῳ χρώμεναι σῴζονται, καὶ οὐδοτιοῦν παρὰ τοῦτο πάσχουσιν, ὁμοίως δὲ νόμοις πονηροῖς χρώμενοι, καὶ διαφθείρεσθαι τοὺς ὄντας ἐῶντες, οὐδένες πώποτ' ἐσώθησαν. F. A. Wolf.

Καὶ Θεοί, οὐκ οἶδ' ὅτι etc.] Hæc ista distingui debent: λόγον δώσετε. οὐ δήπου γε, ὦ Ζεῦ, καὶ Θεοί. Οὐκ οἶδ', ὅτι δεῖ πλείω λέγειν· οἶμαι γὰρ etc. *ne utique hoc fiat, o Jupiter, et cæteri Dii! Scio, non opus esse, ut ego plura dicam: opinor enim etc.* Frequens hæc Oratoribus Formula: Οὐκ οἶδ' ὅτι etc. in conclusionibus orationum. Lysias contra Frumentar. ad fin. Οὐκ οἶδ', ὅτι δεῖ πλείω λέγειν· περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων etc. et ita sæpe Ille, et cæteri. Intelligendum est, quasi scriptum fuisset hoc modo: Οὐκ (οἶδ', ὅτι) δεῖ πλείω λέγειν· vehoc: Οἶδ', ὅτι οὐ δεῖ πλείω λέγειν. Mark-

Οὐκ οἶδ᾽ ὅτι δεῖ πλείω λέγειν· [1] οἶμαι γὰρ ὑμᾶς οὐδὲν ἀγνοεῖν τῶν εἰρημένων.

[1] οἴομαι R.

LAND. Pone punctum post θεοί. AUGER.

Οὐκ οἶδ᾽ ὅτι δεῖ πλείω λέγειν· οἶμαι γὰρ ὑμᾶς οὐδὲν ἀγνοεῖν τῶν εἰρημένων] Eadem conclusione simplici Isæus utitur Or. VI. et VII. et Noster tribus aliis locis. Ubi vulgo perperam scribitur, οὐκ οἶδ᾽ ὅ τι. Absolute pro particula affirmandi interponi solet οἶδ᾽ ὅτι, et εὖ οἶδ᾽ ὅτι. Explicui hoc et interdum similia leviora, et nullius doctrinæ, ne ad justam explicationem Orationis quidquam deesse videretur. F. A. WOLF.

FINIS TOMI SECUNDI.

Londini imprimebat J. F. DOVE, in Area quæ est Divi Joannis.